



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.


Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>





Domus S.S. Adelhaidis & Caietani.

E<sup>o</sup> dono gratissime  
Pleniorum R<sup>di</sup>, Magnifici ac Clarissimi  
S<sup>r</sup>ni Authoris, Doni blandissimi  
ac perpetuo observandissimi

J. 1<sup>o</sup> 387.

4 Ph.pr. 203 u

<36642015480013

<36642015480013

Bayer. Staatsbibliothek

JURISPRUDENTIA  
P U B L I C A  
U N I V E R S A L I S.

ALLEGEDLY  
AUGUST 1863

# JURISPRUDENTIA P U B L I C A U N I V E R S A L I S ,

*EX JURE*

TUM NATURALI,  
TUM DIVINO POSITIVO,  
*NEC NON*  
JURE GENTIUM  
NOVA ET SCIENTIFICA METHODO  
DERIVATA, et JURIS PUBLICI FACTA,

A u t h o r e

P. FRANCISCO SCHMIER,


Ord. S. Benedicti, ex Libero - Exempto - Imperiali  
Monasterio Ottoburano, Jurium Doctore, Celsissimorum ac  
Reverendissimorum S. R. I. Principum Archi - Episcopi Salisburgensis,  
& Episcopi Frisingensis Consiliario Intimo, in Alma & Archi-Episcopali Universitate  
Salisburgensi Rectore Magnifico, Facultatis Juridicæ & SS. Canonum Pro-  
fessore Emerito, ad S. Joannem in Veldkirch Priore.

*Adjunctio duplii Indice, quorum primus in principio Prospectum  
Operis; alter in fine seriem Rerum & Verborum copiosè exhibet.*

Anno Salutis


*Friedlohn*

M. DCC. XXII.



S A L I S B U R G I ,

Impensis & Literis JOANNIS JOSEPHI MAYR, Aulico - Academicici  
Typographi, & Bibliopolæ.



CELSISSIMO  
*AC*  
REVERENDISSIMO  
DOMINO, DOMINO  
FRANCISCO  
ANTONIO,  
ARCHI-EPISCOPO,  
*ET*  
S. R. I. PRINCIPI  
SALISBURGENSI,  
S. SEDIS APOSTOLICÆ  
LEGATO NATO, GERMANIÆ  
PRIMATI,  
*S. R. I.*  
PRINCIPI  
AB HARRACH &c. &c.  
PRINCIPI  
*AC*  
DOMINO, DOMINO  
MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by  
Digitized by Google

Digitized by  
Digitized by Google

Digitized by  
Digitized by Google

*CELSISSIME ac REVERENDISSIME*  
**ARCHI-EPISCOPE,**

S. R. I.

# PRINCEPS, DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.



**N**on arbitror, ab ullo mortalium  
audaciæ cujusdam me postulatum iri,  
quod *Jurisprudentiam*, quam *Publi-  
cam & Universalem* inscribo, Reveren-  
dissimæ Celsitudini *Tuæ* consecrare su-  
stineam; metuerem potius, ne æquio-  
res etiam rerum arbitri nigrō me co-  
mate notarent, si Mecænatem & Auspicem alium, quam  
**FRANCISCUM ANTONIUM**, cum Salisburgensium

tum Harrachidum PRINCIPEM, quæsivissem. Enimverò, ubi vel solam, quam memorata *Jurisprudentia* complectitur, materiam intueor, ea ex nativa dignitate tam eminens, ex cognata utilitate tam præstans est, ut *Tua sub Effigie, Tua sub Tutela, Princeps Celsissime*, lucem publicam alpice re mereatur. Agit scilicet illa præcipue de *Summa* in terris *Potestate Politica*, Summorumque Principum tum officio, tum obligatione; Tu verò *Magne Princeps, & Germaniæ Primas*, non tantum in participium Potestatis Majesticæ pari cum reliquis Germaniæ Principibus jure assumps tus es; verùm etiam exhibes vivam Optimorum Principum idæam; animatum recte & sapienter Imperantium exemplū. Duo quippe, Authore Justo Lipsiō *Civilis Doctr. lib. 2. cap. 10.* sunt magna luminaria, quæ Principem inclarecere faciunt, *Justitia & Clementia*: illa velutì Sol; ista quasi Luna: illa ut luceat, urat, & accendat; hæc ut molliat & temperet. Utrumque luminare *Tuâ* in fronte, *Tuâ* in actione *Princeps Sapientissime* tam perspicue resplendet, ut vel videat, vel Lunam & Solem non videat, qui videre se negaverit. Etenim si *Justitia Jureperitis sit constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi*; *Tu, Princeps Justissime*, ipsa es *Justitia*, constanter & perpetuò nil aliud volens aut mandans, quām ut *Tuis in Dicasteriis, Tribunibus, & Consiliis, omnibus tribuantur, quæ sua sunt*; auditus non semel dicere, *Te usque ad novissimum quadram tem satisfacere paratum fore*, si cuiquam *Tuo ex decreto aliquid de jure suo contra Jus ablatum aut imminutum fuisse, compertum haberes*. Adeoque

*Reddere personæ vis convenientia cuique;*

Horatius de *Arte Poët.*

- - - *Justique tenorem  
Flectere non odium cogit, non gratia suadet.*

Claudian. de *Malii Theodore Consul.* *Clementiam* tantoperè familiarem & propriam *Tibi reddis*, ut, cùm alii per læpe solò titulò audiant *Clementes*, *Tu reipsâ citra pal pum sis Princeps Clementissimus, sermone affabilis, vulu, qui maximè Populos demeretur, amabilis, æquis desideriis propensus, nec iniquis acerbis*, ut loquitur Seneca i. de *Clement.*

ment. Nec magis indolere cerneris, quam si, vel repugnante justitiâ, vel æquitate reluctantे, singulorum vota explere nequeas ; etsi, qui non impetrant, quæ postulant, absque solamine à Tuo conspectu non recedant. Titum videlicet, insignem illum Romanorum Imperatorem imitari, cuius teste Suetonio in ejus vita aurea vox erat, non opertere quemquam à Sermone Principis tristem recedere. Nec tamen, si necessitas flagrum in flagitia extorqueat, parcis,

*Quin etiam fontes expulsâ corrigis irâ,  
Et placidus delicta domas.*

Claudian. d.l. Atque hōc ipsō, dum novum Clementiæ das argumentum, non exiguum Reipublicæ concilias firmamentum : nam eōdem Claudianō perhibente,

*Peragit tranquilla Potestas,  
Quod violenta nequit ; mandataque fortius urget  
Imperiosa quies.*

Nempe, quod selectō vis exhiberi symbolō, probas in opere : nec laxè nec stricte nimis.

Justitiæ porrò, in Principe desideratæ, laudatus Lipsius cap. 14. adjungit *Fidem*, tanquam ejus originem aut solum; Clementiæ in cap. 15. sociat *Modestiam*. Per *Fidem* intelligit effectum seu observantiam *dici aut promissi*; de qua Silius Italicus :

*Ante Jovem generata, decus Divumque hominumque,  
Quâ sinè non tellus pacem non æquora nōrunt,  
Justitiæ consors tacitumque in pectore numen.*

Hanc, *Princeps Laudatissime*, uti statim in ipso auspicatissimi Regiminis exordio *Tibi pro Lege statuisti*; ita etiamnum sancte custodis, non ea tantum, quæ stricto, ut ajunt, jure debentur, nemini eripiendō, sed etiam, quod ex gratia & mero favore indulsistī, non revocandō. Per *Modestiam* designat præfatus Lipsius *sensum de se ratione temperatum, nec actione exultantem*. Quis verē, *Princeps Exaltissime, Te modestior?* Qui in alto positus alta de Te non sapis; quantoque major es, tanto Te juxta monitum Ciceronis lib. 1. de Offic. submissius geris; & qui dignitate Principi.



*cipibus excellis, facilitate par infimis videris, prout de M.  
gno Pompeio tradit Cicero pro Lege Manil.*

*Caret tibi pectus inani*

*Ambitione;*

*Horatius lib. 2. epist.*

*Nec, quæ comitatur honores,  
Ausâ Tuam leviter tentare superbia mentem.*

*Claudian. ubi suprà.* Inde verissimum est, quod apud citatum Ciceronem lib. 1. epist. ad Q. fratrem legitur: *facili-  
mos esse aditus ad Te: patere aures Tuas querelis omnium:  
nullius inopiam ac sollicitudinem non modò ullo populari ac-  
cessu ac tribunali, sed ne domo quidem Tua, & cubiculo ex-  
clusam Tuo; toto denique in Imperio nihil acerbum esse, ni-  
bil crudele, atque omnia plena Clementiæ, mansuetudinis,  
humanitatis.*

Sed neque desunt alia & domestica motiva ac momen-  
ta, quæ suaviter impellebant, *Tuo ut Nominis meam Juris-  
prudentiam* omni cum submissione faciam tributariam. Conscripti siquidem ipsam in *Tua Universitate*, quam affe-  
ctu non vulgari, sed patrio, sed paternô, sed Principali fo-  
ves, amas, protegis; ac in eo flore & fama, quâ in Orbe  
terrarum celebratur, incredibili curâ, fervore, & vigilantiâ  
conservas. Prospicis nempe, *nihil tam necessarium Prin-  
cipi, quam lucem, & ornatum bonarum artium*, utì gna-  
viter advertit perspicacissimus Didacus Savedra; prospicis  
*non modò, ut ipse omnia ex officio agas, sed ut etiam reliqui  
omnes quam optimi fiant:* id quod Vero Principi maximè  
consentaneum esse, discimus ex Dione Cass. lib. 52. Con-  
scripti ipsam hòc ipsò tempore, quò ex *Tuo Clementissimo  
annatu & placito Rectoris Academicî munere fungebar,*  
& etiamnum fungor, inter plura, quæ identidem occur-  
runt, obstacula ad stringendum ferventiùs calamum largò  
Celsissimarum Tuarum Gratiarū influxu fortiter animatus  
& incitatus, dum, *ut fruges non tam soli ingenio quam Cœli  
beneficio & temperie lætius proveniunt, ita quoque artes  
bonæ & ingenia Principum benignitate excitantur.* Justin.  
Episcop. in Cant. Cant. Conscripti demùm ipsam in usum  
& commodum studiolæ juventutis, non è viliori solùm  
glebâ sed Nobiliori quoque, & Illustri sanguine confer-  
tini.

tim Salisburgum convolantis ; cui etiam , ut non literis  
solùm imbuatur , sed & moribús , Clariores Natales conde-  
centibús , instituatur , Aulam Tuam accedere permittis ;  
non immemor illius , quod afferuit Cicero lib.2. de Divinat.  
nullum munus Reipublicæ afferre majus meliusve Principes  
posse , quàm si docere & erudire juventutem carent.

Cùm igitur hæc , quam humillimè dedico , *Jurispru-*  
*dentia* ex tot tantisque titulis *Tibi* , *Princeps Clementissime* ,  
sit debita , non dēdignaberis , id , quod *Tuum* est , faventi  
*Clementiæ* oculò respicere , ac , ceu publicum non minùs  
demissæ gratitudinis quàm profundæ devotionis monu-  
mentum , *Celsissimâ* manu recipere , meque tota cum Uni-  
versitate Principalibús gratiis nunquam non irradiare & for-  
tunare . Et , si Opus , quod offero , minùs comptum aut ex-  
politum , quàm ut *Celsitudinem* Tuam Reverendissimam  
deceat , videatur , connata *Tibi* Bonitas illud non ex ornatu ,  
sed voluntate æstimabit : quia cum *Tibullo* lib.4.

*Est nobis voluisse satis ;*  
*Et qui , quàm potuit , dat maxima , gratus abundè est ,*  
*Et finem pietas contigit illa suum.*

Ovid. *de Ponto*. Interea cum Plinio in suo *Panegyri-*  
*co* , quem Trajano dixerat , enixissimo cum voto ita conclu-  
do : *dent Tibi Princeps ætatem Dii , quam mereris* (mereris  
autem longævam & immortalem ) *serventque animum ,*  
*quem dederunt.*

## Reverendissimæ ac Clementif- simæ Celsitudinis Tuæ &c. &c.

*Humillimus & Obsequientissimus*

P. FRANCISCUS SCHMIER,  
Universitatis Rector.

THEATRUM LIBRORVM  
ACAD. SALISBVRGENSIS  
VOL. I.

# LICENTIA REVERENDISSIMI DD. PRÆSIDIS UNIVERSITATIS.

 Os RUPERTUS D. G. Abbas Liberi-  
Exempti-Imperialis Monasterii Otto-  
burani, & Universitatis Salisburgensis  
p. t. Præses &c. petitam juxta Statuta  
Academica à plurimùm Reverendo, Clarissimo  
& Magnifico D. P. Francisco Schmier, ejusdem  
Monasterii Ottoburani Professo, prænominatæ  
Universitatis Rectore licentiam & facultatem  
hisce concedimus, ut Opus suum, scilicet Juris-  
prudentiam Publicam Universalem, dummodò  
à Facultate Theologica & Juridica pro more an-  
teà approbatum fuerit, prælo committere ac di-  
vulgare possit. Actum in præfato Monasterio  
Ottoburano die 25. Septembris 1720.

(L. S.)

RUPERTUS Abbas.

A.P.

# APPROBATIO SACRAE FACULTATIS THEOLOGICÆ.

**P**ost evulgatam *Jurisprudentiam Canonico-Civilem*, magnis encomiis ab orbe literato celebratam, alia in lucem emergit *Jurisprudentia Publica Universalis*, ab eodem Authore Magnifico & Clarissimo æquali prudenter consummatæ Jurisperitiæ, pari Utriusque Reipubl. emolumento, novoque nostræ Universitatis ornamento cincinnata. Opus planè laboriosum, numeris tamen omnibus absolutum. Agit in eo Celebratissimus Author de variis bominum statibus, quorum vivendi rationem secundum interiora (unde Leges promanarunt) Moralis Philosophiae arcanæ dilucide explicat. Habet de Origine, Amplitudine, & Varietate Supremæ Potestatis, quam intra proprios fines continet, atque ad Confines ita extendit, ut hujus exercendæ, vel omittendæ, pacis æque ac belli tempotibus, non quid lubet, sed quod licet, sapiens abundè inveniat. Habet insuper Subditorum Jura, Sacrorum & Profanorum usum, Imperantium & Parentium conditionem, aliisque præclara, quæ Viros togâ sagôque claros decent, & juvant; illustri verò Juventuti, aliisque, ad altiora natis, censemur summi- perè proficua. Præterea nihil in hoc Opere inordinatum, incultum, aut amarum; sed sine acuseo, modestè ac suaviter eo inveniuntur ordine omnia sapienter disposita, ut cuique suum, Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & DEO, quæ sunt DEI, cordatè attribuantur. Cumque nihil prorsus in isto Opere aut Fidei Orthodoxæ dissidium, aut Morum honestati adversum; quin imò omnia & singula veræ Religioni ac Christianæ pietati conformia animadverterim, luce publica, non ut accipient, sed ut afferant, dignissima censeo. Salisburgi die 30. Julii Anno 1722.

P. COELESTINUS MAYR,  
Ord. S. Bened. ex Libero & Imperiali  
SS. Udalrici & Afræ Augustæ Vindelic.  
Monast. Profess. SS. Theol. Doctor,  
Celsiss. & Reverendiss. S. R. I. Principis,  
& Archi-Episc. Salisb. &c. &c. Consil.  
Eccles. &c. in eadem Universitate Theol.  
Scholast. Professor Publicus, Pro-Cancellerius,  
& Vice-Rector p. t. Decan.

†††

AP-

# APPROBATIO INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ.

**D**Um *Jurisprudentiam* hanc *Publicam Universalem* legere licuit, dubius hæsi, ab Opere Authorem, an magis ab Authore Opus admirarer? Hoc enim prorsus singulare, & planè eximium omnis Sapientiæ & eruditionis simulacrū est: Illius plusquām humanum ingenium mille & mille linguis fama jam pridem locuta est, & recens in præsenti volumine Magnificam deprædicat gloriam, ubi quinque libris comprehenditur, quod aliorum mille Libri non exhibeant: Prodeat igitur in publicum Opus, ab omnibus æstimandum, Author, ab omnibus celebrandus, cuius genii & ingenii penicillus plura doctissima depinxit Opera, æternitati consecranda,

*Ita censet Salisburgi 28. Julii 1722.*

**JOSEPHUS BONAVENTURA**  
FRANZ, J. U. D. Celsissimi ac Reverendissimi S. R. I. Principis, & Archi-Episcopi Salisburgensis &c. &c. Consiliarius, Codicis & Juris publici Professor Ordinarius, Facultatis Juridicæ p. t. Decanus,

AD

# AD LECTOREM.

**A**B eo tempore, quō *Jurisprudentiam Canonico-Civilem* evulgaveram, in id præcipue cogitatus & conatus meos intendere & impendere studui, ut, quam Orbi eruditio maximè necessariam ac utilem judicavi, *Jurisprudentiam Publicam Universalem*, in usum & commodum Juventutis Academicæ, accommodatō & facili stylō cinnarem. Experiētiā namque compertum habebam, non Jus privatum duntaxat, sed comprimis Jus Publicum, seu Romani Imperii seu Nationum aut Regnorum aliorum illud appellatur, ægrè doceri aut disci, nisi Jus Publicum Universale, ex quo Jura singularum Civitatum tam quoad se quam in ordine ad Civitates alias descendunt, præviā tractatione explanetur: cūm tralatitium sit, rivos ex fonte deducendos; &, quæ generica sunt, particularibus & singulis esse præponenda.

Equidem præter impedimenta multifaria, quæ successum Operis retardabant, obvenerunt argumenta non pauca, quò minus illud aggrederer, primò obtutu dissuadentia. Cogitabam videlicet, non defuturos, qui crederent, id scribendi genus à mea professione alienum esse. Sed non diu animum vexabat hic scrupulus. Quid enim ( tacitus mecum ratiocinabar ) quid Viro, etiam Ecclesiastico, magis consentaneum, quam Jus Divinum, cùm Naturale, quod mentibüs nostris ab Authore Naturæ suaviter impressum; tum liberum, quod vel tabulis lapideis incisum, vel digitō DEI in sacris paginis expressum legimus, intentiori curâ & sedulitate rimari, ruminari, recordari, atque exinde Jus aliquod Universale, secundum quod homines, cujuscunque conditiōnis, in universo mundo ad beatitudine vivendum instituantur, compilare? Quid studiosæ, selectæ, & verè Nobilis Juventutis Rectori propriū conveniat, quam sana, sancta, & secura tradere principia, quibüs tenerior ætas semel imbuta, citra erroris periculum, sciāt, quid quisque DEO, sibi, parentibus, patriæ, Republicæ, Superioribus, Subditis, æqualibus in omni statu debeat?

*Fuit hæc sapientia quondam,  
Publica privatim secernere, sacra profanis:*

**H**oratius de Arte Poët. Illeque omne fert punctum,  
**Q**ui didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis,  
**Q**uo sit amore parens, quo frater amandus & hospes.  
**Q**uod sit conscripti, quod Judicis officium: quæ  
**P**artes in bellum missi Ducis &c.

**I**dem ibid. Praecesserunt in themate non absimili Scriptores, non vulgares aut triviales, sed Virtus sanctimoniam, Religionis Zelō, Doctrinæ præstantiā inter primos collocandi, nempe (ut paucos è pluribus commēmorem) ipsemē Doctorum Angelus Thomas Aquinas in libris de Regim. Princip. nec non commentariis in libros Politicor. Aristotelis; Eminentiss. Cardinalis Robertus Bellarminus; Hieronymus Osorius Episcopus Sylvensis; Jacobus Simancá Episcopus Parensis; qui suas lucubratiōnes de Regum, Principum, Rerum publicarum institutione ac gubernatione ediderunt, nobisque paria ducubrandi luculentum exemplum reliquerunt. Nihil dicendō, in materiam, quæ merè vocatur Politica, & Aulis quam Academias aptius quadrat, calamum nostrum haud excurrere, sed intra līmites


mites Justitiae, quæ teste D. Ambroſiō *principalis est virtus, Et parens quedam generatioque virtutum, se se continere.*

Occurrebat præterea futuræ tractationis non tam novitas quam raritas: quippe cum adeo multos non invenerim, qui Juri Publico Universali suas vigilias ex aſſe consecraverint. Verum, ut verum fatear, hoc motivum à proposito nedum me deterruit, sed magis magisque incitavit & animavit: tantò siquidem ardenter conatu oportet artibus & scientiis, quæ Republicæ nimio perè salutares esse dignoscuntur, insudare, quantò pauciores reperiuntur, iisdem pro merito dilucidandis vires suas applicare volentes. Quod enim à multis jam bene dictum, deductum, aut digestum est, utilitas publica non petit, ut ab alio recoquatur: quod vero, cum maximè docendum aug. explicandum foret, à plerisque tamen negligitur, citra dispendium omitti non potest. Et, si quispiam existimaverit, præclarum Opus Grotii, quod inscripsit de *Jure Belli & Pacis*, sufficere, ut, quidquid ad notitiam Juris Publici desiderari potest, ex eodem haurire liceat. Huic respondeo, primatum quidem hac in re tribuendum Grotio, quod primus, ut omnes ferè testantur, manum doctissimam huic Disciplinæ pro incredibili, quod nactus est, ingenio & eruditione non minus eleganter quam feliciter admoverit; fatendum tamen esse, ut scribit acutissimus Samuel Pufendorfius in sua præfatione ad celeberrimum tractatum de *Jure Nat. & Gent.* nonnunquam pauca ab ipso esse planè præterita, quædam levi duntaxat brachiò tractata, quædam denique admixta, quæ & ipsum hominem fuisse arguerent; in primis vero, quod passim à receptis Orthodoxæ Ecclesiæ sententiis diversus abeat. Quæ procul dubiò causa est, quod tot Interpretes, ad Grotium commentantes, ab illius opinionibus frequenter recedere non erubuerint; memores illius, quod Cicero *i. de Nat. Deor.* asseverat: *non tam Authores in disputando, quam rationis momenta querenda esse.* Eaque sentiendi dicendive libertate & ego utar, in illis præsertim locis, ubi Grotii assertiones à solidis fideli Catholicæ aut morum regulis declinare perspexero.

Obversabatur denique, Jura Summarum Potestatum, de quibus principali- ter agit Jurisprudentia Publica Universalis, in apice tam excuso residere, ut neque humano iudicio subjici, neque ab inferiori quodam scriptore attingi, minùs constringi debeant aut valeant. Sed, ut nihil meminerim, Juris Naturalis & Divini Capita, ex quibus (uti & Gentium usu longævo) Summæ Potestatis Jura metienda sunt, quantumvis sublimia sint & ardua, utpote recondita Divinæ Majestatis tum mysteria tum mandata in se complectentia, humanæ tamen explanationis industriam non respuere; quin imò beatos pronuntiari, & qui in lege DEI meditantur die ac nocte Psalmi *i. v. 2. & qui scrutantur testimonia ejus Psalm. 118. v. 2.* nulli non perspectum & notum est, obligationes subditorum, quæ & ipsæ huiatis Jurisprudentiæ objectum ingrediuntur, vix aliter suis ex visceribus erui & discerni posse, quam si Jura Imperantium, quibuscum relationem & connexionem obtinent, antehac ritè discutiantur. Et, quis amabo! Regibus aut Principibus à Consiliis aut Confessionibus salvâ conscientiâ servire poterit, qui, quid Regibus aut Principibus concessum aut vetitum sit, turpiter ignorat? Certe, si Vito Faberio fidem tribuamus, nullum vel plura vel meliora scire oportet, quam ipsum Principem: nam, cum regula sit subditorum, necesse est errare neminem, si sapiat; errare omnes, si desipiat.

His itaque & omnibus, quæ mentem in diversa sensa pertrahere poterant, nil motus, Jurisprudentiam Publicam Universalem, auspicante Superum gratiâ exorsus, totam materiam in quinque libros cō ordine, quem *Prospectus totius Operis* in pagina mox sequenti indicabit, distribui; præmissâ dissertatione præliminari, ex qua existentia, natura, utilitas, necessitas, & reliqua, ad hanc Artem pertinen- tia, statim innotescit. Methodum adhibui talēm, quam juvandæ memoriarum, illustrando intellectui, levando fastidio appositam censui; minimè dubius, quin, si non corticem tantum contueri, sed ad radicem & nucleus penetrare lubeat; quisque sincerus rerum æstimator pronuntiaverit, oleum & operam neque se neque me perdidisse, quod ego laborem hunc vere magnum suscepserim; ipse fructum laboris degustare non fuerit deditus.

PRO.



# PROSPECTUS TOTIUS OPERIS.

## DISSERTATIO PRÆAMBULA

*DE*

## JURISPRUDENTIA PUBLICA UNIVERSALL.

### SECTIO I.

*De Existentia & Natura Jurisprudentiae Publicæ Universalis.*

- |         |  |         |
|---------|--|---------|
| §. I.   | Detúrne Jurisprudentia Publica Universalis ?                                     | pag. 1. |
| §. II.  | Quid sit Jurisprudentia Publica Universalis ?                                    | pag. 3. |
| §. III. | Quomodo Jurisprudentia Publica Universalis differat<br>à Disciplinis affinibus ? | pag. 5. |

### SECTIO II.

*De Fontibus, è quibus haurienda est Jurisprudentia Publica Universalis.*

- |         |   |          |
|---------|---|----------|
| §. I.   | De Jure Naturali & Divino.  | pag. 6.  |
| §. II.  | De Jure Gentium.  | pag. 9.  |
| §. III. | De Jure Canonico, Civili, aliisque Jurisprudentiæ no-<br>stræ Fontibüs. | pag. 10. |

## LIBER I.

*De variis Hominum Statibus.*

### CAPUT I

*De Statu Hominum Naturali.*

#### SECTIO I.

*De Existentia & Indole Status Naturalis.*

- |         |  |          |
|---------|--|----------|
| §. I.   | Detúrne Status Hominum Naturalis ?   | pag. 12. |
| §. II.  | Sitne Status Naturalis in ordine ad alios homines Sta-<br>tus pacis an belli ? | pag. 14. |
| §. III. | Quid sit Status Naturalis ?  | pag. 15. |

† † †

SEC-

# Prospectus Totius Operis.

## S E C T I O . II.

### *De Juribus & Obligationibus Hominum, in Statu Naturali existentium.*

- |  |          |
|--|----------|
| §. I. De Jūribus & Obligationibus Hominis quoad se.    | pág. 16. |
| §. II. De Juribus & Obligationibus hominis in hominem. | pág. 19. |
| §. III. De Juribus & Obligationibus circa res & loca.  | pág. 21. |

## C A P U T . II.

### *De Statu Adventitio.*

## S E C T I O . I.

### *De Statu Conjugali.*

- |   |          |
|---|----------|
| §. I. Quid sit Status Conjugalis?   | pág. 24. |
| §. II. A quónam Status Conjugalis institutus, & quibusnam præceptus fuerit? | pág. 25. |
| §. III. De Juribus & Obligationibus Statūs Conjugalis.                      | pág. 27. |

## S E C T I O . II.

### *De Statu Familiæ.*

- |   |          |
|---|----------|
| §. I. Quid sit Status Familiæ?                        | pág. 29. |
| §. II. Cuinam Regimen Familiæ debeatur?               | pág. 31. |
| §. III. De Juribus & Obligationibus in Statu Familiæ. | pág. 32. |

## S E C T I O . III.

### *De Statu Herili.*

- |   |           |
|---|-----------|
| §. I. Quid sit Status Herilis?                      | pág. 35.  |
| §. II. De Origine Serytitutis & Statūs Herilis.     | pág. ead. |
| §. III. De Juribus & Obligationibus Statūs Herilis. | pág. 37.  |

## S E C T I O . IV.

### *De Statu Civitatis.*

- |   |          |
|---|----------|
| §. I. Quid sit Civitas?                 | pág. 38. |
| §. II. De Origine Civitatis.            | pág. 40. |
| §. III. De modo constituendi Civitatem. | pág. 44. |

## C A P U T . III.

### *De Statu Civitatum Regularium.*

## S E C T I O . I.

### *De Statu Civitatum Monarchico.*

- |  |          |
|--|----------|
| §. I. De Natura Statūs Monarchici.                   | pág. 46. |
| §. II. De Prærogativis Statūs Monarchici.            | pág. 47. |
| §. III. De Incommodis & Periculis Statūs Monarchici. | pág. 48. |

S E C -

# Prospectus Totius Operis.

## S E C T I O II.

### *De Statu Aristocratico.*

§. I. De Natura Statûs Aristocratici. - - -	pag. 49.
§. II. Bona & Commoda Statûs Aristocratici. - - -	pag. 51.
§. III. Mala & Incommoda Statûs Aristocratici. - - -	pag. eâd.

## S E C T I O III.

### *De Statu Democratico.*

§. I. De Natura Statûs Democratici. - - -	pag. 53.
§. II. Emolumenta Statûs Democratici. - - -	pag. 54.
§. III. Detimenta Statûs Democratici. - - -	pag. 55.

## C A P U T IV.

### *De Statu Civitatum Irregularium.*

## S E C T I O I.

### *De Statu Civitatum Irregularium ex defectu Finis.*

§. I. De Civitatibus Herilibus. - - - -	pag. 58.
§. II. De Civitatibus Patrimonialibus. - - - -	pag. eâd.
§. III. De aliis Civitatibus, à recto Fine deviantibus.	pag. 59.

## S E C T I O II.

### *De Statu Civitatum Irregularium ex defectu Formæ.*

§. I. De Civitatibus Deformibus. - - - -	pag. 60.
§. II. De Civitatibus Multiformibus. - - - -	pag. 61.
§. III. De Civitatibus Informibus. - - - -	pag. 64.

## S E C T I O III.

### *De Civitatibus Irregularibus ex defectu Nexus.*

§. I. De pluribus Civitatibus, uni Principi subjectis.	pag. 66.
§. II. De pluribus Civitatibus, Principem seu Duce absque subjectione habentibus.	pag. eâd.
§. III. De pluribus Civitatibus, sine Principe vel Duce inter se unitis.	pag. 67.

## L I B E R II.

### *De Summa Potestate.*

## C A P U T I.

### *De Summæ Potestatis Natura, Varietate, & Origine.*

## S E C T I O I.

### *De Natura Summe Potestatis.*

§. I. De Summa Potestate quoad Nomen. - - - -	pag. 70.
† † † 2	§. II.

# Prospectus Totius Operis.

- §. II. De Summa Potestate quoad Rem ipsam. pag. 71.  
§. III. De Affectionibus seu Proprietatibus Summæ Potestatis. pag. 72.

## SECTIO II.

### *De Varietate Summae Potestatis.*

- §. I. De Divisione Summæ Potestatis in Realem & Personalem. pag. 75.  
§. II. De Divisione Summæ Potestatis in Absolutam & Limitatam. pag. 78.  
§. III. De Divisione Summæ Potestatis in Electivam & Successivam. pag. 80.

## SECTIO III.

### *De Origine Summae Potestatis.*

- §. I. Summa Potestas à Deo, tanquam Authore Naturæ, descendit. pag. 82.  
§. II. Summa Potestas à Deo immediate Civitati confertur. pag. 83.  
§. III. Summa Potestas à Civitate vel toti Corpori reservatur, vel  
immediate in unum aut paucos transfertur. pag. 84.

## CAPUT II.

### *De Modis acquirendi Summam Potestatem.*

## SECTIO I.

### *De Electione & Successione.*

- §. I. De Electione. - - - - - pag. 88.  
§. II. De Successione Hæreditaria. - - - - - pag. 89.  
§. III. De Successione Gentilitia. - - - - - pag. 92.

## SECTIO II.

### *De Bello, Matrimonio, & Alienatione.*

- §. I. De Bello. - - - - - pag. 96.  
§. II. De Matrimonio. - - - - - pag. 99.  
§. III. De Alienatione. - - - - - pag. 100.

## SECTIO III.

### *De Præscriptione.*

- §. I. Possitne Præscriptio Summæ Potestatis inter eos, qui  
Superiorem non agnoscunt, habere locum? pag. 102.  
§. II. An Populus Summam Potestatem contra Regem aut  
Optimates præscribere valeat? - - - pag. 108.  
§. III. Quibus Præscriptio Summæ Potestatis præjudicet? pag. 111.

## CAPUT III.

### *De Subjecto & Objecto Summae Potestatis.*

## SECTIO I.

### *De Subjecto Summae Potestatis.*

- §. I. Detur ne duplex Subjectum Summæ Potestatis, com-  
mune & proprium? - - - - - pag. 113.  
§. II.

## Prospectus Totius Operis.

- §. II. Quinam Summæ Potestatis sint capaces? pag. 114.  
§. III. Penes quos in quolibet Statu Summa Potestas resideat? pag. 115.

## SECTIO II.

### *De Objecto Summæ Potestatis.*

- §. I. Quænam Personæ Potestati Summæ fiant subditæ? pag. 116.  
§. II. Quales causæ constituant objectum Summæ Potestatis? pag. 117.  
§. III. Ad quem Locum extendatur Summa Potestas? pag. 118.

## CAPUT IV.

### *De Obligatione & Cessatione Summæ Potestatis.*

## SECTIO I.

### *De Obligatione Summæ Potestatis.*

- §. I. An & qualis sit Obligatio Summæ Potestatis? pag. 121.  
§. II. Qualiter ex Pacto obligetur Summa Potestas? pag. 125.  
§. III. Quomodo Obligationes Antecessorum transcant ad Successores in Summa Potestate? - - - pag. 129

## SECTIO II.

### *De Cessatione seu Desitione Summæ Potestatis.*

- §. I. Quot modis desinat Summa Potestas in Statu Aristocratico & Democratico? - - - pag. 131.  
§. II. Quot modis desinat Summa Potestas in Statu Monarchico. p. 133.  
§. III. Ad quem Summa Potestas, ubi desinit, perveniat? pag. 137.

## LIBER III.

### *De Juribus Summæ Potestatis respectu Civitatis propriae.*

## CAPUT I.

### *De Jure Sacrorum.*

## SECTIO I.

### *De Jure Sacrorum vi Status Naturalis.*

- §. I. Recensentur argumenta, ex quibus Sacrorum jus vi Status Naturalis Summæ Potestati asseri posse videtur. pag. 141.  
§. II. Rationes veræ & solidæ, contrarium dogma demonstrantes. - - - - - pag. 142.  
§. III. Argumenta, in §. I. proposita, confutantur. pag. 144.

## SECTIO II.

### *De Jure Sacrorum in Testamento Veteri.*

- §. I. Addicuntur aliqua loca ex Lege Antiqua pro Jure Sacrorum, ad Sæcularem Potestatem spectante. pag. 147.

† † † † †

§. II.

# Prospectus Totius Operis.

- §. II. Ostenditur, Jus Sacrorum in Lege Veteri ad Potestatem Sæcularem non pertinuisse. pag. eâd.  
§. III. Respondetur ad loca opposita. pag. 149.

## SECTIO III.

*De Jure circa Sacra in Novo Testamento.*

- §. I. Addensantur aliquot motiva, Potestati Sæculari in Lege Nova quoad Jus Sacrorum apparenter faventia. pag. 151.  
§. II. Validiora fundamenta adversus priorem opinionem jaciuntur. pag. 152.  
§. III. Enervantur motiva, Sæculari Potestati juxta §. I. faventia. p. 157.

## CAPUT II.

*De Jure circa Leges, Privilegia, & Pœnas.*

### SECTIO I.

*De Legibus.*

- §. I. Quid sit Lex; quænam illius requisita; quanta diversitas? p. 162.  
§. II. De Obligatione Legis. - - - - pag. 165.  
§. III. De Mutatione Legis. - - - - pag. 167.

### SECTIO II.

*De Privilegiis.*

- §. I. Quid & quotplex sit Privilegium? - - - - pag. 168.  
§. II. Quis Effectus sit Privilegii? - - - - pag. 169.  
§. III. Quomodo cesset Privilegium? - - - - pag. 170.

### SECTIO III.

*De Pœnis.*

- §. I. Quid & quotplex sit Pœna? - - - - pag. 171.  
§. II. Quinam delinquentes, & qualia delicta puniri soleant & debeant? - - - - pag. 174.  
§. III. Quibus ex causis Pœna exasperari, mitigari, vel condonari valeat? - - - - pag. 177.

## CAPUT III.

*De Jure circa Personas, Bona, & Jura Subditorum.*

### SECTIO I.

*De Summa Potestate circa Personas Subditorum.*

- §. I. Quid & quantum Summa Potestas Subditis præcipere vel injungere possit? - - - - pag. 181.  
§. II. Quale Imperium Summa Potestas habeat in Vitam Civium? p. 184.  
§. III. Quale Imperium Summa Potestas habeat super Existimatione Civium? - - - - pag. 188.

SEC

# Prospectus Totius Operis.

## S E C T I O II.

### *De Jure Summae Potestatis circa Res & Bona Civium.*

- §. I. Quid Summa Potestas circa Res & Bona Subditorum per Legem disponere valeat? - - - - pag. 189.  
§. II. Qualiter Tributa imponenda aut pendenda sint? pag. 191.  
§. III. Quâ ratione Vestigalia exigi & præstari valeant? pag. 194.

## S E C T I O III.

### *De Jure Summae Potestatis quoad Jura Civium.*

- §. I. Quid possit Summa Potestas circa Jura Civium quoad determinationem? - - - - pag. 196.  
§. II. Quid Summa Potestas decernere valeat circa Jura Civium quoad acquisitionem? - - - - pag. 197.  
§. III. Quid Summa Potestas possit circa Jura Civium iam quæsita quoad ablationem? - - - - pag. 198.

## C A P U T IV.

### *De Jure Summae Potestatis circa Judicia, Contractus, & Successiones Hereditarias.*

## S E C T I O I.

### *De Judiciis.*

- §. I. De Judicij Necessitate; & judicandi facultate. pag. 200.  
§. II. De Personis, ad Judicium concurrentibus. - - - pag. 203.  
§. III. De Ordine & Processu Judiciario. - - - pag. 205.

## S E C T I O II.

### *De Contractibus & Commerciis.*

- §. I. Quid Summa Potestas statuere valeat de Contractibus Subditorum? - - - - pag. 206.  
§. II. Quid Summa Potestas disponere possit circa Subditorum Commercia? - - - - pag. 208.  
§. III. Quid Summa Potestas ordinare valeat circa rerum mensuram, pondus, pretium, & monetam? pag. 209.

## S E C T I O III.

### *De Successione Hereditaria.*

- §. I. An Successio ex testamento suam vim & efficaciam habeat à Summa Potestate Civili? - - - pag. 213.  
§. II. Quid Juris Summae Potestati sit circa Successionem ex testamento? - - - - pag. 215.  
§. III. Quid Summa Potestas peculiare habeat circa Successiones ab intestato? - - - - pag. 216.

† † † † 2

C A-

# Prospectus Totius Operis.

## C A P U T V.

### *De Jure Summæ Potestatis circa Officiales, & Officia Publica.*

#### S E C T I O I.

##### *De Officiis & Officialibus Publicis in genere.*

- §. I. Quales assumendi sint ad Officia Publica, & à quo? pag. 218.  
§. II. De Authoritate, Potestate, & Obligatione Officialium. pag. 220.  
§. III. De Obligatione Summæ Potestatis ex facto, & non-facto Officialium. - - - - - pag. 223.

#### S E C T I O II.

##### *De Consiliariis.*

- §. I. De Necessitate, Qualitate, & Varietate Consiliariorum. p. 225.  
§. II. De Juribus & Prærogativis Consiliariorum. - - - - - pag. 226.  
§. III. De Consiliariorum Obligatione. - - - - - pag. 227.

#### S E C T I O III.

##### *De Magistratibus & Judicibus.*

- §. I. De Magistratum ac Judicum Necessitate, Discrimine, & Qualitate. - - - - - pag. 229.  
§. II. De Potestate & Officio Magistratum seu Judicum. pag. 230.  
§. III. De Obligatione Magistratum & Judicum. - - - - - pag. 231.

## L I B E R IV.

### *De Juribus Summæ Potestatis quoad Civitates exteras.*

#### C A P U T I.

##### *De Jure Belli.*

#### S E C T I O I.

##### *De Natura, Diversitate, & Origine Belli.*

- §. I. Quid sit Bellum? - - - - - pag. 234.  
§. II. Quotuplex sit Bellum? - - - - - pag. 235.  
§. III. Undenam Bellum trahat suam Originem? - - - - - pag. 238,

#### S E C T I O II.

##### *De Bellatoribus.*

- §. I. De iis, quorum Authoritate Bellum geritur. pag. 241.  
§. II. De Ducibus Bellicis. - - - - - pag. 242.  
§. III. De privatis Militibus. - - - - - pag. 244.

#### S E C T I O III.

##### *De Causis Belli.*

- §. I. De justis Belli Causis. - - - - - pag. 246.  
§. II. De injustis Belli Causis. - - - - - pag. 251.  
§. III. De Causis Belli dubiis. - - - - - pag. 254.

SEC-

# Prospectus Totius Operis.

## S E C T I O IV.

### *De Effectibus Belli inter Hostes.*

§. I. De Jure occidendi Hostes. - - - -	pag. 264.
§. II. De Jure circa Res, & Bona Hostium. - - -	pag. 267.
§. III. De Jure in Captivos & Viçtos, & Postliminio. - -	pag. 275.

## S E C T I O V.

### *De Effectibus Belli quoad Subditos.*

§. I. De Jure & modo conscribendi Militem. - - -	pag. 280.
§. II. De Jure Sequelæ; & Armorum. - - -	pag. 283.
§. III. De Jure extruendi vel muniendi Fortalitia, imponendi Præsidia, & imperandi Excubias. - -	pag. 286.

## S E C T I O VI.

### *De Obligationibus in Bello.*

§. I. De Obligatione inter Summam Potestatem, quæ Bellum gerit, & Milites. - - - -	pag. 288.
§. II. De Obligationibus inter Hostes. - - -	pag. 290.
§. III. De Obligationibus Hostium quoad Tertios vel Medios. p. 293.	

## S E C T I O VII.

### *De Repressaliis.*

§. I. De Natura & Conditionibus Repressaliarum. pag. 295.	
§. II. Quænam Personæ, & quarum Bona sub Repressalias cadant? - - - - -	pag. 297.
§. III. De Vi & Virtute Repressaliarum. - - -	pag. 299.

## C A P U T II.

### *De Jure Pacis.*

## S E C T I O I.

### *De Natura, Varietate, & Origine Pacis.*

§. I. Quid sit Pax? - - - - -	pag. 300.
§. II. Quotuplex sit Pax? - - - - -	pag. 301.
§. III. Unde Pax oriatur? - - - -	pag. 302.

## S E C T I O II.

### *De Personis, Pacem concludentibus.*

§. I. Quinam Jus habeant suò nomine concludendi Pacem? p. 304.	
§. II. De illis, qui Pacem alienò nomine concludunt. pag. 306.	
§. III. De Mediatoribus Pacis. - - - - -	pag. 307.

† † † † †

SEC-

# Prospectus Totius Operis.

## S E C T I O III.

### *De Objecto vel Articulis Pacis.*

§. I. De Amnistia. - - - - -	pag. 309.
§. II. De Restitutione & Cessione. - - - - -	pag. 310.
§. III. De Satisfactione & Compensatione. - - - - -	pag. 313.

## S E C T I O IV.

### *De Effectu Pacis.*

§. I. De Obligatione servandi Pacem. - - - - -	pag. 315.
§. II. De Pacis Executione. - - - - -	pag. 317.
§. III. De Interpretatione Pacis. - - - - -	pag. 319.

## S E C T I O V.

### *De iis, quæ Paci Contraria sunt.*

§. I. De Ruptura Pacis. - - - - -	pag. 321.
§. II. De nova bellandi Causa, Pacem subsequente. - - - - -	pag. 324.
§. III. De Causa, concomitante vel antecedente Pacein. - - - - -	pag. 326.

## S E C T I O VI.

### *De Accessoriis ad Pacem.*

§. I. De Obsidibus. - - - - -	pag. 329.
§. II. De Fidejussoribus & Pignoribus. - - - - -	pag. 331.
§. III. De Commeatu, seu salvo Condu&tū. - - - - -	pag. 332.

## S E C T I O VII.

### *De Materiis, affinitatem habentibus cum Pace.*

§. I. De Induciis. - - - - -	pag. 334.
§. II. De Arbitrio. - - - - -	pag. 338.
§. III. De Deditio&n, Sorte, & Singulari Certamine. - - - - -	pag. 340.

## C A P U T III.

### *De Jure Fœderum.*

## S E C T I O I.

### *De Natura, Varietate, & Origine Fœderum.*

§. I. Quid sit Fœdus? - - - - -	pag. 343.
§. II. Quotuplex sit Fœdus? - - - - -	pag. 345.
§. III. Quænam sit Fœderum Origo? - - - - -	pag. 348.

## S E C T I O II.

### *De Personis, inter quas Fœdera finciuntur.*

§. I. Quinam Fœderis ineundi Potestatem habeant? - - - - -	pag. 349.
--	-----------

§. II.

# Prospectus Totius Operis.

§. II. Quibuscum Fœdera possint iniiri?	-	-	pag. 350.
§. III. Contra quos Fœdus fānciri valeat?	-	-	pag. 356.

## S E C T I O III.

### *De Effectu Fœderum.*

§. I. De Obligatione Fœderum.	-	-	pag. 358.
§. II. De Fœderis Interpretatione.	-	-	pag. 359.
§. III. De Executione & Cognitione Fœderis.	-	-	pag. 361.

## S E C T I O IV.

### *De Contrariis Fœderum.*

§. I. De Fœderum Renuntiatione.	-	-	pag. 362.
§. II. De Lapsu Temporis, in Fœdere præfixi.	-	-	pag. 364.
§. III. De Morte Fœderatorum, & Fœderis non-usu.	-	-	pag. 365.

## S E C T I O V.

### *De Sponsionibus.*

§. I. Quid & quotuplex sit Sponsio?	-	-	pag. 367.
§. II. An Summa Potestas ex Sponsione obligetur?	-	-	pag. eād.
§. III. Ad quid teneantur Sponsores?	-	-	pag. 368.

## C A P U T IV.

### *De Jure Legatorum.*

## S E C T I O I.

### *De Natura, Diversitate, & Origine Legatorum.*

§. I. Quid sit Legatus?	-	-	pag. 369.
§. II. Quotuplices sint Legati?	-	-	pag. 370.
§. III. Ex quo Jure Legatorum Admissio, & Securitas descendat?	-	-	pag. 372.

## S E C T I O II.

### *De Personis, ad Legationem concurrentib[us].*

§. I. De Personis, à quibus mittuntur Legati.	-	-	pag. 374.
§. II. Ad quos mittantur Legati?	-	-	pag. 375.
§. III. Quinam & quales mittendi sint Legati?	-	-	pag. eād.

## S E C T I O III.

### *De Officio & Obligatione Legatorum.*

§. I. De Officio Legatorum.	-	-	pag. 378.
§. II. De Obligatione Legatorum.	-	-	pag. 379.
§. III. De Obligatione Mittentis ex facto Legati.	-	-	pag. 380.

† † † † † :

S E C-

## Prospectus Totius Operis.

### SECTIO IV.

#### *De Privilegiis Legatorum.*

§. I. De Admissione & Receptione Legatorum.	-	pag. 381.
§. II. De Securitate & Immunitate Legatorum.	-	pag. 383.
§. III. De Honore & Cultu Legatorum.	-	pag. 386.

### SECTIO V.

#### *De Judicio & Judice Legatorum.*

§. I. De Judicio & Judice Legatorum in Causis Civilibus Personalibus.	-	pag. 387.
§. II. De Judicio & Judice Legatorum in Causis Civilibus realibus.	-	pag. 389.
§. III. De Judicio & Judice Legatorum in Causis Criminalibus.	p. 390.	

### SECTIO VI.

#### *De iis, quae cessare faciunt Officium Legati.*

§. I. De Morte.	-	pag. 393.
§. II. De Revocatione.	-	pag. 394.
§. III. De aliis modis, quibus Officium Legati cessat.	-	pag. 395.

---

## LIBER V.

#### *De Subditis.*

### CAPUT I.

#### *De Vario Subditorum Statu.*

### SECTIO I.

#### *De Subditis in genere.*

§. I. Quid sit Subdитus?	-	pag. 397.
§. II. Idemne sit, Subditum aut Civem esse?	-	pag. 400.
§. III. Quot modis acquiratur Subjectio?	-	pag. 401.

### SECTIO II.

#### *De Varietate Subditorum ex Statu Singulare.*

§. I. De Varietate Subditorum ex Qualitatibus Naturales.	-	pag. 402.
§. II. De Varietate Subditorum ex Qualitatibus Adventitiis.	-	pag. 404.
§. III. De Varietate Subditorum ex Qualitate Mixta.	-	pag. 405.

S E C.

# Prospectus Tótius Operis.

## SECTIO III.

### *De Varietate Subditorum ex Statu Universitati.*

§. I. De Universitatibus Familiarum. - - -	pag. 407.
§. II. De Universitatibus Studiorum. - - -	pag. 408.
§. III. De Universitatibus Opificum, & Mercatorum. - - -	pag. 409.

## C A P U T II.

### *De Juribus Subditorum.*

## SECTIO I.

### *De Juribus Subditorum respectu Summae Potestatis.*

§. I. An & qualia Jura Subditi possint habere respectu Summae Potestatis? - - - - -	pag. 410.
§. II. An & quō remediō Subditi Jus suum à Summa Potestate consequi valeant? - - - - -	pag. 411.
§. III. Possintne Subditi ad suorum Jurium assertionem aut defensionem Summæ Potestati Bellum movere? - - - - -	pag. 412.

## SECTIO II.

### *De Juribus Subditorum inter se.*

§. I. Qualia Jura habeant singuli ex Subditis durante Imperio? - - - - -	pag. 415.
§. II. Qualia Jura sint inter Universitatem & Subditos singulos durante Imperio? - - - - -	pag. 416.
§. III. Quænam Jura Subditis competant vacante Imperio? - - - - -	pag. 417.

## C A P U T III.

### *De Obligationibus Subditorum.*

## SECTIO I.

### *De Obligationibus Subditorum respectu Summae Potestatis.*

§. I. De Obligatione ad Obsequium. - - - -	pag. 418.
§. II. De Obligatione ad Patientiam. - - - -	pag. 421.
§. III. De Obligatione ad Fidelitatem. - - - -	pag. 423.

## SECTIO II.

### *De Obligationibus Subditorum inter se.*

§. I. De Obligatione singulorum Subditorum inter se. - - - -	pag. 425.
§. II. De Obligatione singulorum respectu Universitatis. - - - -	pag. 426.
§. III. De Obligatione Universitatis respectu singulorum. - - - -	pag. 427.

† † † † † †

CA-

# Prospectus Totius Operis.

## CAPUT IV.

### *De Cessatione & Desitione Subditorum.*

#### S E C T I O I.

*De Modis, quibus aliquis juxta voluntatem Subditus esse definit.*

§. I. De Emigratione.	-	-	-	-	-	pag. 429.
§. II. De Exemptione.	-	-	-	-	-	pag. 431.
§. III. De Præscriptione.	-	-	-	-	-	pag. 432.

#### S E C T I O II.

*De Modis, quibus contra voluntatem quis Civis esse definit.*

§. I. De Expulsione.	-	-	-	-	-	pag. 433.
§. II. De Deditio[n]e.	-	-	-	-	-	pag. 434.
§. III. De Dissolutione Civitatis.	-	-	-	-	-	pag. 435.



DIS-

# DISSE

# TATIO PRÆAMBULA DE JURISPRUDENTIA PUBLICA UNIVERSALI.

**J**urisprudentia Publica Universalis, licet ex ipso, quod præfert, nomine nemini non perspecta & perspicua esse deberet, adeò tamen permultis invisa & peregrina est, ut vel existentiam ipsius in dubium vocare, vel germanam faciem fucatis duntaxat coloribus adumbrare non erubescant. Quod igitur sit, de turque revera quædam Jurisprudentia Publica Universalis; & quid illa sit, statim in vestibulo præambulâ quadam dissertatione monstrare; dehinc, ex quibus fontibus sit haurienda, subjungere, commodum non minus quam necessarium existimavi.

## SECTIO I.

### De Existentia & Natura Jurisprudentiæ Publicæ Universalis.

#### S U M M A R I A.

¶ & seqq. Referuntur argumenta. Jurisprudentia Publica Universalis existentiam negantia. 5. & seqq. Revocantur ad statuam Juris, & solide evan vantur. 13. Deducitur exinde hujus Jurisprudentia existentia. 14. Formatur illius definitio. 15. & seqq. Est habitus prudentia. 17. Diriguntur actiones publicas. 18. Cuiuscunque Civitatis. 19. & seqq. Etiam respectu aliorum Civitatum. 22.

Quarevis habet rationem Civitatis. 23. & seqq. Ad justitiam. 25. Et salutem publicam. 26. & seqq. Justum discernitur ab utili. 29. & seqq. Varie differentia inter Politicam & Jurisprudentiam Publicam assignantur. 33. & seqq. Open ditur hujus disciplina discrimen à Ratione studii. 36. Item ab Ethica. 37. Nec non Theologia Adorati.

#### S. I.

### Detinente Jurisprudentia Publica Universalis?

Qui negant, dari Jurisprudentiam Publicam Universalem, sequentia obtrudunt argumentata. I. Jurisprudentia Publica

P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

Universalis, si quæ in rerum natura reperiatur, erit occupata circa Leges Publicas Universales, in toto, quæ latè excurrit, mundo vim obligandi habentes. At hu-

A

jus-

jusmodi Leges, in toto orbe vim obligandi habentes, non immerito referri possunt inter entia rationis politica: quippe cum quaelibet Respublica specialibus Legibus Publicis, in suum proprium commodum unicè collimantibus, instructa noscatur; nec in Gallia vel Hispania valeant Leges, in Moscovia latæ; nec Anglia vel Scotia accipiatis ordinaciones, à Suecis aut Danis pro Regnorum suorum  
 2 incolumitate sanctitas. II. Si darentur Leges publicæ Universales, deberent vel maximè Supremos Principes ac Respublicas Liberas obstringere: cum eō ipso, quod respiciant statum publicum, illa Capita, quibus incumbit statutus publici cura, præ cæteris affiant. Quis autem dixerit, Reges & Populos Liberos, quos alias Legibus esse solutos pronuntiamus, Legibus publicis innodari? Et demus, etiam Coronas & Sceptra Legibus hisce ligari, quis in casu transgressionis erit Jūdex eorum, qui Superiorē alium non  
 3 agnoscent, quam Deum & ensem? III. In una eademque Civitate nihil est frequentius, quam ut Leges Publicæ immutentur, veluti patet in solo Germaniae Regno, quod per diversas diversò tempore rogatas Leges ita à quibusdam immutatum esse dicitur, ut non amplius sibi simile, sed longè diversum ab illo, quod olim erat, appareat: ex principiis autem tam incertis & variis nequit consurgere Juris Publici Scientia, quæ certis innitantur principiis, oportet. IV. Qui Jus Publicum Universale concedit, illud reipræsum cum Jure Gentium & Naturæ confundit: nam aliud Jus Universale, quod ubiqui terrarum stringat, hactenus non est cognitum, quam Jus Gentium & Naturæ. Non ergo specialis facultas aut nova Jurisprudentia configi poterit, ubi nihil aliud explanatur, nisi quod ab æterno per Authorem Naturæ, aut in tempore per Gentes constitutum est.

Quod isthæc argumenta minoris sint ponderis, quam ut assensum apud Jurisprudentes evincant, ex eorum accurata trutinatione constabit. Nam ad I. iusta fit retorsio, atque ex necessitate Legum Publicarum Universalium necessitas Jurisprudentiæ Publicæ Universalis eruitur. Siquidem DEUS & Natura, cum sapientissimò cuncta disposuerint consilio, non deficiunt in eo, quod maximè necessa-

rium est, ut nempe, sicut actionibus hominum privatis certa præfixerunt Jura; ita, & quidem à fortiori, actionibus hominum publicis, quibus aut imperantes & parentes inter se invicem subordinantur, aut una Civitas cum altera bene conveniat, Jura Publica & Universalia præfigantur: his natque deficientibus nec dominus ulla, nec Gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura, nec mundus ipse potest, velut ad propositum concinnè scribit Oratorum Princeps lib. 3. de LL. Quod autem in unaquaque Republica 6 vel Civitate speciales Leges in illius speciale commodum inveniantur, nullatenus impedit, quod minus Leges aliae & Universales, ad commune totius humani generis emolumentum adaptatae, ibidem vigeant: etenim ipsæmet Leges speciales, ut justæ sint & legales, Legibus Universalibus, pro qualibet Gente tam quoad se quam quoad Gentes exteræ ordinatis, concordent, opus est: alioquin ne quidem nomen Gentis aut Populi merebitur Civitas, quæ ab institutis Gentium & Populorum deflectit: quoniam, ut in simili dissertat Cicero lib. 3. de Republ. non est multitudo, Juris consensu & utilitatis communione sociata.

Ad II. respondetur, exinde necessitatem Legum Publicarum Universalium denuo confirmari, quod Reges & Populi Liberi, ne dicantur exleges, & in summa libertate in omnem licentiam effundantur, vel maximè Legum freno, ut intralimites justitiae contineantur, indigeant: ubi enim justitia non est, non est Respublica, sicut arguit D. Augustin. lib. 19. de Civitate DEL. cap. 21. Quâ verò ratione Reges & Populi Liberi Legibus soluti pronuntiantur, alibi docebuntur: nempe, sicut à Grotio de Jure Belli & Pacis in Prolegom. S. 26. inter arma Leges silere dicuntur, sed civiles illæ & judicariæ, & pacis propriæ, non aliæ perpetuæ, & omnibus temporibus accommodatae; ita & Leges, civiles duntaxat & temporales, non autem Universales & perpetuæ, ac omnibus temporibus accommodatae, inter Reges & Populos Liberos virtute sua destituuntur. Et licet Judicem humanum, quod eoercentur, non reformident: habent tamen, quem timeant, Judicem Divinum, qui, præter acerbos conscientiæ remorsus, non solum temporales potest iurammitare

tere poenas, sed etiam corpus tollere, &c, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. *Luce 12. v. 5.*

10 Ad III. reponitur, variari simul & mutari Leges Publicas, non tamen Universales, & omnibus Civitatibus communes, sed particulares & certæ Civitati proprias: illæ siquidem aut DEUM reverentur Authorem, ac citra ipsius indulgentiam aboleri nequeunt; aut communem Gentium assensum pro causa respiciunt, ac sine contrario ipsarum dissensu mutationem omnem respnuunt. Eapropter Juris Publici Universalis scientia, cum principiis omnino certis & immutabilibus insistat, omnino certa, ineffabilis, & infallibilis est.

11 Ad IV. perlibenter conceditur, Jus Publicum Universale portionem & partum esse Juris Naturæ & Gentium, dum nihil aliud explicandum assumit, nisi quod circa Republicas tam intra quam extra Civitatem ab humanæ societatis Auspice, DEO ter Opt. Max. ordinatum, aut Gentium auctoritate dispositum est. Sive tamen specialis appelletur facultas aut no-

va Jurisprudentia, sive non, parvi refert: quandoquidem ipsa objecti nobilitas & dignitas ex merito postulat, ut, cum Jura seu Naturæ seu Gentium circa privatas hominum actiones tam anxie, tamque gnaviter eviscerentur, etiam, quæ circa actiones publicas ab altiori & Universalis Jure decreta sunt, accurata & exacta disquisitione illustrentur.

His ita discussis, existentiam Jurisprudentiae Publicæ Universalis tam certam judico, quam certæ sunt Republicæ, Civitates, & societates Civiles: sicut enim ad illarum justam & rectam tum institutionem tum gubernationem oppidò necessariae sunt Leges Universales, vi obligativa in omnibus mundi partibus munera; ita & necessaria est disciplina, hujuscemodi Legibus aut explicandis aut applicandis ex fine suo primario dedita & intenta. Hinc bene Vida lib. 2. de Reipubl. dignitat. *baud planè*, inquit, *de Republica differi potest*; nisi *vis Legum prius explicetur*, quibus, tanquam firmissimis fundamentis, omnis Republica nititur, fulcitur, ac continuatur &c.

## S. II.

### Quid sit Jurisprudentia Publica Universalis?

14 **E**X iis, quæ pro firmando Jurisprudentiae Publicæ Universalis existentia mox adducta fuerunt, illius natura non diffici negoziō dignosci, &, omisissis aliorum definitionibꝫ, ita explicari potest, quod sit habitus prudentiae, dirigens actiones publicas cujuscunque Civitatis quā talis ad iustitiam & salutem publicam.

15 Dixi I. *habitus prudentie*. Quamquam enim Jurisprudentia Publica Universalis referri possit tum ad habitum scientiæ, quatenus ex principiis indubitatis & irrefragabilibus suas deducit conclusiones, velut observat Vir Clarissimus, Nicolaus Hertius *Oper. suor. vol. 1. tom. 1. in commentat. de Jurisprud. Univers. sect. 1. §. 5.* Et 25.

16 tum ad habitum artis, utpote cum Livio sit ars, quā Civitas regitur: commodissime tamen reducitur ad habitum prudentiae, qui ab Aristotele 6. Nicomach. cap. 5. vocatur *cum ratione vera conjunctus, ad agendum idoneus, in iis occupatus, que boni bona vel mala sunt*: nec enim aliud quidpiam intendit aut docet nostra Juris-

prudentia, præterquam quæ homini, in societate civili constituto, quoad officia sua vel bona vel mala sunt.

Dixi II. *dirigens actiones publicas*; intellege tales, quæ statum publicum concernunt, quæve natæ & aptæ sunt ad publicam felicitatem exinde comparandam, quō sensu Justinianus Imperator Jus publicum nominavit, *quod ad statum Rei Romane spectat*. Et sic Jurisprudentia Publica Universalis ex suo munere non considerat actiones privatas, quæ privatam duntaxat utilitatem respiciunt, & ad statum tranquillitatis publicæ, propinquâ saltem relatione, non ordinantur.

Dixi III. *cujuscunque Civitatis*. Quæ nota distinguit Jurisprudentiam Publicam Universalem à particulari: hæc quippe curam & sollicitudinem gerit unius duntaxat Civitatis, Regni, & Provinciæ; illa non tantum, quid in qualibet Civitate, Regno, vel Provincia, justum aut injustum sit, sedulò rimatur, sed etiam, quid inter ipsas Civitates, Regna, vel Provincias, universim consideratas, æquum aut ini-

iniquum sit, diligenter perquirit. Hinc recte Caius in *l. 9. ff. de J. Et J.* ait: *omnes populi, qui Legibus & moribus reguntur, partim proprio ( id est particulari ) partim communis omnium hominum Jure ( id est Universali, de quo sermo fit ) utuntur.*

19. Nec obstat, quod Ulricus Huberus *de Jure Civit. lib. 1. sect. 1. cap. 1. §. II. Et seqq.* & Nicolaus Hertius in *cit. commentat. de Jurisprud. Univers. sect. 2. §. 9.* opinentur, Jurisprudentiam nostram solummodo cum Civitatum statu seu contextu interno occupari, neque ad jura, cum exteris intercedentia, v.g. belli, pacis, foederum &c. 20 extendi. Nam, ut admetiat verba Christophori Joani. Contr. Engelbrechtii *de Servitut. Jur. Publ. in Prolegom. §. 2.* hæc Juris Publici Universalis notio nimis angusta est, neque indolem ipsius satis exhaugit. Cum enim natura Juris Publici in eo consistat, ut Jura, ad statum Civitatis publicum pertinentia, exponat; hic autem solô regendi & parendi ordine non absolvatur, sed etiam ex habitu ad exteris Gentes æstimandus sit: liquido apparet, Jus Publicum Universale etiam respectu exterarum Rerum publicarum, 21 locum habere. Quod ipsum egregie confirmat Grotius in *Epiſt. 4. ad fratrem Guilielm. in append. Jus Publicum*, inquiens, ordinat totum ad partem, & partem ad totum, & duo tota inter se; hoc est, declarat obligationem imperantium erga subditos, subditorum erga imperantem, & duorum Summorum imperantium inter se. Cicero quoque in *Orat. pro Balbo præstabilem* hanc scientiam, sitam in *fæderibus, pactionibus, conditionibus Populorum, Regum, exterarumque Nationum, in omni denique belli jure & pacis.*

22. Dixi IV. quæ talis. Civitas namque, quatenus ex suo conceptu denotat cætum multitudinis, ritè consociatum, respicitur à Jurisprudentia Publica Universali: prout verò consideratur tanquam persona, quæ privatorum instar cum cibibus æquè ac extraneis pacta & alios actus celebrare valet, à scientia nostra non attenditur.

23. Dixi V. ad justitiam. Et hic finis proximus est huiatis Jurisprudentiæ, ut actiones publicæ Civitatis quæ talis ad normam justitiae contemperatæ, atque Regulis & Legibus Publicis per omnia sint conformatae. Quo titulo hæc eadem Jurispru-

dentia intime discernitur à Politica, quæ & ipsa quidem Civitatem in ordine ad se, & in ordine ad extraneos suæ dispectioni vendicat, at non sub ratione justitiae, sed utilitatis, proficia à noxiis separandō: dum enim Publicista disceptat, sitne v.g. lex vectigalium, exactio tributorum, indictio belli &c. justa? Politicus, dissimilatà justitiae indagatione, ex officio solum inquirit: an expedit, præcipere vectigalia, exigere tributa, indicere bellum? Equi- 24 dem possunt & solent nonnunquam quaestionebus de justo rationes ab eo, quod utile est, inspergi; verum non primario, sed ubi v.g. quæstio est voluntatis, ut ex illo, quod utile est, justum colligatur; vel ut justo, vili pro tempore æstimato, ex utilitate pretium accedat. Hertius *cit. commentat. sect. 1. §. 12.*

Dixi VI. Et salutem publicam. Qui finis 25 ultimatus est tum Juris Publici Universalis, tum scientiæ, de eo tractantis; hicque sequitur ex priori: eam enim beatam esse Rempublicam, quæ non hastâ & gladio terminaretur, uti Spartanorum Rex quidam asseruerat, sed quæ justitiam proficiens haberet, sententia Pompeij fuit. Grotius *de Jure Belli & Pacis in Prolegom. §. 24.*

Quod si inferas: hâc ratione id, quod 26 justum est, cum eo, quod utile nuncupatur, coincidere; consequenter Jurisprudentiam Publicam à Politica eatenus non discerni. Falleris. Nam, et si nihil utilius ferè possit excogitari, ac quod justitiae consonat; non tamen inter justum & utile ranta est connexio, ut unum absque altero distincta cognitione nequeat attinigi. Idque clarius patescit in illis actionibus, quæ tantum negativè sunt justæ, seu nec præceptæ, nec prohibitæ, sed permisæ: cum ibi justitia possit observari absque eo, quod utilitas interveniat. Sic enim justa censetur Reipublicæ forma, quæ Monarchica, Aristocratica, vel Democratica est; nec tamen quælibet semper utilis apparet, dum aliquando Civitibus, quæ Democraticè reguntur, expedit potest, ut Aristocraticè vel Monarchicè regantur. In aliis autem actionibus, quæ positivè sunt justæ, atque à Jure Naturali v.g. vel Divino præceptæ, justum equidem semper est utile, &c, quidquid justo refragatur, utilitate caret: quia, ut ait Cicero *lib. 3. de Offic.* quod turpe est,

id

*id nunquam est utile, ne tum quidem, cùm id, quod esse utile potest, adipiscere: hoc enim ipsum utile putare, quod turpe fit, calamitosum est: nihilominus, sicut in toto quantitativo semper quantitati sociata reperitur qualitas, eoque non obstante quantitas à Mathematico sinè*

qualitate examinatur; sic etiam à Jurisprudente Publico in actione, positivè justâ, sola justitia, & à Politices Candidato sola utilitas pro sua cognitione præscindi potest. Videatur Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. gen. cap. 3. §. 12.*

### S. III.

## Quomodo Jurisprudentia Publica Universalis differat à Disciplinis affinibus?

29 *Jurisprudentiæ nostræ aliquot Disciplinæ sunt affines, in quarum differentiam hic inquirere lubet. Ex harum numero est I. Politica, sæpe cum Jurisprudentia Publica male commisceri solita, prout jam suò tempore notavit Grotius de J. B. & P. in Prolegom. §. 57. temperavi me, scribens, „ ab his, quæ alterius sunt „ tractationis, ut, quæ docent, quid „ ex usu fit facere, quia ipsa suam ar- „ tem habent specialem, Politicam, „ quam rectè ita solam tractat Ari- „ stoteles, ut alieni nihil admisceat, „ contra quam fecit Bodinus, apud „ quem hæc Ars cum Juris nostri Arte „ confunditur. Differentiam unam & principalem jam indicavi à num. 23. Cui subjicitur altera, quod Jus Publicum Universale, quod Jurisprudentia isthac exponit, obligandi virtute polleat; *Politica* econtrà, cùm mera suggerat consilia, liberam sequendi voluntatem relinquat. Accedit ter- tia, quod Jurisprudentia Publica pro- cedat viâ demonstrativâ, suas asser- tiones ex principiis necessariis desu- mens; *Politica* verò procedat magis ex conclusione & illatione probabili, utpote ab experientia, rerum agen- darum Magistrâ, plurimùm confor- mata. Succedit quarta, quod *Politi- tica* non tam Legibus jam latis quam ferendis deserviat, de genuino illarum sensu haud sollicita; cùm tamen Jurisprudentiæ Publicæ munus pro- prium sit, & Legibus decernendis, ut justitiae convenient, assistere; & ubi decretæ sunt, earum mentem, intentionem, & obligationem scruti- tari sectarique. Böhmer in *Introduct.**

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

*ad Jus Publ. Univers. cit. part. gen. cap. 3. §. 13. & seqq.*

II. *Affinis est Ratio statis*, ut vo- 33 cant, sed in gradu remotiori: ista siquidem fluit ex *Politica*, & quæ media sint assumenda, ut *Civitas* in statu exoptabili conservetur, soler- ter indagat; imò ultra, quām solet *Politica*, descendit ad particularia; ideóque minus, quām ista, cum Ju- risprudentia Publica est confunden- da. *Præterea Ratio statis* non ea- 34 dem est ubique, sed alia apud Reges, alia apud Optimates, alia apud Po- pulos, dum cujusque Nationis aut Regionis formæ, genio, ac regimini se se accommodat; aliter ac Jurispru- dentia nostra, quæ nunquam non sibi similis in omni loco & provincia jus, justiū, & æquum cuique tri- buere docet. *Insuper Ratio statis* 35 plerumque arcana, simulatione & dissimulatione obiecta, imò multo- ties ambigua, colorata, variisque in- volucris obducta, non ita facilè pe- netratur; cùm tamen Jurispruden- tia Publica non solùm nomine sed opere ipso talis sit, tradens Imperii jura, passim velut notoria, Supremæ que Potestati cohærentia. Legatur genere & doctrinâ Illustriss. D. Franciscus Albertus Pelzhofer S.R.I. L. B. de Schönaeu in suo nobilissimo Opere *de Arcanis statis lib. I. cap. I. n. 6. & seqq. & n. 20. & seqq.*

III. Propinquiorem affinitatem ha- 36 bet *Ethica*, velut actionibus moralibus, ut ritè instituantur, præprimis intenta. Sed quia actiones æquè pri- vatas ac publicas discutit; eásque sub ratione potius honesti, decori vel lau- dabi-

B

dabilis quām justi expendit, sat multis parasangis à præfata Jurisprudentia manet remota.

37 IV. Affinitate non minori jungitur *Theologia Moralis*, in qua permulta quæstiones, huc spectantes, agitantur. Diferimen tamen à Jurisprudentia nostra permagnum est, non solum quòd memorata *Theologia* actiones quaslibet, sive respe-

ctum habeant ad Civitatem, sive non, ad forum suum internum accersat, sed etiam quòd generali sub motivo bonitatis aut malitiæ cuncta pertractet, ad illam cynosuram: *Declina à malo & fac bonum. Psalm. 36. v. 27.* unicè respiciens; non servatō discrimine inter virtutes aut vitia, an intra limites justitiæ an extra se contineant.

## S E C T I O . II.

### De Fontibus, è quibus haurienda est Jurisprudentia Publica Universalis.

#### S U M M A R I A.

38. & seqq. *Fonte principis Jurisprudentia Publica Universalis est Jus Naturale.* 40. & seqq. Licet ante Civitates iam extiterit. 42. & seqq. Illius regula dignoscitiva afferuntur, & probantur. 46. & seqq. Offenditur, in quo sensu socialitas sit principium dignoscendi *Juris Naturalis.* 49. & seqq. *Juri Naturali* adjunguntur *Divinum.* 50. Quod duplex est. 51. & seqq. Principiis necessaria est ejus notitia. 53. Et si ex Veteri Testamento non omnia quadreni pro modernis Civitatibus. 54. Monitum pro Regentibus & Consiliariis. 55. & seqq. Error eorum, qui putant, in S. Scriptura confundi officia hominis quæ

homo & quā Christianus est. 60. & seqq. *Jus Gentium* valde necessarium est pro nostra Jurisprudentia. 64. & seqq. Distinguuntur a *Jure Naturali*, sublatâ differentiâ *Juris primarii & secundarii.* 68. & seqq. Adnotatur distinctio *Grotii.* 71. & seqq. *Jus Canonicum* multum confort ad eandem Jurisprudentiam. 76. & seqq. Minus autem contribuit *Jus Civile.* 78. & seqq. Sanctorum Patrum testimonia magni facienda. 80. Antiquorum Philosophorum sententia non contemnenda. 81. Ut nec Theologorum & Jurisperitorum conclusa. 82. & seqq. In summo prelio haberi debet Historia.

#### §. I.

### De Jure Naturali & Divino.

38 **F**ontalis origo Jurisprudentiæ Publicæ Universalis est *Jus Naturale*, explanatum in mea *Jurisprudentiali Canonino-Civili lib. I. tr. I. cap. 2.* Cūm enim *Jus Naturæ* tum generaliter præcipiat omnia, quæ *Naturæ rationali* sunt consentanea, prohibeatque contraria; tum speciatim humanæ genti intendat & implantet sociabilitatem, ac societatem, ut paulò inferius ostendam: necessarium est, ut ea quoque præcipiat, quæ *Civili Societati* convenientia sunt, &, quæ 39 disconvenientia, vetet. Innuit hoc Aristoteles 8. *Eth. I.* docens & dicens: *ubicunque amicitia sit, ibi Jus esse;* intelligendō sub amicitia Societatem, dum, ut loquitur d. l. 8. cap. 9. in *Societate & communione posita amicitia est.* Innuit &

*Cicero lib. I. de Legib. & ait: si patescat, eius munera colendi efficiendique causati & in lucem editi simus, que sit coniunctio hominum, que naturalis Societas inter ipsos: his explicatis fontem Legum & Juri inveniri.*

Nec obest, quòd *Naturale Jus* extiterit, antequam Civitates formatae vel firmatae fuérint; Adamô Protoparente nostrô hoc luculenter attestante, qui quidem sine Civitate, non tamen sine *Naturali Jure* diutissimè vixit. Siquidem *Jus Naturale* etiam ante Adamum ab æterno extitit, atque ad ejus substantiam haud exigitur, ut semper & actu obliget ac dirigat, sed satis est, ut effectum suum exerceat pro eo tempore, quòd ponitur objectum; sicut v. g. accidit in furtu.

# De Jure Naturali & Divino.

7

furto, quod à Jure Naturæ prohibetur in illa duntaxat circumstantia, in qua supponitur, à primæva rerum communione recessum esse. Conferatur Ludovicus de Navenburg *de usu Jur. Nat. in act. Princip. cap. I. &c. 2.*

42 Sed quia crebræ sunt disputationes, quidnam Jure Naturali præceptum aut prohibitum sit? In *cit. mea Jurisprud. cap. 2. sect. 2.* illud ex instituto dilucidavi, &c. in *num. 74.* Decalogum, tanquam signum & demonstrationem à posteriori, statui, quatenus, si circumstantiam sabbati excipias, nihil ibi vetitum aut mandatum est, quod non intrinsecam honestatem aut dishonestatem continet; in *num. 87.* autem *&c. seqq.* à priori duas assignavi regulas, unam, quâ ad Jus Naturæ revocavi, quidquid simpliciter expedit esse licitum aut illicitum ad felicem humanæ naturæ statum; alteram, quâ hujus felicitatis deprehendendæ indicium suggesti proprium cujuscunque hominis dictamen, si in statum planè indifferenter se ponat, & seipsum examinet, quid Authori Naturæ, de licita vel illicita actione ante omnem causum particularem quærenti, consenseret. Hujus doctrinæ, quam in casibus obvenientibus nunquam reperi fallacem, necdum me poenitet; eamque in nostro themate & theoremate solidam & securam esse, firmiter mihi persuasum habeo. Enimvero si dubium incidat: sitne v. g. in Republica vis privata concessa? liqueatne fidem frangere? possitne jus subditis quæsitum auferri? Ad regulas meas recurro, atque ex eo, quod homines, in statu prorsus abstracto interrogati, respondissent, neutiquam expedire Societati Civili, ut vis privata, fidei violatio, aut ablatio juris quæsiti permittatur, infero, non licere uti privatâ vi, fidem frangere, aut subditis quæsitum jus auferre.

46 Non ignoro, ab aliis & nominatim à Nicôlao Hertio in *dissert. de Socialitate* (extat inter ejus Opera vol. I. tr. I. num. 2.) sect. 2. Socialitatem pro primo Juris Naturalis principio, ex quo singulas conclusiones, illuc per-

tinentes, deducere liceat, proponi; quam sententiam impugnavi in *cit. Jurisprud. lib. I. tr. I. cap. 2. à num. 78.* Verum, si quis mea dicta in hoc loco 47 ex integrō pervolvere voluerit, inventiet, me ab eodem Hertio neutiquam dissentire: sicut enim in *citat. cap. an. 78.* id duntaxat monstrare intendo, Socialitatem non esse unicū & universale principium, dijudicandi objecta & capita Naturalia; ita & laudatus Author *I. sect. 2. §. 2.* ad meum scopum expressè scribit, „ex Socialitate non omnia fluere di- „ctamina, sed illa tantum, quæ ad „alios homines respectum habent: „nam recta ratio quædam simplici- „ter, quædam sub conceptu Socia- „litatis dictat. Et paulò post: prin- „cipium hoc non esse unum & pri- „mum omnium, primum tamen ap- „pellari, quatenus officia omnia, „quæ ad alios homines respiciunt, „eò tanquam ad veritatem primam „reducuntur. Itaque Socialitatem 48 quoque pro dignoscendo Juris Naturalis decreto impræsentiarum admitto, atque ex priori regula omne id, quod simpliciter convenit Societati Civili quâ tali, pro præcepto, &c, quod simpliciter disconvenit, pro interdicto agnosco; cætera, quæ magis expedit, nec prohiberi nec juberi, naturali cujuslibet libertati relinquens.

Juri Naturali adjungo *Divinum*, non 49 quod diversus utriusque sit Author, dum à Divino Numinе Jus omne proficiuntur juxta illud *Prov. 8. v. 5. &c. seqq.* per me Reges regnant, & Conditores Legum iusta decernunt; sed quia Jus Naturale à DEO, tanquam Authore Naturæ, ex intrinseca objecti exigentia & necessitate conditum; Jus vero Divinum, in specie sic dictum, à DEO, tanquam Authore supernaturali, liberè positum est. Hoc duplex esse, 50 Veteris & Novi Testamenti, atque ex SS. Paginis Legis Antiquæ & Modernæ discendum, ex allegata mea *Jurisprud. Canonico-Civ. d. lib. I. tr. I. cap. 3.* palam fit. Utrumque plurimum inter Christianos confert ad intelligenda Juris Naturalis præcepta, ut potecum utробique reperiantur Divina Oracula,

idipsum, quod rectâ ratione tam circa actiones hominum publicas quam privatas constitutum est, aut clarius aut extensiùs explicantia. Tantòque minus Divinarum Paginarum lectio Principibus & Rectoribus Populorum eorumque Consiliariis est negligenda, quantò apertiùs id præcipitur Deuter. 17. v. 18. ibi: postquam se derit in sôlo Regni sui, describet sibi Deuteronomium Legis hujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Levitice tribus, & habebit secum, legètque illud omnibus diebus vita sua: ut discat timere Dominum DEUM suum, & custodire verba, & cæmonias ejus, que in Lege præcepta sunt. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, ut longò tempore regnet ipse & filii ejus super Israël. Certè Regibus Antiqui Testamenti, ceu Vicariis & Ministris suis, DEUS Prophetas ac Sacerdotes, tanquam instructores, monitores, ac sinceros operum censores adjunxit, Sauli Samuelem, Davidi Nathanem, Roboamo Semejam, Jeroboamo Ahiam, Basæ, Hanani, & Achabo Eliam, Joram Eliseum, Ezechiae Isaiam, Ezechiæ posteris Jeremiah, & aliis alias: quæ ergo Viri sanctissimi, Divinæ voluntatis Interpretes, pro salute Regentium & subditorum dixisse & egisse referuntur in sacris Paginis, ea pro Lege, Rege, & grege legenda & imitanda sunt; velut agnovit Jacobus Angliae Rex, cæterοquin Juris Divini malus sectator, in libello de Jure Monarch. lib. p. 148. ubi ait: Monarchie constitutio inter Judeos exemplar est, ad quod omnes bene constitutæ Monarchie possint, immo debeant conformari, utpote ab ipso DEO fundata, & oraculo facerrimo sancta. Quamquam diffundendum non sit, multa in Lege Veteri pro Hebræorum Republica ejusque Regimine fuisse liberè ordinata, quæ inter præcepta judicialia & cæmonialia recenseridebent, & Rebus publicis aliis de necessitate imponi nequeunt. De cætero, quod scriptum est Sapient. 6. v. 2. omnibus, ad sceptrum rotanda vel adjuvanda natis, ob oculos & animos pono: audite Reges, & intelligite, discite Judices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines,

& placetis vobis in turbis nationum: quam data est à Domino Potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quam, cum essetis Ministri Regni illius, non rectè judicästis, nec custodistis Legem justitiae, neque secundum voluntatem DEI ambulästis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam judicium durissimum in his, qui præfunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.

Scio, nonneminem protervè sensisse, in sacra Scriptura novi testamenti inter officium hominis, quæ homo, & quæ Christianus est, sufficiens discerniculum haud inveniri. Sed talpæ sunt, apertis oculis lucem veritatis non videntes, quicunque talia effutiunt: cum loca occurrant frequentissima, in quibus aliter de actionibus, ex solo Naturæ lumine cognitis, aliter de articulis, ex revelatione & elevatione hominis ad statum supernaturalem manantibûs, sermo instituitur.

Exempli causâ apud D. Matthæum cap. 5. v. 38. Salvator ita loquitur: audistis, quia dictum est, oculum pro oculo, & dentem pro dente? Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed, si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Rursus in eod. cap. à v. 43. sic legitur: audistis, quia dictum est, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum? Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius faciatis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Ite. 58 rum Apostolus in Epistola ad Roman. cap. 2. v. 14. bene distinguit inter ea, quæ recta ratio dictat cuilibet creaturæ, & quæ Lex positiva mandat: cum enim Gentes, inquit, quæ Legem non habent, naturaliter ea, quæ Legis sunt, faciunt, ejusmodi Legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex; qui ostendunt opus Legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente ipsis conscientiæ eorum. Is ipse in Epist. I. ad Corinth. 59 cap. 5.

**cap. 5. vi. i.** reprehendit Corinthios, dicens: *auditur inter vos fornicatio, quæ nec inter Gentes, ut uxorem patris sibi aliquis babeat.* Et quid multis? Jam omnium ore decantatur illud Evan-

gelicum: *date ergo Cesari, quæ Cesaris sunt, & quæ DEI, DEO.* Pulcherrima utique distinctio inter varia hominum officia, &, quæ homines, & quæ Christianâ professione censentur!

## §.

## De Jure Gentium.

**61** Urisprudentia nostra Publica suæ gnomas & regulas abundantiter derivat ex Jure Gentium! nam quia ex n. 18. & seqq. Civitatem non tantum in se & in suis membris, sed etiam cum respectu ad aliam Civitatem considerat, quidve justum & æquum sit inter omnes Civitates, alioquin *Gentes* appellatas, dispicit, reflectere debet ad Jus Gentium, de quo ita discitat Grotius *de J. B. & P. in Prolegom.*

**62** §. 17. sicut cuiuscumque Civitatis jura utilitatem suæ Civitatis respiciunt; ita inter Civitates aut omnes aut plerisque ex consensu Jura quædam nasci potuerunt, & nata apparet, quæ utilitatem respicerent, non coetum singulorum, sed magnæ illius Universitatis: & hoc Jus est, quod Gentium

**63** dicitur. Et, ut discursum suum prosequitur *cit. Grotius* §. 23. si nulla est communitas, quæ sine Jure conservari possit, quod memorabili latronum exemplo probabat Aristoteles; certè illa, quæ genus humanum aut Populos complures inter se colligat, Jure indiget.

**64** Sunt quidem aliqui, qui Jus Gentium à Naturali non distinguunt, aut faltem duplex Jus Gentium fingunt, primævum unum, quod dictante ratione jam inde ab origine ferum conditarum suos natales habet, à Jure Naturali planè indistinctum; alterum secundarium, quod postea usu & necessitatibus humanæ vitæ exigentibus natum est. Horum tamen principia jam in *Jurisprud. Canonico-Civ.* lib. 1. tr. 1. cap. 4. à n. 7. & à n. 30. partim retuli, partim refutavi; adstruendò, Jus Gentium à Naturali verè discretum, ac circa illa duntaxat objecta, quæ à Gentibus citra necessitatem intrinsecam spontaneâ voluntate ob communem utilitatem fuere recepta, occupatum

P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

esse. Quam diversitatem præ aliis 66 observavit Grotius *cit. l. §. 40.* sic disserens: ubi multi diversis temporib[us] ac locis idem pro certo affirmant, id ad causam universalem referri debet: quæ in nostris quæstionibus alia esse non potest, quæ aut recta illatio, ex Naturæ principiis procedens, aut communis aliquis consensus: illa Jus Naturæ indicat; hic Jus Gentium: quorum discrimen non quidem ex testimonii (passim enim Scriptores voces Juris Naturæ & Gentium permiscent) sed ex materiæ qualitate intelligendum est. Quod enim ex certis principiis certa argumentatione deduci non potest, & tamen ubique observatum apparet, sequitur, ut ex voluntate libera ortum habeat. Et, si ex verbis Wolfgangi Textoris in 67 *Synopsi Jur. Gent.* cap. 2. n. 5. lis magis datur de nomine, quæ re ipsa, verba alia, quæ in hac materia suggestis Huber *de Jure Civit.* lib. 1. ject. 1. cap. 5. n. 22. regero: satis causæ non arbitror, quamobrem à veteri doctrina sit recedendum, ubi nulla se prodit evidens rerum novarum utilitas. Est autem doctrina 68 vetus, Jus Gentium propriè dictum à Jure Naturali planè diversum, hocque in rerum honestate vel inhonestate interna; illud in libero Gentium quætaliū arbitrio mutui commodi gratiā fundatum reputari. Constat vel ex sola rubrica in tit. *Institut. de Jure Naturali; Gentium, & Civili.*

Jus Gentium idem Grotius *cit. l. §. 41.* 69 dispescit in id, quod verè & ex omni parte Jus est, & id, quod duntaxat effectum aliquem externum ad instar illius primitivi Juris parit. Jus Gentium prioris generis alibi nuncupat *internum*: quia nempe suum effectum exserit non tantum in foro externo, sed etiam in foro interno, uti v. g. accidit in bello justo, cujus autoritate res & personæ captæ

C

captæ fiunt capientium in foro soli &  
70 poli. Jus Gentium posterioris gene-  
ris appellat *externum*, utpote quod in-  
star Legis permissivæ aut obligationis  
merè civilis tantummodo virtutem ha-  
bet in foro humano, eumque, qui  
juxta tale Jus operatur, in conscientia  
tutum non reddit, uti contingit in bel-

lo injusto, in quo res & personæ ca-  
ptæ cedunt hostibus, si spectetur  
usus & consuetudo Gentium, licet  
capientes neutram securi sint in  
foro animæ, tum bellum inchoan-  
dō, tum jure belli occupata retinen-  
dō &c. Qua de re in Operis de-  
cursu plura.

## S. III.

*De Jure Canonico, Civili, aliisque Jurisprudentiæ  
nostræ Fontibus.*

71 **S**acros Canones Jurisprudentiæ no-  
stræ salutares esse latices, firmiter  
mihi persuasum habeo: nam etiam  
Gentiles tradiderunt & agnoverunt,  
Jus Publicum in Sacris, Sacerdotibus, &  
Magistratibus consistere, uti testatur Ul-  
pianus in l. I. §. 2. ff. de J. & J. Jus quo-  
que Pontificium in Publico contineri, scri-  
72 psit Cicero lib. 2. de LL. Estque res in-  
dubitata, partem Reipublicæ non par-  
vam aut ignobilem componi ex perso-  
nis Ecclesiasticis; nec pauca ibidem  
occurrere, de rebus & personis sacris  
disputari solita: unde verò salubrius  
& securius petenda decisio vel dilucida-  
tio, quam ex SS. Canonibus, eum in  
73 finem conditis & promulgatis? Et,  
quamvis in iisdem Canonibus plerum-  
que dicta Scripturæ sacræ allegentur,  
velut cæteros inter Acatolicos oppo-  
nit Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Uni-*  
74 *vers. part. gen. cap. 4. §. 3.* ex eo tamen  
eorum utilitas perinde ac dignitas tan-  
tò amplius enitescit, quanto præstan-  
tius, atque ad Disciplinam nostram ma-  
gis proficuum est Jus Divinum, à n. 49.  
deprædicatum: sicut enim sacra Scri-  
ptura est Index Divinæ Veritatis &  
Voluntatis; ita Vicarius Christi, Ro-  
manus Pontifex, ipsius sacræ Scripturæ  
genuinus Interpres, &, dum aliquid  
75 definit, executor est. Quòd autem  
Christus non fuerit Legislator, nec  
doctrinas per modum Legum propo-  
fuerit, & consequenter per modum  
Legum applicari haud debeant, asser-  
tio ejusdem Böhmeri est, à sensu &  
sententia fidei Orthodoxæ prorsus aliena,  
sacris Bibliis *Isiae 33. v. 12.* ibi: *Do-*  
*minus Judex noster, Dominus Legifer no-*

*ster, Dominus Rex noster, ipse salvabit*  
nos &c. evidenter contraria, ideoque  
nigrō comate notata à sacro Concilio  
Tridentino Seß. 6. cap. 21. ibi: *si quis*  
*dixerit, Christum JESUM à DEO homi-*  
*nibus datum fuisse ut Redemptorem, cui*  
*fidant, non etiam ut Legislatorem, cui obe-*  
*diant, anathema sit.*

Jus Civile Romanum tantoperè extol-  
lit Albericus Gentil. *de Jure Belli lib. 1.*  
*cap. 3.* ut illud non unius duntaxat Ci-  
vitatis, sed & Gentium & Naturæ, &  
sic ad naturam universam aptatum  
esse, dixerit. Cui non absimilia, si  
non gloriose, refert Godefridus  
Guilielmus Leibnitius in *prefat. ad Cod.*  
*Jur. Gent. Diplomat.* ita scribens: „ ob  
„ connexionem Gentium Christiana-  
rum, quæ ex veteri Romanorum  
„ potentia superfuerant, factum esse  
„ videtur, ut Leges Romanæ propè in-  
„ star Juris Gentium communis habe-  
„ rentur. Unde Angli, qui suas domi-  
„ proprias habent, tamen, cum exte-  
„ ris Jus dicunt, Romanas censem se-  
„ quendas. Et Principes Liberos in  
„ contractibus & foederibus, in testa-  
„ mentis aliisque Juris Gentium vel  
„ publicis actibus, easdem observare  
„ solitos, ex hoc ipso Codice nostro  
„ passim appareat, ita ut interdum in  
„ formulis Juris nostri nimii videri pos-  
„ sint. Hæc tamen & alia plus 77  
non evincunt, nisi quòd Juri Romano  
magna sit authoritas, ubi sponteā re-  
ceptione firmatum est; non verò vis  
tanta, ut extra Imperium quempiam  
invitum & nolentem obligare, vel  
actus Regum & Populorum Libero-  
rum tanquam Lex Publica determinare  
aut

aut definire possit: cùm ipsæ Leges Romanæ indicent & judicent, *extra territorium jus dicenti impunè non pareri ult. ff. de Jurisdict.*


78 SS. PP. *testimonia multùm Jurisprudentiæ Publicæ Universali prodesse, ratio in propatulo est:* quia singulare lumen à Conditore & Creatore nostro adepti, ea, quæ homini in omni statu licent aut non licent, exactius calluerunt & coluerunt, quām Gentiles & Ethnici, veræ fidei luce destituti, atque per depravatos mores, habitus vitiosos, & indomitas animi passiones sæpe in transversum acti. Certè nunquam defuit Christianis Regibus Sanctorum Virorum & Doctorum institutio, uti patebit expendenti S. Athanasii, Ambrosii, Chrysostomi, Leonis, Gregorii, Augustini, aliorumque tum scripta, tum facta: quippe quæ satis superque demonstrant, quod præcipuam gesserint curam Reipublicæ, eaque, quæ homini conveniunt & quæ Christianus, & quæ civis est, probè digesserint, contra quām audacter criminatur Böhmer in sua *Introd. in Jus Publ. Univers. cit. part. gen. cap. 5. §. I.*

80 *Antiquorum Philosophorum & ceterorum Prudentiū sententias non contemnendas existimo: quæ enim rectæ ra-*

*tioni sint consona; quidve sit vetitum aut permissum ex usu & observantia Gentium crebrò patefaciunt. Sed neque Theologorum aut Jurisperitorum conclusa parvi facienda censeo: quantumvis enim ingenio simul & calamō frequenter discrepent, attamen, ubi in re morum convenient, vix est, ut errent, fante ipsōmet Grotiō in Prolegom. §. 52.*

Demum claritatem & pondus Jurisprudentiæ Publicæ Universali conciliat *Historia*, quā edocemur, quid ante nos factum, actumve sit; qualis gubernandi regendive modus in hac aut illa Republica viguerit; quānam sibi jura Summæ Potestates arrogaverint; quidnam in pactionibus & foederibus publicis observatum fuerit; qualem partitionem & subjectionem subditi præstiterint. In iis vero, quæ nostri 83 sunt argumenti, Historiæ duplēm præcipue usum esse, adstruit Grotius in cit. *Prolegomen. §. 46.* nam & exempla suppeditat, & judicia: exempla, quò meliorum sunt temporum, eò plus habent authoritatis: ideo Græca & Romana vetera ceteris præferuntur. Nec spernenda judicia, præsertim consentientia: Jus enim Naturæ aliquo modō inde probatur; Jus vero Gentium non est, ut aliter probetur.





# LIBER I.

## <sup>D E</sup> Variis Hominum Statibus.

**I**urisprudentiæ Publicæ Universalis objectum materiale in Dissert. Præamb. n. 17. & 18. constitui Civitatem. Hæc ut rectè intelligatur, juvat, ab ovo rem aggredi, & status varios, in quibus homo considerari potest, in disquisitionem vocare.

### C A P U T I.

#### De Statu Hominum Naturali.

**S**tatus accipitur in præsenti pro certa conditione seu ratione vivendi, prout alias in Jure & usu loquendi accipitur in *civ. ff. de Statu homin.* Dispescitur in Naturalem & Adventitium. *Naturalis* est, quem homo sortitur à natura independenter à facto alio, proprio vel alieno. *Adventitius* est, qui homini ex facto alio, proprio vel alieno, supervenit. De Adventitio agetur in cap. seqq. De Naturali est

### S E C T I O I.

#### De Existentia & Indole Statū Naturalis.

##### S U M M A R I A.

1. & seqq. Adducuntur variæ mortua, Status Naturalis existentiam impugnantia. 4. & seqq. Afferantur mortua alia, contrarium suadentia. 7. Status purè Naturalis ab exordio mundi non erat. 8. Posuit tamen ex post facto extare. 9. Et datur etiamnum inter unam Civitatem & alteram. 10. Nec non in casu Anarchia. 11. Declaratur, quò sensu homo sit animal sociale:

12. An status libertatis sit pacis aut belli? Dubitatur. 13. & seqq. Rationes pro bello. 16. & seqq. Rationes pro pace. 19. & seqq. Rationes prigres resolvuntur. 23. Status Naturalis describitur. 24. & seq. Est conditio hominum, inter se aequalium. 26. & seq. Nemini alterius arbitrio subjectorum. 28. Praeceptorum DEI & Divinarum Legum imperio.

##### S. I.

#### Deturne Status hominum Naturalis?

**S**tatum Naturalem, quò quis in mera libertate vivat, non extare, videtur ex sequentibus moribus suaderi. Homo est animal,

ex natura sociale, velut infra pluribüs manifestum siet. Ergo Statum Naturalem, quò sinè ulla societate vivat, homini non consentaneum, sed contra

tra naturam esse, non minùs evidens  
apparet. II. Natura humana, post  
lapsum Adami corrupta & depravata,  
indiget tum Legē, quā dirigatur; tum  
Imperiō, quō coērceatur: adeoque,  
ne sinē Lege & Imperio noxiā utatur li-  
bertate, statū Civili determinetur, ne-  
cessum est. III. Primus primi homi-  
nis status erat Civilis: vix enim à Di-  
vino Protoplaste formatus, & in para-  
diso voluptatis collocatus fuit, illico au-  
diebatur favorabilis societati humanæ  
sententia: *non est bonum, esse hominem so-  
lum; faciamus ei adjutorium simile sibi.*  
*Genes. 2. v. 18.* Itaque Adamo Eva in  
uxorem data initium fecit societati  
conjugali; ex qua deinde status fami-  
liae, potestas patria, & herilis ortum  
traxerunt.

4 Status Naturalis existentiam à con-  
trario probant rationes, mox adducen-  
dæ. I. Spectatâ naturâ, omnes æqua-  
les & liberi nascimur, nec unus alteri  
subjectus est, ut verè dixit JCtus in *I. 32.*  
*ff. de R. J.* Status igitur libertatis homi-  
ni congenitus & connaturalis est; non  
obstante, quod, quamprimum homo  
lucem aspicit, imperio paterno subster-  
natur: hoc enim imperium non per se  
patri competit in filium, sed tantum ra-  
tione educationis, eaque cessante, ite-  
rum exspirat. II. Antequam homi-  
nes in Civitatem coierunt, eō sensu  
in libertate vixerunt, ut nullus in alte-  
rum verum imperium aut Summam Po-  
testatem, de qua in *lib. 2.* habuerit. Ple-  
riique ergo fusi per agros ac dispersi vag-  
abantur, uti perorat Cicero pro Sextio,  
tantumque habebant, quantum manu ac  
viribus per cedem ac vulnera aut eripere  
aut retinere poterant. III. Postquam  
Civitates sunt introductæ, multi vitam  
solitariam ex virtute elegerunt; multi  
etiam pro sua libidine hinc inde vagati  
nullibi stabilem sedem fixerunt; multi  
etiam sīc Legibus & Judicibus convi-  
ixerunt. Sic enim de Aboriginibus te-  
statur Sallustius in *Catilina*: *fuisse genus  
homínium agrestē, sīc Legibus, sīc Im-  
perio liberum atque solutum;* & apud eun-  
dem in *bello Jugurthino* legitur: *G. etuli  
& Lybies neque moribus, neque Lege aut  
Imperio cuiusquam regebantur.* Sic de

quibusdam Populis ex Africa narrat ex  
aliis Hertius in *Element. Prud. Civil. p. 1.*  
*sect. 1. sub §. 1.* *hęc gens in sua libertate vi-  
vens, nullique obediens, nec Legem nec Do-  
minum habet.*

Mihi in hoc dissidio judicium Pu-  
fendorfii *de Jure Nat. & Gent.* *lib. 2.*  
*cap. 2. §. 4.* quām maximè placet. Fa-  
tendum nempe, nunquam universum  
hominum genus simul & semel in sta-  
tu merè naturali extitisse, aut existere  
potuisse juxta modernam DEI Optimi  
Maximi providentiam: cū autho-  
ritate Divinarum Paginarum suffulti  
indubitanter credamus, ex uno pari  
conjugum juxta *num. 3.* quidquid est  
mortaliū, sua ducere incunabula: in-  
deque colligamus tum imperium ma-  
ritale, quō Eva subjiciebat Adamo  
*Genes. 3. v. 16.* tum paternum, cui de-  
scendentes ex Adamo suberant. Quin  
autem nonnulli ex posteris Adami, so-  
lutā per mortem aut mutuum con-  
fessum potestate patria, aliis in Civi-  
tatem confluentibūs, remanserint in  
statu libertatis, neque vetera neque  
nova exempla dubitare finunt. Si-  
militer extra dubium est, quin priscis  
temporibūs, qui familia paterna exce-  
debant frātres, singuli peculiarem sibi  
familiam, ab alia non dependentem,  
constituentes, in libertate & statu na-  
turali ex ductu & dictamine sanæ ra-  
tionis mutuò vivere incepérint; eā-  
demque ratione hodie dum una Civi-  
tas respectu alterius existat in libertate  
naturali, quatenus neutra paret alteri,  
nullave Dominum aut Dominium su-  
pra se reveretur. Pariter extra con-  
troversiam videtur positum, statum  
naturalem oculis repräsentari tum,  
quando Civitas in anarchiam delapsa  
dissolvitur; tum, quando diversarum  
Civitatum homines in terras vacuas  
aut desertas Insulas se conferunt.  
Atque hōc modō salvari potest, ho-  
minem esse animal sociale, seu appetitu  
ad societatem præditum, ita tamen,  
ut societas non sit præcepta singulis; &c,  
ubi societas actu est inita, figura liber-  
tatis naturalis quoad omnes alios, qui  
degunt extra societatem illam, super-  
stes maneat.

## S. II.

*Sitne Status Naturalis in ordine ad alios homines  
Status pacis an belli?*

- 12 **S**tipposita nunc Status Naturalis existentia in sensu explicato, non inutiliter queritur, sitne status ille pacificus an bellicosus? seu, an homines, si vivarent extra societatem, perpetuam inter se discordiam, an vero pacem, haberent? Super qua questione, notante Pufendorfio *de Jure Nat.* & *Gent.* cit. lib. 2. cap. 2. §. 5. in fundantur omnes ferè considerationes, quas Civitatum Rectores circa vicinas Civitates agitare debent ac solent.
- 13 Statum belli perpetui Hobbes. *de Cive* cap. 1. orbi eruditio persuadere nititur in hunc modum. Homo naturaliter metuit hominem, & quidem duplice ex capite, propter facultatem & voluntatem nocendi. Facultas nocendi cernitur in hominibus justæ & atatæ; qui, licet æquales vires non semper habeant ad conferendas manus, occasione tamen non destituuntur, ex insidiis & dolo pugnandi, aut in necem alterius cum aliis conspirandi. Voluntas nocendi deprehenditur vel ex necessitate, quod laceffitus ab alio non facile herbam porrigere, sed ab injuriis se defendere consueverit; vel ex arrogancia, dum quisque præstantissimum se credit, &, ubi quidpiam de honore sibi debito minui vel leviter suspicatur, in vindictam profilit; vel ex avaritia, quâ, si plures ad unam eandemque rem, neque frui committere concessam, neque divisibilem, aspirant, ad violentam illius occupationem animantur. Ex hoc metu simul & amore se suaque tuendi consurgit cupidus, potius alios præveniendi, quam illorum invasionem exspectandi; & ex hac resultat bellum ferè perpetuum, cuius ratione plerique judicant, licere cuilibet clam aut aperte inferre, quæcunque sibi expedire existimat.
- 14 Hobbesio contradicit universa ferè Sapientum Schola. Et justè. Nam hominem, etiam in statu naturali, non considerare debemus ut animal quale-

tunque, quod solo impetu & inclinationib[us] animæ sensitivæ stimuletur, sed rationale, vi intellectivæ conspicuum, ac Naturalis Juris lumine instructum, cuius virtute scit bonum à malo & justum ab injusto secernere; eaque, quæ ab intrinseco sunt honesta, amare, & contraria respuere. Nam, ut egregie discurrit Cicero i. de Legib. *inter quo statio, inter eosdem etiam recta ratio communis est: que, cum sit Lex; Lege quoque consociati homines cum Diis putandi sumus.* Inter quos porro est communio Legis, inter eos communio Juris est. Cum ergo status continuibelli sit valde perniciosus, rectæque rationi, quæ affectus inordinatos temperat, vindictam, avaritiam, & arrogantiam prohibet, oppido adversus, status hominis naturalis perperam appellatur status belli. Insuper Natura inter homines cognitionem quandam constituit, & propter æqualem omnium originem ac naturæ similitudinem non hostes sed amicos esse voluit: eaque propter Salvator noster, officium, quod homini ab homine eo ex titulo impendendum est, explicaturus, Matth. 7. v. 12. dixit: faciendum alteri, quod nobis fieri velimus; non faciendum alteri, quod nobis fieri nolimus. Atqui nemo vult bellum sibi inferri, nemo sibi desiderat noceri; econtra nemo non in pace cum aliis vivere, aut sua quiete retinere cupit: quamobrem, ut alios in pace quiescere permittat, atque à bello & apparatu bellico abstineat, Natura dictat & jubet. Præterea, si status naturalis, quô homines extra societatem vivunt, sit turbidus, violentus, bellique nutritivus, an non turbulentior, violentior, bellique feracior erit status Civilis, quô inter plures homines, in coetum unum constrictos, frequentior imò quotidiana est materia & seipso supra alios extollendi, &, quæ alii possident, appetendi, &, quod in aliorum tendit injuriam, faciendi? Adhæc, ut loquitur Pu-

Pufendorf de J. N. & G. lib. I. cap. 7. §. 13. contradictionem implicat, positis pluribus hominibus iure & equalib[us] dicere, omnibus in omnia & in omnes jus competere: cum utique unius ius ad omnia non possit non cæterorum iura absorbere, si effectum aliquem sit habiturum. Illud enim non minus absurdum est, ius fingere, quod nullum effectum in ordine adversus alios homines obtineat. Nam in mortalibus non esse & nullum habere effectum, idem ferè est. At quale ius est, cui alter pari jure possit resistere?

20 Plures rationes non addenso, sed ad discursum Hobbesianum præter jam dicta respondeo, non omnes homines in statu naturali sibi præsentes, sed plures inter eos absentes esse cogitandos; &, quia adductæ de voluntate nocendi conjecturæ non afficiunt alios, quam præsentes, bellum omnium in omnes falsò configi. Acce-

dit, quod hominum ad nocendum pronitas non in omnibus eadem, sed in aliquibus major, in nonnullis sit minor; quodve non semper accidat, ut pravitate cum pravis conveniant, sed etiam ut boni jungantur malis: in his igitur circumstantiis credendum est, improborum malitiā proborum modestiā coerceri posse. Denique ex 21 facultate nocendi, cuilibet inditā, pacis amor præ belli cupidine longè clarius elucet. Vel enim vires utrinque sunt æquales, vel inæquales? Si æquales, uterque timendum habet, ne, dum alteri vitam aut vitæ subsidia eripere conatur, ipsem in vitæ bonorumque discriben adducatur. Si inæquales; is, qui robore prævalet, nil habet, quod metuat ab inferiore; &, qui potentia caret, cum potentiō congregivix audebit. Conferatur Pufendorf cit. lib. 2. cap. 2. §. 7. & seqq.

### S. III.

#### *Quid sit Status Naturalis?*

23 **S**tatum Naturalem non male describit Hertius in *Elem. Prud. Civil.* p. I. sect. I. §. 3. quod sit conditio hominum, inter se æqualium, neminiisque alterius, præterquam DEI & Divinarum Legum, arbitrio subjectorum.

24 Dicitur I. *Conditio hominum, inter se æqualium.* Ut comprehendenderem non tam eos, qui seorsim ab humano consortio vitam agunt, societatis omnis expertes; quam illos, qui quidem societatem & Civitatem habent, relativè tamen ad Civitatem & societatem aliam non aliter, ac si in statu naturali & æquali forent, juxta num. 9.

25 considerari debent. Hinc inter Civitates jam constitutas earumque Reftores ad invicem, quia sunt æquales, non datur locus procederiaz seu præcedentiaz, nisi aut conventione aut antiquâ possessione aliud invaluerit: & ideo forsitan Rex & Princeps unus alterum appellat fratrem, velut æqualem sibi, prout elucescit ex ipsam Hystoria sacra tum lib. 3. Reg. 20. v. 32. & seq. ubi Achabus Rex Israël Benodadum Syriæ Regem Fratrem nominat; tum

I. Machab. 10. v. 8. ubi scriptum extat: *Rex Alexander Fratri Jonathæ suo.*

Dicitur II. *Neminisque alterius arbitrio 26 subjectorum.* Hæc enim præcipua statu naturalis prærogativa; hæc unica differentia est, quæ discernitur a statu Civili, in quo necessarium est aliquod Imperium, seu perfectum seu imperfectum, ut societas in debita ordinatione & subordinatione conservetur. Potestque ea- 27 dem prærogativa Civitatibus inter se tribui, quatenus unaquæque alterius Legibus & Potestate soluta est juxta illud D. Chrysostomi ad Psalm. 44. *Non Romanorum Rex Persis, aut Persarum Rex Romanis ferre Legem potest.* Indeque Ariovistus Germanorum Rex apud Ju- lium Cæsarem lib. I. Coment. de Bello Gall. Cæsar's Legato respondit: *si quid ipsi à Cæsare opus esset, sejè ad eum venturum: si quid ille se velit, illum ad se venire oportere.*

Dicitur III. *Præterquam DEI & Di- 28 vinarum Legum.* Ab his namque mortalium netho exemptus, sed ubiunque terrarum aut gentium moretur, præceptis DEI tam naturalibus quam positivis est obnoxius.

## S E C T I O N I I.

## De Juribus &amp; Obligationibus Hominum, in Statu Naturali existentium.

## S U M M A R I A.

29. & seqq. Explicatur obligatio hominis ad DEUM.  
 31. & seqq. Explanatur jus libertatis. 34. Exponitur jus conservationis. 35. Dilucidatur jus defensionis. 36. & seqq. Extenditur ad facultatem occidendi aggressorem. 39. & seqq. Textus ex libro Genet. cap. 9. v. 6. expenditur. 44. Jus defensionis extenditur etiam ad facultatem militandi. 45. & seqq. Extenditur præterea ad defensionem pudicitia. 47. Extenditur etiam ad defensionem rerum & honorum temporalium. 48. & seqq. Item ad defensionem honoris. 50. Demittit ad quocunque casum necessitatis. 51. & seqq. Nulla tamen est obligatio defendendi vitam cum occidente aggressoris. 54. & seqq. Minor adhuc obligatio est defendendi bona cum tali occidente. 56. Idem est in materia castitatis, quando quis non est in manifesto peccandi periculo. 57. Aliquando licitum est, corpus expondere periculo vita. 58. In statu naturali homo respectu alterius hominis jus habet, ne ladeatur in membris. 59. Et alter obligationem habet non ladeandi. 60. Par-

ter unus jus habet, ne ladeatur in honore; 61. Alter obligationem subit, ne lades. 62. & seqq. Idem est quoad res & bona externa. 64. Ex culpa iuridica non oritur obligatio resarcendi damnum. 65. & seqq. Ad benefaciendum nullus alterum tenet obligatum; sed ne benefacionem impediatur. 67. Quilibet habet jus removendi, quidquid usum juris sui intercipit. 68. Ex parte oritur obligatio personalis. 69. Si patrem sic perfectum. 70. Oritur etiam obligatio servandi fidem datus. 71. Res nullius in statu naturali ab unoquoque possunt occupari. 72. Circa res alterius cons�petit jus personale vel reale. 73. Idem est circa loca, ab aliis occupata. 74. & seqq. Exponitur textus in l. I. §. 22. ff. de Aqua & aqua pluv. 76. & seqq. Ostenditur exinde, dari servitium naturalem: 81. & seqq. Transitus per alienum territorium est servitus naturalis. 85. & seqq. Item transitus per maria. 87. & seqq. Item jus appellandi ad portum. 89. & seqq. Traduntur duæ regula in hac materia, necessarias & utilias.

## S. I.

## De Juribus &amp; Obligationibus Hominis quoad se.

29. **Q**uid juris homo, in naturali libertate constitutus, habeat quoad bona spiritualia; quid & quantum sit obligatus Creatori suo, ad eum agnoscendum, colendum, timendum &c. disquisitio utilissima & pulcherrima est; hic tamen potius supponenda cum Theologis & Ethicis, ad quorum forum ex instituto spectat, quam longius 30 deducenda. Breviter id expressit Laurentius lib. de Ira DEI cap. 14. DEUS, sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquam Divini Templi Antistitem, spectatorem operum rerumque coelestium. Solus est enim, qui sentiens capax rationis intelligere possit DEUM, qui opera ejus admirari, virtutem potestatemque perspicere. Idcirco enim consilio, mente, prudentia instructus est. Ideo præter ceteros animantes solus rectus corpore, ac statu factus est, ut ad contemplatio-

, nem parentis sui excitatus esse videatur: ideò sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare Majestatem Domini sui possit: postrem ei cuncta subjecta sunt, ut Factori atque Artifici DEO esset ipse subiectus. Hæc ille.

Loquendô autem de juribus, ad considerationem nostram spectantibus, in statu naturali præcipuum fere est jus libertatis, quatenus homo, ab omni subjectione humana liberatus, est I. dominus suarum actionum, nec eas ad alterius Leges aut utilitatem aliorum accommodare tenetur, sed, salvâ Lege Naturali, in suum præcisè commodum pro libitu exercere valet. II. Est expers coactionis & coercitionis, &, si contra Legem Naturæ deliquerit, Judicem in terris, qui delinquentem condemnet, aut puniat, non habet. III. Estrerum suarum moderator & arbiter, non eō dunt taxat sensu, ut de rebus suis per omnino-

Nimodum usum & abusum dispōtere possit, sed etiam in causa propria sit Judex, de qua, si ipsi liquidō constet, non attentā alterius contradictionē, pronuntiare ac exequi haud prohibeatur. Nicolaus Hertius vol. 2. to. 3. de different. Jur. in Statu Naturali sect. 1. §. 13. Et 14.

34 Non inferioris ordinis ius hominis est, ea faciendi, quæ spectant ad sui conservationem. Quantumvis enim potestatem in vitam & membra nostra acceperit, solique Creatori, cuius dona & bona sunt, dominium reservatum manerit, utī docui cum Theologis & Jureperitis in *Jurisprudia Canonico*. CIV. lib. 3. tr. 2. cap. 2. à n. 356. usum tamen quilibet vitæ membrorumque sortitus ea facere potest, quæ spectant ad conservandum, quod Author Naturæ jure precariō concessit.

35 Oritur hinc jus defensionis naturalis, de quo Cicero lib. 1. de Offic. ait: generi animalium omni est à Naturā tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque, que nocitura videantur. Et in orat. pro Milone, si vita nostra, inquit, in aliquas infidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis beneficia ratio est expedientia salutis. Hoc Et ratio Doctis, Et necessitas Barbaris, Et mos Gentibus, Et feris Naturæ ipsa prescrīpsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua pro-

36 pulsarent. Idque jus I. eosque extenditur, ut quis alterum, se occidere volentem, prævenire, & priorem intentum intentare valeat: quia ordinata charitas incipit a se ipso, nec obligat, ut, qui à nocente impetus est, mactari se sinat, dexterā in aggressorem suspensa. Illustriss. Aug. Reding Theol. Schol. to. 13. q. 12. art. 1. contr. 3.

37 num. 14. Et certè, si bellum publicum ex dicendis suo loco cum plurimi occisione ex causa defensionis ab omnibus licitum reputetur, etiam bellum privatum, quod in statu naturali æqualis in æqualem anima mouet, concurrente defensionis causâ, illicitum esse nequit. Verbo: quotiescunque bellum publicum. Jure Naturali inter duas Civitates censetur indulsum, de quo infra. toties bellum

P. Scamini Jurispr. Publ. Univers.

privatum inter æquals erit concessum: cùm, ut dictum in num. 9. duæ Civitates, inter se consideratæ, pro æqualibus reputentur.

Scio, ab Auctore rationalis creaturæ Noëmo ejusque posteris hanc esse datam Legem Genes. 9. v. 6. quisquis effuderit sanguinem hominis, qui est in homine, sanguis eius effundetur: quia hominem ad effigiem suam fecit DEUS: ex quo concludi potest, ius defendendi cum alterius imperfectione saltem Jure Divino positivo circumscriptum fuisse. Sed quis nescit, eādem Legem non de qualibet sanguinis effusione, sed de illa tantum, quæ sit injuste, intelligendam esse? Alioquin non posset Judex in Civitate quadam in malefactors ferrum stringere, si, quod sanguinem fuderit alienum, proprium quoque fundere deberet. Imò, cùm dictum sit Antiquis sanguinem pro sangui- ne, animam pro anima Exod. 21. v. 24. congruum est, ut, qui sanguinem & animam nostram injusta aggressione effundere conantur, justa defensio- ne etiam usque ad sanguinem & animæ effusionem repellantur.

Scio quoque, ius defensionis ita 42 tui naturali non ita proprium esse, ut non etiam Civili statui conveniat. Disparitas tamēti hoti levis intercedit. Nam Cives violentam sui defensionem adversus Cives, perpetuos autem temperarios, ita moderari tenentur, ut eam tunc delitum adhibeant, quando tempus ac locus non indulget spatium, auxilium Magistratus implorandi. Aequalis autem 43 contra æqualem, cùm Magistratum, à quo subsidium exigat, non agnoscat, & potest se defendere, quando ab altero actu invaditur; & quando alter hostilia meditatur, ipsum prævenire & occidere valeat, quādiu animuti hostilem non exuit, seque, petit sponte venia, prioris amicitiaz participem non facit. Videatur Pufendorf de J. N. Et G. lib. 2. cap. 5. §. 3: Et 4. 6.

Extenditur jus defensionis II. ut, 44 qui corpus duttaxat truncare, ac membro aliquo privare intentat, licite occidatur: siquidem & membra à DEO concessa habemus, non ut pro-

prodigamus, sed custodiamus; eaque s̄epe aut æqualis aut non minoris æstimationis sunt, quām vita: consequenter facultas nobis est, illas, qui membrum nobis amputare aut debilitare præsumunt, viribūs & vitā spoliandi. Grotius lib. 2. cap. 2. §. 6. Pufendorf d.l. §. 10.

45 Extenditur jus defensionis III. ut, qui pudicitiam aliter, quam occidendō stupratorem aut adulterum, illibatam servare nequit, occidere possit.

Lessius de J. Et J. lib. 2. cap. 9. num. 76. Clariss. P. Paulus Mezger Theol. Schol. tr. 12. disput. 37. art. 3. sub num. 8. Nam teste Seneca 1. de benefic. cap. 11. proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem vivere, sed ut mors potior sit, tanquam libertas, Et pudicitia, Et mens bona. Et ideò qui latronem, cædem sibi inferentem, vel alium quempiam, stuprum inferentem, occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit. Paulus sentent. 5. tit. 23. Quod confirmat D. August. lib. 1. de lib. arbitr. dicens: Lex dat potestatem vel viatori, ut latronem, ne ab eo occidatur, occidat; vel cuiquam viro aut fœmine, ut violenter sibi stupratorem irruentem, ante aut post illatum stuprum, si possit, interimat.

47 Extenditur jus defensionis IV. ut, si res nostræ in notabili quantitate auferantur, & aliter, quām morte furis recuperari nequeant, fur aufugiens, & restituere nolens, interimi possit. Lessius citat. cap. num. 72. Reding Theol. Schol. d. 10. 13. q. 12. art. 1. contr. 3. n. 7. Et 8. in statu enim naturali vix aliud remedium superest, res suas retinendi aut recuperandi, quām occisio furis; & sic, ne detur licentia, impunè deprædandi & grassandi in aliorum bona, occisio non censetur esse prohibita. Pufendorf cit. lib. 2.

48 cap. 5. §. 16. Et quamquām non videatur esse proportio inter vitam, quæ semel perdita recuperari nequit, & bona temporalia, quæ resarcitionem aut recuperationem admittunt: at-tamen, cū bona notabilis quantitas sint pars vitæ, hæcque sine bonis aut omnino non aut ægrè protrahatur, illorum defensio cum jactura vitæ contra fures & raptore est permissa. Legantur, si placet, dicta in

Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. tr. 4. cap. 6. a. 2. 312. &c dicenda inferius, ubi pro legitima belli causa rerum nostrarum defensio aut vindicatio statuetur.

Extenditur jus defensionis V. ut, si injuria gravis, illata aut certò inferenda, nequeat aliò modō, quām occisione resarciri vel impediri, justè occidatur injurians. Reding d. art. 1. contr. 3. n. 28. Mezger cit. tr. 12. disp. 37. art. 3. num. 8. quia, ut arguunt hi Doctores, honoris damnum apud homines pluris æstimatur, quām multæ pecuniæ detrimentum. Cūm iigitur ob defensionem quantitatis notabilis pecuniæ liceat occidere invasorem; idem perinde licebit pro defensione honoris. Servit huc statutum Sanctissimi Regis Davidis, injuriā Legatis suis per rasuram barbare dimidiæ & præcisionem vestimento-rum irrogatam, bellō maximè cruentō persequentis, uti legitur in lib. 2. Reg. cap. 10. Nolim tamen hanc doctrinam ad statum alium, quām naturalem, applicare.

Extenditur denique jus defensionis sui suorumque jurium VI. ad quemcunque gravis necessitatis casum, ubi quis scipsum & sua magis, quām alterum servare potest: necessitas enim magnum infelicitatis patrocinium est, teste Seneca lib. 4. Controvers. 27. facitque licitum, quod alioquin, seclusa necessitate, foret prohibitum; ut dicit Venerabilis noster Beda, re-latus in cap. 4. X. de Reg. Jur. Latè Pufendorf de J.N. Et G. lib. 2. cap. 16. pertinet & de Offic. hom. cap. 5. §. 23. Et seqq.

Num verò sit obligatio defendendi vitam cum occisione invasoris? Communiter in negativam contra Abulensem in cap. II. Josue q. 11. inclinant DD. quando ex morte propria non imminet damnum grave alteri: v. g. uxori aut liberis, ad quos alienos quis obligatur. Ita Sotus de J. Et J. lib. 5. q. 1. art. 8. Reding d. l. n. 23. Mezger ibid. num. 4. Ratio est: par-tim quia generaliter nemo tenetur uti favore sibi concessō, juxta Quintilianum declam. 7. ibi: omnium benefi-ciorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. Quidquid in honorem alicuius inventum est, definit privilegium vocari posse.

profe, si cogas. Cuncta, si videtur, jura percurrere; nusquam adeo pro nobis sollicita Lex est, ut quod prestat, extorqueat: partim quia in specie illa media ad vitæ tui-  
tionem accipere aliquis non tenetur, quæ sunt extraordinaria aut valde dif-  
ficilia, sicut est occisio invasoris, qui,  
cum versetur in periculo salutis amit-  
tendæ, utique majori cum virtute  
impunis permitti quām occidi potest,  
exemplō SS. Martyrum, morte tem-  
porali perire, quām alios perdere  
præeligionem; juxta prototypon  
& doctrinam Christi Domini apud  
Matth. cap. 5. vers. 39. ibi: ego autem dico  
vobis, non resistere malo, sed, si quis te per-  
cuserit in dexteram maxillam tuam, prebe  
illi & alteram.

§4 Minor erit obligatio, honorem  
proprium aut patrimonium cum  
morte prædonis salvandi: tum quia  
in opinione verorum Sapientum, qui  
patienter fert injuriam, aut bono-  
rum jacturam, honorem auget ma-  
gis quām minuit, ut tradit Grotius  
lib. 2. cap. 1. §. 10. num. 2. tum quia vir-  
tus est heroica & Evangelica, seipsos  
fortiorem esse, & appetitum seu ira-  
scibilem seu concupisibilem genero-  
sa victoriā saniori dictamini subjecere.  
Hinc apud cit. Matth. vers. 40. dicitur:  
qui vult tecum judicio contendere, & tu-  
nicam tuam tollere, dimitte ei & pallium; &  
vers. 44. diligite inimicos vestros, benefa-  
cite bis, qui oderunt vos, & orate pro per-  
sequentibus & calumniantibus vos.

Nullam quoque obligationem ag-  
noscent Molina de J. & J. tr. 3. disp. 17.  
num. 17. Dicastillo de J. & J. lib. 2. tr. 1.  
disp. 10. dub. 5. num. 65. & alii, ut virgo  
stupratorem, vim sibi inferre tentan-  
tem, occidat: putant enim laudabi-  
lius esse, violationem proprii cor-  
poris sustinere, quam flagitiosum  
tentatorem æternis cruciatibus sub-  
mittere; dummodo non sit péricu-  
lum, ne ipsa virgo in carnalem vo-  
luptatem consentiat. Alioquin re-  
memorandum erit illud Salvatoris  
nostrī: quid prodefit homini, si mundum  
universum lucretur, anime vero sue detri-  
mentum patiatur? aut quam dabit homo  
commutationem pro anima sua? Matth. 16.  
vers. 26. Sbogar Theol. Radical. tr. 89. n. 20.

Porrò non obstante, quod homo §7  
non sit dominus sui corporis & mem-  
brorum, neque seipsum interficere  
aut mutilare, neque in sui interfe-  
ctionem aut mutilationem formaliter  
& directè consentire valeat; ni-  
hilominus permulti sunt casus, in qui-  
bus se mortis aut mutilationis peri-  
culo committere non prohibetur:  
quia præceptum de non-occidendo  
quidem negativum est, obligans sem-  
per & pro semper; at præceptum de  
conservanda vita, seu de adhibendis  
mediis ad illius conservationem est  
affirmativum, obligans semper, non  
pro semper. Casus istos exhibit Aug.  
Reting d. l. cont. 2. an. 9. Paul. Mezger  
Theol. Schol. tr. II. disp. 28. art. 3. an. 7.

## §. II.

### De Juribus & Obligationibus hominis in hominem.

§5 Iura & obligationes, quæ dantur  
in homine respectu aliorum in sta-  
tu naturali, sunt duplicis generis:  
alia secluso pacto; alia ex pacto.  
Secluso pacto homini, quæ homo  
est, præcisè ex titulo nativitatis com-  
petit I. jus, ne lœdatur in membris;  
usuve potentiarum vitalium prive-  
tur: quantumvis enim ex num. 34.  
tantum sit usuarius membrorum &  
potentiarum suarum; attamen, si-  
cūti, qui rem patrimoniale in usum  
sibi concessam habet; omnes alios  
sibi tenet obligatos, ne quid nocu-

menti inferant; ita & quilibet homo;  
usum membrorum & potentiarum  
naturalium ex beneficio Creatoris  
adeptus, neminem non obligatum  
habet, ne detrimentum aliquod cau-  
set. Cuijuri ex altera parte corre-  
spondet obligatio, cuilibet homini  
imposita, ut neminem lœdat: nam  
justitia primum munus est, ut ne cui quis  
noceat, nisi laceratus injuriā, sicuti dixit  
Cicero lib. I. Offic. alioquin qui ausu  
temerariō alterum lœdere præsum-  
pserit, damnum datum resarcire te-  
netur.

60 II. Competit jus, ne laceratur in honore & existimatione; quia honor & existimatio est quidem activè in honorante & existimante, & passivè in honorato & existimato; nihilominus cuilibet jus insitum esse noscitur, ne aliquid ab altero agatur, honori & existimationi bonæ contrarium. Unde resultat obligatio, partim ne quis alterum contumeliā, convitiō, caluminia, aut alia offendat injuriā; partim ut, quia tale fecerit, satisfacere studeat.

61 III. Competit jus, ne damnum quis in rebus & bonis externis seu temporalibus patiatur. Siquidem non tantum eō tempore, quō, solutâ communione, facta est rerum divisio; sed etiam pro statu communionis, qui rem aliquam ex promiscuo illo cumulo sibi appropriavit, jus strictè dictum seu jus proprietatis consequitur, de ea, privative quoad alios, in usum proprium disponendi. Unde Cicero lib. 3. Officior. illud quidem, ait; *Natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.* Itaque nemo non obstrictus est, ut alterum in libera fruitione aut possessione rerum suarum permittat; aut, ubi dolosè quidpiam subtraxerit, corrumperit, fregerit, deterioraverit, damnum à se causatum ad æqualitatem compenset. Quo in puncto laudatus Cicero existimat, *detrabere alteri sui commodi causâ magis esse contra Naturam, quam mortem, quam dolorem, quam cetera generis ejusdem.*

62 Dixi: dolosè. Culpâ juridicâ, ut vocant, cum peccatô non conjunctâ, si damnum fuerit datum, & multò magis casu fortuitô, non puto, obligationem nasci, damnum resarcendi: certetur quippe damnum involuntarium, ac sine injustitia causatum; nec proinde radicem habet, ex qua pullulare valeat obligatio, prout passim concludunt nostri Theologi & multi Jurisperiti cum Soto de J. & J. lib. 4. q. 4. num. 2. in f. & Redingio Theol. Schol. to. 13. q. 10. art. 2. contr. 1. num. 1. & mult. seqq. quibuscum sensi in mea Jurispr. Canonico-Civ. lib. 5. tr. 3. cap. 1. num. 77. Quod idem supra in num. 58. de lassione membrorum est

intelligendum. Dissentit Pufendorf, de J. N. & G. lib. 3. cap. 1. §. 6.

IV. Competit jus, non quidem ut alter nobis benefaciat, & actum liberalitatis, amicitiae, vel benevolentiae erga nos exerceat ( nam extra materiam justitiae nemo alteri ex jure stricto & rigoroso est obligatus ) sed ne quis alium, nobis benefacere volenter, impedit; veluti laudatus Reding insinuat d. l. quest. II. art. 1. contr. 1. num. 3. & 4. & docet, quod, si quis per vim aut fraudem impedit volenter Petro legare seu donare domum, licet hic nullum jus habeat ad dominum, obligetur ad faciendam restitutionem, quanti spes illa obtinenda domus æstimatur. Sin autem impedimentum fiat absque vi aut fraude solo consilio & suggestione, tunc, quia non tollitur libertas ex parte benefactoris, & sic peccatum injustitiae non committitur, ex principiis ejusdem Illustrissimi Viri d. l. num. 3. nulla surgit restituendi obligatio.

V. Competit jus removendi, quidem usum aut defensionem juris mei adversus alium intercipit, esto tertius, à quo impedimentum ponitur, jus id agendi ceteroquin habeat: cum agere nequeat, ut mihi noceat. Hinc, si quis hosti meo sit federatus, cum pro hoste non injustè respicio; & si gladius vendatur adversario meo, me occidere volenti, justè resisto. Nicolaus Hertius vol. 1. to. 1. in dissert. de Col. Leg. sect. 2. §. 10. advertens, hoc magis valere, quando, qui me impedit in usu juris, ex humanitate obligatur, ne me impedit.

Ex pacto generatim oritur jus personalis seu ad rem, cuius administrulus, qui mecum paciscitur, potest adstringi ad faciendum aut omittendum, quod pacto promiserat. Egi de hoc latissime in dicta Jurisprud. Canonico-Civ. tr. 3. lib. 3. de pactis & contractib. non tantum secundum principia Juris positivi, Canonici & Civilis, sed etiam juxta dicta & placita Juris Naturalis: unde nihil de his repetere, sed illuc Lectorem remittere salubrius existimavi.

Duo solùm notamina subiungo. Primum est, padum, ut obligatio-

niem justitiae ex parte promitteatis, & jus proprietatis, activum & efficax, ex parte promissarii generet, debere perfectum esse, id est, mutuo ac libero consensu utrinque acceptatum & completum: nam promissio imperfecta, quam vel nolumus efficaciter in alterum jus exigendi transferre, ut si dicatur, volo tibi hoc aut illud praestare, crede mihi; vel quam potius veritatem nostram, quam voluntatem alteri devincire volumus, ut si cùdam suffragium, intercessionem, aut promotionem spondemus, non dat promissario jus, promissarium ad observantiam promissionis violenter compellendi. Pufendorf. de Offic. bom.

cap. 9. §. 6. Alterum est, ex pacto 70 suboriri naturalem obligationem servandi fidem datam: nihil enim tam naturale est, quam ea, quae mutuo placuerunt, servare, ait JCtus in l. 1. in pr. ff. de Pact. Isocrates etiam apud Callimachum, in fœderibus & pactis, inquit, tanta vis est, ut plerque res tum Grecorum tum Barbarorum ex pactis & conventis transfigantur. Iis enim freti convenimus & commercia agitamus. Per hæc inter nos contrahimus: per hæc cum privatis inimicitias, tum communia bella denimus. Hoc unò, tanquam communibꝫ, homines omnes uti non desistimus. Conferatur Grotius in Appendice Epistol. 12.

### §. III.

## De Juribus & Obligationibus circa res & loca.

<sup>71</sup> **R**es aut nullius sunt, aut alicuius dominio subjectæ. Res nullius, puta animalia, in naturali libertate existentia, gemmæ, lapiili &c. ab unoquoque occupari possunt, nec quicquam obstante alterius prohibitione.

<sup>72</sup> Circa res, alicujus dominio jam subjectas, potest nobis competere jus personale, vel reale. Jus personale seu ad rem consurgit ex pacto, de quo in num. 68. Jus reale, presupposito titulo, acquiritur traditione illius, ad quem pertinet, ut dictum & fusè deductum habes in cit. Jurisprud. lib. 3. tr. 2. de Jure Proprietat.

<sup>73</sup> Quoad loca similis proptermodum est dispectio. Vt enim vacua sunt; vel ab alio jam occupata. Si prius; cedunt primo occupanti. Si posterius; jus nobis competere potest aut personale ex pacto; aut reale ex alterius traditione.

<sup>74</sup> Num autem in locis, veletiam ampleribus ditionibus, aut provinciis, à quoquam occupatis, citra pactum aut traditionem jus servitutis ex solo Naturali Jure competere valeat? Non sine fructu disquirendum erit. In Jure privato vestigium talis servitutis invenio in l. 1. §. 22. ff. de Aqua & aquæ pluvie arcende &c. ubi decernitur, semper hanc esse servitutem inferiorum prædio-

rum, ut natura profluentem aquam excipiant; & §. ult. subjungitur: semper inferiorem superiori servire; at hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à superiori, compensareque debere cum alio commodo: sicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ commodum ad eum defluere. Cui textui, satiſ lu-<sup>75</sup> culento, majorem lucem conciliat ratio legalis, quod servitus in genere sit jus in re aliena constitutum, cuius virrute dominus illius rei tenetur ad alterius utilitatem aliquid pati, aut non facere in suo. Atqui juxta cit. L dominus prædiū inferioris tenetur pati, ut aqua ex prædio superiore defluat in suum fundum; &c. licet aggere in suo prædio extucto aquam defuentem alio possit avertere, attamen re ipsa aliquid patitur, dum prædiū superioris dominum actione aliqua convenire, aut cogere nequit, ut opere factō impedit, quod minus aqua descendat, & in prædium inferius naturaliter decurrat. Nicolaus Hertius vol. 2. fo. 3. in dissertat. de Servitut. naturalit. constit. in Prolegom. §. 4.

Contrarium tenuisse videtur Grot. <sup>76</sup> in volume Epistolarum in d. Append. Ep. 5. ita scribens: „ servitutem nullam „ esse naturalem propriè loquendō, „ vox ipsa tum servitutis, tum naturalis indicat: neque enim magis na- „ turā

„turalis esse potest rei quām personæ „servitus : est enim rei servitus jus fa- „ctō hominis introductum contra „nativam libertatem. Quare, quod „in *l. cit. de Aqua & aquæ pluv.* dici- „tur, hanc esse servitutem inferiorum „prædiorum, ut natura excipiant pro- „fluentem aquam, manifesta est Kará- „χερσίς, ipsō loquendi genere indica- „ta, ut si tabidum hominem vivum 77 „cadaver appellem. At meminisse oportet, sub diverso respectu utrumque verificari posse, ut servitus aquæ defluentis & juxta & contra Naturam esse dicatur. Contra Naturam est, dum onus quoddam imponit prædii inferioris domino, quod alioquin ob dominium sibi competens sustinere 78 non cogeretur. Juxta Naturam est, quod aqua ob suam gravitatem tendat deorsum, & sic inferioris prædii do- minus contra dominum prædii supe-rioris justè conqueri nequeat, si natu- ralem aquæ descendens decursum 79 non retardet. Quod additur de facto hominis, quasi servitus aliò modō non possit introduci, repugnat ipsimet Juri Romano, permittenti, servitutem au- thoritate Legis positivæ immediate 80 constitui posse. Et demus, servi- tum hanc in aliquibus à regulari ser- vitutum indole, prout à Legibus Ci- vilibus instituta vel instructa fuit, re- cedere; quia tamen ex *num. 75.* plera- que, ad substantiam servitutis accom- modata, participat, è servitutum cata- logo nequit penitus expungi. 81 Nobilem servitutis naturalis spe- ciem suppeditat Jus Publicum Univer- sale, transitum nempe per alienum ter- ritorium, utpote quem Dominus illius vicino aut alteri, justè petenti, per- mittere tenet, nisi gravis denegandi causa succurrat. Sic enim extra tran- situm militarem (de quo in *lib. 4. cap. I.* speciatim erit agendum) pro indubita- to tradunt Pufendorf *de J. N. & Gent.* *lib. 3. cap. 3. §. 5.* Hertius *cit. dissertat. de Servitut. Natur. sect. I. §. 2.* & Christo- phorus Engelbrecht. *de Servit. Jur. Publ. sect. I. §. 20* quia, ut argumentatur Grotius *de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 2. §. 13.* dominium introduci potuit cum recep- tione talis usūs, qui prodest trans- euntibus, & ikiis, per quorum fines

transitur, non nocet: ideoque do- minii authores id potius censendi sunt voluisse; veluti generaliter, quod uni prodest, & alteri non nocet, ex Lege humanitatis, à Natura omnibus im- positâ, permittendum est.

Quòdsi putes: obligationem ex *82* Lege humanitatis tantam non esse, ut jus servitutis, quod rigorosum & perfectum est, fundare queat: respon- det *cit. Hertius in Prolegom. ad differt. de servit. Nat. §. 9.* in statu naturali, si is, qui humanitatis officium petit, eō non præstítō vel certò vel probabiliter pe- riret, aut sinè eo jus sibi perfectè com- petens consequi non posset, jus quo- que perfectum nasci. Nam, si re- *83* movere quacunque ratione possum, quidquid usum aut defensionem juris mei aduersus alterum impedit, tametsi tertius, à quo impedimentum oritur, jus agendi habeat: quantò magis id va- lebit, ubi alter, ne me impedit, of- ficiō humanitatis obligatur? Respi- ciuntur dicta in *num. 67.*

Aliam speciem servitutis publicæ in *84* statu naturali prænominati Authores, Hertius *d. differt. sect. I. §. 10.* & Engel- brechtus *d. sect. I. §. 5.* assignant in transi- tu per maria & flumina publica: nam & hunc à Natura permisum, & maris aut fluminis Dominum ex eadem hu- manitatis Lege obstrictum esse, ne na- vigatorem impedit, Grotius *d. lib. 2. cap. 3. §. 12.* his verbis adstruit: „illud „certum est, etiam qui mare occupa- „verit, navigationem impedire non „posse inermem & innoxiam, quan- „do nec per terram talis transitus pro- „hiberi potest, qui & minùs solet esse „necessarius, & magis noxius. Etsi *85* maris, ubi transitur, Dominus petere valeat, vt transeuntes aliquod reveren- tiæ signum exhibeant, ac v. g. majus aut minus velum in tessera & sym- bolum alieni Dominii submittant; ex cujus omissione non infrequentia flu- xisse bella, notat *cit. Engelbrecht.*

Non absimilem servitutem sèpè ci- *86* tati Authores Hertius in *§. 12.* & En- gelbrechtus in *§. 6.* concedunt in jure ad portum ob graviorem tempesta- tem aut aliam causam justam appellen- di, ibique aliquantis per morandi, & in ordine ad hunc finem tugurium quod-

quoddam momentaneum extruendi: nam est & hoc (loquor cum Grotio d. lib. 2. cap. 2. §. 15. num. 1.) inter utili-  
87 „tates innoxias. Itaque Ilioneus apud „Virgilium, cum Trojani in terra „Africa consistere vetarentur, DEOS „Judices audet invocare: & probata „Græcis querela Megurensum ad- „versus Athenienses, qui eos portu- „bus suis arcebant, contra Jus commune, „ut Plutarchus loquitur: ita ut Lace- „dæmoniis nulla belli causa justior visa „fuerit. Concordat Pufendorf cit. lib. 3. cap. 3. §. 8.

88 Ad plures ejusmodi servitudes aut jura in re & loco alieno dignoscenda, duos fontes aperio, necessitatem vi- delicet & utilitatem innoxiam. Nec- cessitas gravis, cum Legi non subjaceat, dat ei, qui omnibus humanæ vitæ sub- fidiis destitutus est, facultatem, ex bo- nis alienis tantum, quantum sustenta- tionis propriæ necessarium appetet, de- sumendi; prout Theologi cum Juri- stis passim docent. D. Thomas 2. 2. q. 66. art. 7. Covarr. in reg. peccatum. p. 2. §. 1. n. 3. Sotus lib. 5. de J. & J. q. 3. art. 4. Less. de J. & J. lib. 2. cap. 12. n. 67. & 71. Di- castillo. de J. & J. 2. tr. 2. disp. 9. n. 246. & 256.

89 Rationem plerique refundunt vel in præceptum charitatis, quod jubet alienam indigentiam in angustiis tam ar- etis sublevare; vel in præsumptam vo- luntatem eorum, qui primitus in rerum divisionem consenserunt, quod nem- pe, si de sua intentione fuissent qua- siti, respondissent, se primævam com- munionem pro casu adeò flebili reser-  
90 vasse. Præterea juxta Senecæ doctri- niam mox cit. lib. 4. contr. 27. necessitas, ma- num humanæ imbecillitatis patrocinium, quidquid coëgit, defendit; & juxta Gro-

tium d. lib. 2. cap. 2. §. 6. num. 4. in not. lit. d. necessitas est, quæ navigia jactu ex- onerat: necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit: necessitas est lex temporis. Si 91

tamen in pari necessitate duo suppon- nantur versari, potior est conditio possessoris. Dicastillo d. l. num. 50. Les- sius d. l. 2. cap. 16. à n. 12. nonne Sapiens, ait Cicero 3. Officior. si fame ipse conficia- tur, abstulerit cibum alteri homini ad nul- lam rem utili? Minime verò. Non enim mibi est vita mea utilior, quam animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratiā. Certè judiciō Curtii lib. 7. cap. 1. melior est causa suum non tradentis, quam poscentis alienum. Et, si quis, extra 92 necessitatem positus, ad meliorem sortem pervenerit, naturalis æquitas urget, ut, quod commodum ab alte- ro ex causa necessitatis cum illius in- commodo recepit, repenset. Covarr. d. l. n. 4. Less. n. 16. Grot. d. cap. 2. §. 9. Van der Muelen ibid. in Comment. Dis- sentit Dicastillo d. l. num. 269. & n. 275.

De innoxia utilitate ultra jam 93 dicta superius in num. 17. idem Cicero 1. Offic. ita subdit: quidni, quando finè detrimento suo potest, alteri communicet in iis, quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta? Neque alimenta (subjungit Plu- tarchus apud Grotium lib. 2. cap. 2. §. 11.) nobis fas est perdere, ubi ipsi plus satis habe- mus; neque fontem, postquam inde, quan- tum libet, potaverimus, obturare aut occul- tare; neque signa navigationis aut itineris abolere, que nobis usū fuerint. Seneca etiam de Benef. lib. 4. ait: quis beneficium dixit quadram panis, aut stipendum æris abjecti, aut ignis accendendi factam potestatem? Interdum ista plus prosunt, quam maxima. Sed tamen utilitas sua illis, etiam ubi temporis ne- cessitate facta sunt necessaria, detrabit pretiū.

## C A P U T II.

### De Statu Adventitio.

**S**tatus Adventitius est status Societatis humanæ, vel simplicis & imperfectæ, vel compositæ & perfectæ. Status Societatis simplicis & imperfectæ non ille dicitur, qui ex mente Hornii de Civit. lib. 1. cap. 1. §. 2. num. 2. tantum ex duabus personis constat (potest siquidem unus pater plures liberos, & unus dominus plures habere servos. Simon Kuchenpeker in nos. ad Ham. d. num. 2.)

sed qui primus, atque ex aliis & minoribus Societatibus compositus non est; cuiusmodi est *Status Conjugalis, Status Familia, & Status Herilis*. *Status Societatis perfectæ & compositæ* dicitur, qui ex pluribus & minoribus Societatibus consurgit, qualis est *Civitas seu Respublica*. De quolibet horum Statuum hic disceptandum erit.

## S E C T I O I.

### De Statu Conjugali.

#### S U M M A R I A.

1. Inter *Status Societatis humanae simplicis* primus est *conjugalis*. 2. De hoc remissive multa. 3. Grotii descriptio quoad hunc statum. 4. & seqq. Refellitur. 7. Statuitur nostra. 8. Est individualia vita consuetudo. 9. Mores inter & foeminae. 10. & seqq. Sobolis procreanda. 13. & seqq. Et communis subsidii causa. 16. Mutuo consensu legitimè contracta. 17. & seqq. Hic status est institutus à DEO. 20. Et quidem secundam heterodoxos omnibus praeceptus. 21. & seqq. Quibus contradicunt Catholici. 23. & seqq. Ad textum Genes. 1. v. 28. varia responsiones adducuntur. 28. Respondetur ad

29. V. *Statutus conjugalis maritus habet potestatem in uxorem*. 30. & seqq. Quam quidem negant esse ex *Fure Naturali* præceptivo. 33. & seq. Alii affirmant. 35. & seqq. Quia res distinctione inter subjectum liberam & necessariam ex parte uxoris componitur. 38. & seqq. Hec potestas non extenditur ad vitam & mortem uxoris. 42. & seqq. Neque ad libertatem uxoris, ut possit instar serva tractari. 46. Pertinet solùm ad res conjugales. 47. Non ad alia uxoris bona. 48. & seq. Levis castigatio est permissa. 50. De aliis conjugum iuribus remissive.

#### S. I.

### Quid sit Status Conjugalis?

**I**nter Status Societatis simplicis ordine & dignitate primus est *Conjugalis*: posteaquam enim, ab soluto sex dierum opere, placuit *Divinæ Bonitati*, protoplasten nostrum Adamum de lino terræ formare, inspirare in faciem ejus spiraculum vitae, infundere animam viventem, & ponere in *Paradiso* voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum *Genes. 2. v. 7. & 15.* fecit ei adiutorium simile sibi *ibid. v. 19.* edificavit sociam, quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam *ibid. v. 23.* eamque dedit sociam *Genes. 2. v. 12.* Statum hunc juxta latitudinem suam jam prolixo calamō adumbravi in *Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 4.* per tot. ideoque longiorem hic operam impendere non cogito, sed pauca duntaxat, ad scopum nostrum proprius accedentia, delibare.

**3** Grotius *lib. 2. cap. 5. §. 8. n. 2.* conjugium existimat naturaliter esse talem cohabitationem maris cum foemina, quæ foeminam constituat quasi sub

oculis & custodia maris: nam tale confortium, ut ille scribit, & in mutis animalibus quibusdam videre est; in homine vero, quæ animans est utens ratione, accessit fides, quæ se foemina mari obstringit. Hæc autem Grotiana descriptio etiam ab illis, qui Commentatores agunt, censurâ vapulat. Nam & filia, & pupilla, & ancilla, continuo quasi sub oculis & custodiâ parentum, tutorum, aut dominorum versantur; nec tamen conjugium ex eo contrahere putantur. Ziegler ad citat. §. 8. Insuper in ea sententia se obfirmatum ostendit Grotius, quod ex parte viri de Jure Naturali non præstetur fides conjugalis; possitque vir non tantum pro sua libertate ab uxore discedere, sed etiam pro sua libidine aliam & plures uxores superinducere; quam tamen sententiam sacris Paginis ac sanæ rationi dissonam esse, in *Jurisprud. Canonico-Civ. d. lib. 4. tr. 2. cap. 5. à num. 1. & tr. 3. cap. 2. à num. 198.* sufficienter probatum est. Deberetque sufficere declarare.

claratio Proto-Parentis & Proto-Marii Adami, in Paradiſo mox, atque Eam à Creatore sibi adductam conspexit, facta: *relinquet hominem patrem suum, & matrem, & aderetur uxori sue: & erunt duo in carne una.* Genes. 2. v. 24.

7 Accuratiūs describitur status conjugalis, quod sit individua vitæ consuetudo, marem inter & foeminam, sobolis procreandæ & communis subsidii causā, mutuō consensu legitimè contracta.

8 Dixi I. *individua vitæ consuetudo*, quod idem est, ac consortium arctissimum, intima corporis & animi conjunctio, vinculum ex voluntate conjugum prorsus insolubile: quā notā conjugalis status differt ab omni alio, dum nullus tam strictè conjungit, ut communi voluntate dissociari nequeat.

9 Dixi II. *marem inter & foeminam*: volens siquidem DEUS hominem, ad suam imaginem formatum, per viam generationis propagari & multiplicari, *masculum & foeminam creavit eos, & benedixit illis.* Genes. 1. v. 27. & Genes. 5. v. 2. ut eapropter status conjugalis ex natura & institutione suā duplicem diversi sexus personam requirat, marem & foeminam; agnoscente id Aristotele, ac dicente: *marem & foeminam, quorum alter alterius indiget societate, copulari necesse est, procreandi causā; idque non consilio, sed naturā: quemadmodum in ceteris animalibus & stirpibus usivenerit, quibus natura insitus est appetitus sui simile relinquenti.*

10 Dixi III. *sobolis procreande*: hic enim est primarius matrimonij finis, ut sic gentis humanæ seminarium, & soboles non aliter quam à conjugibus, rite consociatis, producantur: quandoquidem ex una parte, si liceret prolem extra matrimonium procreare, hu-

mano generi pessimè prospectum, ac conditio liberorum, neglecta ferè à parentibus eorum curâ & educatione, ferè deterior, quam brutorum, fore; ex altera verò parte, si carnis voluptibus in alio quam statu matrimoniali indulgere concessum esset, pauci reperirentur, qui matrimonium, veluti societatem alioquin onerosam, affectarent.

Dixi IV. *& communis subsidiī causā.* Huc namque respexit Creator Optimus, quando Protoplasti nostro mulierem associare paratus dicebat: *non expedit hominem esse solum; faciamus ei adjutorium simile sibi.* Genes. 2. v. 18. Desideravit siquidem, ut mulier sit adjutorium viri, principaliter quidem quoad generationem prolis; minùs autem principaliter ad mutuum subsidium, solatum, & auxilium quoad officia præsertim domestica. Ita Doctissimus Pererius in *Commentar. ad cit. vers. Genes. num. 176.* qui etiam in *num. 172.* ait, pro eo, quod nos legimus, *adjutorium simile sibi*, chaldaice legi: *sustentaculum, quod sit pener eum: quæ oratio valde est emphatica: alluditur enim ad eos, qui in sublevandis oneribus mutuas sibi in auxilium manus porrigunt.* Tale sustentaculum & vicarium auxilium DEUS voluit uxorem esse marito, & hoc pulchrè exprimit verba chaldaica.

Dixi V. *mutuō consensu.* Nam verisimilum est JCTi dictum: *nuptias non concubitus sed consensus facit;* isque non simplex tantum, sed mutuus & reciprocus, ab utroque coniuge præstitus: cum status perpetuus, multisque molestius obnoxius, qualis est matrimonialis, electionem liberam ac spontaneam voluntatem utrinque expofcat.

## §. II.

### *A quónam Status Conjugalis institutus, & quibusnam præceptus fuerit?*

17 **S**tatum Conjugalem à DEO institutum esse, veritas est manifesta, atque in sacris Paginis evidenter asserta. Enimvero, quia ex hucusque dictis DEUS masculum & foemi-

P. SCHMIER JURISPR. PURP. UNIVERS.

nam creavit, Eam Adamo adjunxit, præcepitque: *crescite & multiplicamini.* Genes. 1. v. 28. non potest aliud author hujusce statū assignari, ac qui personas, officium, & ea, quæ matri-

G

monium aut antecedunt, aut consequuntur, ipse met determinavit. In cuius ulteriore confirmationem accedit, quod Incarnata Veritas in Evangelio apud D. Matth. cap. 19. v. 5. & 6. proposuit: non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum & foemina facit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una? Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo 19 DEUS conjunxit, homo non separat. Nec mysterio caret, quod Christus Joan. 2. ad nuptias in Cana Galilææ invitatus, ibidem comparuerit: videlicet, ut commentatur D. Ambrosius in Joan. tr. 9. post initium, confirmare voluit, quod ipse fecit nuptias. Futuri enim erant de quibus dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes, quod male essent nuptiae, & quod diabolus eas fecisset: cum Dominus dicat in Evangelio interrogatus, utrum licet bomini dimittere uxorem suam ex qualibet causa, non licere, excepta causa fornicationis. In qua responione, si meministis, hoc ait, quod DEUS conjunxit, homo non separat.

20 An verò & quibus hic status à DEO præceptus fuerit? Ulteriori explanatione opus est. Nam multi ex heterodoxis docuerunt, statum conjugalem omnibus esse præceptum; in nixi potissimum dupli Scripturæ loco Genes. I. v. 28. ubi videtur indefinitè per modum præcepti impositum: crescite, & multiplicamini, & replete terram; & Genes. 2. v. 18. ubi disertè pronuntiatur: non est bonum hominem esse solum.

Quibus tamen obsistit clarissima ejusdem Scripturæ authoritas, partim Matth. 19. v. 10. & num. seqq. ubi discipulis dicentibus: si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere; Servator respondit: non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: sunt nonnulli, qui seipsostr castraverunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat; partim in Epist. I. ad Corinth. cap. 7. ubi ab Apostolo repetitum & efficaciter cælibatus extollitur, statuque conjugali eminenter anteponitur, ut patet v. g. ex vers. 8. ibi: dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permaneant, ut ego; item v. 25. de virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem

de, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo, hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse; item v. 38. igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, & qui non jungit, melius facit; item vers. ult. beatior autem erit (mulier à viro soluta) si sic permanferit, secundum meum consilium: puto autem, quod & ego spiritum DEI habeam.

Ad textum Genes. I. v. 28. diversi 23 modè respondent Authores Orthodoxi. Nam I. aliqui existimant, in illis verbis, crescere & multiplicamini, nullum involvi præceptum, sed insinuant tantum matrimonii fœcunditatem, quæ ex Divina Benedictione genus humanum in immensum crescere & multiplicari valeat; sicuti, dum eadem verba dixit ad volatilia, quintô die creata. Genes. I. v. 22. Alioquin & 24 illud intra cancellos præcepti conclusum intelligi deberet, quod terra subiicienda, & animantibus dominandum sit. Pererius ad cit. vers. 28. num. 24. II. alii putant, præceptum quidem 25 contineri in illo textu, sed tantum pro statu primævo, usque dum humana propago credebatur fuisse satis dilata; quibus patrocinatur D. Cyprianus in tract. 2. de habitu Virginum, ibi: prima DEI sententia crescere & generare precepit; secunda continentiam suavit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fœcunditatis generante propagamur, & crescamus ad humani generis augmentum. Cum jam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viventes castrantur ad Regnum. III. 26 quidam arbitrantur, fuisse datum præceptum omnibus seu multitudini & universitati hominum, non autem singulis hominibus in specie. His suffragatur Doctor Angelicus 2. 2. q. 15. art. 2. ad 1. ibi: præceptum datum homini de generatione, cum dictum est, crescere & multiplicamini &c. non respicit singulos quosque homines, sed multitudinem hominum, quam necessarium est, non solum multiplicari corporaliter, sed etiam spiritualiter crescere ac proficere. Quocirca satis providetur humane multitudini, si quidam generationi carnali operam dent, quidam ab hoc abstinentes contemplationi Divinorum vident, ad totius humani generis pulchritudinem

dinem & salutem. Sicut etiam in exercitu quidam castra custodiunt, aliū signa ferunt, nonnulli gladiis decertant: que tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt.

38 Ad alterum textum Genes. 1. vers. 18. ita respondebat ibid. Perer. num. 169. nec bonum erat hominem esse solum propter Angelos: nimis diminutio eorum ob ruinam malorum spirituum supplementum hominum

, resarcienda erat. Nec id fuisset, bonum etiam propter Dominum JESUM Christum, qui ex Adamo progeniter primus erat praestitorum, & primogenitus omnium creaturæ. Nec profectò id bonum esse poterat, cum æterni DEI consilio & proposito constitutum esset, multos ex posteris Adæ ad æternæ vitæ ac felicitatis participationem assumere.

### S. III.

## De Juribus & Obligationibus Status Conjugalis.

39 Status Conjugalis confert marito potestatem in uxorem, & uxori subjectionem imponit erga maritum. Ita diserte statuitur in multis Scripturæ locis, puta Genes. 3. v. 16. ubi Evæ peccatrii interminavit DEUS: sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui; & I. Petri 3. v. 1. ubi Apostolorum Princeps mandat: mulieres subditæ sint viris suis; & ad Epbes. 5. v. 22. & 23. ubi Apostolus jubet: mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quam vir caput est mulieris, sicut Christus est Caput Ecclesie.

40 In hoc tamen vertitur aliquod dubium: utrum à DEO per præceptum Naturale vel positivum liberum potestas maritalis & muliebris subjectio fuerit introducta? Multi siquidem contendunt, ex natura rei maritum & uxorem esse personas æquales: tum quod socii speciales & amici sint, quorum unus in alterum potestatem non habet: tum quod matrimonii finis obtineri possit, esto nulla inter conjuges admittatur subjectio: tum quod subjectio mulieris ad virum in poenam transgressionis statuta fuisse legatur. Genes. 3. v. 16. & sic, præscindendo à peccato, mulier libera fuisse mansura credatur. Quamobrem D. Augustinus in lib. 2. de Genesi ad lit. cap. 27. dixit quidem Paulus, inquit, per charitatem servite invicem, sed mulierem dominari in virum, non permittit Apostolus: hoc enim viro potius DEI sententia detulit, & maritum babere dominum meruit non natura sed culpa: quod tamen nisi servatur, depravabitur amplius natura, & augebitur culpa.

Econtraria pro subjectione naturali pugnant alii ex ratione haud vulgari: quia inter æquales amicitia & concordia difficulter continuatur, præsertim ubi dispariæ genii, diversa & adversa ingenia, temperamenta sibi invicem non attemperata convivunt & conveniunt: igitur, ut conjuges individuam vitæ consuetudinem suavi cum vinculo amoris & concordiae prorogant, subordinatio & subjectio aliqua, quam maritus, tanquam caput familiæ, perfectiori intellectu à DEO dotatus, uxori imperaret, fuit necessaria. Hinc D. Chrysostomus in 1. ad Corintb. 11. v. 3. pronuntiat: merito viro foemina subjicitur: nam æqualitas honoris pugnam parit. Hinc D. Rupertus lib. 3. de Operib. Trinit. cap. 21. apud Gentiles quoque, scribit, qui banc Scripturam non legerunt, vel bugis veri DEI præcepta non observabant, bac Lex naturaliter valuit, quam Dominus Naturæ imposuit, dieens mulieri: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quedam tamen barbaræ Nationes, sicut cetera, ita & bunc Naturæ ordinem confuderunt, ut mulier sine capite, id est, sine viro super viros ageret potestatem & dominium. Verum tamen non tam jus aut lex, quam usurpatio dicenda est.

Fortassis tamen utrumque sustineripotest, & quod mulier ante peccatum adhuc in statu innocentiae fuerit jam subordinata viro, non voluntate repugnante, sed honestate suaviter impellente; & quod isthac subordinatio post peccatum abierit in poenam, dum etiam reluctans & invita parere cogitur. Ratio est: quia

quia in statu priori uxor probè noverat, regimen mariti, æquitate & charitate temperandum, tale futurum, ut non tanquam serva & ancilla ad arbitrium & commodum domini coacte serviat, sed ut charissima vitæ socia, consiliorum atque officiorum maritalium particeps, & prolis tam generandæ quam educandæ foret adjutrix: sicque verificabatur illud Plinii in *Panegyr. Trajan. uxori sufficit obse*  
**37 quii gloria.** At in statu posteriori gravius uxoribus jugum est dominatus maritalis, utpote cum peccati corruptione & uxoribus insit major levitas, vanitas, ac superbia; & viros iracundia, arrogantia, & fraudulentia magis inflammat. Latè & accuratè Sapientissimus Tostatus ad lib. *Genes. cap. 13. q. 755.* Et plur. seqq. præfertim 763.

**38 Quousque** verò regimen maritale porrigitur? Tam promptè non dixeris. Fuerunt enim, qui marito regimen absolutum cum jure mortis & vitæ in uxore attribuebant. Ita in specie Hornius de *Civit. lib. I. cap. I. §. 5. num. 16.* Et seqq. allegans in *num. 26. locum Taciti 13. Annal. 32.* ibi: *Pomponia Grecina, superstitionis externe rea, mariti judicio permissa, isque prisco instituto propinquis eorum de capite famaque conjugis*

**39 cognovit, Et insontem nunciavit.** Sed contra hos inter alios militat Pufendorf de *J. N. Et G. lib. 6. cap. I. §. 13.* itaque discurrevit: ad finem matrimonii tantò imperiò non est opus. Et, si quis credat, quævis atrocia delicta in forum humanum trahi debere; quis in familia segregate patrem familias, quis in Civitate Regem puniet?

**Quòd si** intolerabilia perpetret uxor, poterit tanquam hostis familiæ ejici,

**40 & velut** jure belli occidi. Ad stipulantur Simon Kuchenbecker in *not. ad cit. Hornium num. 16.* & Huberus de *Jur. Civit. lib. 2. sect. I. cap. 4. §. 8.* è quibus ille asserit, Antiquos illos, quibus DEUS ipsem Jus Naturæ singulari communicationis genere interpretabatur, nunquam Imperiis, Summō minoribus, jus vitæ & necis depurasse; simulque ad locum Taciti respondet, à Lege Romilia tunc temporis manum mariti potestate vitæ &

necis armatam fuisse: iste verò de *Ma*  
*rato* dicit, cum satè causæ non habere, quamobrem privatæ disciplinæ rigor ad capitalem animadversionem procedere debeat, tantò præsertim periculò à perversitate suspicionum irarumque maritalium; potiusque iis absentiendum censem, qui ne verbaverat quidem maritis permittenda putent, quod ipse Cato sacrilegium putabat.

Fuerunt alii, qui ad mentem quo-  
**42** rundam Populorum, de quibus Ari-  
stoteles *I. Polit. I.* uxorem ut servam  
& ancillam tractari posse, asseruerunt;  
usurantes fortè textum sacrum in-  
sæpe *cit. cap. I. Genes. v. 16.* ubi domi-  
nandi potestas assignatur marito; &  
*cap. 18. v. 12.* ubi Sara Abrahamum, maritum suum, appellat *dominum*; laudata propterea à S. Petro in *Epist. I. cap. 3. v. 5.* Et *6.* ibi: *aliquando Et sanctæ mulieres, sperantes in DEO, subjectæ erant propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans.* Vc-  
**43** rùm, præter ea, quæ hic adducit Al-  
phonſus Tostatus in *Gen lib. 13. q. 785.* non solùm nascendi conditio, quæ ex-  
costa Adami fuit efformata ejus uxor Eva, indicat, uxorem, ceu partem  
& portionem mariti, imperiò magis honorificò gubernandam esse; sed etiam conjugii status, quod mutua-  
corporum & jurium inducitur com-  
munio, servilem desposin aspernatur;  
Apostolô id insinuante ad *Coloffens. 3. v. 19.* *viri diligite uxores vestras, Et nolite amari esse ad illas;* confirmanteque D. Petrô d. *Epist. I. cap. 3. v. 7.* *viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori uirculo mulierib[us] impartientes honorem tanquam coheredibus gratie vite.* Ube-  
**44** riùs id explicat D. Chrysostom. serm. 20. in *Epist. 5. ad Ephes.* dicens: *eam, que tua vita est socia, que liberorum mater, que omnis letitiae materia, non timore Et minime constringere, ac devincire oportet; sed dilectione Et cordis affectu: quale est enim istud conjugium, quando uxor virum tremebunda exborret? quæ verò jucunditate fruetur, qui uixori non ut libere sed velut famulae coabitabit?* Nihil memo-  
**45** randò, quod etiam uxores à suis ma-  
ritis compellatæ sint dominæ, velut apparet ex Legibus Romanis in *l. 41. in pr. ff. de Legat. I. l. 12. §. 1. ff. de Annus*

*Annales Legat. l. ult. §. 1. ff. de Auro & argent. leg.*

46 Mihi præplacet illorum opinio, qui inter maritum & uxorem admittunt societatem aliquam inæqualem, vi cuius ille superior, hæc inferior sit; non quidem simpliciter & absolutè, sed in causis duntaxat, conjugium & familiam concernentibus, adeò ut... uxor quoad domicilii determinacionem, cohabitationis modum, leges œconomiae &c. dependeat à marito: plus namque concedi neque ratio statū matrimonialis, neque finis ejusdem desiderat; &, si alicubi plus indulatum inveniatur, id non à Natura, sed ab instituto & moribus Gentium provenit, ut rectè advertit Grotius lib. 2. cap. 5. §. 8. num. 1. Unde quoad bona propria & jura alia uxor liberum dominium, ac plenam disponendi facultatem habet ex libertate naturali; nec tenetur vel in judiciis subeundis, vel in commerciis exercendis ullam à marito licentiam habere, aut censuram aliquam formidare, nisi rebus conjugii aut familie 48 paretur offendiculum; in quibus ul-

timis tamen, si uxor non tantum deliquerit, sed etiam contumacem & admonitionis impatientem se ostenderit, nequit marito facultas severioris correctionis, intra discretionis limites, denegari: cùm satius fuerit, intra proprios lares insolentiam castigare, quām in forum aut vulgus spargere. Huberus de Jure Civitat. lib. 2. sect. 1. cap. 4. num. 10. Bellè igitur D. Chrysostomus in 1. ad Corintb. II. v. 3. ait: secunda potestas est mulier. Neque ergo ipsa aequum sibi jus vindicet (sub capite enim est) nec eam, quod subdita sibi est, contemnat maritus: corpus enim est. Sapienter D. Ambrosius Epist. 82. mulier viro deferat, non serviat; regendam se præbeat, non coercendam: indigna est conjugio, que digna est iuglio. Vir quoque uxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam consortem vitæ bonoret: participet ut cobæredi gratie.

Quid juris de cætero conjugibus in ipso matrimonii usu proliisque generatione competit, non est hujus loci, pluribüs indagare. Exposui quædam in *Jurisprud. Canonico-Civili* lib. 4. tr. 2. cap. 3. à num. 4. eoque me remitto.

## SECTIO II.

### De Statu Familiae.

#### S U M M A R I A.

51. Ex Societate Conjugali nascitur Familia. 52. Vocatur aliquando donus. 53. Describuntur. 54. Est certus. 55. Plarium Personarum. 56. & seqq. Ex usu communis non requiruntur necessarii liberi. 58. Qua unius potestate. 59. & seqq. Naturæ aut juro. 62. Quotidiani usus causa sociata sunt. 63. & seqq. Subiunguntur alia descriptio cum distinctione inter familiam perfectam & imperfectam. 66. De Jure Civili regimur familia competit paterna linea. 68. De Jure Naturæ id aliqui adscribunt matr. 70. Alii adscribunt patr. 71. Alii distinguunt. 72. & seqq. Nostra sententia utriusque paronit

scribit. 75. Patrem autem in concursu preferit. 76. & seqq. Respondetur ad fundamentea Pufendorfii. 80. Secernuntur tria tempora. 81. Tempore imperfetti judicil liberi subsunt plenè parentibus. 82. Etiam quoad bona. 83. & seqq. Tempore judicil perfecti subsunt quoad actiones, familiam concernentes. 86. Soluta patria potestate manus sola obligatio reverentia. 87. & seqq. Agitur de castigatione liberorum. 89. & seqq. Fuis vita & necis parentibus haud conceduntur. 94. & seqq. Contraria arguenda profligantur. 100. & seqq. Agitur de obligatione filiali.

#### S. I.

### Quid sit Status Familiae?

31. **F**X Societate Conjugali nascitur alia, scilicet Familia: ex thoro siquidem conjugum, legitimè inter se consociato-  
P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

rum, generantur liberi, ex his nepotes, pronepotes, abnepotes &c. qui familiam constituunt, ad mentem. JCti in l. 195. §. 2. ff. de V.S.

H

Vo-

52 Vocatur aliò nomine *domus*: vel quia, qui descendunt ex eadem stirpe, sunt quasi domestici; vel quia liberi plerumque nascuntur in domo patris; vel quia, qui caput est familiæ, dominium ibi habet. Tametsi non paucis sint, qui distinguant inter familiam & domum, quasi hæc conjugem & liberos; illa servos desideret: quos tamen refellit Hornius de *Civitate lib. I. cap. 4. num. 3.* nullum discriminem inter domum & familiam agnoscens.

53 Describitur ab Hubero de *Jure Civit. d. lib. 2. sect. 1. cap. 2. §. 6.* quòd sit coetus plurium personarum, quæ unius potestate, natura aut jure, quotidiani usus causâ sociatæ sunt.

54 Dicitur I. *cœtus*; quam voculam quidem perstringit Thomasius in *not. ibid. lit. m.* eique pari elegantia *ly societatem* substitui posse, credidit; licet dicens libertatem, quam ipse usurpabat, aliis quoque relinquendam esse, posteà judicaverit.

55 Dicitur II. *plurimum personarum*. Quotiam verò personæ debeant concurrere, ut familia coalescat, determinatum haud est: nam & qui unum duntaxat filium aut filiam habet, paterfamilias appellari potest. Qui autem nec filium nec filiam habet, haud recte familiam obtainere aut paterfamilias esse dicitur; esto, juxta testimonium Huberi *cit. l. §. 27.* usus Populorum velit, ut societas domesticæ absque liberis etiam familiæ appellen-  
56 tur. Quin & multorum sæculorum observantia inter familias recenset coetus hominum Ecclesiasticorum aut Religiosorum, absque eo, quòd ibi parentibüs & liberis opus sit; ipsaque Civitatum Princeps Roma ostendit, primam Rempublicam ex convenis coelibibus fuisse conflatam. Hertius in *Element. Prudent. Civil. part. I. sect. 5. §. 4.*

58 Dicitur III. *que unius potestate*. Indicatur hic discriminem inter societatem domesticam & alia collegia: cum ista possint consistere absque subjectione ad unam potestatem; illa non. Huber *ibid. §. 12.*

59 Dicitur IV. *natura aut jure*. Personas jure sociatas idem Author §. 13. vult esse conjuges & servos; sociatos

natura dicit esse liberos. Sed Thomas. in *annotat. ib. num. 27. lit. p.* non male observat, uxorem & quæ naturâ sociatam esse marito, & servum domino, quam liberos parentibus: quia & societas dominica est naturalis, omnium verò maximè conjugalis. Imò & naturam & jus parùm convenienter sibi invicem hic opponi suscipit: cùm & uxor & liberi & servi jure sociati sint cum patrefamilias. Quòdsi tamen Huberus societatem 61 conjugalem aut herilem ita jure institutam intelligat, ut factum aut consensum humanum desideret; cùm è diametro liberi in societatem patris citra suum assensum ex sola nativitate veniant, illius explicatio vix poterit sub censuram vocari.

Dicitur V. *quotidiani usus causâ sociatae sunt*. Has particulas explicat Nicolaus Hertius in *cit. Element. Prud. Civ. part. I. sect. 5. §. 8.* sic dicendò: „usus quotidianus consistit in comedendo, calefaciendo ad eundem ignem, & similibus. Hinc Charundas domésticos vocavit ὄμοστόν, hoc est, perus socios; & Epimenides Coes ὄμοιάντας, hoc est, fumi socios apud Aristotel. lib. I. Polit. cap. I. Eosdem „JCTi nostri definiunt, qui ad unum panem & vinum vel aquam vivunt.

Hucusque definitionem Huberi 63 declaravi. Illius locô nonnulli ponunt duplēm definitionem, distinguendō inter familiam completam & incompletam. *Familia completa*, seu, ut vocant alii, *perfetta* est, quæ triplēm societatem, conjugalem, paternam, & herilem complectitur; sive est conjunctio inter maritum & uxorem, parentes & liberos, dominum ac servum. *Familia incompleta* seu *imperfecta* est societas inter parentes & liberos, ob communem inter se utilitatem contracta; seu mutuis officiis & iuribus ad communem utilitatem & civilem honestatem definita. Hertius d. l. §. 6. Quâ cum distinctione fortassis aliorum sententia, juxta num. 52. discriminem inter familiam & domum faciens, accipi, & per familiam perfici.

Etiam, non item imperfectam, domus intelligi poterit.

## S. II.

### *Cuinum Regimen Familiæ debeatur?*

**66** Secundum Leges Civiles extra controversiam est, regimen familiæ deberi patri, seu supremo ascendentium superstite, cui, tanquam capiti, descendentes omnes obtemperare obligantur. t.t. & Interpretes ad Inst. & Cod. de Patria potestate. Et ff. de his, qui sui vel alieni juris Et c.

**67** At cuinam de Jure Naturæ debeatur hoc regimen? Nondum à Prudentibus consentiente calculo definitum est. Hobbesius apud Pufendorfum lib. 6. cap. 2. §. 2. regimen in liberos adscribit matri: tum quia liberi sunt prius in potestate matris, quam cùjuscunque alterius; sicque puerpera fit simul mater & domina partus: tum quia in statu naturali sciri non potest, cuius patris sit filius, nisi indicio matris; ut meritò sit ejus, quem mater vult, & proinde matris: tum

**68** quia in prolis gestatione & nativitate major longè dolor & labor est matris quam patris, ut insinuat Quintilian. in declamat. ibi: alia horum est ratio, quos brevis transitus voluptatis fecit parentes, quos liberis suis ex parte voluptates conciliant. Aliter amant, quæ pepererunt, quæ memoriam decem mensum, quæ tot periculorum, tot sollicitudinum recordationes afferant.

**70** Plures regimen domesticum impertinentur marito, cui tanquam Primi & Rectori tota domus obediatur, necesse est. Id enim exposcit non solum præstantia sexus, præminentia conditionis, & præcellentia judicii; sed etiam ratio principii, à quo conceptus & generatio liborum principaliter dependet. Quare S. Augustinus tr. 2. in Joan. recta domus est, inquit, ubi vir imperat, femina obtemperat.

**71** Pufendorf cit. l. §. 5. extra Civitatem in naturali libertate sequenti distinctione utitur. Vel extat pactum aliquod inter patrem & matrem de potestate in prolem; vel nullum extat. Si primum; res salva, & pactum servandum est. Si secundum; proles matris est: nam in eo statu pater,

nisi testimonio matris, cognoscere non potest, saltem tali certitudine, quare res facti solent probari: cùm in eo statu alios quoque mares mater potuerit admittere.

Ego cum Molina de J. & J. tr. 2. 72 diff. 22. n. 5. Lessio de J. & J. lib. 2. cap. 45. dub. 4. num. 24. Grotio de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 1. utrique parenti potestatem in liberos adstruo: sunt enim liberi partus, portio, & effectus tam patris quam matris: utpote cùm vitam, alimenta, curam, educationem ab utroque accipiant; sicque non unitantum sed utrique reverentiam, subjectionem, ac obedientiam præstare teneantur juxta illud Deuteronom. 21. v. 18. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit Et c.

Naturam, rerum omnium providissimam Magistrum dictante & præcipiente, ut filii filiaeque, quibus à primo nativitatis momento neque vires neque media suffragantur, seipso alendi, juvandi, regendi, ab aliis alantur, juventur, & regantur; neque à melioribus, quam ipsis parentibus, quorum animo tenerimum aliunde affectum erga progeniem suam ex naturali instinctu novimus esse implantatum. Resexit 74

huc forsitan Seneca lib. 3. de benef. cap. 11. ibi: in liberi tollendis nihil iudicio tollendum licet, tota res voti est. Itaque, ut equiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit. Et paulo post: quia utile est juventuti regi, imposuimus illi quasi domesticos Magistratus. Resexit Plinius in Panegyr. Trajan. vim legemque Naturæ existimans, quæ semper in ditione parentum esse liberos jussit; nec, ut inter pecudes, sic inter homines, potestatem & imperium valentioribus dedit.

Sed quia in una domo nequeunt esse duo capita, æquali prorsus potestate instructa, dum ob innatam dissentendi facilitatem agrè in unam semper conspirant sententiam: patris imperium principale, minùs autem principale matris imperium agnosco, ita ut, si inter se colliduntur,

tur, istud alteri cedere debeat; non solum quia paternum arbitrium plerumque maturius & magis defocatum, sed etiam quia maritus ex *num. 46.* in ipsam conjugem quandam superioritatem obtinet.

*76* Neque officiunt, quæ scribunt Pufendorf *cit. lib. 6. cap. 2. §. 4.* Et Hornius *de Civit. lib. I. cap. 2. §. 2.* à *num. 3.* putantes, solam generationem non sufficere ad titulum imperii, in sobolem humanam constituendi: eò quod generatio brutis quoque, quibus nullum competit imperium, sit communis; proles quoque, tametsi exciteatur ex parentum substantia, attamen abeat in personam ipsis similem, &, quantum ad jura, hominibus natura-liter competentia, æqualem; quodve procreatio sobolis ex tali actu, quem ferè parentes suæ delectationis causâ *77* suscipiunt, consequatur. Siquidem titulus generationis, quocunque fine exercitæ, inter homines (neque enim paritas cum bestiis, quæ regiminis activè & positivè sunt penitus incapaces, paritas hic fieri debet) adeò nobis efficax & emphaticus appetet, ut hòc ipso, quod illius terminus, id est, proles generata in personam parentibus similem abeat, ex intentione, scopo, &

dictamine Naturalis Juris imago referatur ad suum prototypon, effectus respiciat causam, & principiatum veneretur suum principium. Neque *78* etiam æqualitas, quæ oritur ex similitudine naturæ & participatione Jurium Naturalium quoad extraneos, tollit qualitatem & relationem filii aut filiæ, indeque resultantem inæqualitatem: nam, quatenus sumus homines, quilibet æqualis est alteri; sed, quatenus sumus filii, parentibus, à quibus ortum traximus, ab ipsa Natura minores & inferiores sumus. Guilielmus van der Muelen *in Commentar. ad Grot. cit. loc.*

Non opus est itaque, cum eodem *79* Pufendorf configere ad pacta seu expressa seu tacita, vel inter parentes, vel inter hos & liberos de jure & subjectione ipsorum inita. Nam, quod antecedenter ad omnem voluntatem humanam ab Authore Naturæ statutum, rectæ rationi insitum, & cuique cum vita congenitum est, vim suam exserit independenter ab omni pacto humano; prout luculentum evadit in aliis præceptis Naturalibus, v.g. de proximo diligendo, quæ, sicut origine antecedunt omnem conventionem humanam, ita & obligare incipiunt, esto conventio nulla interveniat.

### §. III.

## De Juribus & Obligationibus in Stato Familiæ.

*80* **I**N Stato Familiæ quoad jus in liberos tria tempora distinguit Grotius *lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 1.* Primum est tempus imperfecti judicii; secundum est tempus judicij perfecti, quò liberi manent pars familiæ; tertium est tempus, quò liberi jam maturi, ex *81* familia excesserunt. In primo tempore non licet ambigere, quin liberi subsint parentibus quoad personas & actiones: cum enim seipso regere & dirigere nequeant; æquitas postulat, ut regantur & dirigantur ab illis, quibus à Natura juxta præmissa in *num. 72.*

*82* Et seqq. subjecti noscuntur. Quoad res non dubitat equidem idem Grotius *cit. §. num. 2.* quin ex Jure Gentium, liberi sint capaces dominii; quia tamen judicio carent, ad acquisitionem

rerum de novo, ubi acceptatio est necessaria, judicium à parentibus suppleri; &, quia res suas ex eodem defectu nequeunt administrare, ab iisdem parentibus administratio suscipi debet. Pufendorf *citat. lib. 6. cap. 2. §. 8.* ubi simul observat, æquitati non repugnare, ut saltem tantisper, quoisque filius eorum administrationem ipse suscipiat, pater illis uti frui possit, & ex iisdem filium alere.

In secundo tempore parentum imperio subsunt actiones non omnes, sed illæ tantum, quæ in ordine ad familiam relationem quandam habent; & ideo, nì parentes assentiant, irritæ censentur: nam condecens est, ut pars conveniat cum suo rotto, & membrum familiæ suo capiti concordet. Quoad bona, *84* post

post Pufendorfium Muelen ad Grot. cit. cap. 5. §. 2. distinguit inter bona, per propriam industriam acquisita, & bona, à tertio quodam profecta. Bona prioris generis assignat patri, ex ea æquitatis ratione, quod, etiamsi pater ad alendam prolem adstringatur, attamen compensationem aliquam justè petat, si per alimenta paterna, accedente curâ & culturâ, tantum excreverit ipsius industria, ut fructus aliquos exinde degustare liceat. Bona posterioris generis attribuit liberis quoad proprietatem, relictâ patri facultate, in ea saltem quantitate fructus colligendi, quæ alendis & defendendis liberis necessaria videtur; haud secus ac Princeps in statu Civitatis à civibus exigere potest, ut ex fructibus honorum suorum, quidpiam ad salutem & securitatem publicam conferant.

In tertio tempore, cùm liberi sint sui juris, actionum suarum liberam consequuntur potestatem, remanente solum debitò naturali, ut neque in hoc neque in alio statu quidpiam agant, quod pietati & observantiae filiali repugnat; quo in sensu loquitur Apostolus & mandat. Coloss. 3. ut filii obediant parentibus in omnibus, quia hoc gratiū Domino,

Quoad primum & secundum tempus in propatulo est, jus coercendi & castigandi liberos ad parentes spectare; veluti colligitur ex variis testimoniis SS. Paginarum, nempe Eccles. 30. v. 8. equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadet præcepis; & v. 12. cura cervicem ejus in juventute, ne forte induret, & non credat tibi; item Proverb. 23. vers. 13. & 14. noli subtrahere à puerō disciplinam; si enim percusserris eum virgā, non morietur; tu virgā percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.

Noli exspectare, ait Author Consilior. Sapientie, part. 2. cap. 2. pag. m. 201. donec gravia comittat crimina, ut filium corrigas, aut objurges. Malitia ætate crescit, & ad eum denique statum atque excessum devenit, ubi castigatio non solùm est inutilis, sed etiam periculosa. Ne præstolare, dum frigidum pietatis studium in sacrilegium erumpat, aut modica ira in furorem, se. con- vertat, & consilia prodictionis aut parciendii agit. Tum puni, cùm

P. SCHMID JURIS PR. PUBL. UNIVBAS.

, tibi honori futura est, illi emolumento severitas; & magnâ sollicitudine prospice, ne alii plectendi causam nanciscantur, ubi poena erit, mors tui filii, jactura sui honoris, ruina domûs, & opprobrium posteritatis.

Extenditur jus istud à plerisque extra statum Civitatis usque ad vitam liberorum, adeò ut hi perinde à patre, quam alius delinquens à Judice in statu Civitatis, pro ratione delicti possint interfici. Hornius de Civit. lib. I. cap. 2. t. 3. num. 2. & seqq. Pufendorf sape d. lib. 6. cap. 2. §. 11. Thomas. in suis annotation. ad Huber. de Jure Civitat. lib. 2. sect. 1. cap. 5. n. 26. lit. o. Imò in statu Civitatis quoque tum ab aliis Populis, tum in specie à Romanis patri jus vitæ & necis in liberos collatum esse, liquefit ex L. ult. Cod. de Patria Pot. Ve-

rum haec tenus à me impetrare non potui, ut irem in hanc sententiam. Nam, ut quibuslibet parentibus potestas tam excessiva consignetur, neque necessitas, neque utilitas urget. Non necessitas: quia familiæ privatæ status in sua duratione persistere potest, etiamsi parentes in liberos immorigeros gladiò animadvertere nequeant: siquidem, si correctionis & coercitionis alterius sint impatientes, nullaque emendationis spes affulgeat, filius incorrigibilis ex domo paterna eliminari, sicque pax domestica servari aut restaurari valet. Non utilitas: quia, ne summus amor vertatur in odium existiale; & quem sanguinem pater filii impertivit, intempestivò zelò eripiat, longè melius est, ira paternæ froena ponere, ut ultra, quam necessum est, non exardescat. Certè ex S. Scriptura non eruitur, potestatem adeò sublimem patribus familias competere: quod enim affertur ex libro Deut. cit. cap. 20. v. 19. ubi de filio inobediente & contumace dicitur, apprehendens eum (intellige pater aut mater.) & ducent ad seniorem Civitatis illius, & ad portam judicij, dicentque ad eos: filius noster iste protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, commessionibus vacat, & luxuriæ atque conviviis, lapidibus cum obruet populus Civitatis, & morietur; ex eo sanè non infertur, quod potest-

I

statim interficiendi parentes habuerint, dum ad Seniorem seu Judicem suam querelam deferre, & executionem populo relinquere tenebantur.

94. Quod adducitur de Romanis, in exemplum non est trahendum: quan- doquidem posterioribus Legislatoribus ius, quod antiquiores dabant in vitam liberorum, tanquam nimis rigidum & truculentum visum, meritum que sublatum est in *l. un.* *Cod. de emendat. propinq. l. un.* *Cod. de his, qui parent. vel liber. occid.* cum patria potestas in pietate, non in atrocitate consistere debeat *l. s. inf. ff. de Lege Pomp. de Patria. cid.* Consulatur Clariſſ. D. Josephus Bonaventura Franz in sua *Jurispr. Ele- ment ad tit. Inst. de Patria Potest. num. 9.*

95. Evidem domus figuram Civitatis habere dicitur, in qua patremfamilias sit instar Principis, & domo suā tanquam Civitate utatur; uti philosophatur Aristoteles *3. Polit. 6.* Sed neque ex hoc concluditur, eandem prorsus esse potestatem Regiam & paternam. Nam, licet in eo sit magna similitudo inter Regem & patremfamilias, extra Civitatem constitutum, quod uterque sit independens ab aliquo Superiore, pos- sitque sine metu censuræ, poenæ, vel nullitatis actiones subditorum dirige-

96. re; dissimilitudo tamen non minor est, quod potestas Regia sit perfecta, publica, sibique per omnia sufficiens; potestas autem patria sit imperfecta, privata, sibique non sufficiens, sed potius, tanquam indiga majoris perfe- ctionis & subsidiæ, ad Civitatem veluti pars ad totum ex naturali impulsu or- dinata, prout ex dicendis in *sect. 4.* uberi- us patebit. Unde D. Augustinus *lib. 19. de Civit. DEI. cap. 16.* bene ad propositum loquitur: *quia hominis domus initium sive particula debet esse Civita- tis, omne autem initium ad aliquem sui ge- neris finem, & omnis pars ad Universi, cu- jus pars est, integratam refertur: satis ap- paret esse consequens, ut ad pacem civi- cam pax domestica referatur, id est, ut or-*

*dinata imperandi obediendique concordia* *cobitantium referatur ad ordinatam im- perandi obediendique concordiam civium.* *Ita sit, ut ex Lege Civitatis precepta su- mere patremfamilias oporteat, quibus do- mus suā sic regat; ut sit paci accommo- data Civitatis.*

Si necdum acquiescas, & regeras; *97.* Abrahamum fuisse patremfamilias, & tamen ut Regem imperasse, foedera pepigisse, trecentos & octodecim ar- matos è domo sua educens.

Respondeo: Abrahamum aut Re- gibus fuisse parentem, juxta illud *Gen. 23: vers. 5.* *Princeps DEI es apud nos;* quæ verba, interprete Pererio *ibid. ntm. 23: m. fin.* significant maximum, eximum, singulariæ reverentiæ & veneratio- ne dignissimum Principem; cum ha- buyerit tantam sub se multitudinem servorum & subditorum, ut aciem in- struere potuerit; aut fuisse in statu libertatis naturalis, ubi nec bella nec foedera sunt illicita, utpote partim ad defensionem partim ad recuperatio- nem rerum suarum comparata.

*98.* Juri paterno correspondet obliga- *100.* *tio filialis ad obedientiam; quam* DEUS imperat, natura urget; pru- dentes consulunt, Magistri docent, educatores liberis quasi cum lacte in- stillare debent. *Honora patrem & ma- trem* (*Lex Decalogi est, à DEO Exod. 20. vers. 12.* Moysi tradita, & per eum Po- pulo Hebræo promulgata) *tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus DEUS tuus dabit tibi.* De reliquo, *101.* sicuti pater è familia non potest ejicere prolem absque gravissima causa; ita nec proles sine venia, prius à patre im- petrata, in aliam familiam transire po- terit. Ubi tamen discedendi causam habuerit justam, etiam invito patre discedere poterit: cum nec in justis Civitatibus hominibus liberis facile migrandi licentia negetur, si nullò aliò, quam communi civium vincu- lō, stringantur. *Pufendorf lib. 6.*

*cap. 2. §. 13.*



S E -

## S E C T I O III.

### De Statu Herili.

#### S U M M A R I A.

**102.** Status Familiae secundum aliquos continet Status Herilium. **103.** Quod tamen in dubio vocatur. **104.** Describitur hic Status. **105.** Est societas inaequalis. **106.** Inter dominum & servum. **107.** Eo fine instituta, ut iste in gratiam illius debita servitia praestet. **108.** Qui-dam putant, servos à natura dari. **109.** Re-felluntur. **110.** Satis Aristotelis. **111.** Et seqq. Hęc servitudo prigō à parte ex contractu incepit; eaque laius explangatur. **115.** Et seqq.

Opponitur in contrarium textus ex cap. 9. Genes. vers. 25. 118. & seqq. Dibuerat his textus car- distinctione inter servitum voluntariam & ne-cessariam. **121.** Et seq. Alia explicatio subjan- gitur. **123.** In statu servitiss sponte & permissio dominus operas imperare, & servum negligem- sem corrigerre. **124.** Non tamen ad mortales procedere. **125.** In statu servitiss necessaria potestas dominorum longe amplior erat. **126.** At-tingitur obligatio servorum.

#### S. I.

### Quid sit Status Herilis?

**102.** **S**ub Status Familiae, saltem perfec-tæ, contineri Status Herilem, communis fert opinio: nam, ut inter alios scribit Huber de Jure Civitatis. lib. 1. sed. 1. cap. 2. §. 26. si deficit servus aut ancilla, defectus aliquis ad bene commodeque vivendum in usu quotidiano, qui est finis fami-  
**103.** liæ, committitur. De cuius tamen opinionis firmitate tanto majori cum probabilitate subsisto, quanto mihi certius est, Adamum & Evam eorumque posteros habuisse perfectas familiæ, absque eo, quod servos statim assumpserint, sicuti in §. seq. id expla-nandi locus erit.

**104.** Est autem Status Herilis societas in-equalis inter dominum & servum, eō fine instituta, ut iste in gratiam illius debita servitia præstat.

**105.** Dixi I. *Societas inaequalis.* Nam do-minus & servus inaequali prorsus jure sociantur; imò servo vix aliquid juris subinde remanet, totusque transit in potestatem domini: idcirco societas inter ipsos non æqualis sed inæqualis reputari debet.

Dixi II. *inter dominum & servum.* **106.** Dominus vocatur à domo, ubi domi-nium in servos exerceetur. Servus appellatur aut à serviendo, quod con-tra naturalem libertatem alteri servitia præstet; aut à servando, quod in bel-lo capti, cum occidi potuissent, ser-vati fuerint.

Dixi III- *eb fine instituta &c.* Finis **107.** enim servitutis est utilitas domini, ad cuius nutum & arbitrium servus pa-rere tenetur. Quam in rem faciunt verba Thomasii apud Joachimum Potgiesser de Conditi. Et status servorum. lib. 1. cap. 1. §. 6. Paterfamilias à nemine co-gitur, ut agat in aliorum utilitatem, sed, quæ facit in uxoris, liberorum, familiæque commodum, sponte fa-cit. Uxor, quæ agit, ad propriam uti-litatem sponte facit. Liberi, et si ex necessitate quadam agant, quamdiu parentum imperio subsunt, ea tamen sibi ipsi emolumento sunt. Servi ve-rò omnia, quæ præstare tenentur, non sibi, sed domino, dominæ, eorumque liberis commodo ce-dunt.

#### S. II.

### De Origine Servitutis & Status Herilis.

**108.** **A**Liquorum erat sententia, ex Gra-e-cis Antiquis hausta; quosdam homines à Natura pro servis ha-

beti, ac imperium prudentioribus in simpliciores & hebetiores deberi. Fa-vet his authoritas & Aristotelis lib. 1.

*Polit. cap. I.* scribentis : *dicunt Poëtae, par esse, ut Græci barbaris imperent; quasi natura idem fit, barbarum & servum esse;* & Euripidis *Iphig. in Aulide* dicentis : *convenit Græcos barbaris imperare, non autem barbaros Græcos: barbari enim sunt natura servi, Græci vero liberi.* Sed ista sententia passim exploditur. Nam, ut dictum in *cap. priori à num. 7.* spectat à Naturâ omnes liberi sumus & æquales ; imperium autem ex eo, quod unus alterum animi corporis dotibus superet, neutquam exsurgit, sed major unius excellentia solummodo majorem habilitatem ad imperandum tribuit præ altero : quemadmodum nostris etiam temporibus non statim Rex, Princeps, aut Dux populi agnoscitur, qui populo regendo quasi natus est, sed tantum habilis ad regimen judicatur. Adeoque servitus ex futili hac ratione nequam à Natura creditur fuisse introducta. Hornius *de Civit. lib. I. cap. 3. & I. num. 4.* & seqq. Pufendorf *de J. N. & G. lib. 3. cap. 2. §. 8.* Potgieser *d. lib. I. cap. I. §. 2.*

**110** Authoritatem contrariam diluit elegans Grotii expositio *lib. I. cap. 3. §. 8. num. 4.* ubi ait : sicut Aristoteles dixit, quosdam homines Naturâ servos esse, id est, ad servitutem aptos ; ita & populi quidam eō sunt ingenio, ut regi quam regere nōint rectius ; quod de se sensisse Cappadoces videntur, qui ablatæ à Romanis libertati vitam sub Rege prætulerunt, negantes, vivere se sine Rege posse.

**111** Veram & primævam originem tradit Pufendorf *d. l. lib. 6. cap. 3. §. 4.* servituti dedisse ultroneum consensum hominum tenuiorum, & contractum, do ut facias ; do alimenta perpetua, ut præstes operas perpetuas. Id quod uberiorū explicat Potgieser *d. l. cap. I. §. 5.* & verosimile arbitratur, post recessum à primæva communione per distinctionem bonorum incepisse inæqualitatem bonorum, abundantiam scilicet ex parte aliquorum, & indigentiam ex parte aliorum, obstetricante hinc adversâ, illic pro-

**112** sperâ fortunâ. Jam, quod ditiiores rebus suis excolendis pares non fuerint, sed aliorum operâ indiquerint ; pauperes econtrâ ob patrimonii exi-

titatem aliquando necessaria vita non habuerint, credibile est, istos, ad vitam commodius ducendam, illis pro alimentis & mercede operas suas locâsse. Hæ opere forsitan ab initio **113** temporariæ duntaxat extitère ; at successu temporis evaserunt perpetuæ, vel quod servientes inopes existimârint, se in libertate victum ægrè accepturos ; vel quod dominorum humilitate capti putârint, faciliorem esse vitam in servitute quam libertate, quando melius est, ex sudore manuum sibi victum querere, quam in libertate & otio fame marcescere. De **114** hinc, cùm animadverterent domini, commoditatem esse non exiguum, si quis labores suos alleviare, aut exonerare, & per servos expedire valeat, increbrescente bellô paulatim invaluit mos, vitam & libertatem corporalem iis, qui redigebantur in hostium potestatem, è conditione relinquendi, ut deinceps ministeriis capientis aut vincentis se perpetuò addicant. Itaque servitutis origo ex ultroneo consensu est, non ex bello ; belli autem occasione servorum numerus vehementer auctus, eorumque conditio longè durior effecta fuit.

His obstat videtur, quod servitus **115** incepit tempore Noëmi in poenam delicti, ab impio filio Chamo perpetrati, dum *Genes. 9. v. 25.* à memoro Noëmo etiam Chanaam, nepos ejus, maledicitur in verbis : *servus servorum erit fratribus suis*; eademque maledictio in *vers. 26.* & *27.* repetitur. Super quem locum D. Chrylostomus **116** bom. 29. in *Genes.* ita glossatur : *ecce fratrem, eodem natum patre, eodemque egredsum uterū peccatum fecit servum, & ablata libertate jugum illi vilissime subjectionis imposuit, unde postea servitus sumpfit originem.* Neque enim anteà solebant ita mollier vivere & delitari, ut aliorum ministeriis & servitius uterentur, sed quisque sibi quod opus erat, ministrabat : eratque pars omnium bonos, sublatâ è medio bonorum diversitate. Peccatum autem, ubi intravit, libertatem perdidit ; & corrupti dignitatem, naturâ datam, servitutemque introduxit, ut ea res perpetuò doceret, & admoneret hominem, fugere servitutis peccatum, & ad virtutis libertatem redire. Consonat

sonat Augustinus lib. 19. de Civitate DEI cap. 15. rationalem, inquiens, hominem factum ad imaginem suam noluit DEUS nisi irrationabilibus dominari. Inde primi justi pastores pecorum magis quam Reges hominum constituti sunt, ut etiam sic insinuaret DEUS, quid postularer ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum: conditio quippe servitutis jure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam Scripturam legimus servum, antequam hoc vocabulo Noe jussus peccatum filii vindicaret. Nomen itaque istud culpa meruit, non natura.

Nihilo minus non decet responsio, quā Scripturæ Patrumque doctrina cum nostra combinetur explicatione. Servitus quippe voluntaria secerni debet ab involuntaria. Voluntaria, de qua in num. 111. neque in poenam peccati statuta, neque à Noëmo primitus introducta non vane præsumitur: nec enim punitionis species in eo cernitur, quod aliquis, de meliori sorte sibi prospecturus, alienum servitium ultroneè subeat; nec conjectura irrefragabilis apparet, non fuisset aliquos ante Noëmi tempora, qui tale servitium amplexati sunt. Servitus autem involuntaria, de qua in num. 114. potest intelligi in poenam à Noëmo inventa; & deinde variis modis inter Gentes propagata: quia, ut discurrit Tostatus in cap. 13. Genes. q. 586. ante Noëmum, non erant adhuc servitutes inter homines, quia nondum erant bella & imperia, cum prima ætas fuisse ex pers malorum. In principio autem

secundæ ætatis fuit male dictio illa, quā Noë pronuntiavit servitutem, & post hoc surrexerunt bella multa, captivitates, atque servitutes. Et hujus 120 mentis est ipsem Hypponensium. Præsul cit. l. subiungens: origo autem vocabuli servorum in latina lingua inde creatur ducta, quod si, qui jure belli justè posse sunt occidi, a victoribus, cum servabantur, servi fiebant, a servando appellati: quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam & cùd justum geritur bellum, pro peccato contrario dimicatur: & omnis victoria, etiam cum malis provenit, Divinò judicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. Prima ergo servitutis causa peccatum est, ut homo homini conditionis vinculo subderetur, quod non fit nisi DEO judicante, apud quem non est iniquitas, & novit diversas penas meritis distribuere delinquentium.

Potest etiam cum citato Tostato responderi, servitutem à Noëmo non decretam aut actu illatam, sed magis pronuntiatam fuisse, tanquam malum eventurum, sive à DEO, sive ab hominis operatione: nec enim Chanaan statim in servitutem detrusus est, sed hæc primum insurgentibus postea belis, & superatibis, qui erant de stirpe Chanaan, sequebatur. Quod autem 122 bella insurgerent, provenit ex voluntate humana; quod etiam in bello capti non occiderentur, sed servarentur, & per hoc servi efficerentur, ex hominum misericordia aut cupiditate multiplicandi dvitias accidit.

### §. III.

## De Juribus & Obligationibus Statūs Herilis.

Ura in Statu Herili alia sunt quoad primævam originem, ubi servitus erat spontanea; alia successu temporis post exorta bella. In primo statu dominus potuit injungere servo operas, quascunque voluit, nisi aliter conventum esset, aut ratio virium aliud suaderet. Potuit etiam sibi appropriare, quidquid servus operâ locatâ acquisierat. Potuit insuper negligientiam & socordiam servi asperioribus remediis, prout indoles ejus exigit gebat, coercere, non tamen ad mor-

P. SCHMIER JURIS PR. PUB. UNIVERS.

tem procedere: sufficiebat namque, summi supplicii loco, servum, familiâ expulsum, socordiae propriæ relinqui. Pufendorf de J. N. lib. 6. cap. 3. §. 4. Potgieser d. lib. 1. cap. 1. §. 5. In altero statu potestas in servos insigniter ampliata & aucta fuit: siquidem servus instar jumenti cessit in proprietatem domini, nudo & libero ejus arbitrio quoad personam & res subiectus; imò & quoad vitam (intellige solùm de impunitate extrinseca, non autem de plena & interna justitia, ut lo-

loquitur Grotius *de J. B. & P.* lib. 2. cap. 5. §. 28.) plenè subditus. Pufendorf *d. cap. 3. §. 5.* Qua de materia in *lib. 4. cap. 1.* mentio recurret.

126 Obligatio servorum proclivi dedu-

ctione infertur ex jure dominorum: nam domino, justè secundum jus, quod habet, præcipienti, tenentur obtemperare; Lege Divinâ jubente ad *Ephes. 3. v. 22. 1. Petr. 2. vers. 18.*

## S E C T I O N . IV.

### De Statu Civitatis.

#### S U M M A R I A

127. Inducuntur alia societatum differentia. 128. Quanib[us] habent speciale. 129. Civitas à civibus non est fortior. 130. Dicitur aliquando Res publica. 131. & seqq. Licet Res publica ceteroquin alias significationem obtineat. 133. Interdum appellatur Politia. 134. Qua ipsa eam in stricta acceptione differe à Civitate. 135. & seqq. Subinde vocatur Corpus Politicum. 137. Definitur. 138. Est societas perfecta. 139. & seqq. Disquiritur, quoniam donos aut familia requirantur ad Civitatem? 140. Requisit debitam Imperantium & parentium subordinationem. 143. & seqq. Sub una Summa Potestate. 145. Ordinatur ad civitem beatitudinem. 146. & seqq. Quae consistit partim in externa pace, parvum in virtute & honestate. 150. Debet esse coadunata. 151. & seqq. Ordo Civitatis refertur in DEUM, ne Anchorem Naturæ. 158. & seqq. Referuntur argumenta Pufendorfii, negantis ex appetitu in societatem,

aut indigentia necessitatem societatis inferri. 162. & seqq. Eorum visi infringuntur. 167. Novus assulus Pufendorfii ex carentia libertatis in medium proficerat. 168. & seqq. Retunditur diversis responsoribus. 177. Civitatum prima tribuitur Caino. 174. Movetur difficultas supra textum Genes. 4. v. 17. 175. & seqq. Complanatur explicarione, ex S. Augustino de sumpta. 178. & seqq. Post diluvium Civitates magnum incrementum sumpserunt. 180. Ut Civitas alia consurgat, pauci opus est. 181. Quo singuli inter se de institutione cohabitatione convenienter. 182. Acerbus Imperio se subjiciant. 183. Ac formam regiminis determinent. 184. Quo in casu sufficit majoris partis assensus. 185. Quidam negant alterum pacium. 186. & seqq. Sed refutantur. 188. Non est necessarium pacium expressum, sed sufficit tacitum. 189. & seqq. Duo exempla subjiciuntur, ex quibus pacium tacitum elucescit.

#### §. I.

#### Quid sit Civitas?

127 **E**X societatibus imperfectis, de quibus hucusque, duæ adhuc species supersunt, vicus & pagus. *Vicus* est plurium familiarium consociatio extra urbem in loco, ubi plures sunt casæ; *Pagus* autem est societas, ex pluribus vicis conflata, seu districtus aliquis major, qui notabilem Civitatis partem constitutus; quô intellectu exaudiuntur verba Cæsaris *de Bello Gall.* lib. 1. cap. 12. omnis Civitas Helvetia in quatuor pagos divisæ est. Hornius *de Civ.* lib. 1. cap. 4.

128 §. 2. num. 1. & seqq. Sed quia nec vicus nec pagus quidpiam consideratus dignum offert; & uterque refertur ad societatem perfectam, quam Civitatem appellamus: ideo de Statu Civitatis deinceps plura dicendi locus & tempus erit.

Est autem dicta Civitas non à muris 129 aut ædificiis, sicuti nec domus, nec vicus, nec pagus impræsentiarum in tali significatione attenditur; sed à civibus pluribus, in unum congregatis: in quo sensu Cicero *pro Murena Roma*, inquit, *urbs est; eam Civitas incolit.*

Dicitur aliò vocabulô *Res publica*, 130 quasi ex re & publica composita, adeoque non ad rem & utilitatem privatam, sed communem & publicam ordinata. Quam in rem idem Cicero *pro Sextio: res, inquit, communem utilitatem continent, quas publicas appellamus.* Et D. Augustinus *Epist. 5. quid est, scribit, Res publica nisi res populi? Res ergo communis res utique Civitatis.* Quam- 131 quæm Res publica non unquam accipiatur pro forma Regiminis Popularis seu Demo-

<sup>132</sup> Democratici, prout liquet ex Cicerone *I. de Orat.* dicente: *Rempublicam, quam vix tenemus, jam diu haberemus nullam:* & Tacito *I. Annal. 3. 9.* quaren̄te aut conquerente: *quotus quisque reliquis, qui Rempublicam vidisset?* Imò, ut loquitur Nicolaus Hertius *Element. Prudent. Civil. part. I. sect. 2. §. 3.* hodie Italorum Gens omnem, qui à pluribus (sive hi pauci, sive omnes sint) regitur, Civitatis statum *Rempublicam* appellat.

<sup>133</sup> Prætereà Civitas interdum nuncupatur *Poitia*, græcè Ποντία, sicut apud Aristotelem *lib. 3. Politicor. cap. I. 2. & 3.* passim legitur; indeque D. Basilius in *Hexameron. homil. 8. Politiae proprium est*, effatur, *ut ad unum communem finem singulorum actiones sint destinatae, velut in apibus videre est.* Licet, servatā vocabuli proprietate, *Politia* differat à Civitate, quasi anima à corpore, dum *Politia* secundūm Doctorem Angelicum ad *Aristotelem 2. Politic. lect. I.* est ordinatio Civitatis, secundūm quam alii præsunt, alii subsunt.

<sup>135</sup> Insuper Civitas sæpe vocatur *Corpus Politicum*: nam, uti in corpore humano diversa sunt membra, uno tamen spiritu mota & animata; ita in Civitate diversi sunt cives, unā tamen animā ad unum finem ducendi & dirigendi. Hinc Plutarchus: *Respublica, inquit, est corpus quoddam concinnum membris, quod Divini munericis beneficiō animatur, & summe equitatis agitur mutu, regiturque quoddam lumine rationis.* Et Asinius Gallus apud Tacitum *d. I. Annal. 12. 4.* edifferit, *unum esse Reipublicæ corpus, atque unius anima regendum.*

<sup>137</sup> Ex variis definitionibus, quas consultò dissimulamus, hanc concinnare placuit. Civitas est societas perfecta, cum debita Imperantium & parentium subordinatione, propter civilem beatitudinem coadunata.

<sup>138</sup> Dixi I. *societas perfecta;* conformiter Aristoteli *I. Polit. cap. I.* & Angelico ejus Interpreti *ibid. lect. I.* qui solidè demonstrant, reliquas societas, de quibus egimus in præcedentibus, esse imperfectas, utpote non sufficientes ad bene beatèque vivendum: cùm & conjugibus, & parentibus, & dominis multa desint, ad vitam beatam

necessaria; solam vero Civitatem eð collimare & collaborate, ut homines, in cœtum aliquem coeuntes, verâ felicitate gaudeant.

Quotnam verò familiæ, domus, <sup>139</sup> aut vici requirantur, ut nascatur Civitas? Certa lege definiri non potest: cùm & divites possint esse familiæ, ac bene numerati & nummati pagi, absque eo, quod Civitatis nomine gloriantur; & econtra Civitates inventiantur, quæ nec opum affluentia, nec hominum copia, nec moenium struerat differant à pagis, ut apparet in Sparta, cujus Imperio tota Græcia cum Athenis paruit, et si solā paupertate inclarerit, & muris destituta, & numero civium ultra duo millia non provisa. Adamus Contzen in *in signi suo opere Polit. lib. I. cap. 4. §. 3.* Et <sup>140</sup> licet ex minoribus societatibus, conjugali, paterna, herili, familia, domo, vico, & pago, tanquam ex partibus plerumque formetur Civitas; absolute tamen has partes haud necessarias judicat Hornius *de Civit. d. lib. I. cap. 4. §. 2. num. 5. & 6.* ad Civitatem formandam: in exemplum assumente prima Reipublicæ Romanæ cunabula, ubi, cùm defuerint servi, feminæ, liberi, perfecta nihilominus erat Respublica; dictabantur leges, tradebantur jura, fiebant sacra, & alia Majestatis signa dabantur à Romulo. Cæterum Plato *de LL. lib. 5. 141* tantum civium numerum ad Civitatem requirit, ut injuriantes vicinos possint depellere, & iisdem injuriis patientibus auxilia ferre. Ex quo colligit Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 2. §. 2.* justam Civitatis magnitudinem ad vicinorum vires esse referendam. Inde, quæ olim, cùm mortalium genus in magnam Civitatum multitudinem distinguueretur, magnæ erant Civitates, post exortis magnis Imperiis justò minores sunt. Nam corpora, quamlibet ardua & excelsa, posterioribus admota decrescent. Plin. in *Panegyr. Trajan.*

Dixi II. *cum debita Imperantium & parentium subordinatione.* Atque hæc subordinatione seu ordo inter illos, qui imperant & parent, est vinculum, per quod Civitas cohæret; est spiritus vitalis, quem tot millia trahunt ad salutem

tem & vitam communem; est fulcrum, cui unicè res humanæ innituntur, ruuntque omnia, ubi non hoc firmamentum; diffluunt, ubi non hoc coagulum; & nimis pro vate vautes ille;

*Confusione tetricius nullum est malum.  
Hæc perdit urbes; ista perdit & domos;  
Vastasque reddit; Martis in certamine,  
Hæc terga vertit; ritè sed parentium  
Res servat atque vitam obedientia.*

<sup>143</sup> Lipsius Civil. doctrina lib. 2. cap. 1. Sed cavendum est, ne quilibet Imperantium & parentium ordo ad Civitatem, de qua nobis sermo, constituendam sufficere videatur, nisi ex parte Imperantium reperiatur Summa Potestas: nam sine hac communitas perfecta sibique sufficiens non est, sed ab eo, penes quem altior residet Potestas, auxilium & subsidium, expetere <sup>144</sup> debet & exspectare. Eaque propter cœtus hominum maximi, per innumeros quoque vicos, pagos, & urbes diffusi, Summò tamen Imperio destituti, in vero sensu non Civitates, sed partes & accessiones Civitatis, aut melius, universitates dicendæ sunt, docente sic Aristotele lib. 3. Politic. cap. 1. Huberò de Jure Civit. lib. 1. sect. 2. cap. 2. num. 16. esto per abusum quilibet locus, muro circuminctus, in plerisque Regnis & Provinciis Civitas appellari consueverit.

<sup>145</sup> Dixi III. propter civilem beatitudinem. Et hic finis est omnium Civitatum, ut nempe, qui turmatim sub uno Imperio se consociant, ab humanæ vitæ miseriis, quæ societas imperfectas ac segreges mortalium cœtus ut plurimum comitantur, liberi civilem bea-

titudinem communiparticipatione aſſequantur. Ita Aristoteles 3. Politic. cap. 7. & ibi D. Thomas in suo Commen-<sup>146</sup> tar. In quo autem civilis beatitudine <sup>147</sup> consistat? Non male declarat Cicero lib. 7. ad Att. Epist. 11. aliàs 152. ut nempe *Civitas opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla; denique virtute honesta sit.* Itaque finis Civitatis est partim beati- <sup>147</sup> tudo externa, in abundantia bonorum temporalium, pace & tranquillitate, securitate vitæ, præſidiō & protectione sita; partim & principaliter beatitudo interna, in actione virtutis, honestate, & justitia posita; confor- <sup>148</sup> miter effato Apostolico 1. ad Timoth. 2. v. 2. jubenti fieri obſecrationes pro *Regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate;* additâ ratione: *boc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro DEO, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Subſcribit Vida lib. 2. <sup>149</sup> de Reipubl. dignit. & dicit: *caſam conſtituende Civitatis fuſſe hominibus, ut bene beatèque, id est, honestè & cum virtute vi- verent, nemo, qui certis utitur ſenſibüs, ibit inficias. Id omnes planè cordati Philoſophi fatentur.*

Dixi IV. *coadunata.* Nam, si qui <sup>150</sup> fortuitò convenient, multitudinem quidem, turbam, aut turmam efficiant, non autem Civitatem efformabunt; præterquā ubi fit unio quædam & confociatio personarum, voluntatum, jurium, virium; adeoque una quasi persona & unum corpus efficitur: quò spectat illud Ciceronis 1. de LL. unus fiat ex pluribus; & in Catilinam: *ut omnes unum & idem sentiant.* Herius Element. Prud. Civil. p. 1. sect. 3. §. 7.

## S. II.

### De Origine Civitatis.

<sup>151</sup> **O**riginem seu causam Civitatis, primitus introductæ, communior, antiquior, & senior opinio cum Molina de J. & J. tr. 2. disp. 22. n. 8. Besoldo Polit. lib. 1. cap. 1. à n. 13. Ferdinando Waizenegger in *dissert. Juridico-Polit.* ad *Jus Publ.* cap. 2. per tot. Francisco Ignatio de Wollerent Claris-

simo quodam & disertissimo Juris Publici in hac Universitate Professore p. m. *Question. Oeniponti editar.* 10. à num. 1. refert in ipsam Naturam, seu DEUM ut Authorem Naturæ. Nam ex una parte Divinus rerum Opifex creavit hominem, intellectu & voluntate, ceu nobilissimis animæ facultatibus pollentem;

tem; nec voce tantum, sed etiam sermone præditum: ex altera vero parte ratio non in omnibus æquè perspicax & illuminata; nec voluntas, æqualiter in singulis ordinata, quin imo spiritui & animæ rebellis esse, post Adæ peccatum, deprehenditur: corpus quoque humanum, ab eo tempore ad conditionem planè miseram detrūsum, majori propemodùm cum calamitate nascitur, quam corpora brutorum: hæc namque vix lucem aspi- ciunt, de necessariis sibi providere sciunt; illud non nisi summa cum infirmitate, rerum ac vestium ornatus spoliatum, è sinu materno prodit; longaque annorum intercapidine opus est, quo usque sibi de vita necessariis quis prospicere valeat. Idcirco, ut homo non tantum adolescere & crescere, sed & mentem ac rationem perficere, ac voluntatem ad honestatis & virtutis regulam inflectere, sique juxta corpus & animum beatè vivere posset, Natura & Author illius omnibus appetitum ad societatem perfectam seu Civitatem, in qua vita beatoris adjutoria & subsidia sunt parata & ordinata, impressit. Docuit hoc pridem Philosophorum Princeps I. Polit. cap. 1. & alibi monumentis consignavit, hominem esse sociale animal, magisque quam omnis apis & omne gregarium; datum ipsi eapropter à Natura sermonem, ut ostendat utilitatem & damnum, atque ita justum & injustum; ejusque societatem facere domum & Civitatem. Eandem doctrinam sectatus & amplexus est sincerissimus Philosophi paraphrastes S. Thomas cit. l. leit. 1. ita concludendò: „cùm homini datus est sermo à Natura, & sermo ordinetur ad hoc, quod homines sibi invicem communicent, in utili & nocivo, justo & injusto, & aliis hujusmodi: sequitur, ex quo Natura nihil facit frustra, quod naturaliter homines in his sibi comunicent. Sed communicatio in istis facit domum & Civitatem. Igitur homo naturaliter est animal domesticum & civile. Et paulò post: Singuli homines comparantur ad totam Civitatem; sicut partes hominis ad hominem: quia, sicut ma-

P. SCHMIER JURISPR. PUPIL. UNIVERS.

„nus aut pes non potest esse sine ho- mine; ita nec unus homo est per se sibi sufficiens ad vivendum separa- tus à Civitate. Si autem contin- gat, quod aliquis non possit com- municare societate Civitatis propter suam pravitatem, est pejor quam homo, & quasi bestia. Si verò nullō indigeat, & quasi habens per se sufficientiam, & propter hoc non sit pars Civitatis, est melior quam homo: est enim quasi qui- dam DEUS. Deducitur ex his 157 cum Hornio de Civit. lib. 1. cap. 4. §. 6. num. 1. Civitatem productam Naturæ munus esse, non aliter ac familiam & simplices societas primas. Continebat primos parentes amor conjugalis; natos parentum tenerimus affectus. Inde familia, quæ multitudine sobolis abundans, & quotidianis auctibüs crescens, novas colonias deducebat, donec Civitati sufficeret.

Adversi dogmatis fautoribus im- 158 pensè indulget Pufendorf de Jure Nat. & Gent. lib. 7. cap. 1. §. 3. ubi differit: posito appetitu societatis in homine, non inde statim sequitur, hominem Naturâ ferri ad societatem Civilem, non magis, quam hoc sequitur: ho- mo per Naturam desiderat aliquam occupationem, ergo Naturâ fertur ad studia literarum: quippe cùm ille appetitus per societas primas innataque cum æqualibus amicitia impleri possit. Addit in §. 6. neque indi- 159 gentiam aut solam aut præcipuam causam Civitatum constituendarum fuisse: nam & jam anteā, quando adhuc in familias segreges dispersi agebant homines, satis consultum erat necessitatibus vita, inventâ agriculturâ & pecuariâ, vini culturâ, vestiariâ, aliisque actibus juxta Genes. cap. 13. vers. 2. & cap. 24. vers. 35. Et sanè 160 ponamus patrem familias, cui affatim agri, pecorisque ac servorum: quid huic deesse possit ad tolerandam hancce vitam? Aut, si quid desit, per commercia id supplere poterit: sicut multæ hodie Civitates dantur, quæ merces, necessitati aut voluptati in- servientes, ab exteris petunt, nec ta- mén ideo cum illis in unam Civita- tem coalescere necessum habent.

L

Vice

161 Vice versâ non pauci dantur Populi, per multa jam sæcula vitam civilem degentes, haud quidquam splendidiorum aut copiosiorem, quam prisci quondam patresfamilias vicitabant.

162 Ad hanc disertam Pufendorfii dissertationem quoad primum reponitur, à Natura non qualemcunque societatem, sed, utantea ex Aristotele & S. Thoma videre licuit, perfectam appeti, quâ scilicet homo integra cum felicitate, quoad exteriorem & interiorem animi statum, vivere queat;

163 quò confert dictum Ciceronis lib. 2. de Finib. *Ratio, à Natura menti data, facit bonum hominum appetentem, cùmque ius natura ēt sermone ēt usū congruentem, ut profectus à charitate domesticorum ac suorum currat longius, ēt se implicet plurimam civium, deinde omnium mortalium societate: atque, ut ad Arcytam scripsit Plato, non sibi solum natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut per exigua pars ipsi relinquatur.*

164 Ad alterum regero, quæ scribit Doctorum Princeps de Regin. *Princip. cap. I. circa fin.* „ cùm homini competit, in „ multitudine vivere, quòd sibi non „ sufficit ad necessaria vitæ, si solitarius „ maneat: oportet, quòd tanto per- „ fectionis sit multitudinis societas, „ quantò magis per se sufficiens erit ad „ necessaria vitæ. Habet siquidem ali- „ qua vitæ sufficientia in una familia „ domus unius, quantum scilicet ad „ naturales actus nutritionis & proli- „ generandæ & aliorum hujusmodi; „ in uno autem vico, quantum ad ea, „ quæ ad unum artificium pertinent; „ in Civitate verò, quæ est perfecta „ communitas, quatenus ad omnia ne- „ cessaria vitæ. Subnecto, quæ ad

165 „ propositum suggerit Nemesius de- „ Nat. bom. cap. I. propter artes, & „ scientias, & utilitates, quæ ab his „ manant, indigemus alter alterius „ operâ; & idcirco unum in locum „ multiconvenimus, & ad vitæ usum „ res inter nos rationesque contrahi- „ mus: quem conventum & conjunc- „ tionem ædium Civitatem vocamus; „ ut è propinquo, non longè, mutua „ commoda caperentur: Naturâ enim „ animal congregabile & civile homo „ est factus: nam in nemine uno ad „ omnia satîs præsidii est. Itaque per-

„ spicum est, Civitates propter com- „ mercia & disciplinas esse constitutas. Subjungo quoque, quæ D. Augustinus tradit lib. 19. de Civitate DEI cap. 5. ubi, licet non paucas vitæ socialis ærumnas depingat, statim tamen ab initio sic incipit: quod autem socialem vitam volunt esse sapientis, multò amplius approbam: nam unde ista DEI Civitas vel inchoaretur exortu, vel progredieretur excursu, vel apprebenderet debitos fines, si non esset socialis vita Sanctorum?

Ultra hæc acutus Pufendorf cit. lib. 7. 167 cap. I. §. 4. nostram opinionem se- quenti argumento lacescit. Civitatem, qui subit, naturalis libertatis jacturam facit, ac Imperio se subjicit, quod præter alia jus vitæ & necis in ipsum complectitur, & cuius iussu plurima facien- da, abs quibus quis alias abhorrebat, & omittenda, quæ vehementer ap- petebat; sic ut plerumque actiones ad bonum societatis referendæ sint, quod sæpe à bono singulorum videtur dis- crepare. Atqui ad hoc naturaliter fertur homo, ut nemini subjectus esse, ut omnia suo agere arbitrio, ut pro- prio commodo in omnibus velificari velit.

Sed multa sunt, argumento propo- 168 sito adversantia. Nam etiam in fami- lia & domo tum liberi tum servi multa facere & omittere tenentur, quæ neu- tiquam ipsorum arrident ingenio; nec tamen exinde quis arguet, homi- nis Naturam à societate paterna aut herili abhorrire. Nimislibertas 169 naturalis homini quidem eximiè blan- ditur, nihilominus tantâ ipsum dulce- dine haud demulcere debet, ut bo- num longè nobilius & excellentius, quod ex vita civili spectandum est, postponat: quid enim prodest, libe- rum ab alieno esse Imperio, & tamen cunctorum ferè bonorum affluentia vacua, & indigentia, inscitia, injuriis, insidiis, omnisque generis mi- seriis expositum? Cùm omnia, sicut perorat Cicero lib. I. Officior. ratione animoque lustraveris, omnium societate nulla est gratior, nulla charior, quam ea, que cum Republica est unicuique nostrum. Sa- 170 nè cùm Imperium Civile suâpte na- tura non tendat in detrimentum, sed incrementum & ornamentum boni publi-

publici, ratio cuivis prudenti persuadeat, oportet, frustra timeri jacturam libertatis, ubi ad finem, à natura præstitutum, excolitur, & efflorescit.

- <sup>171</sup> Cùmque libertas non in eo versetur, ut quis ex arbitrio vivat, ac, quæ placent genio, faciat, sed ut vivat secundum rationem & legem (est enim nomen & pars virtutis, hominemque liberum recta & præclara, & decora sequi oportet. Dion. Phil.) cur verus libertatis æstimator Imperium aspernetur, quô legibus & rationi se conformare <sup>172</sup> jubetur? Et nonne, qui primi Civitatem subiérunt, potuerunt limites Imperanti præscribere, intra quos libertatem continere, non autem comprehendere liceat? Subditi scilicet alienæ voluntati, ut pareant, non ut serviant, prout in simili dicit Tacitus *Agric. 13.1.* Unde Claudianus *lib. 3. de laud. Stilicon.*

*Fallitur, egregiò quisquis sub Principe credit  
Servitium: nunquam libertas gravior extat,  
Quam sub Rege pio.*

- <sup>173</sup> Quandonam verò homines coepint in societatem perfectam & Civitatem sese coadunare? Non adeò liquidum; valde tamen credibile est, multiplicatò paulisper humano genere ab Adami filio Caino ducendum initium: de ipso namque in irrefragibili mundi historia *Genes. 4. vers. 17.* narratur: cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & edificavit Civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch; qui locus Scripturarè, licet teste Pererio *ibid. num. 69.* magnam quæstionem habeat, quò patrò potuerit, aut quorsum voluerit Cainus edificare Civitatem: cùm eâ ætate non fuerint in mundo nisi quinque homines, Adamus, Eva, Cainus, uxore ejus, & filius Henoch; quin imò, qui Civitatem illam incolerent, solummodò tres extiterint, Cainus cum uxore & filio; attamen à D. Augustino *lib. 15. de Civit. DEI cap. 8.* admoddùm clarus & perspicuus evadit: ut enim nihil dicam, quod Henoch neagetur fuisse primogenitus Caini, ac in senectute primùm generatus dicatur; certè Cainus non eò statim anno, quod

genuit Henoch, edificavit Civitatem, sed multò pòst, quando jam annum circiter quingentesimum agebat: quid, <sup>176</sup> ut verba Magni Aurelii exscribam, nec constitui tunc ab uno poterat Civitas, quæ nibil est aliud, quam hominum multitudo, aliquò societatis vinculò colligata: sed, cùm illius hominis familia tantùm numero sitate cresceret, ut haberet jam Populi quantitatem, tunc potuit utique fieri, ut & consti-tueret, & nomen primogeniti sui constitue imponeret Civitati. Potuisse autem <sup>177</sup> per spatum 500. annorum in prima mundi ætate, quâ vigebat maxima rerum & corporum fœcunditas, in tantum multiplicari sobolem Caini, ut non Civitati solum sed etiam provinciæ incolendæ & inhabitandæ sufficeret, manifestum argumentum est propagatio Hebræorum, ex Abrahamo paulò longiori, quam 400. annorum intercedente facta, ad 600. millia bellatorum, exceptis mulieribûs, parvulis, senibûs, & qui per illud tempus mortem oppetièr. Videantur Pererius cit. l. num. 70. & seq. Alphonsus Tostatus ad cit. cap. 4. *Genes. 17. q. II.* Cornel. à Lapide ad cit. loc. Mersen. *ibid.*

Post diluvium per Noë filios & posteros, in toto terrarum orbe diffusos, Civitates, Gentes, Nationes, & Regna fuisse erecta, propagata, dilatata, Divinus Historiographus infallibili fide recenset *Genes. 10.* Lubeat solum audire, quid Josephus *lib. 1. Antiquit.* apud Pererium ad cit. cap. 10. n. 3. animadvertisit. Post divisionem, ait, „linguarum passim dispersi sunt homines, coloniis nusquam non dedūctis, & quò quemque fors & DEUS tulit, eam terram cum suis occupavit, ut tam maritima, quam mediterranea cultoribûs replerentur: „nec defuerunt, qui consensibus nubibus ad Insulas habitandas trajicerent. <sup>179</sup> „Porro Gentium quædam adhuc servabant derivatam à suis conditoribus appellationem: quædam verò eam mutaverunt: nonnullæ autem in familiarem accolis notioremque vocem deflexerunt; Græcis potissimum talis nomenclaturæ authoribûs: hi enim posterioribûs saeculis veterem locorum gloriām sibi ven-

„dicantes Gentes nominibus sibi notis insigniverunt, &c., quasi sui juris

„essent, mores ritusque proprios in  
„eas invexerunt.

## §. III.

*De Modo constituendi Civitatem.*

180 **E**T si naturalis propensio, movente & volente Naturæ Condito-  
re, homines ad societatem civi-  
lem & Civitatem constituendam im-  
pellat; quia tamen in statu naturali  
liberum cuique est, an inter socios se-  
jungere, & alienum Imperium agno-  
scere velit: hinc ulteriori factō aut pa-  
ctō opus est, ut Civitas actu consti-  
tuatur. Et primò quidem, cùm ex  
num. 150. in Civitate plurium voluntate  
coadunari, & una omnium voluntas circa ea, quæ faciunt ad finem so-  
cietatis, esse debeat, requiritur, ut  
pactō expressō vel tacitō singuli cum  
singulis de instituenda mutua cohabi-  
tatione, ac voluntatum & virium sua-  
rum unionē conveniant: nisi enim  
hujusmodi pactum antecedat, manet  
pristina libertas, potestque pro libitu  
à societate recedere, qui antehac ac-  
cesserat. Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 2.*  
*§. 6. & 7.* Hertius *vol. I. dissert. de modo*

182 *constit. Civitatem sect. I. §. 2.* Deinde  
necessarium est, ut simili modō alte-  
rius Imperio singuli se substernant:  
frustra siquidem moralis voluntatum  
unio speratur, ubi non existunt aliqui,  
quorum voluntas pro regula servatur.

183 Hertius *d. l. §. 3.* Ultra hæc deside-  
ratur, ut forma Regiminis & Imperii  
communi consensu itatuatur, &c., qui-  
nam deinceps officium Imperantis  
exercere debeant, assumantur: cùm  
enim Regimen sit multiplex, &, qui-  
bus Regimen committatur, unus aut  
plures esse valeant, id negotium aliter  
quam sociorum liberā determinatione  
nequit expediri. Pufendorf. *cit. §. 7.*

184 Ex quo bene infertur, ad determinan-  
dam Regiminis formam & personas  
Regentes non esse necessarium singu-  
lorum assensum, quando simpliciter  
& absque conditione in societatem  
se dederunt: creduntur enim se hac  
in parte plurium suffragio submittere  
voluisse; nec possunt sapienter po-

stulare, ut pauciorum iudiciō majora  
vota obtemperent.

Alterum quidem pactum, quō, qui 185  
coēunt in societatem, Imperanti se  
obstringunt, negant aliqui cum Hob-  
besio, volentes nimirum, ut notat  
Pufendorf *cit. cap. §. 9.* omnibus Re-  
gibus verè talibus absolutam & illimi-  
tatem potestatem adstruere, & con-  
sequenter omne hinc pactum, velut  
præcipuum limitandæ potestatis fræ-  
num, exterminare. Sed præter plu- 186  
rima S. Scripturæ testimonia, ex qui-  
bus necessitas ejusmodi pacti luculen-  
ter eruitur, puta *I. Reg. cap. 8. vers. 5.*  
*cap. 10. vers. 24. cap. 11. vers. 1. 2. 3. 14.*  
& *2. Reg. cap. 5. vers. 1. 2. 3.* ibi: *vene-  
runt quoque & seniores Israël ad Regem in  
Hebron, & percussit cum eis Rex David  
fædus coram Domino: unixerintque Da-  
vid Regem in Israël;* quod repetitur *I. Paralypom. cap. 11. n. 3.* & *cap. 24. v. 24.*  
ponitur: sed & universi Principes & poten-  
tes & cuncti filii Regis David dederunt  
manum, & subjecti fuerunt Salomonis Regi;  
cum citato Pufendorfio contra Hob- 187  
besium ita licet instare: dum ultrò  
Principi me subjicio, obsequium ipsi  
promitto, defensionem mihi stipu-  
lor. Princeps, dum me civem reci-  
pit, defensionem mihi promittit, ob-  
sequium à me stipulatur. Ante eam  
promissionem neque ego ipsi obsequi,  
neque iste me defendere, saltem ex  
obligatione perfecta, tenebatur. Quis  
ejusmodi actum ex classe pactorum  
velit excludere? Verissime igitur D.  
Augustinus *lib. 3. Confess. cap. 8. generale  
pactum;* ait, *est societatis humanae, obedire  
Regibus suis.* Plura apud eundem Pu-  
fendorf. *d. l. §. 10. & seqq.* & Hertium  
*cit. dissert. de modo constit. Civitat. sect. 2.*  
*§. 1.* hanc in rem opportuna videre  
erit.

De reliquo in num. 181. studiosè de 188  
pacto expresso vel tacito memini.  
Nam, ut pacta, Civitatis constitutio-  
nem

nem antecedentia, sint expressa, neutriquam exposcitur, dum etiam tacita, quæ vim expressorum obtinent, sufficiunt: nec enim (assumo verba Grotii *de J. B. & P. lib. 2. cap. 4. §. 3.*) patitur natura humanæ societatis, ut actibus animi, sufficienter indicatis, nulla sit efficacia: ideo, quod sufficienter indicatum est, pro veritate habetur adversus eum, qui indicavit. 189 Quòd si igitur in regione, ubi latrocinia grassantur, plures familie, separatim hucusque viventes, contra vim communem ipsò factō se conscient, ut majori cum securitate & potentia

communibus hostibus resistere valent, ac, depulsa jam hostili audaciā, in unione permaneant, animum de continuanda societate dilucidè ostendunt. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univ. part. spec. lib. 1. cap. 2. §. 3.* Si 190 maliter, ubi ex una stirpe plures nascuntur, unam incolunt terram, inter se quoad certa jura & bona communicant, patrisfamilias, qui senior omnium est, quasi Principis voluntatem reverentes, mentem suam de subjectione erga Imperantem clarè demonstrant. Böhmer *cit. l. §. 7.*

## C A P U T . III.

### De Statu Civitatum Regularium.

**S**umma Civitatum partitio est in Regulares & Irregulares. Regulares appellat Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 2.* quæ ab una vel anima regi videntur, ubi scilicet Summa Potestas indivisa & inconvulsa ab una voluntate per omnes Civitatis partes & negotia exercetur. Hertius autem in *Element. Prudent. Civ. part. 1. sect. 2. §. 5.* Regulares nominat, quibus convenit definitio Civitatis, à se ibidem in §. 4. concinnata, quod nempe sit societas sive communitas multorum hominum, mutuis corundem pactis conflata, & potestate instruta, quæ singulorum viribus ad vitam securam & beatam uti possit. Ego breviter Civitates Regulares nuncupo, quæ regularem naturam, ex primæva institutione acquisitam, retinent salvam & integrum. Earum tres species, juxta triplicem formam Regiminis, à nostræ scientiæ cultoribus unanimi calculo assignantur, puta Monarchia, Aristocracia, Democratia; ad imitationem Taciti *lib. 4. Annal. 33. 1.* afferentis: cunctas nationes & urbes Populus, aut Primores, aut singuli regunt.

## S E C T I O . I.

### De Statu Civitatum Monarchico.

#### S U M M A R I A.

1. Exponitur nomen Status Monarchici.
2. Definitur.
3. Requirit Summam Potestatem.
4. Ea residet penes unum.
5. Non patitur duos.
6. & seqq. Eriam si quoad speciem externam plures aliquando Monarcha fuisse referantur.
11. P. SCHMIER JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

- Eriam si quoque duo simul ad Regnum pervenirent.
12. & seqq. Adducuntur aliquot testimonia.
15. Status Monarchicus commendatur ab antiquitate.
16. Consuetudine Generum.
17. Praestantia Regis & Regni.
18. Usi-

*Utilitas.* 19. *Convenientia.* 20. *Dintuitate.*  
21. *Eidem obstat videtur Regum-*  
*mutabilitas.* 22. *Flexibilis in vita.* 23.

*Adulatio Procerum.* 24. *Ignavia Regnantium.*  
25. *Ipsius Regni instabilitas.* 26. *Subdiscernit-*  
*neglectus.*

## S. I.

*De Natura Statūs Monarchici.*

1. **S**tatus Monarchicus derivatur à vocabulo Græco μονος, id est, unus: eò quòd unus imperet; diciturque aliò nomine vel *Regnum*, quòd in eo maximè reluceat regendi & regnandi authoritas, penes Regem existens; vel *Principatus*, ab eminente gubernatoris potestate, nulli hominum subordinatā; vel *Imperium*, utpote cùm imperantis Majestas nullibi magis, quàm in Monarchia enitescat.
2. Describitur Status Monarchicus, quòd sit Civitas seu societas & communitas perfecta, in qua Summa Potestas penes unum residet.
3. Dixi I. *in qua Summa Potestas*. Nam Summa Potestas, velut anima cuiuscunq; Civitatis, tam in Monarchia, quàm aliis Civitatibus Regularibus adesse debet; neque in hoc una Civitas ab altera differt, sed potius una alteri similis & æqualis est.
4. Dixi II. *penes unum residet*. Et in hoc cernitur unicum & essentiale discrimen statūs Monarchici ab Aristocratico & Democratico, quòd varietur subjectum Summæ Potestatis, sitque tantum unus, in quo Summum Imperium radicatur, & à quo in subjectos populos exercetur. Itaque, sicuti Cœlum duos non capit soles; ita nec Regnum duos Reges: &, sicuti nondantur plures Summi; ita nec plures in uno loco Monarchæ, dum Summus non est, qui parem habet, aut respectu aliquò paret. Illustr. D. Pelzhofer L.B. de Schönau *Arcanorum statūs lib. 2. p. 1. cap. 3. num. 6.*

Quòdsi alicubi, præsertim in Monarchia Romana, subinde duo aut tres Imperium habuisse legantur, neutquam credendum, Monarchiam in Dyarchiam aut Triarchiam, velut formas, planè monstrosas & abominandas, abiisse, sed aut unum fuisse Regem, ubi Regnum mansit indivisum; aut duos fui-

se Reges, ubi Regnum divisum erat. Nempe, dum apud Imperatores veteres unus Occidentem, alter Orientem gubernabat, duo Imperatores & duo erant Imperia; sicut adhuc Imperium Occidentale & Orientale duplex, ac cuique separatus Imperator præfetus est. Quando autem in Oriente vel Occidente duo aut tres Augusti ad clavum simul consedisse conspiciebantur, penes eum duntaxat, qui primus ad Imperium pervenit, Summa Potestas radicaliter & principaliter resedit, & in alios, quos verius Regni Vicarios quàm Collegas dixeris, quoad exercitum est derivatum. Ple: rumque enim filius à patre, gener à socero, frater à fratre, cognatus à cognato fuit assumptus, ut splendore quidem externo Regiam dignitatem præferret, reipsâ tamen non in consortium Regiæ Majestatis sed in partem onerum ac curarum adscisceretur. Nec opinandum est, eum, qui singulari Principis beneficio in eodem secum throno sedendi facultatem obtinuit, contra Patronum & Promotorem insurrexisse, paremque sibi in omnibus autoritatem arrogâsse. Si tamen duo vel plures Summam Potestatem eodem prorsus modò acquisivisse & exercuisse deprehendantur, fortè quòd eadem successoris lege aut unâ electione simul ad Regium fastigium ascenderint, Regnum pro indiviso habuisse dicendi sunt; administratione aut uni duntaxat concessâ, aut per alternas vices ab unoquoque exercitâ: alioquin plures aut Reges aut Regni Administratores cum Potestate Regia admittere, est Regnum destruere, dum Lucano teste

*Nulla fides Regni sociis, omnisque Potestas*  
*Impatiens confortis erit; nec Gentibus ullis*

Cre-

Credite, ne longè fatorum exempla p-

tantur,

Fraternō primi maduerunt sanguine muri.

<sup>12</sup> Hinc D. Augustinus lib. 15. de Civitat. DEI cap. 5. sic, ait, condita est Roma, quando occisum Remum à Fratre Romulo Romana testatur Historia; nisi quodd isti terrenæ Civitatis ambo Cives erant, & ambo gloriam de Romanæ Republicæ institutione quærebant, sed ambo eam tantam, quam tam, si unus esset, babere non poterant. Qui enim volebat dominando gloriari, minus utique dominaretur, si ejus Potestas vi-

vō consorte minueretur. Ut ergo totam dominationem habeat unus, ablatus est socius. Hinc D. Athanasius lib. contra Gentil. ait: fateri cogimur, multorum Principatum verum auferre dominium: cum enim illud sibi vicissim tollant, nullus jam erit Princeps, sed Principatus desideratio apud omnes prævalebit. Hinc Quintus Curtius lib. 10. cap. 9. Imperium, inquit, quod sub uno stare potuisse, dum à pluribus sustinetur, ruit. Videantur Pufendorf de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 15. Huber. de Jure Civ. lib. 1. sect. 7. cap. 2. §. 12. & seqq.

## S. II.

### De Prærogativis Status Monarchici.

<sup>15</sup> **M**ulta sunt, quæ Statum Monarchicum præ Aristocratico & Democratico commendant. I. antiquitas: nam Monarchia, generi humano quasi coæva, in regimine Adami & posterorum, quasi in semente, pullulascere, & auctō postmodùm humano genere, in primis Civitatibus radicem agere cœpit; id perhibente Aristotele 1. Polit. 1. initio à Regibus gubernabantur Civitates; confirmante Salustiō in Catilin. Regium in terris nomen Imperii primum fuit; roborante Justinō apud Lipsium doctr. civil. lib. 2. cap. 2. principiō rerum, Gentium, Nationūque Imperium penes Reges erat.

<sup>16</sup> II. consuetudo omnium ferè Gentium: nam juxta S. Scripturam Genes. 10. vers. 9. & 10. Nemrodus, qui cœpit esse potens in terra, fecit principium Regni Babylon; Genes. 14. narrantur plures Reges inter se bellō dimicasse; Daniel. 2. 7. & 8. quaternæ Monarchiae, quas universales nominamus, spiritu Propheticō repræsentantur; 1. Reg. 8. vers. 5. congregati universi majores natu Israël venerunt ad Samuelem in Rama, dixeruntque ei: constitue nobis Regem, ut judicet nos, sicut & universæ bant Nationes; & vers. 26. similia repetierunt: Rex erit super nos, & erimus nos quoque, sicut omnes Gentes & judicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Eapropter Cicero lib. 3. de LL. omnes antiquas Gentes Regibus quandam paruisse, pronuntiat.

III. præstantia Regis & Regni: quia Platonis in Polit. Rex DEUS quispiam humanus est; & Livio dec. 1. lib. 2. c. 5. Regnum res est inter DEOS hominesque pulcherrima: quemadmodum enim in Divina Hierarchia, quā nihil præstantius, aut excellentius excogitari potest, DEUS Ter Opt. Max. solus & unus gubernat universa, velut indicat Ecclesiasticus cap. 1. v. 8. unus est altissimus, Creator omnium, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super tronum illius, & dominans DEUS; ita in humana Republica solus Princeps Divinâ ratione regit & dirigit omnia.

IV. utilitas. Enimvero, ut verba S. Thomæ de Regin. Princip. lib. 1. cap. 2. „mea faciam, bonum consociatæ multis, titudinis est, ut ejus unitas pace conservetur: quanto igitur Regimen efficacius fuerit ad unitatem pacis servandam, tanto erit utilius. Magnificum est autem, quod unitatem magis efficere potest, quod est per se unum, quam plures: utilius igitur est Regimen unius, quam plurium. Idcirco recte Tacitus 1. Histor. 1. 2. loquitur: pacis interest, Potestatem ad unum conferri. Legimus enim, discordantis sœpe patriæ non aliud remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. Idem 1. Annal. 9. 4.

V. convenientia. Siquidem ex aliquato Doctoris Angelici discursu ea, quæ naturæ congruunt, optimè se habent, in singulis enim operatur natura, quod optimum est: omne autem na-

turale Regimen ab uno est; in membris cor movet omnia; in partibus animæ ratio præsidet; & in toto Universo unus DEUS factor est omnium & Rector. Adstipulatur D. Hieronymus in Epist. 4. scribens: *multa animalia & ferarum greges ductores sequuntur suos: in apibus Principes sunt: grues unam sequuntur; ordine literato Imperator unus; Judex unicus Provincie; in nave unus gubernator; in domo unus dominus; in quamvis grandi exercitu unius*

*signum exspectatur. Et, ne plura replicando fastidium legendi faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, ut doceam, te non quo arbitrio dimittendum, sed vivere sub unita disciplina Patris confortioque multorum.*

VI. diurnitas. Percurre omnia Regna, ait Eminentiss. Sfondratus in Regali Sacerd. lib. 2. §. 13. sub num. 1. Rerumque publicarum monumenta, Monarchias fuisse Rebū publicis longè diurniores, potentiores, bellō & pace florentiores, invenies.

### S. III.

## De Incommodis & Periculis Statū Monarchici.

<sup>22</sup> **N**on adeò firmæ fortunatae sunt Monarchici Statū prærogativæ, ut eis non multa incommoda & pericula à multis adscribantur. Cur ex unius, ajunt, hominis libidine salus & fortuna totius Civitatis pendeat? Quàm facile potest accidere, ut, quod Tacitus dixit de Galba Imperatore lib. 1. Histor. 49. 35. *Rex major privatō sit visus, dum privatus erat, & omnium consensu capax Imperii, nisi imperasset? Scelerā si nesciant, ait nonnemo, Regnum decebit.* In hæc, ubi semel incipit deflectere Princeps, nullus metus aut pudor ipsum cohibet; sævitiae & exemplō altissima Reipublicæ vulnera imponit; patriā civibūsque sic utitur, tanquām sui unius causā natura hæc omnia produxerit; quæ sanè via est proxima ad tyrannidem. <sup>23</sup> Sæpe Regibus obstrepit adulatio; sæpe animum inflamat ambitio; sæpe indoles, quamvis egregia & recta, eō ipso corruptur, quod, utcunque præclarè se gesserint, nihil est sublimius, quō in prœmium rapiantur; nec, si peccent, ullum tribunal, cui reddant rationem. Nonnunquam mentes Principum occupat ignavia, magnum Règnantium malum; quō factō Regimen alienis & oculis & manibus

committitur, & vix aliquid ex æquo & justo, sed amicorum arbitrio, Ministeriorum fastu, assentatorum avaritia pleraque aguntur. Regnum ipsum fluctuans & instabile est: *arduum enim & subjectum fortune cuncta regendi onus.* Tacitus 1. Annal. 11. 3. Quin nec fortunæ solūm objectum, etiam odiis patet, dum Seneca teste in Thebaid. *in fin. simul ista mundi Conditor posuit DEUS, odium atque Regnum.* Ut nihil memorem, quod in statu Poliarchico ad Reipublicæ usum se plures aptent, excolant ingenia, militiam aut eloquentiam studiosius prosequantur, suisque se civibus probent, ubi eorum suffragia scient esse parata virtuti prœmia, summasque Reipublicæ dignitates patere merentibus; cum ex adverso in statu Monarchico unius dominis ac liminis ambitiosa angustia sic dispensem munera publica, ut vix unquam ex merito vel publicæ famæ judicio probis viris ac laboribus obtingant: quæ & alia servido ore prosequitur Anaximander apud Joannem Barclarium in Argen. lib. 1. cap. 15.

Quæ nostra in re multūm ancipi & salebrofa sit opinio; infra in num. 39. & seqq. palam evadet.



SE-

## S E C T I O II.

### De Statu Aristocratico.

#### S U M M A R I A

27. Describitur Status Aristocraticus. 28. Et Hornius Majestatem negat. 29. & seqq. Illius rationes adducuntur. 32. & seqq. Sub incidente vocantur. 35. Refidet Summa Potestas penes Collegium aut Consilium. 36. & seqq. Sollet constare ex paucis respectu totius multitudinis. 39. & seq. Numerus autem non est determinatus. 41. & seqq. Disquiritur, à quoniam Optimates sunt constitundi? 45. Praeses Sena-

tus non officie Aristocratis. 46. Optimates in certo loco convenire debent. 47. Et vota majora valere. 48. Commendatur hic status à medio. 49. Selecta. 50. Zelo. 51. Concordia. 52. Restriktà libertate. 53. Ausberitatem. 54. Inter illius incommoda referuntur Senatorum virtus. 56. Selectus negligens. 57. Mala consilia. 58. & seq. Amulatio. 60. Oligarchia.

#### S. I.

### De Natura Statù Aristocratici.

27 **S**tatus Aristocraticus, qui & Poliarchicus dicitur, est Civitas, seu societas & communitas perfecta, in qua Summa Potestas cùdam Collegio seu Concilio, ex paucis constanti, est commissa.

28 Dixi I. *Summa Potestas*. Ubi vehementer se opponit Hornius *de Civitat. lib. 3. cap. un.* communem vocans errorem, nimir & servili crudelitati ac obedientiae, Aristotelii exhibitae, in acceptis referendum, Aristocratiam esse, quoties penes pauciores Majestas residet. Rationes, quæ Virum doctissimum in opinionem singularem, & vix ab errore excusandam, pertraxerunt, aliquæ sunt, quæ etiam Statum Democraticum concernunt, in *scđ. seq.* ad examen vocandæ; aliæ, quæ adstruuntur in *§. 2. num. 2. 7. & II.* Statum Aristocraticum propius continent, velut quòd Summitas quarumcunque partium seu jurium sive contradictione pluribus simul communicari nequeat, salvaque manere, concessa Procerum æqualitate, conjunctim participantium Suimum Imperium; præterea quòd, si decem sint Optimates, nemini horum Imperium in caput civium datum appareat, dum nullus absque consensu collegæ efficaciter quid censem aut præcipit inferioribus; &, si quinque diversum à reliquis sentirent, aut neutra classis valeat, aut utraque contrarium fanciat,

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

contra ingenium ordinis & veri Imperii; quod ultra hæc in universo illo 31 confessu Procerum non inveniatur persona, quæ delinquens contra Rempublicam non possit à collegis ad supplicium rapi, atque adeò, si omnes hostilia & libertati populi adversa molirentur, à civibus poena sumeretur; ubi autem, singulis punitis & remotis, universi persistant cum suo Imperio, ajentes, respondere debeant: non enim Majestatis est, judicari, aut condemnari. Verum debuisset Hornius bene perpendere, jura Summa pluribus, ut pluribus, seu collectivè & in Concilio consideratis, ita communicari posse, ut salva maneant: est enim tunc unum duntaxat Majestatis subiectum; nec ista per singulas Optimatum personas dividitur, sed in uno Senatorum corpore, legitimè coadunato, repræsentatur. Et hinc, ubi 33 decem ponuntur Optimates, simul omnibus, conjunctivè & collegialiter acceptis, Imperium in singula ci-vium capita competit; &, ubi quinque à cæteris discrepare supponuntur, ob defectum voluntatis, sive majoris partis assensu nihil efficaciter agere valentis, prorsus nihil agitur, sed res ita consideratur, ac si Senatores plane-nunquam ad Concilium convenient, aut Senatus nihil omnino voluisse. Quid autem sit, in Rempublicam de linquere, explicat Pufendorf *de J. N. lib. 7.*

N

*lib. 7. cap. 5. §. 5.* delinquit nempe, qui contra iussa legesque eius, penes quem Summum est Imperium, perpetrat aliquid, quod tendit in detrimentum Civitatis: ideoque universi Optimates in Rempublicam peccare non possunt, nisi vel leges violent, sub quarum observandarum conditione Imperium acceperunt; vel hostilem in universos cives animum induerint: quō casu pari cum Regibus passū ambulabunt.

*35 Dux II. cuiusdam Collegio seu Concilio.* Per hoc enim distinguitur Aristocracia à Monarchia, quod hæc uni duntaxat personæ Suimum Imperium deferrat; illa personis pluribus, quatenus plures sunt, & Collegium aut Concilium quoddam conficiunt, Supremam regendi facultatem tribuat.

*36 Dux III. ex paucis constanti;* & per hoc Aristocracia discriminatur à Democratis: cùm illic pauci tantum sint, qui Reipublicæ curam absolutâ vel limitatâ Potestate gerant; hinc penes universos cives summa rerum exi stat. Dicuntur illi *Optimates*, vel quia optimi quique imperant; vel quoniam ad id, quod Civitati optimum est, Imperium refertur. Ari-

*38 stoteles 4. Polit. cap. 7.* Dicuntur etiam *Senatores*: quia vis Summi Imperii tunc præcipue cernitur, quando in Senatu convenient, de communione necessitate consultatur.

*39 Quot verò Senatores aut Optimates ad Statum Aristocraticum desiderantur?* Certa regulâ definiri nequit: cùm hac in parte non parva ubique sit varietas, ac Pharsaliorum Respublica viginti habuerit; Epidaurii econtrâ centum & octoginta Imperantes agnoverint. Besold. *lib. 1. Politic. cap. 7.*

*40 §. 3. num. 10.* Nec, quod primùm adverti de paucis, intelligendum est in sensu absoluto, sed comparativè ad cives, ut nempe subjectus reliquorum civium numerus longè major, quam Imperantium numerus existat. Hertius in *Element. Prudent. Civil. p. 1. sect. 10. §. 13.* Huber. *de Jure Civit. lib. 1. sect. 8. cap. 1. §. 4.* Pelzhoffer *Arcanor. Status lib. 3. cap. 13. num. 3.*

*41 Dux IV. est commissa.* Committitur autem Summa Potestas Concilio

seu Senatui vel à populo, vel ab ipsis Optimatibus, in locum deficientis cuiuspiam alium substituentibus. Si *42* tamen à populo committatur, non nullis videtur esse Status Democraticus, in quo delecti Proceres non suo sed populi nomine jura Summæ Potestatis administrant. Sed melius à *43* citato Besoldo *§. 2. num. 9.* distinguitur, an Optimates à populo decernantur in perpetuum & irrevocabili ter; an ad certum tempus & revocabili ter. Si prius; status revera est Aristocraticus; sicut est revera Monarchicus, ubi totus populus Regem eligit: nam populus de Summæ Potestatis prærogativis nil sibi reservare censetur, quando, Senatus semel constitutô, nil amplius, quod disponere, vel imperare valeat, h. het. Si po sterius; universitas civium ipsô factô indicat, non Regimen, sed modum duntaxat regendi Aristocraticum sibi placere, ut, qui deputantur ad Concilium, populi totius nomine curam in se communis tamdiu suscipiant, quandiu populus voluerit; convenientiori titulô Magistratus aut Officiales, quam Optimates compellandi.

Illud non refert, an Senatus habeat *45* aliquem Praesidem, hoc aut aliò nomine insignem: quia, si vel omnia, vel graviora Reipublicæ negotia sine præscitu & consensu Senatus expediti nequeant, signum est evidens, Praesidem illum non Principis aut Regentis, sed Ministri tantum munere defungi; aut extrinseci solùm splendoris figurâ, citra Majestatis internæ vigorem, circumfundit; veluti in Republica Venetorum & Genuensium moris est. Besold. *4. §. 2. num. 8.* Refert autem plurimum, ut certa tempora & loca, ad quæ Senatores convenire debeant, determinantur: quippe cùm citra congressum, certò loco & tempore institutum, nulla sit personarum unio, nec repræsentatio totius Civitatis per conspirationem plurium voluntatum in oculos incurrat. Puffendorf *de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 8.* Refert etiam, ut, si Concilium ad consultandum de Republica congregatum supponatur, vota majoris partis præ va-

valeant: alioquin ob nimiam hominum ad dissentendum proclivitatem raro quidpiam cum efficacia concludi

poterit, velut eleganter declarat D. Francisc. Ignat. de Wollerent *Quæstion. Oenipont. 10. à num. 17.*

## S. II.

### Bona & Commoda Status Aristocratici.

48 **S**tatum Aristocraticum suadentes bona & commoda non contemnenda. I. namque videtur hic Status medius inter Monarchicum, in quo unus imperat, & Democraticum, in quo gubernant omnes: nec enim unustantum, nec omnes, sed ex omnibus aliqui seliguntur, quibus incumbat, Reipublicæ prospicere. *In medio autem tutissimus ibis.* Novit id optimè Plato 26. de Legib. ubi 30. viros ad publica Civitatis munia elegit: eò quod in uno defectum, in multitudine turbas timerit.

49 II. inter Optimates non numerantur promiscuè, qui Civitatis sunt membra, sed qui virtutibus & meritis præcellunt, longaque rerum experientia didicerunt, negotia publica intento cum emolumento Civitatis tractare; exemplò Magni Ducus Populi Israëlitici Moysis, tuli, inquietis Deuteron. cap. I. v. 15. de cunctis tribubus vestris Viros Sapientes & Nobiles, & constitui eos Principes & Tribunos &c.

50 III. salus Reipublicæ non pendet ex autu unius, neque ex confuso totius multitudinis arbitrio, sed communia plurium consilia maturò plerumque judiciō in unum conferuntur, & quod optimum factu censemur, decernitur. *Qui autem agunt omnium cum consilio, reguntur sapientia.* Prov. 13. vers. 10. & ubi multa consilia, ibi salus ibid. II. vers. 14. Omnia hinc Regna, Civitates, Nationes usque ad prosperum Imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt, testis est Sallust. ad Cæsar. de Republ. ord.

IV. licet in eodem Senatu non omnes æquali gaudeant genio, dum alii faciles, quidam graves, aliqui comes, nonnulli tristes, &c, ut loquitur Johannes Braun lib. Var. amoen. pag. m. 37. Appii & Publicolæ, Catones & Cæsares sunt; attamen unum omnibus studium est, discordi quoque harmonia pro salute publica decertare; velut Tullus Hostilius ad Fufetum quendam declarat: *Fufeti, respondens, quas Senatorum discordias nobis objicis, pro salute Reipublicæ sunt.* Idem ibid.

V. tanta non est Optimatibus libertas & agendi licentia, ut impunitatis spe à recto tramite deflectere audiant: quia, si considerentur ut singuli, Concilio morem gerere, suaque facta & acta illius censuræ submittere tenentur; ut inde verificetur illud vulgatum:

*Oderunt peccare boni virtutis amore,*  
*Oderunt peccare mali formidine poene.*

VI. si comparativè ad Statum Monarchicum loqui alkubescat, occurrit discursus Anaximandri apud Baraclarum Argenid. lib. I. cap. 15. ita percontantis: num uni Regi tantum solertiae, tantum animi supersit, ut possit æquari tot Optimatum ingenii, qui in liberis Urbibus ad publica consilia solent accersiri? Illi quidem & idonea ætate, & claris virtutibus diliguntur; tum virtutis æmulatione & dedecoris metu utilissima quæque pro Republica sentiunt, ac faciunt.

## S. III.

### Mala & Incommoda Status Aristocratici.

54 **N**escio, an mala & incommoda, quæ Statum Aristocraticum consequuntur, non potiora sint bonis & commodis, quibus affluere

dicitur. Sunt enim & Optimatibus, æquè ac Principibus, non levia vita, sed non æquè illorum acistorum tam expedita manu curanda. Audiat N 2 tur

tur Nicopompus apud Barclajum *d.*  
*55 cap. 15.* Pone, ait, tam Regnum, quām Rēpublicam, Principum vi-  
tiis tanquām affectā valetudine labo-  
rare; utrobi facilitiora exspectes ad  
publicam sanitatem remedia? Nimi-  
rum & Regem & ipsius vitia mors sal-  
tem de medio tollet, poteruntque à  
successoris indole sperari meliora:  
at labem corrupti Senatūs non unius-  
cujusque mors eluit, sed afflīcti semel  
mores in deteriora semper labuntur,  
donec publicam salutem suō casu ob-  
ruerint.

*56* Quis delectus habeatur inter eos,  
qui Reipublicæ gubernaculis admo-  
ventur, exponit idem Nicopom̄us.  
Intra certas familias atque stirpes in-  
cludunt hi Proceres Reipublicæ mu-  
nera atque potentiam, ut generi non  
virtuti servent dignitates, nisi fortè  
quædam obscuræ, & quæ te à super-  
cilio Nobilitatis non eximant. Et  
hæc præterea munera, ad quæ licet  
pervenire, an putas in alios dividi,  
quām in istorum Potentium cliente-  
las? Ne feliciùs, quām sub Rege, elo-  
quentiam illic aut virtutis alia studia;  
sed gratiam, sed amicitias, sed privata  
obsequia valere existimes.

*57* Consilia, quæ suggestit Concilium,  
non semper liquida, & ab omni se-  
quioris affectū labe cernuntur illimia:  
nam, ut objectionem illam, quod  
maturiūs inter multos, quām Rege  
ab uno publica expendantur negotia;  
retundat Nicopompus, *cit. loc. ita*  
prosegitur: quasi Prudentūm sen-  
tentiis Reges uti non soleant; & iste,  
quem laudas, Senatus sæpe transver-

sus non agatur, dum quisque proprii  
commodi studiō laborat, vel amore  
in suos, vel in pares invidiā.

Æmulationem inter Optimates *58*  
fervere, quis dubitat? Sed laudabilem  
illam haud esse, insinuat supra lauda-  
tus Sfondratus in *Reg. Sacerd. lib. 2.*  
*cap. 13. sub num. 1.* Sub uno, ajens, Prin-  
cipe diuturnum est Regnum, firmum,  
florensque, ac in diversa & hostilia  
magis paratum munitumque: facilius  
enim inter multos & pares invidia, &  
ex hac æmulationes, ac bella civilia  
gliscunt; &, ubi multi imperant,  
cura paucorum est. Et paulò post: *59*  
sicut Princeps, qui solus rerum poti-  
tur, potentior est, ditiorque, quām  
Optimates; ita etiam cupiditati &  
metui minùs patet: qui duo sunt affe-  
ctus maximè præpotentes, rerumque  
humanarum domini, & quibūs multi-  
tudo plerumque vincitur.

Demum in Statu Aristocratico *60*  
æquè aut magis timendam tyrañidem  
seu oligarchiam, quām in Statu Mo-  
narchico, ex Sallustio apud Nicolaum  
Hertium *Element. Prud. Crv. p. 2. sect. 24.*  
§. 19.. colligitur, dum, eō narrante,  
*Roma pauci* (intellige Optimates) quo-  
rum in gratiam plerique concesserunt, sub  
bonoſto patris aut plebis nomine dominatio-  
nes affectabant. Livius quoque *dec. 1.*  
*lib. 1. cap. 8.* recenset, post mortem Romuli  
omnes propter multiplicatam in centum Pa-  
tribus servitutem cœpisse fremere, donec tan-  
dem ad unum omnes Regnum Numæ deſe-  
rendum decrevissent. Joannes Braun *d.*  
*lib. Var. amoenit. pag. m. 41.* Quidego  
hac in parte sentiam, infra in *num. 93.*  
& seqq. explicabo.

## S E C T I O III.

### De Statu Democratico.

#### S U M M A R I A.

- 61. Describitur Status Democraticus.* *62. Hoc*  
*quoque Summam Potestatem abnuit Hernius.*  
*63. & seq. Illius fundamentum referuntur.* *65.*  
*& seqq. Sed facilis conatu revertitur.* *68. Sun-*  
*ma Potestas residet penes totum Populum.* *69.*  
*& seq. Populus representatur per majorem par-*  
*tem.* *71. & seq. Nova instantia ex Hernio al-*  
*legatur, & ablegatur.* *73. Competit Summa*  
*Potestas Populo in Statu Democratico, sicut Pri-*

- cipi in Statu Monarchico.* *74. Possunt certi*  
*Magistratus à Populo constitui.* *75. Facienda*  
*distinctio inter dignos & indignos.* *76. Quidam*  
*notamina pro hoc statu subjiciuntur.* *77. Com-*  
*mendatur idem status, quod sit valde connatu-*  
*ralis.* *78. Deceat libertatem.* *79. & seq.*  
*Servet equalitatem.* *81. Curat bonum publi-*  
*cum.* *82. Custodiat leges publicas.* *83. In-*  
*ferat perpetuam securitatem.* *84. Opponitar buic*  
*statu*

statni magnitudo periculi. 85. & seq. Liber-  
tatis abusus. 87. & seq. Contemptus ex aqua-  
litate. 69. & seq. Boni publici exigua cura.

91. Mutabilitas. 92. Brevitas. 93. Mo-  
deratur quæstio politica: quisnam ex recentis statu  
bus sit melior? 94. & seqq. Datur resolutio.

## S. I.

## De Natura Status Democratici.

61 **S**tatus Democraticus, quem ex cap. priori num. 131. interdum simpliciter Republicam, sub inde Politicam, aut Statum Popularis, vel Poliarchicum appellant, est communitas perfecta, in qua Summa Potestas toti Populo competit.

62 Dixi I. *Summa Potestas*. Sed iterum nobis hic negotium facessit supra catus Hornius lib. 3. cap. un. §. 2. in num. 3. ubi talia habet. Perpetuò suspecta fuit Majestas Democratica, quod nullò cogitatū subjectum Imperans discernere potuerim à parentibus. Nam, quod universos à singulis disjungunt; difficultates omnes 63 haud tollunt. Putant, universos imperare, singulos parere. Sed ver tant se in omnes formas, non evitabunt confusione Regnantis & subdit. Nunquam intelligo universos; nisi conjunctis singulis: & quidquid prou nuntio de multitudine, id vel secundum aliquam partem, vel totum, ei dem debet competere. Ubi Imperium universis assignatur, cum aliquid vaginon sit, dispiciendum non est, ubi hæreat; num omnibus, an aliquibus, assistat. Si omnibus adscribunt; neminem habebunt subditum: eò quod Imperium & obsequium non inhabent eandem personam. Si singulos faciunt subditos; non habebunt deinceps universos Imperantes: eò quod ex his singulis parentibus non possit multitudino confici, nisi obtemperans. Nil enim aliud; quam obtemperantia, 64 confertur à singulis Universitati. At mirandum valde, cur distinctio inter universos & singulos non videatur Hornio tam potens; ut confusione Regnantis & parentis tollat: si enim aliud sit Universitas, aliud singuli; & quæ conveniunt universis, non illico singulis convenient: utique, citra confusionem, infertur, in statu Democratico Universitatem civium, qua-

tenus ritè inter se consociata & in comitiis aut diætis communibus est congregata, imperare; cives autem, sigillatim & separatim spectatos, obedire. Certè non solum apud Philosophos 66 indubitatum est, totum compositum esse quid aliud, quam partes separatim acceptas, & quod prædicatur de composito, de partibus separatis prædicari non posse; sed etiam apud Jureperitos receptum est, in qualibet communitate & Universitate, tanquam composito morali, bona quædam & jura Universitati, non item singulis, competere; jamque in proverbium abiit, id, quod debetur Universitati, non deberi singulis; & vicissim, quod debet Universitas, singulos non debere. Grot. de J. B. lib. 3. cap. 2. §. 1. Unde captiu difficile non appetet, quod 67 Imperium aliquid vagi non sit, sed in hæreat toti Reipublicæ corpori, ci vium Universitati, aut, si malis audi re, civibus collectum & collegialiter acceptis; obsequendi obligatione ci vibus, sigillatim, distributivè, seorsim, singulariter, aut separatim sumptis, relicta. Pufendorf de J. N. d. lib. 7. cap. 5. §. 5.

Dixi II. *toti Populo*; id est, ut statim 68 explicavi, collectioni civium, aut ci vibus ut universis. Et quia rufus instat Hornius cit. cap. un. §. 2. num. 4. etiam in Comitiis Poptilaribus non procedere distinctionem inter universos & singulos: cum si votorum occurrat differentia, majorque pars Populi affirmet, minor neget, Summa Potestas neque resideat penes majorem partem, utpote spectans ad universos; neque penes minorem partem, cui cedere & conclusa acceptare recessum est: hinc ulterius explanandum est, totum Populum representari per majorem partem, & minorem includi in majore: habent enim, ut ferre differit Grot. de J. B. lib. 2. cap. 5. §. 17.

O

om-

omnes consociationes hoc communem, quod in iis rebus, ob quas consociatio quæque instituta est, Universitas & ejus pars major nomine Universitatis obligent singulos, qui sunt in societate. Omnipotens enim ea credenda est fuisse voluntas civium, in societatem coëuntum, ut ratio aliqua esset, expediendi negotia: est autem manifestè iniquum, ut pars major sequatur minorem: quare naturaliter, seclusis pactis ac legibus, quæ formam tractandis negotiis impununt, pars major jus habet integri, id est, totam Universitatem representat. Urget quidem Hornius d. §. n. 5. singulis comitiis aut singulis sententiis diversum haberis subjectum Majestatis, ex quo minori concioni, quæ anteā majori cedere tenebatur, ex anteā prævalentibus aliqui accedere, & potiorem numerum confidere possunt.

72 Sedin cassum: quia subjectum Majestatis semper est idem, nempe Populus & tota civium collectio, qualescunque ex illis in causis communibus consentiant aut dissentiant: semper enim voluntas Populi, tanquam personæ moralis, per numerosiorem partem explicatur, eaque mutari aut declarari valet, absque eo, quod Populus mutetur; sicuti Rex idem est, manetque subjectum Majestatis, etiamsi, quæ semel voluit, incipiant displicere. Videatur D. Gletle p. m. olim in hac Universitate Juris Publici Clariss. Professor in Select. Jur. Publ. cap. 3. num. 22. & seq.

73 Dixi III. competit. Competit autem Summa Potestas Populo in Statu Democratico, sicuti Principi in Statu Monarchico: quod enim Hornius ubi, supra §. 4. num. 5. afferat, Principi Majestatem à solo DEO indulgeri; Politiae verò & Regiminis Civilis ac Po-

liarchici unam causam esse pacatum commune; repugnat dictis in cap. anteced. à n. 151. & à n. 180. ubi DEUM, ut Authorem Naturæ, cuiuscunque Civitatis fontem; & pacta, tanquam media aut modos, assignavi; in lib. seq. ampliori calamō ostensurus, Summam Potestate in omni Republica à DEO conferti.

De reliquo Status Democraticus 74 persistit salvis & integer, sive Populus certos Magistratus designet, qui, tanquam Consules, Præfecti, Prætores, Vicarii, & Ministri Rempublicam current, jus dicant, judicia exerceant; sive Populus ipse, &c. ut notat Tholosanus de Republ. lib. 4. cap. 5. num. 16. & lib. 5. cap. 2. num. 3. omnes ex omnibus judicent omnes, & in omnibus, & de omnibus: prior tamen forma 75 Reipublicæ, quæ selectus fit inter dignos & indignos, malos & bonos; quæve negotia velocius & felicius expediuntur, suadetur à Politicis præ altera, quæ ineptos juxta ac aptos, reprobos non minus quam probos, indiscriminatim admittit ad suffragia, rebus que expendendis & exequendis longiorem moram & plures remoras inicit. Besold. I. Polit. cap. 7. §. 5. sub num. 23. Illustr. D. Pelzhoffer Arcanor. Stat. lib. 3. cap. 2. à num. 3. Ut 76 tamen Status Popularis diu persistat integer & illibatus, mox laudatus Pelzhoffer in cap. 4. per tot. ostendit I. omnia Jura Majestatis Populo reservanda, non verò Magistratibus esse communicanda; II. speciatim jus creandi mutandive Magistratus penes Populum; uti & III. jus belli, pacis, & foederum penes eundem remanere debere; IV. armorum & armatorum copiam; nec non V. opes, veluti nervum rei gerendæ, desiderari; VI. Popularibus quædam privilegia concedenda.

## S. II.

## Emolumenta Status Democratici.

77 N favorem Status Democratici referuntur ejus emolumenta non exigua. I. est maximè naturalis, non quod ante Monarchiam extiterit, sed quia propius accedit ad statum.

naturalem, in quo libertas & æqualitas, à qua status alii longè recedunt, insigniter eluent. Huber. de Jure Civitat. lib. 1. sect. 2. cap. 3. §. 25. & seq. Et ideo

II. præ

78. II. præ omnibus conspicitur *libertas*, velut inæstimabilis gēma, nec delicium solummodo animantium, sed etiam *Divūm particula vite*, vi cuius in Republica cuilibet de rebus publicis & communib[us] liberum dare suffragium est concessum; obedientiā nihil imperante, quod non anteā volitum & sponte fuit electum. Hinc Cicero in *Orat. pro Cn. Plancio*, ita perorat: *est enim conditio liberorum Populorum, præcipueque bi:us Principis Populi, & omnium Gentium Domini atque Victoris, posse suffragiis vel dare vel detrahere, quod velit, cuique.* Ac per hoc

79. III. inter omnes vigeat *æqualitas*, dum omnes *æqualia ejusdem Corporis Politici* sunt membra, rerum quasi Divinarum & humanarum socii, munierum & onerum *æquè* participes, Imperantes simul, & imperata facientes.

80. Qua de causa alacrius simul & liberalius symbola in æratium conferuntur à Populo: cùm illa deinde pecunia sic plurium consiliō atque fide colloetur, ut hanc quisque de privatis adhuc suam jure existimet. Atque hinc

81. IV. *studium boni communis nullib[us] tam impensè* sovetur à civibus, quam ubi unusquisque felicitatem, quam tota fruitur Respublica, in se, tanquam partem, derivari prævidet: nam *optimo cuique Reipublicæ amor*, ait Tacitus *Histor. lib. 2. 7. 3.* dum bonum com-

munitatis est bonum singulorum, & bonum singulorum est bonum communitatis.

V. *Legum Publicarum exactior est, observantia*: quippe cùm debeat & soleat ab omnibus approbati, quod omnes tangit: neque vim obligandi Leges in statu Democratico habeant, nisi ab acceptatione Populi, prout communiter intelligitur textus Ulpiani in *L. de quibus 32. §. I. ff. de LL.* ibi: *cum Leges ipsæ nulla alia ex causa nos teneant, quam quod judiciorum Populi recepta sint: merito & ea, quæ sine scripto Populus probavit, tenebunt omnes: quid enim interest, suffragiis Populūs suam voluntatem declaret, an verbis aut factis?*

VI. *perpetua b[ea]t[us] securitas est, nulla que tyrannidis formido*: eò quod nullus emineat præ altero; nullus altiori polleat autoritate, concives suos opprimendi, aut quidpiam in sui præcise commodum imperandi. Quā ratione factum est, ut Respublica non solū incolis & firma per tot annorum periodos steterit, sed universum propemodūm orbem sibi vestigalem fecerit; ipsis Regib[us] & Gentib[us], tum vicinis tum remotis, subinde postulantib[us], intra Romanorum civium numerari censum, ac Senatui Populoque Romano sociari. Pelzhoffer *ubi supila cap. 4. num. 1.*

### §. III.

## *Detimenta Statūs Democratici.*

84. **E** molumentis Statūs Democratici è regione se opponunt detimenta, nec pauca, nec parvi ducenta. Nám, estostatus iste sit maximè naturalis; attamen, sicuti status naturalis non undequaque beatuś, sed nimioperè periculosus est; ita & status Democraticus: ut mirari desinam, primas Civitatēs juxta *num. 15.* non Democraticè, sed Monarchicè 85 fuisse gubernatas. Libertas, quam præcipue jactitant, omnium malorum, in Republica provenientium, fœcunda mater est: siquidem, ut suo quisque indulget genio, stat sæpe pro ratione voluntas; &c, dum cuncta sus-

que deque vertuntur; satīs est, in propriam perniciem motu proprio se præcipitem dedisse. Juverit tantum audire, quæ Nicopompius apud Barclarium in *Argenid. cit. lib. 1. cap. 15.* continent proloquitur: quod ad Naturam, inquiens, provocas; quæ libertatis amorem animantibus ingenerat; unā persuaseris, omne genus Imperii abdicandum. Neque enim sub Respublica minus, quam sub Regno, Leges sunt, Magistratūsve, quibus obtemperes. Quæ omnia eodem modo aut conveniunt, aut abhorrent à Naturæ libertate. Si contineri suā sponte intra fines justitiae posset genus huma-

humanum, tunc in pari omnium pietate non supervacanea modo, sed injusta essent Imperia, quae cives, jam sponte æquissimos, ad inutilem servitatem adigerent. Sed, cum ex vitiis mortalium haec felicitas sperari non possit, ea maximè forma Regiminis ad Naturam accedit, quae homines vetat, extra ipsius Leges Naturæ virtutisque exerrare.

87. Äqualitas, præterquam quod ab ambitione & discordia non sit immunitis, dum Poëta teste

*Scinditur incertum studia in contraria vulgus;*

Inter cives æquitatem non raro sufflaminat: nam, ubi nemo est, qui cæteris autoritate jubendi aut puniendi antecedat, facile contemnitur, aut 88 negligitur, quod æquum est. *Vulgas* sine Rectori præceps, pavida, vecors. Tacit. *Histor.* 4. 37. 1. *Plebe judice, quidquid modestum, ignoriae speciem habet: quod circumspectum est providum, segnities; quidquid autem abruptum est præceps; id vero forte est virile censetur.* Thucyd. lib. 3. *Non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam est quodam etiam temeritate: non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimin, non diligentia est.* Cicero *pro Cn. Plancio.*

89. De studio boni publici quid referam? *Magnitudine nimia communium curiarum expers Populus.* Tacit. *Histor.* 1. 89. 1. *Privata cuique stimulatio, est vile decus publicum.* Idem *ibid.* 90. 4. *Intenta mala quasi fulmen optant, dumtaxat se quique ne attingant.* Sallust. lib. 1. *Histor. in Orat. Philippi Lipsi. Civil. doctr. lib. 4.*

90. cap. 5. à num. 44. Utì aliena spectamus, quae communia sunt, & ideo negligimus: nec facile reperias, cui non plus doleat furtum domi suæ factum, quantumvis mediocre, quām hostilis in patriam incursus: quia hoc commune, illud proprium. Sfondrat. in *Regal. Sacerdot.* lib. 2. §. 13. sub num. 1.

91. Jam quid Leges valeant apud Populum, rogandi simul & abrogandi, flendi refigidique facultate prædictum, discimus ex nativa ejus inconstantia & mutabilitate: nam vulgo nihil est incertius. Cicero *pro Murena. In multitudine est varietas, est crebra, tanquam*

*tempestatum, sic sententiarum commutatio.* Idem *pro domo. Affectus ponit, aut sumit; nec quidquid facilius, quam in quemlibet affectum mutare Populum.* Quintilian. *de clamat.* 2. Lipsius *ubi supra à num. 14.*

Postremo nulla unquam Democra- 92 tia diurna fuit, aut, si qua aliquamdiu duravit, perpetuis discordiis agitata est, & vel in tyrannidem unius, vel in oligarchiam desit. Sæpius tamen in tyrannidem: quia Populi foex, cum in se divisa prævalere non potest, unise committit, à quo proemia datæ Potestatis exspectat, sed ab eo deinde opprimitur. Contzen *lib. I. Politic. cap. 19. §. 1.*

Exposita nunc triplicis Statūs, Mo- 93 narchici, Aristocratici, & Democratici facie; explanatis affectibus, & effectibus; commodis & incommodis, quantum instituti nostri ratio postulat; quæstionem illam, quænam ex hisce Civitatibus Regularibus sit melior aut exoptabilior altera? Velut ad Politicos magis, quām Sectatores nostros pertinentem, hunc in modum brevissimè expediō. Nempe ante 94 omnia suppono cum Grotio *de J. B. & P. lib. I. cap. 3. §. 8. num. 1. infin.* quod, sicut in orbe nihil tam perfectum aut exactum invenitur, quod nevis & defectu careat; ita nec status Civitatis reperiatur, qui suos manes non patiatur. Proindeque non inquiritur status, cui nihil desit in perfectione; sed quæminora & pauciora consequuntur mala: & talis apud omnes ferè status Monarchicus proclamatur; sic canente Homerò *Iliad.* 2.

*Multos imperitare malum est; Rex unicus esto!*

*Non multi præsunt Domini bene; sit Caput unum.*

Non repeto hic rationes, in decursu 95 affatim cumulatas; sed limitationem dumtaxat adjungo, quod nempe primatus Monarchiæ, in se atque in thesi solùm consideratæ, ex merito debetur: quin enim haec aut illa Gens ex peculiari situ, moribüs, indole &c. Democratam aut Aristocratam sibi commodiorem, utiliorem, & auspiciatorem nonnunquam experiatur, sciatque tum adhibere media, quibus una

una & altera Reipublicæ forma per temperamentum Monarchicum in melius reformatum, tum removere impedimenta, quæ cæteròquin felicitatem publicam retardant, negare non ausim; ut nec Authores hujus sententiæ, nominatim Ferdinandus Waizenegger in *Proœm. ad Jus Publ. cap. 4. num. 26.* & Franciscus Ignatius de Woleren in *questionib. Oenipont. 15. num. 16.*<sup>96</sup> negare sunt ausi. Quod enim in aliis rerum generibus contingit, ut, quæ præstantiora sunt & elegantiora, non omnibus convenient, vestes, calcei, domicilium; idem in Reipublicæ for-

ma contingere arbitror, ut, quæ præstantissima sit, ea non omnium Populorum moribus deserviat. Joannes Maria Hispanus in *lib. de Princip. Instit. apud Martin. Naurath ad Hippol. de Collib. de Principe cap. 1. lit. d.* Acutè Tacitus 4. *Annal. 33.* ut olim plebe validâ, vel, cùm Patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibüs modis temperanter haberetur, Senatusque & Optimatum ingenia, qui maximè perdidicerunt, callidi temporum & sapientes credebantur: sic conversò statu neque alia rerum, quam si unius impenritet, hæc conquiri tradique in rem fuerit.

## C A P U T IV.

### De Statu Civitatum Irregularium.

**C**ivitates Irregulares ex oppositione ad Regulares sic appellatas esse, advertit Pufendorf in *J. N. lib. 7. cap. 5. §. 2.* nullâ insuper descriptione subnexâ. Hertius in *Element. Prud. Civil. part. 1. sect. II. §. 1.* definit illas, quod sint cœtus civiles, securitatis causâ conflati, sed formâ illâ, quam è Statu Naturali migraturis communis sensus quasi præmonstrabat, carentes. Sed, quia irregularitas non tantum à forma, sed etiam à fine aut nexu provenit: ideo in terminis paulò latioribus dici posset, Civitates Irregulares esse, quæ regularem indolem, ex primæva institutione sibi inditam, salyam & integrum non habent. Harum primas facio, quæ declinant à fine.

## S E C T I O I.

### De Statu Civitatum Irregularium ex defectu Finis.

#### S U M M A R I A.

1. A fine Civitatum declinare, quæ beriles vocantur. 2. & seq. Quia ordinantur in bonum Regentum. 4. Distinguuntur in hoc à tyrannide, quod subditos non invitos supponant. 5. & seq. Afferuntur aliquos Civitatum berilius exempla. 8. Declinare etiam à fine Civitatum, que patrimoniales appellantur. 9. & seq. Quia libera Regnantibus disponendi facultatem tribunt. 11. Exemplum hujusmodi Civitatis. 12. Titulus redigendi Civitatem in suum patrimonium. 13. Declinare quoque à Civitatum fine, quæ

- gloriam in armis ponunt. 14. & seqq. Nec enim ob bellum, sed propter pacem sociates instituuntur. 16. Declinare & illa, quæ felicitatem ponunt in bonis externis. 17. & seq. Quia in iis vera felicitas haud consistit. 19. Declinare mulio magis, quæ luxum & voluptates settantur. 20. Ex his namque Civitatum perdicio sequitur. 21. & seq. Ostenditur ab inductione. 23. & seq. Declinare demum omnes, quæ finem alibi quam in virtute & honestate figunt.

## S. I.

*De Civitatibus Herilibus.*

**A** Fine Civitatum declinant I. Civitates *Heriles*, in quibus Imperantes pro scopo primario intendunt sua commoda, populi verò non invitati aut nolentis, utilitatem per accidens curant; non aliter atque herus in familia utilitatem servi ex accidenti quaerit: neque enim fieri potest, ut intereunte servū conservetur imperium, ut dicit Aristoteles 3. *Polit. 4.* Quòd autem hujusmodi Civitates à primario Civitatum fine declinant, constat ex *cap. 2. num. 145.* ubi traditum erat, Civitates ad utilitatem communem & publicam fuisse institutas: scire enim necessum habet, quicunque fasces tenet, *civium non servitutem sed tutelam sibi commissam*, nec *Rem publicam suam esse, sed se Reipublicæ*; veluti monuit Seneca *lib. 1. de Clement. cap. 18.* Et 19. Cui succinit vates Claudianus *ad Honor.*

*Tu civem patremque geras; tu consule cunctis,  
Non tibi; nec tua te moveant, sed publi-  
ca dama.*

3 Et sanè, quia *communis utilitatis* *dere-*  
*lictio contra naturam est*, ut habet Ci-  
cero *lib. 3. Officior.* Civitas herilis, in  
qua *communis utilitatis* aut nulla-  
aut ultima geritur cura, indubitan-  
ter degenerat à Regulari Civitatum

Natura, prout à prima origine fuit-  
instituta.

Dixi tamen: *populi non invitati aut no-*  
*lentis.* In eo namque Civitates heri-  
les discriminantur à tyrannicis, quòd  
tyranni quidem in suum commodum  
omnia injustè detorqueant, sed invitati  
ac dissentiente populō; Rectores au-  
tem Civitatum herilium volentibus &c.  
consentientibus dominantur, adeó-  
que non injustè, velutì docet Aristoteles 4. *Polit. 10.* Hertius *cit. l. part. 1.*  
*scđt. II. §. 5. in not. num. 2.* Hujus ge-  
neris esse plerasque Asiæ & Africæ Ci-  
vitates, perhibet idem Hertius: fortè  
quia ex *cap. 2. num. 115.* Noë Chamum,  
cui Africa sedes fuit, maledictione suâ  
ad infimam maximèque servilem con-  
ditionem detrusit. De rusticis in- 6  
Livonia refert Besold. *l. Polit. 5. n. 21.*  
Et seqq. eos Stephano Regi Poloniæ,  
anno 1582. ipsos à plagis, verberibus,  
ac servitute vindicare desideranti, re-  
spondisse, se potius juxta consuetudi-  
nem antiquam omnia dura & aspera pa-  
suros, quām in novitatem aliquam con-  
fensuros esse: additque, non absimiles  
his inveniri Ægyptios, Turcas, Ruthe-  
nos seu Moscovitas, qui nullò ferè titu-  
lō, quām servorū & mancipiorū, magis  
delectantur; causatos aliquando, suis à  
dominis se parum amari, quòd acriori  
disciplinâ sèpiùs non coërcerentur.

## S. II.

*De Civitatibus Patrimonialibus.*

**A** Fine Civitatum declinant II. *Pa-*  
*trimonialis*, ex eo capite sic ap-  
pellatae; quòd circa illas non mi-  
nus, quām alias res, in patrimonio suo  
existentes, Imperans liberè possit di-  
sponere. Cum enim ex prima ori-  
gine Civitates, & què ac familie, non  
ad arbitrium & liberam Imperantium  
voluntatem conditæ, sed, ut patet ex  
*cap. 2. num. 130.* Et seq. instar rei publi-  
cae & extra patrimonium Imperantium  
existentis sint habitæ, adeoque  
jure quasi - usufructuario aut fidei-

commissariô sub aliorum Imperium  
câ lege pervenerint, ut post mortem  
ad eos, unde profectum erat, Impe-  
rium revertatur: vehementer utique  
fini Civitatum repugnat, Imperium  
plenò proprietatis jure possidere, id-  
que vel actu inter vivos vel mortis  
causâ in alios transferre posse. Grotius  
*de J. B. lib. 1. cap. 3. §. 12.* Pufendorf  
*de J. N. lib. 7. cap. 6. §. 16.* Hornius *de*  
*Civitat. lib. 2. cap. 9. §. 13. num. 4.* Et 5.  
Quò spectat illud Senecæ 7. *de Benefic. 10.*  
*cap. 6.* Cæsar *omnia babet, filius ejus pri-*  
*vata*

vata tantum ac sua: & universa in ejus Imperio sunt, in patrimonio propria. Et illud Plinii in *Panegyr.* est, quod Cesar non suum videat: tandemque Imperium Principis quam patrimonium majus est. Gronov. ad Grot. d. lib. I. cap. 3. §. 12. num. 40.

<sup>11</sup> In exemplum Civitatis patrimonialis Hertius in *Element. Prud. Civ.* p. I. sect. II. §. 9. adducit Imperium Sinensis, ad quod Imperatores non tantum ex Domo Regnatrice, quem volunt, sed &c., si in ea dignus Imperio non reperiatur, ex civibus suis successorem nominare, itaque Regnum,

cuiuscunque voluerint, conferre possunt.

Titulum vero, cuius adminiculô Civitas in patrimonium Principis redigatur, ostendit Pufendorf d. lib. 7. cap. 6. §. 16. circa fin. quod nempe, qui justam contra se bellandi causam praebuerunt, ubi victi sunt, jure belli vitam aut libertatem personalem, & omnia bona meruerint amittere; idcirco mirum non sit, si ex beneficio victoris libertatem quidem personalem cum dominio privato retineant, Imperio tamen illius pleno jure subjiciantur.

### S. III.

#### De aliis Civitatibus, à recto Fine deviantibus.

<sup>12</sup> Recto Civitatum fine III. deviant, quæ nunquam ferè pacis quietem degustant, sed omni tempore classicum intonare, bella bellis accumulare, dominationem suam extendere, & Imperium amplificare per arma student, virtutem & conatum omnem in potentia bellica statuentes; nisi forsitan dicto Taciti 15. Ann. cap. I. id in summa fortuna equus, quod validius; sua retinere private domus, de alienis certare, Regiam esse laudem. Quantumvis enim ex doctrina Pufendorfii de J. N. lib. 2. cap. 2. §. ult. cauti sit viri, suæque salutis amantis, ita omnes homines amicos credere, ut tamen iidem mox hostes fieri queant; itaque pacem cum omnibus habere, quasi quæ mox in

<sup>14</sup> bellum erumpere possit: nihilo tamen minus, ut de statu naturali statim in cap. I. à num. 16. probatum est, illum ex intentione Naturæ non bellum sed pacificum esse; ita de statu Civilipotiori jure credendum est, eum ex primæva intentione & susceptione non ad bellum sed pacem inclinare: quandoquidem ex cap. 2. num. 145. Civilis beatitudo, cuius gratia mortali genus à solitudine ad societatem, à vita privata ad communem sese trans tulit, in pace & tranquillitate compromis sita est: cui proinde cogitationes & meditationes bellicæ, citra respectum ad pacem servandam aut re-

cuperandam susceptæ, oppidò refragantur.

A recto Civitatum fine IV. deviant, quæ felicitatem suam pomunt in bonis externis, coacervant opes, & nihil non pecuniae causâ faciunt. Nam verum equidem est, opus esse opes, sine quibus nil fiet, quod opus; nervos Imperii pecuniam censeri; duoque, quæ Principatum comparent, servent, augeant, numerari, milites & divitias, quæ & alia suggesterit Lipsius Civil. doctrin. lib. 4. cap. 7. & 9. Sed in hisce finem & mentem figere, nummum ut Numen colere, & turpis lucri gratia quodlibet audere, res est prorsus detestanda, Principe aliōve Civitatis Rectore indigna, &, quod caput est rei, virtutis & honestatis publicæ corruptela. Nam, ubi divitiarum cupidio invasit, neque discipline, neque bona artes sati sullen: omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Sallust. ad Cesar. orat. 2. Virtuti aut DEO nunquam charus, cui charæ opes. Lipsius d. lib. 4. cap. II. num. 137. Ea autem Civitas, id Regnum, eterno in gradu facile steterit, ubi minimum vitium Veneris pecuniaeque cupido fibi vindicaverit. Valer. Max. 4. cap. 3. princ. s̄epe enim (addit Sallust. d. l.) jam auditvi, qui Reges, quæ Civitates per opulentiam magna Imperia amiserint, quæ per virtutem inopes coepere.

Ab eodem fine V. deviant Civitates, quæ luxum, luxuriam, voluptates

tes sectantur, eoque sua referunt & conferunt studia, ut, quidquid sensibus jucundum, palato gratum, corporive illecebrosum videtur, affluat & influat: haec namque tota via totaque aberrant coelo, bestiis quam creaturis rationalibus similiores, utpote beatitudinem suam in cœno & luto 20 porcorum instar collocantes. Certè in Venerem ac libidinem projectorum inbonestabes est. Seneca de Brevit. vite cap. 6. In pari causa versantur, qui luxui & sa-  
ginae mancipati, emptique. Tacit. Hist. 2.  
21 71. 2. Exemplò quoque comper-  
tum est, non unam aut alteram so-  
lummodo Rempublicam particula-  
rem, sed & Rempublicam, si ita loqui  
lubeat, universalem ob deliciarum il-  
luiem & colluviem periisse. Nam,  
ut pulchrè advertit Adamus Contzen  
lib. 3. Politic. cap. 12. §. 3. primævum-  
mundum, postquam omnis caro corru-  
perat viam suam, cataclysmus inunda-  
tione delevit. Sodomitarum &  
22

Gomorrhæorum manent in hodier-  
num diem tristia monumenta. Ma-  
dianitarum & Beniaminitarum excidia  
quotidie memorantur. Sybaritarum  
impudicitia tantâ à Crotoniatis fæ-  
tie punita est, ut inde in prover-  
bium abierint mala Sybaritica. Im-  
piæ libidinis Lacedæmon graves poe-  
nas dedit, pugna Leuctrica attritis  
vicibus. Volfinenses sic in servitutem  
redacti sunt.

Demum à recto fine deviant univer- 23  
sim omnes Civitates, quæ finem alium  
quam virtutem, honestatem & justi-  
tiam sibi præponunt: ille siquidem  
Reipublicæ status optabilis & firmus est, in  
quo & privatim sanctè innoxieque vivitur,  
& publicè justitia ac clementia vigent. Po-  
lyb. lib. 6. Eique, qui Rempublicam rectè 24  
laudabiliterque instituit gerere, virtus cum  
civibus communicanda est. Plato Alcib.  
Et ubi non est pudor, nec cura juris, pietas,  
fides, instabile Regnum est. Seneca Thy-  
ste Act. 2. v. 40.

## S E C T I O II.

### De Statu Civitatum Irregularium ex defectu Formæ.

#### S U M M A R I A

25. Ad Civitates Irregulares spectant, qua defor-  
mes appellantr. 26. & seqq. Describantur illæ,  
prout se habent in Stato Monarchico. 28. No-  
tatur earum facies in Stato Aristocratico. 29.  
Depingitur earum conditio in Stato Democratico.  
30. Civitatibus Irregularibus accensentur etiam,  
qua maliformes seu mixtae apparent. 31. Du-  
bitatur tamen, an existant. 32. & seqq. Plu-  
res rationes pro existentia seu possibilitate mixta  
Civitatis forma adducantur. 36. & seqq. Non  
minora argumenta contra banc mixtroram pro-  
ponuntur. 39. & seqq. Panditur nostra sen-  
tentia, & concluditur primo, si non impossibile,  
saltet difficile esse hanc mixtroram. 48. & seqq.  
Concluditur secundo, in apparente mixtrra ple-

rumque aliquam formam preponderare. 52.  
& seqq. Concluditur tertio, modum regendi quan-  
doque mixtroram ex duplice forma præferre, abi-  
que eo, quod reverâ stans sit mixtrus. 55. Conclu-  
ditur quartio, Civitates pardentes in forma defor-  
mata, rectius Irregularares, quam mixtas appellari.  
56. Ad Civitates Irregularares spectant informes. 57.  
Earum species est Civitas mixta. 58. & seqq.  
Species magis conspicua est Interregnum. 62.  
& seqq. Cuius non absimilis est hypothesis, in qua duo  
certant de Regno. 64. Alia species Civitatis in-  
formis est Regnum, à tyranno, post expulsum legi-  
timum Regem, occupatum. 65. & seqq. De-  
nique pro rati specie statuitur partitum Reipublica  
circa Regimen discordia.

#### S. I.

### De Civitatibus Deformibus.

25 **E**X defectu Formæ Civitates Ir-  
regularares sunt I. quæ quidem  
unâ ex tribus Rerumpublica-  
rum formis instructæ, abusu  
tamen Regiminis, receptæ alioquin  
formæ non convenientis, deformes,

deformatæ, aut reformatæ evaserunt;  
qua de causa etiam vitiosæ ab aliis bapti-  
zantur.

Talis deformitas reperitur in Statu 26  
Monarchico, tum quando Princeps,  
otio, inertia, aut cupiditatibus dedi-  
tus

tus non regit sed regitur ab uno vel pluribus Ministris, uti quondam accidit in Regno Franciæ, ubi Majores Domûs, ut vocabant, imperitärunt, Regibûs non Regimini sed suo genio <sup>27</sup> vacantibûs : tum quando Princeps, spretis Legum fundamentalium sanctis, Regnum, quod certo cum temperamento, adhibendô in Concilium Regni Proceres, administrare debuisset, ex liberrimo arbitrio administrat: in utroque enim casu abusus Monarchicæ Potestatis accidit, primusque, si non ultimus, gradus ad *desposin & tyrannidem* paratur. Contzen *I. Politic.* 16. §. 4. ¶ 5.

<sup>28</sup> Talis quoque deformitas appetet in Aristocracia, migrante sensim in oligarchiam, si vel Optimates aliquos ex Concilio excludere, & Regimen ad pauciores, quam Reipublicæ Leges

admittant, redigere attentaverint; vel Dux aut Præses Concilii Majestatem, exclusis pedetentim Senatorum suffragiis, affectaverit; vel Populus Senatum in statu Democraticè temperato evertere, omniaque negotia ad universalia Comitia trahere studuerit. Vid. Hertius *Element. Prudent. Civil.* p. 2. sect. 7. §. 17. 20. ¶ 25.

Talis itidem deformitas conspicitur <sup>29</sup> in Democratia, ubi Dux seu Dictator, à Populo in Administratorem rei publicæ electus, libertatem Popularem paulatim absorbet; aut, qui ditiones & potentiores sunt, summam rei privativè tractare incipiunt; aut Populus ipse, excussis Legibûs, Judicibûs, Consulibûs, Comitiis in exitiosam libertatem, *oeblocratiam*, aut *anarciam* prolabitur. Idem *d. p. 2. sect. 9. §. 2. ¶ 5.* item *p. 1. sect. 12. §. 23.*

## S.

### De Civitatibus Multiformibus.

<sup>30</sup> Ex defectu formæ II. Civitates Irregulares sunt, quibus non una sed multiplex forma inesse videatur, dictæ eapropter mixtæ, seu mixtūram ex multis formis habentes! Sed quia inter Politæ & Juris Publici Professores seu peritos necdum uniformi calculo decisum, sed in utramque contradictionis partem in hunc usque diem disformi sententiâ disputatum noscitur: deturne Civitas multiformis seu mixta? Satius erit, fortia partis utriusque momenta prius expendere, quam præcox judicium ferre. Itaque <sup>31</sup> Pro parte affirmante pugnat I. quia Rerumpublicarum & Civitatum forma scaturiginem habet ex voluntate Populi, jam uni jam pluribus Summam Potestatem deferentis. Sicut ergo Summa Potestas in unum aut plures simpliciter, totaliter, & indivisim ita transferri potest, ut una & simplex forma Regiminis oriatur; ita & divisim ac partialiter pluribus ita communicari potest, ut forma mixta seu multiformis species Regiminis nascatur. II. quia non appetet ulla repugnantia, quò minus Majestas non in uno tantum sed toto corpore vel

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

collegio resideat, ejusque jura sic dividantur, ut v. g. uni, qui Principem in Republica locum occupat, Potestas Legum ac foederum; Primoribus Potestas decernendi belli; universo Populo Potestas indicendi & determinandi tributa competit. In hac autem hypothesi non est pura Monarchia: cùm Summa Potestas non sit penes solum Principem; nec pura Aristocracia: cùm Summa Potestas non inhæreat solis Primoribus; nec pura Democracy: cùm Summa Potestas toti Populo privativè communicata non reperiatur. Ergo erit triplex Regiminis forma, ex Monarchia, Aristocracia, & Democracy mixtim conflata. III. quia, tametsi (ut <sup>32</sup> paritas ex physicis desumatur) summum frigus & summus calor in eodem subjecto se invicem non compatiantur, in moderato tamen gradu conjungi possunt, ut subjectum nec sit purus ignis, nec pura aqua, sed mixturam ex igne & aqua habeat; idcirco, licet Monarchia pura & integra cum Aristocracia v. g. aut Democracy æquè pura & integra in eadem Republica se invicem non compatiantur;

Q

atta-

attamen in gradu moderato & temperato Monarchia non pura & integra cum Aristocracia v. g. aut Democracy similiter non-pura & integra conjungi potest, ut Respublica non sit pura Monarchia vel Aristocracia aut Democracy, sed mixta ex duplice aut triplice Regimine. Atque ex hoc latere consistunt Grotius *de J. B. lib. I. cap. 3. §. 17.* Vitriar. *Instit. Jur. Nat. & Gent. ad idem cap. 3. §. 48.* Besold. *lib. I. Polit. cap. 8.* Joannes Braun in *lib. Var. anænit. pag. m. 42. & seq.* Pelzhofer *Arcanor. Stat. lib. 3. cap. 1. num. 10.* Hermannus Hermes, Celebratissimus olim Juris Publici in nostra Universitate Professor in *Fasc. Jur. Publ. cap. 3. num. 8.*

36 Pro parte negante militat I. quia Majestas, velut consortis impatiens, nequit pluribus partialiter communicari; & tanquam forma indivisibilis, nequit in plures dividiri: adeoque mixturam, quæ communicationem aut divisionem importat, abhorret; non aetentia Populi, Regimen determinantis, voluntate: nec enim Populus prudenter velle potest, ut, quod est incommunicabile, communicetur, aut, quod est indivisible, dividatur.

37 Quocunque jus, inquit Hornius *de Civit. lib. 3. cap. un. §. 3. num. 2.*, à Principe communicari dicatur subditis, amittet nativam indolem Majestatis, cuius quælibet particula est Summa, aliqua Potestas, qualis non est facultas illa concessa, cum sine fundamento, quod in Principe manet, transferatur. Quodsi fundatum, Imperium in personam, Princeps dimittat, jam Majestatem amitterit; & de missione securi sumus, ubi alter nihil habet, quod communiceat. Certa deinde confusio sequitur, si jura divisa concedemus.

38 II. quia, si ponamus Principi v. g. jus foederum; Senatui jus belli; reliquæ Civium multitudini jus tributorum adscribi, Majestas neque apud omnes coniunctim, neque apud singulos disiunctim existit: quilibet siquidem in usu sui juris dependet ab altero, ab eo justè impediri, & Principe, foedus ambiente, Senatus bellum interdicere, aut Populus tributa negare valet.

Audiatur hac de re Pufendorf *de J. N. 39 lib. 7. cap. 4. §. 10.*, Si qui, ait, statuerint, partes Imperii potentiales, quas vocant, in una & eadem Civitate radicaliter & divisim esse penes plures personas, aut Concilia; id quoque admittant, necesse est, utis, cui aliqua pars Imperii competit, sit instructus Potestate, tum adigendi cives ad servanda ea, quæ ex vi istius partis statuuntur, tum illud jus suum defendendi, si quis idem invadere aut turbare velit, etiam ubi penes alterum est jus belli: & denique, ut proprio ex judicio & suo jure possit statuere, quō tempore & modō pars illa Imperii sit exercenda. Nam quidvis potius, quam Imperium est, habere duntaxat jus indicandi aliis, quid optes ab ipsis fieri, & tamen desistui Potestate, etiam reluctantibus compellendi ad observandum id, quod significatum fuit. Et precastò obtinemus, quod contra alterum defendere nobis non licet. Et minister est alterius, atque executor duntaxat, qui jus aliquod ex alieno arbitrio exercet. III. quia Summa Potestas non componitur ex partibus seu juribus, à se invicem separabilibus, sed, cum instar animæ informis totum Reipublicæ Corpus, non videatur jus unum ab altero separari posse; quemadmodum nec partes seu potius potentiae animæ, intellectus, voluntas, & memoria, naturali saltem ratione, possunt ab anima separari. Haud quidquam (adduco loquentem Pufendorfum *cit. lib. 7. cap. 4. §. 1.*) Summum Imperium est totum, quod ex partibus heterogeneis constat, quæ inter se conjunctæ, vinculöque aliquod nexæ, in unum coaluerint, ita tamen, ut seorsim quoque singulæ partes subsistere possint; sed, uti anima, quodam unum est, in totum corpus vitam vigoremque dispensans, quæ, prout diversas operationes pro diversitate objectorum & organorum producit, partes habere potentiales concipiatur. Nam Imperium Summum, prout occupatur circa præscribendas generales agendi regulas, vocatur Potestas Legislatoria; quatenus controversias ci-vium ad eas regulas decidit, est Potestas

itas judicaria; cum cives in exteris armat, aut eosdem quiescere jubet, est Jus belli & pacis; quatenus Ministros sibi adsciscit circa negotia publica, Jus Magistratus constituendi dicitur; & sic 43 deinceps. Præcipua Jura sunt (sic discurrevit Hornius ubi *supra num. 3.*) Consiliorum universalis provisio, Legum datio, bellorum gestio, judiciorum executio. Sume, quodcunque voles, & à Principe remove, aut inter alios distribue, irritos actus habebis, nisi integra Majestas concurrat.

44 Adjungit Huber. *de Jure Civit. lib. I. sect. 3. cap. 5. §. 32. Et seqq.* Excederet hoc (intellige distributio jurium Majestatis) notissimos Reipublicæ terminos, ac nescio, quod monstrum repræsentaret. Evanesceret comparatio concentus cum chordis, aut animæ cum corpore, quam supra Civitati & Reipublicæ accommodavimus. Nec planè una, sed omnino triplex foret Majestas: tres enim Potestates (inter Principem, Proceres, & Populum distributæ) liquidò & simpliciter Summæ in ea specie consisterent. Et ex hoc latere se locant, præter citatos Autores, Arnisæus *2. select. Polit. cap. 6.* Gassendus *Philosoph. Moral. p. 1466.* Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. cap. 12. §. 26.* & alii, quos citat Knichen *Oper. Politic. lib. I. cap. 8. n. 2.*

45 Nunc, si judicium meum interponere jubar, sentio I. cum Tacito *lib. 4. Annal. cap. 33.* mixtam Reipublicæ formam, si non moraliter impossibilem, ad minus valde difficultem & haud durabilem esse. Nam, ubi mox nominatus Author pronuntiaverat, *cunctas Nationes & Urbes à Populo, Primoribus, aut singulis regi, subinfert: delecta ex his & constituta Reipublicæ forma laudari facilius, quam evenire; vel, si evenit, haud diurna esse potest: arduum quippe est ( ait idem d. lib. cap. 4. ) eodem loci potentiam*

46 *& concordiam esse.* Non triumvirus apud Romanos diu substituit, ut ut foedere arctissimò conglutinatus vi deretur: semper Tribunitia Potestas Consulare Imperium impugnavit, & perpetuis seditionibus Kempublicam affixit; & tamen tolerabilius longè quam status mixtus erat. Böhmer *cit. 47 L. §. 26.* Et quis unquam connu-

bium inter ignem & aquam possibile vel stabile credit? Quis idem subiectum in supremo gradu calidum simul & frigidum suspexit? Deberet autem eadem Majestas (ut ita loquar) in supremo gradu esse calida & intensa in Principe, si status diceretur Monarchicus; & simul frigida in eodem gradu, si status insuper esset Democraticus, Populō æquè ac Principe, Summam Potestatem habente.

Sentio II. cum Lipsio *2. Politicor. 2. 48* dicente: quidquid scrutare, nec cœtum aliquem socialem sine ulla harum (trium) formarum reperies, nec in eo aliam præter istas. Miscentur inter se, fateor, & remittuntur, aut intenduntur; sed sic, ut propendeat & præponderet semper aliqua pars, à qua jure ei nomen. Suffragatur Hornius *de Civit. d. lib. 3. cap. un. §. 3. num. 6. Et seqq.* & exempla mistarum Civitatum, si penitus inspiciantur, vel simplicem Monarchiam, vel Politiam aliquam liberam exhibere, asseverat. Apud Lacones & Athenienses, Regnō 49 sublatō, Respublica fuit libera; & apud illos quidem forma extitit Aristocratica, in modum Regni temperata, Regi, præter nomen, aliquid Regium non remanente, dum iudicio Procerum in civilibus & criminalibus subiectus, atque à bellicis expeditionibus, et si rem felicissimè gereret, revocatus erat: apud hos verò pura fuit Democracy, impulsa tamen & sustentata, ut solet, à Magnis Viris, negotiorum & Regiminis capacibus. Apud 50 Romanos Regum ætate simplicissima vigebat Monarchia. Romuli institutum, Patres, instrumenta erant Regis; nec inde magis confeceris mistionem, quam si Divanum Turcæ in argumentum trahas divisi Imperii. Passus est Tullius Hostilius, Horatium sororidam provocare ad Populum: non quod veram permitteret multitudini provocationem, sed ut potius reum, quem liberum cupiebat, civium suffragiō sub aliqua specie juris condonaret, cum non auderet ipse periculoso exemplo tantum scelus remittere. Ita Hornius.

Sentio III. cum Knichen *Oper. Polit. d. lib. 1. cap. 8. sub num. 3.* Statum Ci-

vitatis temperatum seu limitatum frequentius quam mixtum agnoscendum ; sicque formam Regiminis à modo regendi & administrandi, qui saxe cum alia forma similitudinem aliquam præsefert, distinguendum esse : quemadmodum etiam in physi-  
cīs aliud est, vinum aquā misceri ; aliud, vinum esse debile, ut aquā mixtum  
§3 videatur. Potest enim verò contingere, ut status quidem sit Democraticus, actiones tamen publicæ per unam duntaxat personam, ut in statu Monarchico, vel per plures, ut in statu Aristocratico, exerceantur... Qua de causa Grotius *de J. B. lib. I. cap. 3. §. 19.* neutiquam approbat opinionem Polybii, Romanam Rempublicam ad mixtum genus referentis, quod aliquando per Senatum & Consules fuerit gubernata : fuit enim, si non actiones ipsas sed jus agendi respiciamus, merè Popularis, dum & Senatus authoritas, quam ad Optimatum Regimen revocat, & Consulum, quos quasi Reges fuisse contendit, subdita  
§4 erat Populo. Hornius quoque cit. cap. §. 3. num. 5. de Civitate, in qua Rex sine Proceribus & Proceres sine Rege possunt nihil, qualem statum ait fuisse

Scoticum, hodiéque Polonicum, testatur, nullam fieri divisionem Majestatis, nullumve jus habere Populum seorsim validum, quod Regi non tribuendum sit ; sed modum habendi esse limitatum, cum assumptione Procerum in consultationem publicam. Ne quid enim sine his peragat Rex, pactum obstat : ne Proceres sine Rege valeant, defectus Majestatis. Quod genus si mixtum vocabimus, non repugnabit magnoperè Hornius ; haud aliter tamen admittet, quam si Regnum limitatum, in cuius administrationis consortium recipiuntur subditi, eō nomine intelligas, sine divulgatione Summi Imperii.

Sentio denique IV. cum Pufendorfio *de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 14.* Civitatem, si quæ reperiatur, nullà ex regularibus formis animatam, magis irregularē, quam mixtam appellari debere : cum nihil vetet, irregulare quid appellari, quod deviat à regulari forma, alioquin competente ; nihil autem à forma Republicæ regulari longius recedit, quam Civitas multiformis, in qua non reperitur una ex formis regularibus : ideoque citra absurdum irregularis audit.

### S. III.

#### *De Civitatibus Informibus.*

§6 **E**x defectu omnis formæ Civitates sunt III. irregulares, in quibus nulla planè ex tribus formis regularibus, Monarchia, Aristocracia, aut Democratia, in priori sectione ex-  
§7 planatis, reperitur. Specimen hu-  
jusmodi Civitatis ex num. *anteced.* de-  
sumi posset, ubi, dum Civitatem multiformem negavi, tacitè insinuavi, Ci-  
vitatem talem, si quæ existeret, infor-  
mem esse : nequeunt enim, spectatō Naturæ cursu, plures formæ idem  
corpus informare.

§8 Sunt tamen & aliæ Civitatis infor-  
mis species, & primò quidem *inter-  
regnum* : si enim in Statu Monarchico  
Rex decebat, tunc in Regno electivo,  
ubi hæres non datur, Civitas non qui-  
dem dissolvitur, manente adhuc pri-  
mò pacto, quō singuli cum singulis in

unum cœtum intelliguntur conspi-  
rassè ; sed, sublatō pacto posteriori,  
quod erat initum inter Regem & ci-  
vies, Civitas est absque subjecto, Re-  
giam Potestatem ferente, & sic abs-  
que forma Regiminis, usquedum no-  
vus Successor legitimâ electione sub-  
stituatur : quamquam, ex sententia  
*Civitati* Pufendorfii *d. lib. 7. cap. 7. §. 7.* §.  
indoles alicujus Democratiæ tempo-  
ralis eatenùs appareat, ut ex univer-  
sorum consensu tantisper de commu-  
niūm rerum administratione novô-  
que Rege creando statuatur. In  
Regno autem successivo, si nullus ad-  
sit descendens aut agnatus Regius,  
uxor tamen defuncti Regis prægnans  
inveniatur, nemio est, qui Majestate  
olleat, dum partu, nondum edito,  
in incerto hæret, vivus an mortuus sit  
foc-

foetus in lucem sit proditurus; & ubi à Regno excluduntur foeminæ, insuper non constat, mas num foemina proles posthuma sit futura. Laudatus tamen Pufendorf in §. 10. existimat, Regnum interea eō administrandum esse modò, quō solet administrari, quando Rex minorenitatem necdum excessit.

62 Quòd si inter duos aut plures de Regno seu successivo seu electivo mo veatur disceptatio, Civitas itidem informis erit, utpote Capite, in quo forma Regiminis Monarchici reluceat, destituta, nec aliō, quām provisoriō modō, sicut in interregno, gubernanda. Servit huc effatum.

Aristotelis in Politic. ubi locutus de Republica, in qua Principes consurgunt in arma, & mutuò pugnant, ait: *quid interest inter hoc, & non esse ullam per aliquod tempus Civitatem? quid est aliud, Civilem communionem solvere?*

64 Secundò Civitas non ineptè dicitur informis, dum, expulsò per injustam vim legitimò Rege, Tyrannus Rem publicam invadit, juraque Regia, citra Populi consensum, sibi arrogat & vindicat: nam, et si Rex legitimus, quādiu voluntatem habet, Regnum post liminiò recuperandi, jure suō non excidat, sicuti cum tempore docebitur; subiectum tamen, in quo Majestas & Jura, Majestatem comitantia, hic &

nunc cernantur & exerceantur, non adesse videtur. Hertius Prudent. Civil. p. I. scđ. 12. §. 16. & seq.

Tertiò informis reverà est Civitas, quando partes circa Regimen, administrationem, sacra, honores &c. factionibūs inter se dividuntur, ut planè dubitetur, sitne aliqua Regiminis forma, & quānam? Qualem ferè speciem dedit Sallust. in *Bello Jugurth.* ubi de perverso Romæ statu à Grachianis temporibus agens, ita scribit: *ante Cartaginem deletam Populus & Senatus Roma placidè modestèque inter se Rempublicam tractabant: neque gloriae neque dominionis certamen inter cives erat: metus hostilis in bonis actibus Civitatem retinebat. Sed, ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea quæ res secundæ amant, lascivia atque superbia incessere. Ita, quod in adversis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Namque cœpere Nobilitas dignitatem in superbiam, Populus libertatem in libidinem vertere, sibi quisque ducere, trabere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt. Respublica, quæ media fuerat, dilacerata est &c.* Tacitus 66 etiam 3. Annal. 28. memorat: *exin (id est, totò tempore, quō bellum civile inter Pompejum & Cæsarem durabat) continua per viginti annos discordia, non mos, non jus: deterrima quæque impune, ac multa honesta exitio fuere.*

## S E C T I O III.

### De Civitatibus Irregularibus ex defectu Nexus.

#### S U M M A R I A.

67. Ex defectu Nexus Civitates sunt Irregularares.  
 68. Quando nemp̄ plures Civitates, ceteraque distincte, uni Principi parent. 69. & seqq. In quo casu notantur & subiectiuntur aliquot corollaria. 72. Civitas autem subiecta à victore miscatur in provinciam. 73. Ejusmodi Civitates irregularares sunt etiam illa systematica, que Ducecēbant, ac sine Potestate Summa. 74. Earum exempla. 75. Habent inter se fœdus, aut pacatum aut expressum. 76. Non differunt ab illis, que Duce sunt destituta. 77. Civitates ex

- defectu nexus irregularares & illa sunt, in quibus aliqua negotia ad conveniūtum omnium Civitatum reforuntur. 78. Solent enim aliqua jura in suis dictionibus privativè exercere. 79. Alia non nisi in communi omnium Concilio. 80. Et hinc unius quasi Civitatis figuram præferunt. 81. Et differunt à Civitatibus, simpliciter fœdere conjunctis. 82. Harum exemplum. 83. Requirunt autem tertius locus. 84. & seq. Prevalentia quoque majorum votorum. 86. & seqq. De modis dissolvendis Civitates fœderatas agitur.

## §. I.

*De pluribus Civitatibus, uni Principi subjectis.*

<sup>67</sup> **E**X defectu Nexus seu coadunationis, quâ civium animi, voluntates, & jura inter se consociantur, irregulares sunt Civitates *Systematicæ*, quæ, licet inter se suô modô conjungantur, unamque quasi Rempublicam constituere censemuntur; reverâ tamen sunt & manent inter se distinctæ & diversæ, utpote voluntates, res, bonaque sua seorsim & separatim retinentes.

<sup>68</sup> Sunt autem in duplici differentia. Aliquæ Principem habent; aliquæ non. Quæ Principem habent, vel ipsi subjectæ sunt; vel non. Subjectæ uni Principi sunt, quando Rex præter Regnum, quod majorum beneficiô aut electorum suffragiô accepit, aliud, ex successione vel electione, consequitur: nam utrumque subest eidem Capiti, ac cum persona Regis aut ejus familia unionem sortitur; tametsi duplex corpus reipsâ maneat, nec propria cujusque negotia in communi aliquo Concilio expediantur. Grotius *de J.B. lib. I. cap. 3. §. 7. num. 2.* Pufendorf *de J.N. d.lib. 7. cap. 5. §. 17.* Ex quo

<sup>69</sup> Tria fluunt consentanea. Primum est, in quolibet Regno servari Leges & consuetudines eidem proprias, & antequâm Regnum unum cum altero jungeretur, jam introductas, nisi speciali conventione in ipsa Regnorum <sup>70</sup> unionę aliud quid placuerit. Secundum est, successionem quoque juxta cujusque Regni sancta & insti-

tuta regulari, adeò ut, si in uno statuta reperiatur successio linealis agnatica seu primogenitura, in altero cognatica, post mortem communis Regis, absque prole mascula defuncti, Regnum posterius in filiam, ab eo relietam; prius in agnatos devolvatur. Tertium est, unionem hanc tamdiu durare, quândiu vivit Caput communis aut ejus familia: nam, ubi Regnum utrumque successivum est, extincto Rege ejusque stirpe, ad singula Regna redit jus, novum sibi Regem assumendi, vel aliam Republicæ formam introducendi; &, ubi Regnum alterutrum est electivum, jus eligendi revertitur ad antiquos electores; & in successivo juxta receptum succedendi ordinem successio dirigitur. Authores mox citati.

Planè si Civitas aliqua in Victoris post testatem devenerit, desinit esse Civitas, & induit naturam provinciæ, estque quasi accessoria & appendix, aut, ut loquitur Grotius *d. num. 2.* membrum minus dignum magnæ Civitatis (quomodo servi membra sunt familiæ) cui scilicet Victor antehac præferat; ut ut antiquas retinere Leges & mores permittatur: nam ad unitatem Civitatis non requiritur, ut omnes ejusdem partes integrantes iisdem planè Legibus utantur, aut pari omnes conditione habeantur, sed sufficit, si ab uno omnes Imperio dependeant. Pufendorf *d. cap. 5. §. 16.*

## §. II.

*De pluribus Civitatibus, Principem seu Ducem absque subjectione habentibus.*

<sup>71</sup> **C**ivitates systematicæ sœpe Principem habent seu Ducem, cui quidem authoritas alicubi est in convocandis Civitatibus, præsidio conciliari, compositione partium, inter se dissidentium, & executione eorum, quæ communi placito conclusa fuere; nulla tamen in easdem Civi-

tates ei Potestas competit, ipsæque Civitates inter se liberæ manent, tam arcto tamen foedere conjunctæ, ut unam quasi Rempublicam efformare videantur. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. I. cap. 3. §. 27.* Pro exemplis Hertius *Elem. 74 Prud. Crivil. p. L sect. 12. §. 8.* allegat Achz.

Achæos & Aetolos, quotannis sibi Prætorem creare solitos; item maximam partem foederatorum Belgorum, suō tempore Principem Auriacum sibi constituentem. Addit, Vallesiæ Principem esse Episcopum Sedunensem, qui Comes & Præfectorus Vallesiæ nuncupatur, communib[us]que suffragiis à Canonicis Collegii Sedunensis, & Legatis septem Desenarum eligitur.

75 Dixi: *tam ardo fædere conjuncte*. Ubi non velim, ut fœdus expressum requiratur, dum etiam tacitum, ac factō magis quām pactō firmatum, id ipsum præstat; uti si plures Civitates,

sub uno antehac Capite coalitæ, paullatim in libertatem se vindicent, ita ut autonomiam singulæ recipiant, nexus tamen systematico quodammodo cohærent, & quoad externam speciem Regimen Monarchicum habere credantur. Böhmer *d.l.* §. 28. Sed 76 quia hoc Civitatum sistema, sive expresso sive tacito fœdere convalescat, nihil præ altero, de quo in §. seq. habet singulare; nihil amplius subjicio, nisi quod ejus generis Duces Imperium, quō vi officii non pollent, occultis artib[us] sibi vendicare, ac libertatem unitarum Civitatum supprimere non raro tentaverint.

### §. III.

## De pluribus Civitatibus, sine Principe vel Duce inter se unitis.

77 **A**lia Civitates systematicæ, Princeps aut Duce destitutæ, tales inter se unionem habent, ut singulæ quidem Summum Imperium in suis ditionibus aut Provinciis retineant, ut agnoscit Grotius *d.lib. I. cap. 3. §. 7. num. 2.* attamen nonnulla hujus Imperii jura sine communi consensu 78 exercere nequeant. Nam quædam Imperii Summi jura reperiuntur, quorum exercitium, qualitercumque fiat, ad communem aliorum salutem non multum confert, uti v. g. est constitutio Legum Provincialium, Magistratum, Judicium &c. & hæc plerumque singulæ Civitates systematicæ sibi reservant. Occurrunt ta-

men jura alia, ex quibus omnium sociorum dependet salus v. g. bellum, pax, fœdera, tributa &c. quorum exercitium non cuilibet concedi, sed communi Concilio allegari, communiique voto tractari debet. Eatenus ergo hujus generis Civitates sibi invicem mutuo connectuntur, ac unius Reipublicæ figuram præseferunt, quatenus certa Summa Potestatis jura, in articulis unionis expressa, non pro libitu exercere possunt, sed commune decretum exspectare tenentur. Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 18.* Gletle *secl. Jur. Publ. cap. 3. n. 38.*

Stapff *de Majestat. cap. 4. §. 19.* Sic-81 que differunt à Civitatibus, simplici fœdere consociatis: hæc namque incertum plerumque tempus peculiarem amicitiam contrahunt, salvisque juribus Summi Imperii, tam quoad radicem quām quoad actum secundum, mutua solūm auxilia promittunt. Idem Authores. Exemplum ta-82 lium Civitatum seu systematum de Helvetia exhibit Hertius *d.p. I. sect. 12. §. 7. de Belgio* Guilielm. van der Muelen ad Grot. *d.lib. I. cap. 3. §. 7. num. 2.* In Helvetia tamen singulis Civitatibus majorem reservari Potestatem, cum singulis Cantonibus permisum sit, fœdus inire, testis est Böhmer ubi *supra lib. I. cap. 3. §. 27.*

Cum verò negotia publica, plurimum assensum desiderantia, vix aliter in deliberationem assumi valeant, quām si unitarum Civitatum legati in certo loco & tempore convenient, omnino necessarium erit, ejusmodi locum & tempus, quin & personas, quæ convocationem faciant, determinare; nisi alicubi constans & continuum sit Collegium, ex delegatis singularium Civitatum, ad ea, quæ quotidie occurront, expedienda congregatum. Pufendorf *cit. loc. §. 19.* Cumque 84 in causis communibus difficulter ad salu-

salubrem exitum eluctari liceat, præterquam si votis majoribus stetur; necessarium quoque videtur, ut Civitates, unionem tam arctam inire cipientes, expressò pacto se obligent, quod pars minor majori acquiescere 85 teneatur. Alioquin cum, seposito pacto, pars quaelibet retineat libertatem, sensum & arbitrium proprium sequendi, non putat citat. Pufendorf §. 20. adesse obligationem, majoribus suffragiis sese conformandi; cuius opinionis etiam sunt DD. Gletle d. cap. 3. num. 39. & Stapff d. cap. 4. §. 20.

86 Civitates porrò systematicæ non ita perpetuae sunt, uti Civitates aliae. Dissolvitur enim earum nexus interdum ex toto; interdum ex parte. Ex toto dissolvitur, si communi consensu à foedere recedatur; aut omnes Civitates in unam coalescant, forte quod unum Principem, penes quem Summa Potestas unicè resideat, aut sponte elegerint, aut indicto ab eo bellò in ejus seditionem dare compul-  
87 sæ fuerint. Ex parte dissolvitur hic nexus, quando una ex Civitatibus

confederatis, ex aliarum conniven-  
tia, negotia, cæteroquin communiter tractanda, separatim gerit; aut una à cæteris, ob violatas forsan initi fœderis leges, excluditur; aut una per arma hostilia sub jugum alterius Potestatis venerit. Clariss. D. Stapff cit. l. §. ult.

Nec obstat, quod fœdera systema- 88  
tica dicantur realia, quorum nativa proprietas est, ut, mutato quoque Republicæ statu, non immutentur per ea, quæ habet Grotius de J. B. lib. 2. cap. 16. §. 16. num. 1. Hoc siquidem, uti post Pufendorfum de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 21. interpretatur cit. D. Stapff intelligendum est de mutatione statū voluntariâ, dum nempe Civitas, v. g. Democraticè gubernata, ultro-nee in Imperium Optimatum consentit; non autem de mutatione violentâ, quâ Civitas prior quoad statum ita alteratur, ut præsumi non pos- sit, quod in primo foedere Civitates systematicæ invasorem Reipub-

licæ in socium assumere  
voluerint.



# LIBER II.

## <sup>DE</sup> Summa Potestate.

**S**TATUTUS CIVILIS perfecti, seu Civitatis, quam in lib. anteced. cap. 4. à num. 127. spectandam dedi, eamque in num. 135. *Corpus Politicum* appellavi, anima est *Summa Potestas*. Hujus enim, Isocrate teste in *Panathen.* ea est vis, quæ mentis in corpore. Tolle hanc; Civitas horrendum monstrum, immane & inane nihilum, informe cadaver erit. Infunde illam; accedent ossa & ossa; membra eleganti symmetriâ cohærebunt membris; totaque Civitatis machina, adinstar pulcherrimi corporis, Majestate simul & amoenitate omnium oculos & animos in venerationem æquè ac admirationem rapiet. Huic ergo, ut totum, quem modò auspicor, *Librum* ex asse consecrem, rei tractandæ dignitas ex merito postulat.

## C A P U T I.

### De Summæ Potestatis Natura. Varietate, & Origine.

**T**RIA in hoc Cap. de Summa Potestate conjungo, Naturam, ut sciatur, quid sit; Varietatem, ut noscatur, quoctuplex sit; Originem, ut innotescat, unde sit. Trinum hoc, si non perfectum, ad minùs summè necessarium videtur, ut, priusquam ad ulteriora progrediamur, exactè discutiatur.

## S E C T I O I.

### De Natura Summæ Potestatis.

#### S U M M A R I A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. & seq. Exponitur etymologia Summa Potestatis. | vilis. 5. Imperium. 6. Jurisdictionis Suprema. |
| 3. Vocatur Potestas Politica. 4. Potestas C-     | 7. & seqq. Omnia vero optimè Majestas. 10.     |
| P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.                | Descri-  |

*Describitur Summa Potestas.* 11. Est facultas moralis. 12. & seq. Ab omni Superiori independens. 14. Civitatem gubernandi. 15. & seq. Sive actiones civium dirigendi ad communem & publicam utilitatem. 17. Addunt aliqui: iure proprio competens. 18. Quia tamen particula haud videtur esse necessaria. 19. Tunc Principis secundum aliquos habet Summam Potestatem. 20. & seq. Quid verius negatur. 22. & seq. Instantia quadam propellitur. 24. Summa Potestas quoad exteris est in libertatis natura. 25. Caret Superioris.

26. Quam carentiam excludit iuxta nouissimas nexus fidelis. 27. & seqq. Quibus alii & plures contradicunt. 30. Nihil officit obligatio clientelaris. 31. Esto pars infirmior fortiori certam pensionem persolvat. 32. Esto etiam reverentiam aliquam exhibere teneatur. 33. Summa Potestas debet esse Legibus positivis soluta. 34. Debet etiam esse inviolabilis. 35. Ubi & invisibilis. 36. Ac in quorundam opinione perpetua. 37. Quibus non assentior. 38. Dicitura Romana non servit pro exemplo. 39. & seq. Servit autem Regnum fiduciarium.

## S. I.

## De Summa Potestate quoad Nomen.

**S**umma Potestas componitur ex dupli vocabulo, to *Summa*, quod juxta *Senecam* adjectionem non recipit: *quid enim supra Summum erit?* & to *Potestas*, quod genericum est, sequitur ad potestates alias, conjugalem, patriam, herilem &c. extendit; nullibi tamen eminentiorem aut efficaciorum significationem habet, quam ubi Rempublicam concernit, ac *Summitatem* attingit: *quia supra eam, contra eam, & sine ea nihil potest Lex aut Jus Civitatis, quam regit.* Kuchenbecker in *not. ad Hornium de Civit.* lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 2. Certè, ut homo homini subsit, alterius arbitrio vivere, vires & opes ad commune bonum applicare, jusque vitæ necis ab alio expectare teneatur, Potestatem supponit, inter homines maximam. Pufendorf. *de Jure Nat.* lib. 1. cap. 6. §. 1.

**3** Alia, quibus effertur, nomina & multa & recepta sunt. Sic I. vocatur simpliciter *Potestas Politica*: quia ordinatur ad gubernandam Rempublicam, quæ idem est, ac *Politia seu ordo quidam Civitatem inhabitantium*. Aristot. 3. *Polit. I.* Revideantur dicta in lib. 1. cap. 2. num. 134.

**4** II. vocatur simpliciter *Potestas Civilis*, ex eadem ferè ratione, quod pro objecto habeat Civitatem seu collectionem civium, ut eam ad felicitatem sibi competentem provehat, & promoveat. Grot. lib. 1. cap. 3.

**5** §. 6. num. 1. III. vocatur *Imperium*, nempe ab actu principali, ab imperando & jubendo: qua de re Cicero lib. 1. *de Finib.* conjungit *Jus Majestatis & Imperii*; & Legati Tribunique apud Li-

vium lib. 2. dec. 1. cap. 33. Appium monent, *ne utique experiri vellet Imperium, cuius vis omnis in consensu obedientium esset;* & Camillus apud cit. *Liv. lib. 8. dec. 1. cap. 12.* in relatione ad *Senatum firmissimum longè Imperium appellat, quod obedientes gaudent;* & Tacitus lib. 15. *Annal. 31. 2. apud quos, inquit, vis Imperii valet, inania ( id est, titulus & externus splendor ) transmittuntur.* Plura de voce Imperi habet Arn. Clapmarius *de Arcanis Rerumpublic. lib. 1. cap. 10.* IV. vocatur *Jurisdictio Suprema*; quam vocem, licet strictior acceptio apud Juris Romani Conditoris solummodo ad jus dicendum in causis civilibus ac judiciariis coarctasse videatur; non desunt tamen insignes Authores, qui eam largius protendant, atque ad *Summam Potestatem* denotandam applicent, dum Seneca 1. *de Clem. I.* in persona Neronis Imperatoris ait: *que ruant Urbes, que orientur, mea Jurisdictio est.* Cicero quoque 2. *agr. 36.* refert, Romanos sub *Jus, Jurisdictionem, Potestatem suam Urbes, Nationes, Provincias, terrarum denique Orbem subjugasse.* Herius *Elem. Prud. Civil. p. 1. sect. 6. §. 2.*

Quod autem ex omnibus nominibus ad representationem *Summae Potestatis* maximè potens, augustum, simul & usitatum conspicitur, est *Majestas*: qualemcumque enim notionem habeat, sive dicatur à *majore statu*, sive à *magnitudine*, semper aliquid *amplum, splendidum, magnificum* sonat. Hornius *de Civit. lib. 2. cap. 1. §. 2. num. 4.* Clariss. D. Joannes Sigismundus Staphff in suo clucubrissimo *Opere de Majest. cap. 1. §. 2.*

§. 2. Et quanquam cum nonnullis Politicis Lipsius lib. 2. doctrin. Civ. cap. 16. Majestatem non sumat pro Summa Potestate, sed pro reverenda quadam amplitudine; & lib. 4. cap. 9. eam appellat autoritatem impressam subditis, sive ex exteris opinionem reverentem de Rege ejusque statu, ad imitationem Ciceronis lib. 2. de Orat. cap. 39. per Majestatem dignitatem & amplitudinem Populi Romani ex-

primentis; apud Publicistas tamen. 9 Summa in Civitatem Potestas domesticum Majestatis nomen est: quia Imperium & Potestatem sapit, quodcunque in Majestate reperitur; immo Republicæ Majestas omnes suas rationes ab Imperio Summo habet suspensas. Hornius d. lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 1. & 2. Boëcler. ad Grot. lib. 1. cap. 3.

## S. II.

### De Summa Potestate quoad Rem ipsam.

10 **S**umma Potestas ab aliis aliò, à nobis hòc modò definitur, quòd sit facultas moralis, ab omni Superiori independens, Civitatem gubernandi; sive actiones civium dirigendi ad communem & publicam salutem.

11. Dixi I. *facultas moralis*: quâ notatur etiam Grotius de J. B. d. lib. 1. cap. 3. §. 6. num. 1. & recte: quia Potestas locò generis posita, nihil aliud est, quâ facultas & potentia, non quidem physica, sed moralis, quidam agendi & faciendi.

12. Dixi II. *ab omni Superiori independens*. Hicque unicus ferè & præcipuus est character, Summam Potestatem & Majestatem repræsentans, à nullo in terris Superiori dependere, alterius juri non subesse, nec alienæ voluntatis arbitrio in suis actionibus subjacere: nam, ut Terentius apud Tacitum lib. 6. Annal. 8. 5. proloquitur: *non est nostrum (Cæsar) estimare, quem supra ceteros, & quibus de causis extollas. Tibi Sumnum rerum judicium Dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est.* Alioquin, qui Superiorum aliquem extra DEUM recognoscit, ac dependentiam aut subordinationem erga alium profitetur, non tam Potestatem Supremam, quâ Magistratum aut Ministerium exercere; & si Regis etiam aut Ducis insigniatur titulò, magis externò splendore quâ internò vigore & spiritu Majesticò gloriari censetur. Grotius de J. B. d. lib. 1. cap. 3. §. 10. num. 1. & seqq.

13. Dixi III. *Civitatem gubernandi*. Quæ verba declarationem accipient ex lib. 3. ubi, cùm de juribus Summæ Potestatis intra Civitatem acturi simus, unà

ostendemus, quâ ratione Civitas gubernari possit & debeat. Interim, quod strictè de Summa Potestate dixit Hornius de Civit. d. lib. 2. cap. 1. posse eam de quolibet negotio & actione cognoscere, statuere, determinare; eam diffundi per omnia, & ubique valere; ejus arbitrio cuncta subjacere, compendii locò serviet.

Dixi IV. *sive actiones civium dirigendi ad communem & publicam utilitatem*. Quæ altera est explicatio priorum verborum, ac definitionis vim continet apud Böhmerum in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 1. cap. 4. §. 5.* Nam gubernare Civitatem nihil aliud est, quâ actiones civium eum in finem ordinare & dirigere, cuius gratiâ Civitas fuit condita, videlicet ad communem & publicam utilitatem. Unde D. Thomas de Regin. Princip. cap. 11. „Regnum, ait, non est propter Regem, sed Rex propter Regnum: „quia ad hoc DEUS providit de Regibus, ut Regnum regant, atque gubernent, & unumquemque in suo jure conservent; & hic est finis Regiminis, hic finis Regis est, ut Regimen prosperetur, & homines conserventur per Regem; & hinc habet commune bonum cuiuslibet Principatus participationem Divinæ Bonitatis. Et, sicut DEUS, cuius virtute Principes imperant, nos regit & gubernat propter nostram salutem; ita & Reges, & alii rerum Domini facere debent.

Addunt aliqui memoratae definitioni: *jure proprio competens*; quasi nempe, qui Regnum aut Rempubli-

cam non suô sed alienô jure moderatur, usum verius & exercitium quam Summam Potestatem in radice obtinet. Sed quia hæc mantissa in independentia ab omni Superiore, de qua in num. 12. satis invenitur inclusa, dum, qui prorsus à Superiore independens, & nemini ad reddendas rationes obstrictus est, jure propriô Summam Potestatem gerit: absque scrupulo omititur.

19 Quodsi opineris, hōc pactō etiam tutorem Principis, infantiam aut impubertatem necdum egressi, Summam Potestatem habere: ut potè cùm Rempublicam administret independenter ab aliquo Superiore; id planè Grotio *de J. B. d. lib. I. cap. 3. §. II. n. 2.* Böhmer *cit. I. cap. 4. §. 14.* & aliis non absurdum, sed admodum probabile videtur, quatenus tutor Regens in actu ipso Potestatem Summam ita ostendit, ut ejus actus nemo infirmare queat.

20 Quamvis, si propriè loqui placeat, tutor Regni tam parum sit Monarcha, quam parum tutor patrimonii privati est dominus rerum pupillarum: si quidem tutor non solum omnia facit & subscribit auctoritate & nomine pupilli, sed etiam obligatur ad rationes, post tutelam, ei reddendas; adeò dependens ab aliena voluntate, ut, quæ gessit, censuræ & reformationi subsint. Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 5. §. 15.* Guilielm. van der Muelen in *comment. ad Grot. d. cap. 3. §. II. num. 2.* Clarissim. D. Stapff *de Majest. cap. 6. §. 5.* 21 Adhæc, si Majestas esset penes tutorem, restat videre, num etiam rema-

neat penes pupillum, vel non. Si prius; sequitur, Majestatem dividi, ac duobus æquō jure communicari, quod implicitorum est. Si posterius; non minoris est implicantiæ, ut, qui titulum jusque Regium habet, ob impedimentum ætatis Majestate sit destitutus: cùm tamen, si quis propter absentiam aut morbum ab actuali Regimine sit impeditus, non hōc ipsō Majestate careat. Ziegler *de Jurib. Majest. lib. I. cap. I. §. 42.*

Non nescio, Balduino II. Constantinopolitano Imperatori, adhuc in puerili ætate constituto, delectum esse Joannem Briennensem, Ex-Regem Hierosolymitanum, qui & filiam Balduino paciferetur, & Imperium tutoris vice administraret; concessò insuper Imperatoris titulò, ac Coronâ Imperiali solemniter impositâ, eâ tamen lege, ut, quamprimum Balduinus ad annos maiores devenisset, Imperio cederet; quod cum alio duplice exemplo de Odone seu Eudorle Burgundiae Duce, Caroli simplicis tuteore; nec non Philippo, Henrici VI. Romanorum Imperatoris itidem tuteore refert Hertius *vol. I. to. I. dissert. de Tutela Reg. sect. 2. §. 10.* Sed, quia ex num. 13. titulus & insignia Regia Regem haud constituunt; verosimilior est, enumeratos tutores Summam Potestatem quidem exercuisse, at non aliò quam precariō, dependenti, & limitatō modō: proindeque contra regulam & doctrinam nostram ab exemplis propositis nihil inferri posse.

### §. III.

## *De Affectionibus seu Proprietatibus Summæ Potestatis.*

24 Summæ Potestati insunt & adsunt nonnullæ affectiones seu proprietates, ab ea prorsus inseparabiles; quæ quidem ex §. præcedente suâpte natura colligi possunt, in præsenti tamen §. paulò explicatiūs, non sinè commodo, adstruuntur. Ex his I. est libertas quoad exteris: quoad hos enim is, cui Summa obtingit Potestas, manet in statu libertatis naturalis, eademque jura, quæ eidem statui con-

veniunt, exercere valet. Liber est, si que ac Legum potens, ut ē, quod vult, faciat; ē, quod non vult, non faciat; ait quidam apud Grotium sæpe *cit. lib. I. cap. 3. §. 8. n. 10.* Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. I. cap. 4. §. 3.*

II. carentia Superioris, ratione cuius-jus Summa Potestas nullius directio-ni, judicio, coactioni, aut poenæ sub-jicitur: quō intellectu capiendum illud Plinii in *Panegyr. illud in Principatu bea-*

*beatissimum, quod nibil cogitur; & illud Sallustii in Jugurth. impune quidlibet facere, id est Regem esse. Et illud M. Antonii Philosophi: nemo nisi solus DEUS Judex Principis esse potest.*

26 Hic tamen gemina occurrit dubitatio. Prima est, utrum nexus & obligatio, quam habet vasallus erga Dominum Directum ob Regnum, in feudum sibi concessum, destruat Summam Potestatem, nec ne? Ratio dubitandi est: quia vasallus Domino Directo fidelitatem jurat; illius forum & judicium in causis feudalibus agnoscit; ac, ubi feloniam admiserit, feudum privatur: indeque Superiore, à quo dirigi, judicari, & puniri queat, non caret. Quæ ratio Virum Celebrem, D. Philippum Reinhardum Vitriarium Instit. Jur. Nat. & Gent. lib. I. cap. 3. §. 54.

27 in affirmativam pertraxit. Èa tamen haud remorante, Grotius d. lib. I. cap. 3. §. 23. ejusque Commentator van der Muelen cum Hubero *de Jure Civ.* lib. I. sect. 3. cap. 3. §. 41. optimè defendunt negativam. Siquidem vasallus ex solo feudi titulo non est subditus Domino Directo; &, sicuti privato feudalis obligatio non demit jus libertatis personalis, ita nec Regi aut Populo jus demit Summi Imperii seu libertatis civilis; nec impedit, quò minus in suos subditos, haud secus ac qui foedere inæquali constringuntur, Summam Potestatem exerceat: quam obrem vasallus non præstat juramentum subjectionis & obedientiae seu homagium, uti præstare debent subditi, sed solummodo juramentum fidelitatis.

28 Præter hæc Jurisdictio Domini in vasallum, cùm descendat ex pacto, planè impropria, omnisque Imperii & Potestatis coactivæ expers esse dignoscitur; & insuper cognitio, arbitrio quām judicio similior, quo ad causas duntaxat feudales fundata, non autem ad alias extensa est; privatio quoque feudi Regii, nisi ex alio titulo evincatur subjectio, non admittitur: quæ & alia frequenti consensu DD. recepta leguntur apud Tobiam Paurmeister *de Jurisdict. Rom. Imp.* lib. 2. cap. 9. à num. 48. Guilielm. Ertl *de Superiorit. Territor.* pag. m. 46. & 2. seqq. Böhmerum d. L. §. 16. & seq. Pelzhoferum Arcanor.

P. SCHMIER JURISPR. PUPIL. UNIVERS.

stat. lib. 2. p. 1. cap. 3. §. 23. Clariss. hujus Universitatis Professorem, D. Franciscum Josephum Herzium *de Fide pacta* cap. 2. §. 2. n. 19. Demùm à Regibus Angliæ propter Ducatum Aquitanum olim ultra mare fidelitatis juramentum præstitum; itemque à Regibus Hispaniarum ob Regnum utriusque Siciliæ cum oblatione sonipedis Sedi Apostolicæ fidelitatem fuisse promissam, ex monumentis colligitur, absque eo, quòd quispiam ipsorum Majestatem aut Suprematum in dubium vocaverit.

Altera dubitatio est de obligatione clientelari, quā Princeps aut Gens aliqua infirmior alterius Principis aut Gentis protectioni se committit; an quidpiam Summæ Potestati deroget? Crediderim tamen, hanc obligacionem Summæ Potestati vel ideo nihil derogare, quòd jus protectionis, inde deductum, solummodo respiciat casum defensionis, nullamve importet Superioritatem aut Jurisdictionem juxta parœmiam Germanicam: Schutz und Schirms-Gerechtigkeit gibt kein Obertigkei. Late Grotius d. cap. 3. §. 21. Vitriar. ibid. §. 51. Gail. 2. obser. 54. Ertl cit. l. pag. m. 41. Böhmer d. L. §. 18. Pelzhofer cit. cap. 3. num. 16. Clarissimi Professores nostri, P. Benedictus Schmier ad lib. I. Decretal. tit. 31. & 32. num. 43. & seqq. D. Herz d. L. num. 20. Id. que verificatur, esto Gens aut Princeps infirmior alteri & fortiori certam quotannis pensionem reddere obstringatur: quia solutio pensionis non oritur ex subjectione sed pactione; multique Principes & Reges, citra dispendium Summæ Potestatis, vicinis summam aliquam pecuniariam numerant, eō duntaxat fine, ut vel auxilium ferant, ubi ab aliis infestantur; vel ne noceant eorum subditis, à quibus annum stipendium recipiunt. Grotius, Vitriarius, Böhmerus loc. cit. Verit. 32. ficatur etiam, non obstante, quòd; quirobore & virib; est inferior, majori reverentiam & respectum sponte deat: quandoquidem reverentia multum ab obedientia differt, ac sèpius originem trahit, non à subjectione, sed ab autoritate, externo splendore, beneficentiâ, opum & bonorum amplitudi-

tudine. Solet hoc applicari textus in L. 7. §. 1. ff. de Captiv. Et postlim. ubi Proculus ait: in foedere, quō comprehensum est, ut alter alterius Majestatem comiter conservaret, hoc adjici, ut intelligatur, alterum esse Superiorem, id est, dignitate, non ut intelligatur, alterum non esse liberum.

33 III. affectio seu proprietas est solatio seu exemptio à Legibus positivis: nam imperativus caret primā personā; nec Leges, quæ proponuntur ad observantiam subditis, Legislator ipsem observare tenet. Quamobrem Cæsarem Augustum, quemjam Urbi appropinquare diceretur, omni eum Legum necessitate Senatus liberavit, ut verè cum plena Potestate perfectèque sui juris Legibusque solutus agere, aut non agere omnia suo posset pro arbitrio, ut scribit Dion Cassius lib. 53. Eleganter Clapmarius de Arcan. Rerum publ. lib. 1. cap. 12.

34 IV. est inviolabilitas, ob quam, sīnē gravissimo læzæ Majestatis crimine, faltem à suis subditis, nequeunt Imperantes in personis, rebus, aut juribus offendī: fuerunt siquidem omnibus Nationibus & Populis nunquam non sacrosancti, maximumque censebatur nefas, manum adversùs illos movisse, prout David Rex insinuabat. Abisai 1. Reg. 26. v. 9. ibi: ne interficias eum (Saulen Regem) quis enim extendet manum suam in cibristum Domini, Et innocens erit? Notanda profectò illa Artabani Persæ ad Themistoclem sententia apud Plutarchum: apud nos, cùm multe Et pulchrae Leges sint, ex omnibus præstantissima est, quæ honorare Regem adorareque eum, tanquam DEI omnia conservantis effigiem, jubet.

35 V. est indivisibilitas, dum ex dictis in lib. 1. cap. 4. num. 38. Summa Potestas nec quo ad se nec quoad partes suas potestivas divisionem recipere valet: quia, ut bellè discurrit Illustr. D. Pelzhofer Arcanor. stat. lib. 2. p. 1. cap. 3. n. 6. si divideretur, paritas intercederet: si hæc intercedat, desinit Majestas, cùm ex accessu paritatis illi Summitas tollatur. Majestatem enim Summam in Republica esse oportet: Summus autem non est, qui parem habet, aut qui respectu aliquo paret. Ubi Potestates sunt æqualis, neutra dici potest

Summa: hinc tam Jurisperiti quām Politici Jura Majestatis statuerunt esse indivisibilia, non solum, quod non valeant separari ab invicem, aut quod nequeant separari à Rege; sed etiam, quod omnia simul conjuncta, velut Majestatis constitutiva, non possunt nisi uni attribui. Hinc Poëta Summum Imperium vocat, partiri quod nemopoteſt; & Sallustius Crispus Liviam apud Tacitum 1. Annal. 6. 7. monet, ne vim Principatū solveret, cuncta ad Senatum vocandō: eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quām si unī reddatur.

VI. secundūm aliquos est perpetuitas; vel quia Potestas, certo tempori alligata, magis precaria & vicaria, quām propria est: vel quia minor est authoritas Regi, quem paulò post ad sortem privatam certò redigendum fore, nemo non dignoscit. At, sicuti tempus non est mensura jurium privatorum; ita tantarum virium viideri non debet, ut Summam potestatem (dummodò non omni tempore ad libitum aliorum revocari possit) labefactare queat; Grot. d. lib. 1. cap. 3. §. II. num. 1. Et 2. Vitriar. ibid. q. 37. Ziegler de Jur. Majest. lib. 1. cap. 1. §. 41. Pufendorf de J. N. lib. 7. cap. 6. §. 15. D. Stapff de Majest. cap. 6. §. 4. Num 38 verò possibile sit exemplum Imperii temporarii, quod non hōc ipsō vicarium aut precarium censi debeat? Hæret idem Pufendorf. Nam exemplum de Dictatore Romano, ad tempus semestre constituto, intra quod omnia Jura sīnē cujusquam intercessione aut provocatione poterat exercere, à citatis Grotio & Zieglero nec non Hornio de Civit. lib. 2. cap. 10. §. 3. allegatum, nullatenū admittunt citati Pufendorf & Vitriarius: quia Dictatorem hunc æquiori titulō Magistratum Extraordinarium, qui nomine & vice totius Populi Romani Imperium pro tempore administrabat, compellandum esse, judicant: quippe cùm Auctore Lipsio de Magist. Pop. Rom. cap. 17. provocatio non semper vetita; sed illius interpositæ sit exemplum apud Livium dec. 1. lib. 8. cap. 38. ac vis Imperii terminis quibūsdam circumscripta legatur, ne exorbitaret. Exemplum quoque 39 de

de Regno fideicommissario, eâ lege aliqui delato, ut, si fideicommittentis fratri v.g. aut agnato nascatur filius, ipsi restituat Regnum, majorem quidem veri speciem habere, fatetur cit. Pufendorf; apertè tamen non probat. 40 Probat autem optimâ ratione Vitriar. d. q. 37. quia tale Regnum Regnique

Potestas habetur, possidetur, & administratur nomine propriô & independenter ab alio; actus etiam Personæ Regentis nullius censuræ vel reformationi subjacent; &, ubi fit restitutio, non intercedit vis aut coactio Superioris, sed stringit sola fides, tacitô saltem pactô firmata.

## S E C T I O II.

### De Varietate Summæ Potestatis.

#### S U M M A R I A.

41. Dividitur Summa Potestas in realem. 42. Et personalem. 43. & seqq. Hujus divisionis rationes proponuntur. 47. Prima ratio in contrarium adducitur. 48. & seqq. Encravatur responsu Lymnæi. 51. & seqq. Superaddunatur rationes aliae. 56. & seqq. Solvitur prima ratio, in favorem ejusdem divisionis proposita. 61. & seq. Solvitur altera. 63. & seqq. Solvitur tercia. 67. Solvitur quarta. 68. Exponuntur secunda Potestatis Summa divisio in absolutam; 69. & limitatam. 70. Limitata vel est liberius; 71. vel artius. 72. & seqq. Utique non obstat, quæ minus Summa Potestas maneat salva. 79. & seqq. Etiam si alius, contra mo-

dum prescriptum celebrati, supponatur esse irriti. 84. Lex commissoria secundum aliquos non habet locum in Regni delatione. 85. & seqq. Casu, quo tamen adesse, Summam Potestatem hanc tolleret. 88. Explanatur tertia Summa Potestatis divisio in electivam & successivam. 89. Electivam aliqui impugnant. 90. Salvatur illa. 91. & seqq. Vindicatur ab objectione. 94. & seqq. Argumenta in medium proferuntur, qua electionem successioni postponant. 98. & seqq. Ediametro referuntur illa, qua electionem præponent. 104. & seqq. Nostra resolutio super hoc quæstione politica cum aliquo temperamento subiungitur.

#### S. I.

### De Divisione Summæ Potestatis in Realem & Personalem.

41 **D**ividitur Summa Potestas I. in realem & personalem. Realis dicitur, quæ Populo, Republicæ, seu Regno semper cohæret, & quādū stat Regnum, Res publica, seu Populus, subsistit, Rege licet, vel Optimatibus omnibus, tota cum familia extinctis. Personalis appellatur, quæ residet penes Imperantes, Principem, aut Senatum, & cum persona Imperantium exspirat. Divisionis hujus post Besoldum Politicor. I. cap. 2. §. 1. aliosque ibi nominatos acerrimus propugnator est, Lymnæus ad Capitul. Rudolphi II. art. 32. pag. m. 532. à num. 48. ubi eam vocat indubitatam, illosque, qui contrarii sunt, 43 media in luce cæcutiare dicit. Ratio duplicitis hujusce Potestatis, vel, ut alii loquuntur, Majestatis est I. quia Populus aut Civitas transfert Sum-

mam Potestatem in unam aut plures personas: adeoque Summam Potestatem antecedenter reipsâ habeat, necessum est. II. quia, ex quo Rex 44 aut Primores constituuntur à Populo, naturalis ratio suadet, ut constituens sit constitutô Superior. Hoc autem evenire nequit, si Majestatem omnem Populo, tanquam constituenti, negemus, solique Regi seu Optimatibus, à Populo constitutis, vindicemus. Qua de re Aristoteles allegatur in Polit. Potestatem quidem, dicens: Regem habere oportet; tantum verò Potestatem esse, ut singulis quidem & uno & pluribus sit major, multitudine verò minor. III. quia ex n. 15. 45 & seq. omne Regimen est eorum causa, qui parent, non qui imperant: ideoque Potestas personalis, ad Imperantem devoluta, est quasi ministra alterius & realis Potestatis, toti Pulo,

pulo, cui parere necessum existimat<sup>46</sup>ur, reservata. IV. quia, sublatō Rege aut familiā regnatrice, Potestas omnis credit ad l'opulum, ut pro libitu Regem alium eligere, vel aliam Republicæ formam introducere possit: id quod signum est, Potestatem personalem consolidari cum reali; sicuti quando moritur vasallus totaque ejus familia, dominium utile, vasallo competens, cum dominio directo, quod penes Dōminum feudi semper remanserat, consolidatur.

<sup>47</sup> Verū non pauca nec exigua occurunt motiva, quæ Potestatem Summam seu Majestatem realem concurunt. Nam juxta num. 35. contradictionem involvit, Majestatem in una eademque Republica dividi, & pluribus subjectis communicari posse: hōc ipsō enim non esset Suprema, quod alteram, sibi non subjectam, in eadem Civitate venerari deberet.

<sup>48</sup> Nec juvat, cum Lymnæo d. l. pag. 537. num. 63. & seq. respondere, sub diverso respectu duo Suprema in una Republica dari posse, sicut patet in Imperio Romano quoad Consilium Aulicum & Judicium Camerale, quorum utrumque Summum tribunal dicitur; &, si Majestates illæ inter se examinentur, realem solam esse Summam, personalem autem ab illa dependen-

<sup>49</sup> tem. Siquidem diversus respectus nequit in uno corpore diversa forma Suprema Capita, quin planè monstrorum appellari debeat; nihil ad rem faciente dupli Supremo Romani Imperii Dicasteriō, utpote quod ab uno Supremo Capite, videlicet Imperatore, dependet, nec alia ex causa Summum dicitur, nisi quod una eademque Potestas Judicialis, in Imperatore radicata, in duobus locis quoad exercitium & actum secundum ministretur. Afferere verò, quod Potestas personalis non sit Summa, sed dependens à reali, est destruere Summam Potestatem, & Majestatem; est evertere totam Rempublicam, prout Grotius de J. B. d. lib. I. cap. 3. §. 8. num. 1. sapienter advertit: atque hoc loco, scribens, primum rejicienda est eorum opinio, qui ubique & sine exceptione Summam Potestatem esse volunt Po-

puli, ita ut, si Reges, quoties Imperiō suō malē utuntur, & coērcere & punire liceat: quæ sententia, quot mali causam dederit, & dare etiamnum possit, penitus animis recepta, nemo sapiens non videt. Et hinc

Implicita duplicitis Majestatis in sensu Adversariorum, Lymnæi saltem, ulterius ostenditur, quod idem esset, qui paret & præst: Populus enim, cùm Regem creandō se illius Imperio submittat, haberet obligationem parandi; & tamē, cùm Rege Superior foret, haberet officium imperandi. At verò, qui alteri Imperium in se confert, non magis eō Superior manere potest, quam idem eidem eōdem tempore imperare & parere, infert Pufendorf, infra citandus. Certè non vi<sup>50</sup>, deo, quō pactō status Democraticus à Monarchico differat, si Potestas Summa realiter perseveret in Populo, Regem constitente: quia ex lib. I. cap. 3. num. 45. Rex, solō nomine talis, etiamsi Regiis insignibūs superbiat, nudus Populi Minister aut Magistratus est, non tam ad iussa danda quam capessenda destinatus, nullaque Majestate decoratus. Imò, cùm Populus, <sup>51</sup> Democraticè vivens, alios sub se Populos, non minus subditos, ac si Regibus subessent, habere valeat; veluti monstrat ex Livio Grotius d. lib. I. cap. 3. §. 8. num. 7. tum in Campanis, qui, cùm Romanis se dedissent, facti dicuntur alienæ Potestatis; tum in Acarnania & Amphilochia, quæ dicuntur fuisse juris Ætolorum: quomodo cum veritate subsistere poterit, jus regendi semper esse subordinatum eorum judicio & voluntati, qui reguntur?

Sanè Reges & Principes, uti colliguntur ex hucusque probatis, se scribunt, regnare DEI gratiā; Superiorem in terris non revereri dicuntur; jura Majestatis independenter à Populo exercent; actiones suas populari censuræ subjacere nolunt; crimen Majestatis in se à Populo, non econtrà, admitti, teste experientiā, contendunt: quæ omnia veritati & rationi nullatenus convenirent, si Majestas realis supra personalem admitteretur; velut appositè notat laudatus Grotius d. §. 8.

Atque

Atque hoc apud me infallibile dogma est; in quod mecum jurant, unaque Majestatis duplicitatem evertunt Pufendorf de Jur. Nat. lib. 7. cap. 7. §. 4. & seqq. Ziegler de Jur. Majestat. lib. I. cap. 1. §. 46. Hornius de Jure Civit. lib. 2. cap. 10. §. 11. Huberus de Jure Civitat. lib. I. sect. 3. cap. 1. §. 12. & seqq. Pelzhofer Arcanor stat. lib. 2. p. 1. cap. 3. à num. 8. Vitriar. Institut. Jur. Nat. lib. 1. cap. 3. §. 23. Clariss. D. Joannes Sigismundus Strapff in sœpe commendata clucubratione de Majestate cap. 1. §. 5.

56 Ad I. ex rationibus oppositis Resp. ex eo, quod Potestas à Populo transferatur in Principem, neutiquam concludi, quod, translatâ semel in Principem Potestate, adhuc alia & realis Potestas in Populo superstes maneat; quemadmodum ex eo, quod servus ius libertatis in dominum transferat, non sequitur, translatô semel in dominum iure libertatis, adhuc aliquam & realem libertatem servo manere.

57 præcipuam. Profectò, ut argutè differit Grotius sœpe citat. cap. 3. §. 8. n. 1. dicet homini cuique, se in privatam servitutem, cui velit, addicere, ut & ex lege Hebræa & Romana apparet: quidnì ergo Populo sui juris liceat, se uni cuiquam aut pluribus ita addicere, ut regendi sui jus in eum planè transcribat, nullâ ejus juris parte retentâ? Neque dixeris, minimè id præsumi: non enim jam quærimus, quid in dubio præsumendum sit, sed quid jure fieri possit. Neque verò (pergit Grotius d. l. num. 3.) non multæ extare possunt causæ, cur Populus ius totum imperandi à se abdicet, aliisque tradat, puta quia in periculum vitæ abductus aliam viam, quâ se defendat, reperire non potest; aut quia in opia pressus aliter habere non potest copiam, unde se sustentet. Nam,

si Campani, olim necessitate subacti, Populo Romano se subjecerunt in hunc modum: *Populum Campanum, Urbeumque Capuam, agros, delubra DEum, Divina humanaque omnia, in vestrum P. C. ditionem dedimus*; & quidam Populi, cùm Romanorum ditioni subjicere se vellent, ne recepti quidem sunt, quod narrat Appianus: quid obstat, quo minus & uni homini præpotenti Popu-

R. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

lus aliquis eundem ad modum se dedere possit? Sic, postquam Romani 60 Principes Imperium verè Regium usurpare cœperunt, dicitur Populus in eos omnes suum Imperium & Potestatem contulisse, etiam in se, ut interpretatur Teophilus apud cit. Grotium num. 19.

Ad II. Resp. dupliciter; primò ne-61 gandò, quod omnis Rex constituantur à Populo vel Republica: qui enim iure belti Populum aliquem subigit, non censetur à Populo fuisse assumptus; secundò objecti brocardi sensum exponendò, ut, si constitutus tam ab initio quam decursu temporis semper à constitente dependeat, constituens eō sit Superior; secus, ubi constitutus, dum semel à constitente fuit denominatus, nullam deinceps agnoscit dependentiam à constitente, sicuti cum Regibus accidere consuevit. Quod omnium pri-62 gherimè citatus Grotius num. 13. declarat per Valentianum Imperatorem, qui militibus, à quibus ad Imperatorem Dignitatem erat electus, aliqua contra jus & æquitatem postulantibus, respondit: *ut me ad imperandum vobis eligeretis, in vestra situm erat potestate & milites: at, postquam me elegistis, quod petitis, in meo est arbitrio, non vestro. Vobis, tanquam subditis, competit parere; mihi, que facienda sunt, cogitare.*

Ad III. idem Grotius num. 14. ne-63 gat legitimam illationem, quod, quia Rex propter Populum est, hic illò sit major: nam etiam tutela pupilli causa est ordinata; & tamen ius non habet pupillus in tutorem, sed tutor in pupillum. Nec obest, quod tutor, 64 rem pupillarem male administrans, puniri & amoveri possit. Enim verò puniri potest & amoveri, non ab ipso pupillo, sed à Magistratu, tutoris Superiori. Cùm verò Rex, si tutorem 65 Regni nominare allubescat, Supremus in Republica Magistratus, neminique sit obnoxius, absconum & absurdum foret, si à Populo, veluti commissari sibi pupillo, poenæ cuidam subjici, vel exauthorari deberet. Quod autem 66 Rex interdum dicitur Reipublicæ Minister, id intelligitur tantum respectu DEI, cuius est Vicarius in tempora- libus,

libus, tanta cum moderatione & discretione habendas laxare obligatus, ut non commodum proprium, tanquam dominus, sed emolumentum alienum, quasi minister, nunquam non curet procuréteque.

67 Ad IV. Resp. uti necessitas haud cogit, fingere quoddam dominium

reale in servo, aut imperium paternum in filiofamilias, quod extincto domino vel patre uterque servus & filiusfamilias libertatem consequantur; ita de necessitate non exigi fictio nem Majestatis realis in Poptulo, quod, Rege cum familia sua mortuo, Imperium ad Populum revertatur.

## S. II.

### *De Divisione Summae Potestatis in Absolutam & Limitatam.*

68 II. **D**ividitur Summa Potestas in absolutam & limitatam. *Absolutam* dico, non quæ Legibus omnibus, Divinis & Naturalibus, est soluta (talem namque Potestatem, utpote DÉO & Naturæ invisam, admittere non possum ex dicendis infra in cap. 4.) sed, cuius liberum exercitium nullâ conventione aut conditio-

69 ne circumscriptum est. *Limitatam* voco, cuius liberum exercitium aliquâ conventione aut conditione circumscriptum est. Hæc ipsa tamen aliquando liberior, aliquando adstrictior appareat. *Liberior* manet, cùm soli Principi administratio sub certa mensura & modo relinquitur, nec quisquam ex Proceribus aut Populo in consilium necessariò debet assumi.

70 *Adstrictior* fit, quando Rex aut Princeps in administratione Regiminis quosdam Proceres aut nonnullos de Populo in consilium advocare tenetur. Hornius *de Civit. lib. 2. cap. 10. §. 5.*

71 *n. 1. & 2.* Utrôvis autem modô Potestas circumscribatur, Summa persistit & intacta, utpote Superiori in terris nullatenus subordinata. Neque enim in ipsam Imperii facultatem & radicalem Summae Potestatis vim penetrat ulla externa violentia; nec potest ullô pactô adimi, quod Majestati esse entiale

72 atque perpetuum est. Instantiam dat idem Horn. *d. l. §. 4. num. 5.* in homine, se non locuturum certo tempore, promittente: omittet enim vi pacti sermonem, non in se extinguet

73 potentiam loquendi. Supponendum videlicet, nullam adesse Legem alicujus Superioris, ex qua libertas Summae Potestatis auferatur; sed pa-

ctionem solam & conventionem efficer, quò minus ex arbitrio proprio cuncta disponere liceat. Et quam-  
75 quâ, quæ proprium Regnantis arbitrium circumscribunt, impedimenta plerumque dicantur *Leges fundamentales*; attamen hæc significatio non nisi abusiva est; sicuti vocabulô minus propriô pœta legem contractui dare alias in Jure dicuntur: reipsâ autem sunt mera concordata & conventa, mutuô consensu inita aut jurata, ut rectè observat *cit. Horn. §. 6. num. 1.*  
76 & 2. qui etiam in §. 7. num. 1. ita scribit: id perpetuò inculcandum est imperitis: Summitatem Imperii non porrire, nec Superiorum Principe dari, licet conditions fundamentales aliquos ponant terminos operationi civili & actui secundo. Non jurat Imperativus, Imperio Superioris adactus, sed suâ sponte approbans consignatas conditions. Consentient eligentium & eligendi voluntates: non imperant invicem & parent. Integra Majestas manet in limitato Regno; & Rex verè Imperans ac Summus est. Addit in num. seq. Non sibi opponuntur Imperium Summum & limitatum. Nam circumscripta operatio procedit interim à Summa Potestate; &, quândiu Majestatem habemus in Principe, Summus est, nemini subiectus, utut conventis suis mensuram imperandi fecerit. Concordant Grotius *de J. 78 B. lib. 1. cap. 3. ¶ 16. num. 1. & Pufendorf de J. N. lib. 7. cap. 6. §. 10. allegatô ad hujus declarationem exemplô tum patrisfamilias, tum mariti, quorum neuter suâ cadit potestate, quantumvis ille quædam, ad familiæ direc-*

ctionem spectantia; & iste aliqua, quæ regimini maritali cognata sunt, promiserit.

79 In eo non convenient Authores nostri, an, si Rex aliqua promittat, quibus non servatis actus contrarius non solum injustus aut illicitus, sed etiam irritus efficiatur, non divellat aut discerpat Summam Potestatem? Nam Grotius *d. l. num. 2.* & Vitriar. ad Grot. *d. cap. 3. §. 44.* non obscurè indicant, Summam Potestatem in tali eventu dividic cum Populo, quasi promissio non tantum exercitium factus, sed ipsam agendi facultatem inficiat.

80 Sed Hornius *d. cap. 10. §. 4. num. 4.* & Zieglerus *de Jurib. Majest. lib. 1. cap. 1. §. 14.* arbitrantur, manere Summam Potestatem integrum, etiamsi, quæ contra fidem datam attentantur, non subsistant; quibus libenter ad stipulorū tum quia, sicut actus injustitia, ita & nullitas non provenit ex vi & potestate Superiori (hoc enim nec Grotius nec Vitriarius tenent) sed ex numero pacto & promissione: tum quia è re Populi non minus est, ut quidam articuli, veluti conclusio pacis, aut exactio tributorum, absque communī Procerum aut totius Populi consensu prorsus omni careant effectu, quam ut prohibiti tantum censeantur; 82 tum quia est mera petitio principii, dicere, quod radicalis agendi facultas ex periculo nullitatis periculum patiatur, dum solidiori ratione defenditur, actum posse nullum evadere, esto vitale agendi principium non attingatur, nudumve agendi exercitium submovet; uti liquescit ex exemplo in Nobili, subditō infimæ conditionis fundum emphyteuticum conferente, cum pacto, nolle se ipsi operas ullo tempore imperare, &, si imperaret, imperata esse nullius momenti: nec enim Nobilis aut de suo jure seu dominio directo quidpiam amittit; aut subditus jus aliud quam emphyteuticum seu dominium utile acquirit, quod imperium operarum omnimodò effetu destituatur.

Quid verò, si lex commissoria pactionibus inserta, cautumque fuerit, ut, si Rex fidem fefellerit, Regnō cadat? Hornius quidem *cit. l. §. 9. num. 9.* non putat, hanc legem imperaturo Princi pi apponi posse, in hæc verba scribens: adjiciatur in contractibus lex commissoria; in Regni delatione nunquam adjicitur. In contractibus enim de suo se mutuò obstringunt consentientes. In delatione Regni Imperium, quod consequitur Princeps, à Populo non habet: quare nec Populus illud repeteret. Non habetur amissibiliter, cum subditus citra impietatem non possit involare axioma, quod unctio DEI, solus DEUS tradit, & eripit. Sed demus hunc casum, 85 tanquam possibilem (nec enim suppositum Hornii, quod Imperium nunquam à Populo tranferatur in Regem, in seq. seq. admittemus) Grotius *d. cap. 3. §. 16. in f. adstruit*, Imperium manere salvum; exemplō fundi, qui, fidei commissō quoque oneratus, est fundus perinde, atque si plenō & irrevocabili dominiō possideretur: quod exemplum jam supra in *num. 39.* adductum; & antecedenter in *num. 37.* conclusum est, temporis determinacionem Summæ Potestati non officere. Dissentit autem Vitriar. *d. l. §. 45. aliò 86* tamen argumentō permotus, quod Rex judicio Populi vel Statuum Regni sese submittat, iique, velut Superiorēs, post violatam fidem, in Regni delatione interpositam, amissionis poenam dicent. Athoc etiam argumentum infirmatur ex responsione Pufendorfii *d. lib. 7. cap. 6. §. 10.* dicentis, per clausulam commissoriam comprehendi solere, quæ in ipsis sensus incurruunt, nec ambiguæ disceptationi sunt obnoxia; eamque cognitionem non habere indolem judicii, quod super actione præterita cognoscitur, sed nudam mentis contestationem, etiam inferioribus competentem, quā manifesti juris violationem declarat. Clariss. D. Stapff *de Majest. cap. 6. §. 6.*

## §. III.

*De Divisione Summae Potestatis in Electivam  
& Successivam.*

88 III.

**D**ividitur Summa Potestas in electivam & successivam. *Electiva* est, quæ defertur per illorum suffragia, penes quos summarerum aut saltem eligendi jus existit. *Successiva* est, quæ successione hæreditariâ acquiritur.

89

Hanc divisionem in dubium trahi non ignoro, potissimum ex ista ratione, quod in Regno electivo electores retineant Summam Potestatem, quoad proprietatem, & solummodo usumfructum in Regem, quādū viixerit, transferant. Eapropter Legati Galliarum Regis, referente sic Böhmero in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. I. cap. 4. §. 33.* ad Fridericum II. Imperatorem missi, audacter dixere: *nec nos pulsat ambitio: credimus enim, Dominum nostrum Regem Gallie, quem linea Regii Sanguinis provexit ad Sceptra Francorum regenda, excellentiorem esse aliquod Imperatore, quem sola electio provebit voluntaria.*

90

Sed passim exploditur hæc ratio; & assertio, in ea fundata. *Electio* namque & *successio* non sunt essentiales Summæ Potestatis differentiæ, sed modi vel media, quibū illa comparatur; ut patebit *ex cap. seq.* Sive autem hoc sive aliō modō comparetur, eadem prorsus & invariata est; esto in electivo frequentius electionem praecedant capitulationes, quæ tamen juxta §. anteced. Summam Potestatem

91

non tollunt, sed limitant. Nec verum est, proprietatem ejusdem reservari electoribus: nam, quidquid sit, an revera Summi Imperantes habeant veram proprietatem in Regnis non-patrimonialibus? Hoc in passū discrimen inter Regnum electivum & successivum non invenio: *successio* quippe, ut loquitur Grotius *lib. I. cap. 3. §. 10. num. 5.* non est titulus Imperii, qui Imperio formam assignet, sed veteris continuatio: *jus enim, ab electione familie cæptum, succedendō continuatur;* & quantum prima elec-*tio tribuit, tantum defert successio.*

Et sanè, cùm Princeps successivus, nullò post se Regni hærede reliktō, persæpe moriatur, absque eō, quod Summæ Potestatis jacturam anteā sit passus; non minori jure Princeps electivus dispendium suæ Potestatis haud subibit, quod hæredem, qui beneficium sanguinis succedat, non habeat. Et si Populo nulla conceditur Potestas in Regno hæreditario, quādū de familia Regia aliquis extat; nullā partē Potestas concedetur Populo in Regno electivo, quādū, qui in Regem electus erat, in vivis superest. Puffendorf *de Jur. Nat. lib. 7. cap. 6. §. 17. in fin.* Besold. *lib. I. Politic. cap. 5. §. 6.* Huber. *de Jure Civit. lib. I. sect. 3. cap. 2. num. 35.* Et seqq. Hornius *de Civit. lib. 2. cap. I. §. 11.*

Solet hīc excitari quæstio, præstente Summam Potestatem esse successivam, an electivam? Quæ, licet ad Politicos magis pertineat, quam ad Publicistas, siccō calamō haud prætereunda videtur. Pro successiva Potestate I. perorat major Regni securitas ac firmitas: cùm, mortuō quoque Rege, Regnum gubernatore non carcat, & Princeps ex Principe nascatur, ut notat Lipsius *Civil. Doctr. lib. 2. cap. 4.* aliter ac ubi electione opus est: *opportunos enim magnis conatibus transitus rerum censuit Tacitus I. Histor. 21. num. 4,* dum, vacante Regnō, Populus scinditur in partes, certant inter se Proceres, opibus, genere, animis pares; neque cedere invicem volentes, neque omnes regnare potentes. *Sinē certo Regis hærede sinē hærede Regni, publicas vires ad se quemque tracturum,* verba sunt Curtii apud Clapmar. *de Arcan. Insp. lib. 2. cap. 21. II. major ipsius Regis stabilitas,* ut pote qui viā jam tutā incedit, ac, teste Tacito I. *Annal. 3. 7. pluribus velut munimentis insitit:* cùm non legiones, non classes, perinde firma Imperii munimenta sint, quam numerus liberorum. Idem *Histor. 4. 42. 2.* Nec formidandi sint æmuli, quibus prævæ spes cobibentur. *ubi successor non in incerto est.* Idem *Annal. 3. 5. 3.* III. ma-

96 III. major hæreditarii quām electi  
Principis reverentia : quia, ubi for-  
tuna regnandi stirpe in una consenuit,  
Regum præteriorum reverentia vi-  
vit in posteris, ut vel cunæ puerorum,  
in purpura natorum; tacitâ confessio-  
ne fortis nostræ nos tangant, nec iis  
parere indignemur, quos, priusquām  
lucem subeant, scimus nasci, ut im-  
perent. Dunalb. apud Barclajum in  
*Argen. lib. 1. cap. 15.* Cui subscrabit Curtius lib. 10. cap. 7. referens quorundam  
post mortem Alexandri M. de Succes-  
fatore sententiam: *ad suos se, nomen  
ipsum (Regiæ stirpis) colere, veneratique,*  
*nec quemquam id capere, nisi genitum, ut  
regnaret.* Nec adversus est Plinius in  
*Panegyr. equiore animo, inquiens, ferent  
homines, quem Princeps parum feliciter ge-  
nuit, quām quem male elegit.*

97 IV. ma-  
jor spes boni Regiminis in Principe  
nativo, qui Regnum, ad posteros  
transitorium, curat ut suum; econ-  
trà Princeps assumptus à publicorum  
munerum sedulitate propiori cura sub-  
ducitur, ut filio vel proximo cognati-  
orum eos conciliet, quorum est,  
Regnum dare; aut familiam saltem tot  
opib[us] expleat, ne deinde ullus igno-  
ret, fuisse ex ea, qui regnârit. Sic  
publica ornamenta, publicæ opes,  
quacunque ratione in privatam dige-  
runtur familiam, &, quæ splendori,  
quæ utilitati communi vota majorum  
destinaverant, tristissimô errore ne-  
scio in quos lares profunduntur. Du-  
nalb d.l.

98 Electivam Potestatem commendat  
I. vetustas: quandoquidem Reges  
ab initio ex Nobilitate sumebantur.,  
præsertim apud Germanos; prout  
exemplò Arioisti hoc ostendit Illustr.  
D. Pelzhoffer *Arcan. Stat. lib. 2. part. 1.*  
*cap. 4. num. 3.* qui electione populari  
regebat Marcomannos, Sedusios, &  
Harudos. Cogitabant siquidem Ve-  
teres, qui primos vocarunt ad sceptrum,  
suffragiò civium rem confici, & impe-  
raturum omnibus eligi debere ex omnibus,

99 Plin. in *Panegyr.* II. libertas, quæ  
nullibi clarius emicat, ac ubi fasces  
non occupantur, sed liberè offerun-  
tur; fatente id Serviò Galba apud Ta-  
cit. *I. Histor. 16. 2.* ibi: *sub Tiberio, &  
Cajo, & Claudio unius familie quasi hære-*

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

*ditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi  
cœpimus.* III. selectus personarum: 100  
generari quippe & nasci à Principibus for-  
tutum, nec ultra estimatur: adoptandi ju-  
dicium integrum, &, si velis eligere, censu  
monstratur. Idem ib. 3. IV. recipro- 101  
cus inter Imperantes & subditos affe-  
ctus: nam & isti impensiùs diligunt,  
quod sponte diligunt; & ille populo  
gratias habet, memorque, se ab eo subven-  
tum, moderatius utitur suā Potestate; ubi  
in successione subditi, quasi *nata man-  
cipia*, si subeunt Imperium, ne respiciuntur  
quidem; si detrectant, pro flagitio habetur.  
Lycogenes apud Barclajum d. lib. 1.  
*cap. 15.* V. facilior modus, con- 102  
sulendi bono publico: cum, ubi Rex  
electus à boni Regiminis tramite de-  
viat, quod peccatum erat ab anteces-  
fatore, successor, præviâ capitulatione  
ad hoc monitus & obstrictus, emen-  
dere poterit. VI. minor difficultas 103  
quoad interregnum in Regno electivo  
quām successivo, casu quo hæres Re-  
gius pueritiam non excessit. Cum in  
infantem, ait memoratus Lycoge-  
nes, in puerum, in imbecillis animi  
hominem summam rerum fatorum  
ludibriū transfert, quid hac lu-  
ctuosâ successione acerbius? Non  
exspectat me hercle civium impro-  
bitas, donec ille Rex adoleverit; sed  
dum simplex & inutilis ætas superbe  
despicitur, ex clades publicæ eve-  
niunt, quas deinde vix multorum  
felicitas annorum sarciverit. Tunc  
utique omnes regnant, populum de-  
spolian, ut nec saltem à solis calca-  
tus Regibus contumeliaz solatium  
habeat ipsam peccantium dignitatem.

Certamen hoc politicum non pau- 104  
ci ita componere nituntur, ut, pro  
Nationum diversitate, modò elec-  
tione, modò successione consultò defe-  
ratur Imperium; hæcque nominatim  
apud Gentes, severiori jugo assuetas;  
illa apud Populos, libertatis amantio-  
res, consulatur. At Joannes Braun 105  
in lib. Var. amœnit. pag. m. 54. censet, in  
Republica jam constituta ægrè de hoc  
problemate disceptari; in ea vero, quæ  
nondum est constituta, successionem  
cum electione sic temperandam esse,  
ut Rex semper è sua stirpe habeat suc-  
cessorem, non tamen ex jure proprio  
X ac

ac nascendi conditione necessariò regnaturum, sed libero Magnatum aut Statuum suffragiò assumendum: hòc enim temperamentò tam electionis quam successionis & incommoda evitantur, & commoda promoventur. Nempe, dum eligendi libertas cum

prærogativa generis est conjuncta, illi, qui Regia ex progenie descendunt, impensiùs honis artibus & disciplinis se dedunt, certi, non ante in sceptris majorum quam in virtutes penetrare se posse, propter quas ipsimet majo- res regnaverunt.

## S E C T I O III.

### De Origine Summæ Potestatis.

#### S U M M A R I A.

107. *Summa Potestas descendit à DEO, tanquam Autore Natura.* 108. *Probatur ex Scriptura.*  
 109. *Tertulliano.* 110. & seq. *Ex duplice ratione.* 112. *Indeque Reges sunt DEI Vicarii.*  
 113. *Hac Potestas immediatè confertur Civitati.* 114. & seqq. *Cujus assertionis variarationes accumulantur.* 118. & seq. *Nec sequitur exinde, quod Status Democraticus sit à DEO positivè determinatus.* 120. & seq. *Aut quod Majestas realis maneat penes Populum.* 122. & seq. *Ostenditur, quod pars politica rectè dicitur res politico subesse.* 124. & seq. *Eadem Summa*

- Potestas à Populo immediatè uni aut pluribus conferatur.* 126. *Ulpiorum cuius est, formam Regimini determinare.* 127. *Nec aliud constat ex Divina revelatione.* 128. *Ulti confirmatur auctoritate D. Chrysostomi.* 129. & seqq. *Estius Saul & David suam Potestatem immediatè acceptaverunt à Populo.* 132. & seqq. *DEIIS Majestates non imperitiori immediatè certa persona.* 135. & seqq. *Refellitur objectio ex Petro de Marca.* 134. & seqq. *Affirmatur discrimen inter collectivem Potestatem Ecclesiastica & Politica.*

#### S. I.

### *Summa Potestas à DEO, tanquam Autore Natura, descendit.*

- 107 **I**N originem Summæ Potestatis haud opus est, longâ indagine inquirere, si, quæ in lib. I. cap. 2. à n. 151. discussa fuere, respiciantur: cùm enim Civitatis originem ibidem ad Naturam & DEUM, ut Autorem Naturæ, retulerim, Summa in Civitatem Potestas, ceu forma & vita Civitatis, alium quam Naturæ Autorem habere nequit. Ita Suarez in *Defensione fidei Catholice adversus Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap. 2.* & 3. Molina de J. & J. tr. 2. disp. 22. num. 9. & 10. Waizenegger in *dissert. procem. ad Jus Publ. cap. 3.* à num. 1. Pelzhoffer Arcan. stat. lib. 2. part. I. cap. I. per tot. Joann. Balthasarus Braun, Magnum olim Universitatis nostræ Lumen, & meritissimus Juris Civilis tam Privati quam Publici Professor de *Magistratu cap. I.* 108 §. I. num. 4. In cujus confirmationem multifaria S. Scripturæ testimonia reperiuntur Proverb. 8. v. 15. & 16. per me Reges regnant, & Legum Condito-

res iusta decernunt. Per me Principes imperant, & Potentes decernunt justitiam. Sapient. 6. v. 4. data est à Domino Potestas vobis & virtus ab Altissimo. Daniel. 5. v. 18. *DEUS Altissimus Regnum & magnificantiam, gloriam, & honorem dedit Nabucodonosor patri suo.* Joan. 19. v. 11. non haberet Potestatem adversus me ullam, nisi datum esset desuper. Rom. 13. v. 1. & 2. non est Potestas, nisi à DEO: qua autem sunt, à DEO ordinata sunt: itaque, qui resistit Potestati, DEI ordinationi resistit. Accedit præter frequentia D. 109 Augustini testimonia in lib. 5. de Civit. DEI cap. 21. & seqq. insignis locus apud Tertullianum in *Apologet. contra Gent.* cap. I. ibi: *videte, ne ille Regna dispenset, cuius est & orbis, qui regnatur, & homo ipse, qui regnat: ne ille vices dominionum ipsis temporibus in seculo ordinabit, qui ante omne tempus fuit: ne ille Civitates tollat aut deprimat, sub quo fuit aliquando finis Civitatibus genus humanum.* Et iterum: *inde est Imperator, unde & homo,* ante-

*antequam Imperator: inde Poteſtas illi, unde ſpiritus, teſtante ſe iſilicet Apoſtolo: nullam eſſe Poteſtatem niſi à DEO. Et cap. 30. ſciunt Imperatores, quiſ illis dederit Imperium, ſciunt, quiſ homines, quiſ & animam. Sentiunt enim, DEUM eſſe ſolum, in cuius ſoliſ Poteſtate ſunt ſecundi, poſt quem-*

110 *primi. Suffragatur duplex ratio: partim quia homo in hominem Poteſtatem & Superioritatem non habet, etiamſi ponamus, plures homines in unam ſocietatem coaſtuiſſe, dum omnes naſcimur æquales; &c, ut unus alteri ſubjiciatur, ab eo, cui ſubeft omniſis natura, ordinari debet: partim-*

quia juſ viṭæ & necis nulli mortalium confeſſum, nec quempiam, etiam no-centem & conſentientem, in corpo-re aut membris laſdere fas eſt; ideoque, ut liceat fontes & delinquentes pro ratione delicti vel interficere, vel muſilare, à Supremo viṭæ & mortis Arbitro Poteſtatem quiſ confeſſatur, omninoſ necessarium eſt. Ex quo <sup>112</sup> factum exiſtimo, ut, qui Republi-cam moderatur, DEI Vicarius & Mi-niſter appelletur d. cap. 13. ad Roman. v. 4. & 6. eōque titulò Reges & Prin-cipes ex gratia DEI von Gottes Gnac-den ſe regnare ſcribant.

## §. II.

## Summa Poteſtas à DEO immediate Civitati confeſtūr.

<sup>113</sup> **L**icet, quod in §. priori aſſer-tum erat de origine Poteſtatis Summae, à nemine, niſi forte recenſeatur inter Atheos, in dubium trahatur; in eo tamē adhuc diſſidium eſt, an illa Poteſtas à DEO imme-diate in Civitatem; an verò imme-diate in ipſas perſonas Imperantes tranferatur? Mea autem conſluſio Poteſtatem hanc Civitati ſeu com-munitati perfectæ defert, ac cum Suarezio 4. lib. 3. cap. 2. num. 5. Clariss. D. Josepho Bernardo Gletle in Select. Juris Publ. cap. 3. 13. Clariss. D. Stapff de Ma-jest. cap. 2. §. II. & communi, ut Suarez teſtatur, Theologorum & Jurisperitorum ſententia doceſt, homini-bus, in perfectam & politicam ſocie-tatem congregatis, ex naṭura ipſius Corporis Politici, à DEO iſtituti, per naṭuralem conſequentiam com-pete-re facultatem, actiones ci-vium ad communem ſalutem dirigendi.

<sup>114</sup> Ratio eſt: tum quia haec Poteſtas eſt quaſi proprietas hominum, prout Corpus quoddam Politicum conſti-tuent; ſicque non minùs à DEO procedit immediate, quaſi ab eo pro-cedunt homines, Corpus Politicum <sup>115</sup> conſtituent: tum quia inter DEUM, qui Poteſtatem tribuit, & com-munitatem, quaſi Poteſtatem recipit, nihil aliud interme-diatur; ſicque nihil ob-ſtat, quo minùs à DEO dicatur in com-munitatem perfectam imme-diate.

té derivari: tum quia dictamen reſta-<sup>116</sup> rationis non oſtendit aliud ſubjectum imme-diatum, hujusmodi Poteſtatis receptivum, quaſi communitatē perfectam, utpote quaſe ſola de ne-cessitate requirit Summa Poteſtatem, abſque eo, quod ſtatum v. g. Monarchicum, Aristocraticum, aut Democraticum, & ſic ſubjectum ali-quod determinatum präcise deſide-ret: tum quia, ſi v. g. à DEO Poteſtas Suprema imme-diate deferretur uni perſonæ, Status Monarchicus eſ-ſet à DEO präceptus; nec poſſet aut Populus, in coētum perfectum con-gregatus, formam Reginis contra lib. I. cap. 2. num. 183. eligere; aut Sta-tus Monarchicus, ſemel introductus, ſuccelu temporis in Aristocraticum aut Democraticum immutari; aut alijs alicubi status, quaſi Monarchi-cus introduci: quod ſanè abſonum & quotidianæ experientiæ diſſonum eſt.

Neque obſtat I. quod hāc ratione <sup>118</sup> Status Democraticus, à DEO imme-diate & unicè iſtitutus, nec humana voluntate in ſtatum aliū muſabilis aut convertibilis eſſe videatur. Nam <sup>119</sup> Status Democraticus non eſt iſtitutus à DEO poſitive ſeu präceptivè, quaſi nempe Summa Poteſtas penes universum Populum reſidere, & ab omnibus exerceri debeat; ſed negati-ve ſeu permiſſive, quatenus in arbi-trio comunitatis eſt, velitne Sum-mum

mum à DEO concessum Imperium toti Corpori reservare, vel in unum aut plures dispensare.

120 Neque obstat II. quod Majestatem realem, Populo competentem, supra in num. 44. Et seqq. negaverim; consequenter Summam Potestatem toti Populo seu communitati perfectae asserere nequeam. Siquidem Majestas non tam realis, quam, ut ita dicam, personalis tamdiu penes Populum est, quandiu illam à se non abdicit: ubi autem, relictâ popularis Regiminis formâ, eandem in unum aut paucos transfert, nihil amplius de Majestate retinet; & sic Majestas realis in Statu Monarchico vel Aristocratico planè impossibilis & chimærica est.

121 Neque obstat III. quod Hornius, adversæ opinionis, quæ Majestatem personis Imperantibus immediatè defert, studiosissimus Fautor lib. 2. de Civit. cap. I. §. 18. n. 3. Et 4. neget, partem naturaliter subesse toti: „nam si toti

„(scribit ille) in partes Imperium sit, „in omnes partes hoc se extendat, „oportet; si hoc statuitur, nullum „habebimus Imperantem: quia Imperium, toti naturaliter competens, „secundum aliquam partem, cui prius mariò inhæreat, competere debet: ubi verò omnes subjectæ sunt, æqualiter, nulla participabit Imperium, quod ideo toti non inheret. Enimverò partem politicam toti politicali subesse, tam parum implicat, quam parum implicat, toti universaliter subesse species aut individua; debere que hic fieri distinctionem inter partes, separatim ac sigillatim acceptas, & inter partes, conjunctim & cumulatim suraptas, jam in lib. I. cap. 2. à num. 23. Et à num. 65. notatum, & quæ ratione in statu Aristocratico Optimates, nec non in statu Democratico Populus sub diversa consideratione Imperium dare & exequi valeat, explicatum est.

### §. III.

## *Summa Potestas à Civitate vel toti Corpori reservatur, vel immediatè in unum aut paucos transfertur.*

124 Cum juxta num. 116. Et seq. ab Auctore societatis Civilis nec Status Monarchicus nec alias fuerit, positivè & præceptivè determinatus, liberum est cinqüe Civitati, unum ex tribus statibus, qui moribus, indolitioni, vel tempori magis placuerit, assumere, itaque Potestatem Summam aut toti Corpori reservare, ac Statum Democraticum hōc modō introduce te; aut in unum (ut contingit in efformatione Status Monarchici) aut in paucos (sicut accidit in constitutio ne Status Aristocratici) transferre.

125 Quamobrem Summa Potestas, in ordine ad Rempublicam expensa, quantum ad omnes, unum, aut paucos constringitur, immediatè provenit à Civitate. Ita cum supra citatis Authoribus num. 113. docent Covarruv. pract. quæst. cap. I. num. 6. Sotus de J. Et J. lib. 4. q. 2. art. 1. & alii, quos refert & sequitur Suarez in defens. fidei d. lib. 3. cap. 2. num. 10. contra Petrum de Marca de Concord. Sacerdot. Et Imp.

lib. 2. cap. 2. à num. 1. Hornium de Croit. lib. 2. cap. 1. §. 4. Et seqq. Zieglerum de Jurib. Majest. lib. I. cap. I. §. 46.

Huic assertiohi jam paravi viam in lib. I. cap. 2. num. 183. ubi ad constituendam Civitatem desideravi conventionem seu mutuam voluntatem eorum, qui coēunt in Civitatem, de statuenda deinceps forma Regiminis: hōc ipsō namque, quod forma Regiminis à civibus sit decernenda, consuetaneum est, Summam Potestatem ab ipsam Civitatem, quæ formam immediatè determinat, in unum aut plures immediatè devolvi; argumento ex Lege Regia, quæ Populus Romanus olim omnem Potestatem in Principem transtulisse legitur in l. I. ff. de Constit. Princ. deducto. Rationem seu confirmationem superaddit Suarez d. cap. 2. num. 13. quia, si DEUS immediatè Summam Potestatem conferret Regibus aut Optimatibus, deberet hoc fieri vel per solam DEI voluntatem, vel ex virtute solius luminis na turæ.

turalis, aut alicujus institutionis Divinæ: neutrum verò accidit in præsenti, dum de Divina voluntate, se solâ absque alterius causæ humanæ intervenitu in Reges aut Optimates Summum Imperium conferente, nihil constat; lumen quoque naturale vel institutio Divina immediatam hujus Potestatis collationem ex hucusque dictis potius Civitati quām aliquibus personis in particulari defert: proinde nil aliud restat, quām ut concedamus, Majestatem in unum vel multos à Civitate transferri.

<sup>128</sup> Rectè hinc allegatur D. Chrysost. homil. 23. in Epistol. ad Roman. ubi exponendô illa verba, *non est Potestas, nisi à DEO, quid dicas*, inquit, *omnis ergo Princeps à DEO constitutus est?* *Istud non dico. Non enim de quovis Principe mibi sermo nunc est, sed de ipsa re, id est, de ipsa Potestate. Quod enim Principatus sunt, quōdque hi quidem imperant, illi verò subjecti sunt; quōdque non simpliciter ac temerè cuncta feruntur, Divine Sapientiae opus esse dico.* Propterea non dicit: *non enim Princeps est, nisi à DEO, sed de re ipsa differit, dicens: non enim est Potestas, nisi à DEO.*

<sup>129</sup> Neque dicas I. Saulem & Davidem Regiam Potestatem non à Populo sed immediatè à DEO accepisse *i. Reg. cap. 10. Et 16.* idque cum aliis etiam Regibus evenisse, testatur D. Augustinus lib. 5. de Civitate DEI *cap. 21.* ita concludens: *quæ cùm ita sint, non tribuamus dandi Regni atque Imperii Potestatem, nisi DEO vero, qui dat felicitatem in Regno Cœlorum sòls piis, Regnum verò terrenum Et piis Et impiis, sicut ei placet, cui nihil*

<sup>130</sup> *injustè placet.* Præterquām enim, quòd ex historia Veteris Testamenti à statu Politico Gentis Hebrææ non liceat semper argumentum tutò petere ad statum Politicum aliarum Gentium, præsertim novi Testamenti: eò quòd Regimen Populi Israëlitici fuerit Timocraticum, ac Divina voluntate, per SS. Paginas luculenter indicatæ, peculiariter ordinatum, velut inter alia patet ex Deuteronom. *cap. 17. v. 17.* ubi prohibentur Judæi *alterius Gentis hominem Regem facere*; cùm tamen ex natura rei & vi ipsius institutionis Summæ Potestatis nihil interficit, an peregrinus aut incola Regni in

P. SCHMID. JURISPR. PUB. UNIVERS.

Regem præficiatur; insuper notandum est discriben inter designationem personæ, & collationem Potestatis Regalis, dum persona quidem à Divina Providentia jam ab æterno prævisa & ad Regimen designata, Potestas autem in personam à Populo translata fuit, prout inclarescit ex *cit. cap. 17. Deuteronom. v. 14.* ibi: *cùm ingressus fueris terram, quam Dominus DEUS tuus dabit tibi, Et possederis eam, habitaverisque in illa, Et dixeris, constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, cum constitues, quem Dominus DEUS tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Conferatur Suarez d. lib. 3. *cap. 3. num 5. Et seqq.*

Neque dicas II. cum Hornio *d. lib. 2. 132 de Civit. cap. 1. §. 10. num. 3.* DEUM, veluti causam Majestatis, abstrahere & præscindere ab omni alio concurrente modo; & in se considerari, quatenus producit Majestatem, non quatenus est conjuncta cum electione & reliquismodis; & non nisi absurdè dici: *DEUS est causa Majestatis mediata*, dum extra DEUM nulla intelligitur alia causa efficiens secunda & proxima, sed uni & soli Numini Maximo potentissimus effectus adscribitur. Resp. enim, <sup>133</sup> quòd, si Majestatem consideremus absolute & in se, præscindendô ab omni subjecto, positivè determinatô, illius sola & immediata causa sit DEUS Optimus Maximus; sin verò Majestas consideretur relativè in ordine ad subjectum, positivè determinatum, non inepte dicatur, illius causam immediatam esse Civitatem, in quam ex §. priori Sapientissimus Author Naturæ Summam Potestatem instar naturalis proprietatis transtulit. Certè, si Do- <sup>134</sup> minus DEUS alicui homini daret scientiam infusam, simulque facultatem indulgeret, eandem, cui voluerit, communicandi, DEUS quidem immediata causa foret scientiæ in primo acquirente; hic tamen quoad alios, in quos inditam sibi scientiam transfundit, causa immediata justè diceretur.


Neque Dicas III. cum Petro de <sup>135</sup> Marca de Concordia Sacerdot. *Et Imp. d. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Patres Concilii Parisiensis Ludovicum Imperatorem officii sui graviter admonere, & juris sui cuique

“**suique reddendi perpetuam voluntatem ab eo exigere, quod Imperium suum DEO ipsi, non autem decessoribus, deberet: nemo Regum (ajunt) à Progenitoribus Regnum sibi admistrari, sed à DEO veraciter atque humiliter credere debet dari, qui dicit: meum est consilium & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo; per me Reges regnant, & Legum Conditores iusta decernunt: per me Principes imperant, & Potentes iustitiam decernunt.** Quod autem non ab hominibus, sed à DEO Regnum terrenum tribuatur,

**136 Daniel Propheta testatur.** Adductis deinde Danielis & Jeremiae testimoniis, addunt iidem PP. hi vero, qui à Progenitoribus sibi succedere Regnum terrenum, & non potius à DEO dari putant, illis aptantur, quos Dominus per Prophetam improbat, dicens: ipsi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi. Quapropter quis, quis ex ceteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus sed à DEO sibi commissum Regnum credit. Multi namque munere Divino, multi etiam DEI permis-  
**137 su regnat.** Nam, quidquid sit de Authoritate Concilii Parisiensis, quod certè non Universale & Oecumenicum, sed particolare seu Nationale extitit: illius PP. rectissime causam & originem Imperii non progenitoribus, sed Divino Numini adscribunt, abstrahendò, sitne DEUS causa immediata vel mediata; sufficere ad suum scopum credentes, si Reges intelligent, Imperium non esse hereditatem suorum antecessorum, circa quam absolutam disponendi habeant potestatem, sed beneficium DEI, à majoribus in posteros legitimā succe-

sione propagatum; & vel ideo juxta institutionem Divinam, ipsius DEI nomine & authoritate, ad salutem & beatitudinem subditorum administrandum.

Neque dicas IV. ad imitationem <sup>138</sup> Ziegleri d. lib. I. cap. I. §. 47. quemadmodum Populus in Ecclesia non applicat Potestatem personæ, sed personam Potestati, eō ipso scilicet, dum eligit; ita & Populum in societate Civili non applicare Imperium personæ, sed personam Imperio, quod conferre scilicet destinavit DEUS personæ ita electæ. Disparitas quippe inter <sup>139</sup> Potestatem Ecclesiasticam & Civilem non una sed multiplex est. Nam Potestas Ecclesiastica provenit à DEO, tanquam libero collatore, nec resultat, quasi proprietas, ex corpore Ecclesie; & hinc non confertur antecedenter Ecclesie, sed illi facultas tantummodo conceditur, eligendi personam, in quam DEUS ex vi & fide suæ promissionis Supremam clavum Potestatem immediatè devolvit. Deinde Potestas Ecclesiastica non tan-  
**140** tū quoad se & absolutè fuit à DEO instituta, sed etiam relativè quoad personam, quatenus Regimen Ecclesie (ita enim cum DD. Catholicis infallibiliter credo) voluit esse Monarchicum, atque ab uno duntaxat Capite gerendum. Denique Pote-  
**141** stas Ecclesiastica neque ante electionem Pontificiam neque post ab Ecclesia vel Collegio Cardinalium limitari aut restringi valet; quod signum haud exiguum est, Potestatem illam ab Ecclesia vel Cardinalibus neutiquam pendere, sicuti à Civitate pendet Potestas Civilis, à qua etiam restringi & limitari potest, uti jam supra in divisione Majestatis in absolutam & limitatam ostendi.



CA-

## CAPUT II.

### De Modis acquirendi Summam Potestatem.

**Q**uemadmodum in lib. 1. cap. 2. num. 181. & seqq. pro modo constituendi Civitatem assignavi factum seu pactum humanum, expressum aut tacitum; ita pro modo constituendi vel acquirendi Summam Potestatem juxta connotalem rei exigentiam & connexionem ejusmodi pactum, expressum aut tacitum, assigno, prout ex dictis ibid. num. 182. & seq. ubi pactum subjectionis & quæ ac constitutivum formæ Regiminis explanavi, manifestum evadit. Neutquam refragantibus iis, quæ hac in parte Hornius de Civit. lib. 2. cap. 1. § 19. opponit: nec enim, ut ille putat, liberum est Civitati seu Populo, quam semel in unum aut plures contulerunt, Potestatem, revocare, sed valet & viger illud non ex Jure positivo duntaxat, sed ex Naturali præcepto desumptum broradicum: quæ ab initio erant liberæ voluntatis, postea, dum semel constituta sunt, fiunt necessitatis. Quia verò ipsam pacta, quibüs Imperium defertur, nonnunquam variant; ideo majoris claritatis gratiâ in hoc cap. de variis modis acquirendi Summam Potestatem agere constitui.

### SECTIO I. De Electione & Successione.

#### SUMMARIÆ.

1. Primus modus acquirendi Summam Potestatem est electio in Statu Monarchico & Aristocratico.
2. & seq. Ita ut præsumptio fieri pro electione.
4. Designantur electores.
5. & seq. Tres electionum species adnotantur.
7. Electio, in una familia dimicata, non infert necessitatem, manendi in ea.
8. Nisi aliud sit statutum.
9. Forma electionis describitur.
10. & seq. Potest etiam fieri per sortes.
12. Regnum debet ante electionem vacare, nisi vivente Rege aliquis in Successorem assumatur.
13. Quæ præsumptio quendam dicetur adoptio.
14. Regnum successivum sit electivum, extincta familiâ Regnatrixe.
15. & seq. Aut Rege proper delittum à Regno simpliciter hereditario, dejecto.
17. Secundus modus acquirendi sceptri est successio; qua duplex, alia hereditaria.
18. Virgens in Regno patrimoniali, aut ubi Populus specialiter eam introduxit.
19. Coarctata tamen ad descendentes ex sanguine Regis.
20. Servas ordinem succedendi, in Regno receptum.
21. & seq. Non admittit divisionem.
23. & 24. Admitit etiam collaterales.
25. & seq. Excludit spurious.

27. & seq. Quidquid contradicat Hornius.
29. & seq. Excludit etiam adoptivos.
31. Prefere masculos feminis.
32. Etiam si masculi descendants ex feminis.
33. & seqq. Observat ordinem astatis, & primogenitos ceteris anteposuit.
36. & seqq. Non obstante Hornii oppositione.
39. & seq. Privatum patrimonium cum Regio commisceris non debet.
41. Alia successio est gentilicia.
42. Vel linealis.
43. Vel non linealis,
44. Vel cognatica.
45. Vel agnatica,
46. & seq. In utraque linealibus est primogenitura.
48. & seq. Nati ante Regnum præcedunt natis post Regnum.
50. Non admittitur exhereditatio.
51. Nisi quis in Regni perniciem aliquid machinetur.
52. Aut plane fuerit inhabilis.
53. & seq. Ad primogenitum spectant omnia bona.
55. & seqq. Liberis secundogenitis debetur apagnitum.
58. & seqq. Moverat quæstio, quisnam sit Index super controversa successione?
61. & seq. Judicium verè tale Regibus viventibus non competit.
63. & seqq. Neque Populo.
68. Indicium inoproprietate Populo simul & Regi competit.
69. Si nequeant convenire, funderetur arbitrium.

## S. I.

## De Electione.

**I**ntr modos acquirendi Summam Potestatem statuo I. *Electionem*, non quidem pro Statu Democratico (in hoc enim, cùm idem Populus regat & regatur, nulla contingit Imperii immutatio, sed, quādiu manet Populus per subiecta, sibi invicem continuò succendentia, manet etiam Imperium penes totam Civitatem, nisi, mutatā voluntate, Regimen aliud introducere placuerit) sed pro Statu Aristocratico & Monarchico. Siquidem non Reges tantum, verū etiam Optimates assumi possunt & solent ad Regimen per eos, qui suffragii jus habent; adeò ut, si per legem aut consuetudinem nihil aliud statutum noscatur, electionis causa semper potior habeatur, veluti contra Hobbesium *de Cive cap. 7. §. 15. Et seqq.* optimè tenet Böhmer *in Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. I. cap. 3. §. 32.* Huber *de Jure Civit. lib. I. sect. 7. cap. 4. à num. 39.* quia nempe præsumi non debet, libertatem eligendi, quæ maximō pretiō aestimatur, unicā aut iteratā electione perdi, sed magis credi, Regnum imposterū non aliō modō in unum esse transferendum, ac quō retractō tempore erat translatum.

**4.** Dixi: *Reges & Optimates assumi per eos, qui jus suffragii habent.* Jus autem suffragii totus habet Populus, cives nempe, seu membra Civitatis, in qua fit electio; præterquā si Populus, evitandæ confusionis gratiā, jus suffragii Legatis quibusdam deferre, aut in perpetuum certo hominū in Ordini relinquere velit; uti possessoribus rerum immobilium in Frisia; Nobilibus in Polonia; certis Principibus, quos Electores salutamus, in Germania collatum esse, non ignoramus. Huber *de Jure Civitat. d. lib. I. sect. 7. cap. 5. §. 2. Et seqq.*

Tres electionum species vulgo memorari, notat idem Huber §. 15. quarum prima intra certam familiam; altera ad Nationem unam restringatur; tertia nullō terminō circumscripta sit; atque hanc tertiam in dubio locum

habere, in §. 16. subnegetit, si una ex prioribus introducta per manifestam exceptionem non probetur. Imò de prima nullum exemplum extare, affirmat, fortè quod integrum sit Populo, etiam, ubi ex certa domo eligendus est Rex, descendentes Regios justis ex causis præterire. Böhmer *cit. cap. 3. §. 33.* Quamobrem, tametsi longā & continuā quasi serie semper ex una familia fuerit electus Princeps, veluti quondam in Imperio Romano cum Saxonie & Suevia Ducibus observatum, & hodiecum cum Serenissimis Austriae Archiducibus, non sine evidenti totius Orbis Germanici utilitate observari conspicimus, liberum tamen arbitrium manet, etiam ex alia stirpe, vacante Imperio, in alium suffragia conferendi. Besold. *I. Polit. §. n. 35.* Quòd si tamen alicubi vigeret talis eligendi ratio, ut Regnum quidem ad defuncti filios devolvatur, Populiverò Procerumve consensus, antequā filius succedat, intervenire debeat, consensum hunc vim suffragii negativi eatenus habere; tradit Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 7. §. 6.* ut declaretur, an quid reperiatur in descendente, quò minus ascendentis successor esse queat.

Forma electionis Monarchicæ vel Aristocraticæ ex cuiuscunque Regni vel Republicæ legibus & moribus est petenda; &, ubi speciale quid ordinatum non fuerit, prævisè attenditur ad numerum, ut, cùm exitus vix alias occurrat, majoritas suffragiorum præcellat; habitā tantum præsentium, non etiam absentium, consideratione. Huber *de Jure Civitat. d. lib. I. sect. 7. cap. 5. §. 19.*

In eo solum aliqua difficultas latere videtur, utrum electio Maiestatica per sortes fieri possit? Rejiciunt enim nonnulli hunc eligendi modum, quod periculosem sit, tantum negotium committere duci, cœco, erranti, ac deflectenti sæpenumerò ad parum idoneos, nec dignum ab indigno discernerenti. Verū tamen suppetunt exempla non pauca apud Knichen Oper.

*Oper. Polit. p. 1. lib. 2. cap. 1. tb. 11.* quòd electiones aliquando per sortem fuerint celebratæ; possuntque hodie dum in casu rario ex causa prægnante celebrari, quando v.g. duo aut plures extant eligendi, meritis & prærogatis vis pares; aut quando electores inter se discordant: ipsamet S. Scripturâ sortis usum non improbante, veluti patet ex *Prov. cap. 16. v. 33.* ibi: *sortes mituntur in finum, sed à Domino temperantur.* Horn. *de Civit. lib. 2. cap. 9. §. 5. n. 2.* Et 3.

12. Antequam verò procedatur ad electionem, Regnum vacans sit, oportet; nisi, volente aut procurante Principe Regnante aliis in Adjutorem certumque Regni Successorem assimatur; quod non raro apud Romanos accidisse, patet ex *Tacito 12. Annal. 25.* ubi Pallas Clodium stimulâsse refertur, *consuleret Reipublice, Britannici pueritiam robore circumdaret.* Sic apud *Divum Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos: à Tiberio, super propriam stirpem, Germanicum assumptum.* Se quoque accingeret, juvne partem curarum capessituro. His evictus, pergit Tacitus, biennio majorem natu Domini tunc filio anteponit. Et hanc assumptionem vocabant adoptionem, velut ex hoc loco Taciti & *I. Histor. 16. 2.* Et 3. colligitur, ubi Galba, finitâ Juliorum Claudiorumque domo, inquit, optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci à Principe fortitum, nec ultra estimatur: *adoptandi judicium inter-*

*grum, & si velis intelligere, consensu monstratur.*

De cætero, si Regnum aliquod ex 14 antecedentibus partis sit effectum successivum, rursus electivum fieri potest in casu duplici. Primus est, quando familia, in cuius favorem erat introducta successio, cum ultimo Rege totaliter exspirat: censetur enim Populus tamdiu se liberâ eligendi facultate abdicasse, quândiu de familia Regnante surculus aliquis superfuerit; nullô igitur extante surculô, quasi deficiente conditione, prior respirat eligendi facultas; imò cum Summa Potestate reviviscit naturalis libertas, circa Regiminis formam disponendi, quæ libero Populo placita & accepta videntur. Besold. *d. l. §. 8. num. 43.* Secundus est, quando Rex propter delictum amittit Regnum: tunc namque, si Regnum simpliciter sit hæreditarium, non tantum possessor delinquens, sed etiam hæredes, jure Regiò excidunt: quia Successores hæreditarii nequeunt jus ab Antecessore amisum, in se transferre. Aliud obtinet, 16 si Regnum sit gentilitium, utpote in quo jus succedendi non ab ultimo Imperante, sed à Lege primæva, posteris Regiis successionem consignante, derivatur. Huber *d. cap. 5. §. 32.* Etsi iudicem, amissionem Regni ex delicto vix aliter evenire posse, quâm si fuerit sub lege commissoria delatum; conformiter dictis in *cap. 1. à num. 85.*

## S. II.

### De Successione Hæreditaria.

17 **I**nter modos acquirendi Summam Potestatem statuo II. Successionem, quæ duplex, alia hæreditaria, alia gentilitia. *Hæreditaria est, quæ dependet ex arbitrio Regnantis, cui liberum est, circa Regni Successorem disponere, ac vel suos hæredes vel extraneos, mares æquè ac foeminas, nec minus legitimos quam illegitimatos designare, aut etiam, si plures sint hæredes, Regnum inter eos distribuere.* Huber. *de Jure Civit. lib. 1. sect. 7. cap. 6. num. 4.* Id quod accidit in Civitate, quam in *lib. 1. cap. 4. num. 8. patrimo-*

P. SCHMIER JURISPR. PUPL. UNIVERS.

niale nuncupavimus; aut in Regno, quod Populus cum jure constituendi Successorem in Principem absolutè transtulit. Grot. *de J. B. lib. 2. cap. 7. §. 12.* varia allegans exempla; Besold. *Polit. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 3.* Et seqq. afferens, hanc succedendi rationem, olim frequentem, & pleraque Hispaniæ Regna paternô testamentô jure que hæreditario fuisse delata.

Quodsi contingat, Regem ab integrato decedere, ac voluntatem suam de Regni successione non declarâsse, recurrit ad voluntatem ejus tacitam, quæ

- quæ talis esse præsumitur, ut, sicut in privato patrimonio liberi potius quam extranei naturali ratione succedunt, ita & Principatum, sudore forsitan, labore, ac sanguine defuncti partum, non ad alienas manus, sed ad descendentes ex suo sanguine transferatur, atque ita defunctus non tam genitum ex se, quam Regnante, in quo etiamnum supervivere censeatur, relinquit. Grotius d. l. §. 3. Hornius de Civit. lib. 2. cap. 9. §. 15. num. 11. Et seq. 20 Unde & ordo succedendi ab intestato, Legibus positivis alioquin præscriptus in tali Regno, sortitur locum, præterquam quoad aliqua, in quibus incolumentis Reipublicæ ab ordinariis regulis tantisper jubet deflectere, veluti statim indicabo. Pufendorf de J. N. lib. 7. cap. 7. §. 11. Clariss. D. Stapff de Majest. cap. 3. §. 27. Et 38.
- 21 Habet nimirum Successio in Regnis hæreditariis speciale I. quod, si plures sint fratres aut hæredes, eodem gradu distantes à defuncto, Regnum non dividatur: nam, ubi Regnum instar privatæ rei in multos dividitur, neque illius splendor aut dignitas propagari, neque contra potentes adversarios defendi; neque concordia inter Regnantes diu foveri; neque amor & reverentia subditorum erga Imperantes in vigore conservari potest. Firmius enim futurum esse Regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter filios divideretur, ait Justinus lib. 21. Grotius d. lib. 2. cap. 7. §. 14. Pufendorf d. lib. 7. cap. 7. §. 12. Böhmer in Introd. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 3. cap. 4. §. 22. Huber. de Jure Civit. d. lib. 1. sect. 7. cap. 6. 22 à num. 36. & cap. 7. num. 7. Et quamvis Hornius d. l. §. 9. num. 2. Et seqq. ostendere conetur, Regna, præcipue majora, aut dividi, aut simul à pluribus administrari posse: negare tamen non audet, plurimum decedere auctorati & potentiae, quando distrahitur Regni Corpus, & in plures distinctis auspiciis confertur: ex quo conjectura non mediocris eruitur, Regem, qui dispositionem de Regno non fecit, haud voluisse, ut post mortem suam per divisionem Regnum destruantur, & vel plura efficiantur Regna, vel forma Regiminis immutetur.

Habet speciale II. ex Opinione.<sup>23</sup> Grotii d. l. §. 15. Pufendorfi d. §. 12. Bœcleriad Grot. d. l. quod, si Regnum ex voluntate Populi sit factum hæreditarium, successio tantum competat descendantibus à primo Rege: ea enim familia ob nobilitatem electa cernitur, eaque finita Regnum ad Populum, qui respectum ad illam familiam unicè creditur habuisse, revertitur. Quade re Curtius lib. 10. cap. 4. annotavit, in eadem domo familiique Imperii vires remansuras esse: hæreditarium Imperium stirpem Regiam vindicaturam: assuetos esse ipsum nomen colere, venerarique: nec quempiam id capere, nisi genitum, ut regnaret. Aliter autem opinatur.<sup>24</sup> Huber. d. cap. 7. num. 15. Et seqq. si Regnum quis pro se & suis hæredibus accepit: tunc enim proximos cuiusque Regnantis hæredes non exclusos esse, judicat: nam, qui Regem ita constituit, ut successionem hæreditarij jure deferat, si maximè testamentarios hæredes exclusisse videatur, alios tamen consanguineos vocasse præsumitur: quippe restrictio hæredum ut ad solos descendentes à primo Rege fiat, id profectò est, vim verbis inferre manifestam. Sic ille.

Habet speciale III. quod apud Nationes, saltem honestatis amantes, liberis, ex illegitimo thoro procreatis, opponatur exceptio, quam Jepheth spurio sui fratres opponebat Judic. 11. v. 2. hæres in domo patris nostri esse non poteris: quia de altera matre (quæ nempe uxor legitima non erat) natus es. Est nempe Venus extravagans<sup>25</sup> non solum probroso libidinosis parentibus, sed etiam soboli, inde progenitæ, utpote paternæ maculam incontinentiæ continuò repræsentanti: proindeque cavendum, obliquò maculæ ne sanguine Regnum, ut canit Lucanus: nihil dicendō, quod certitudo patris, quem justæ nuptiæ non demonstrant, aut dubia sit, aut nulla, ubi concubitus erat cum pellice. Ea de causa apud Livium decad. 4. lib. 9. cap. 38. legitur de Demetrio. Regnum ei post mortem patris destinabant: nam, et si minore ætate, quam Perseus esset, hunc tamen justa matre, illum pellice ortum esse: illum, ut ex vulgata corpore genitum, nullam certi patris notam

*notam habere: hunc insignem Philiippi similitudinem præferre.* Grotius d. cap. §. 16. Vitriar. ibid. quest. 44. Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 1. cap. 3. tb. 6. Kuchenbecker in not. ad Hornium lib. 2. cap. 9. 27. §. 17. num. 1. Contrarium rursus tenet idem Hornius d. §. num. 2. Et seqq. nec arcendos à Sceptro censet illegitimos, præfertim qui naturales tantum ac vulgo quæsiti non sunt: eò quòd apud Principes Supremos nulla oritur ex illico congressu infamia, pos sitque macula natalium spongìa legitimationis abstergi. Sed demus, Principibus Supremis nullum inferri civilem notam ex nothis; discrimen tamen inter legitimos & illegitimos liberos ex communi sensu & consensu Jure Naturali introductum; illique tantum pro legitimis apud plerosque Populos æstimantur, qui nascuntur ex individua vitæ consuetudine, adeò ut, qui aliter explicaret, stylum omnibus sæculis, toto Orbe receptum, juxta citatum Vitriarium negaret. Nec temerè credendum est, Principem Supremum, nisi clariora adsint testimonia, ac æquò v. g. jure & affectu natos ex uxore & concubina dignetur, differentiam inter sobolem legitimam & illegitimam mediâ legitimatione tollere velle, quādiu differentiam inter conjugem & pellicem non tollit. Plura de legitimatione tradit Knichen d. l.

29. Habet speciale IV. quòd excludantur liberi adoptivi, qui, cùm sanguinem Regium haud participant, extra-neorum loco reputantur; nec magis ad successionem habiles censentur, quā coeteri, extra familiam procreati. Grotius d. §. 16. Vitriar. quest. 45. 30 Pufendorf. d. cap. 7. §. 12. Alterius tamen placiti defensor est Huber. d. lib. 1. sect. 7. cap. 6. num. 56. & adoptivos liberos, quos expressè defunctus pro filiis adscivit, ex illa clara voluntate, non alio jure, quā reliquos naturales liberos esse habendos, contendit. Cui in Regno quidem patrimoniali, de quo ex instituto loquitur Huberus, deferri potest: at in Regno, quod Populi voluntate hæreditarium est factum, ea ipsius voluntas extitisse à laudatis DD. conjicitur, ut in naturalem

Regis stirpem transferatur Regnum, &, eā deficiente, facultas de secutura Regiminis forma disponendi redeat ad Populum.

Habet speciale V. quòd, si fœminæ alicubi ad successionem admittantur, masculis, esto ætate minoribus, præferantur: cùm & naturalis conditio sexum masculinum, ceu præstantiorem, fœmineo, tanquam infirmiori, præferat; & ratio politica, quæ familiæ perpetuitatem exposcit, filias, ex quibus interitus & occasus familiarum oritur, filiis postponat. Grotius d. l. §. 17. Boëcler. ibid. Huber. d. cap. 6. n. 37. & cap. 10. n. 10. Quin & si fœmina cum mare, ex fœmina descendente, v. g. neptis ex filio cum nepote ex filia concurrat, masculus & nepos ante fœminam & neptem admittitur: quoniam jus representationis capacitatem quidem succedendi tam nepoti quām nepti tribuit, qualitatem tamen sexū, in masculo repartam, non supplet: & inde, licet neque nepos ex filia neque neptis ex filio familiam propaget, ratio nihilominus, ex præstantia sexū presumta, prævalet, ac nepotem nepte potiorem facit. Grot. d. l. §. 18. n. 2. D. Stapff d. cap. 3. §. 34.

VI. quòd, si plures extent liberi, ætatis fiat consideratio, illeque, qui major seu primogenitus est, jus potius obtineat in successione: cùm enim ex una parte juxta num. 21. Regnum commodè nequeat dividi; ex altera verò parte salus & incolumitas publica plures in uno Regno Reges non admittat: consequens & maximè condecens est, ut unus anteponatur cæteris, & nominatim ille, cui favet Natura, nascendi simul & regnandi sortem indulgens. Estque hæc ætatis prærogativa ipsiis Imperiorum initii coæva, & apud omnes præmodum Gentes, Ægyptios, Moabitas, Albanos, Græcos, Athenienses, Trojanos, Persas, Numidas, Gallos, Hispanos, Scotos, Anglos, Gottos, Wandalos, &c. introducta; sacris etiam Paginis neutram incognita, uti relucet ex libro Genes. cap. 25. vers. 31. Et seqq. de Jacobo & Esau, è quibus hic illi primogenitum vendidit; ex lib. Exodi cap. II. v. 5. Z 2 de

de Ægyptiis, de quibus refertur: morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus &c. ex lib. 3. Reg. cap. 2. vers. 15. de Adonia, qui, tanquam primogenitus, dicebat ad Betsabee matrem Salomonis: *tu nōsti, quia meum erat Regnum;* ex libro 4. Reg. cap. 3. vers. 27. de Rege Moab, qui accipiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum. Ut meritò Xenoph. lib. 8. Cyriped. scripsérunt, esse apud universos homines institutum, ut maximus natu liberorum obtineat Principatum; & justè Justinus lib. 40. jus primogenituræ Jus Gentium appellaverit; & lib. 2. de primogenito Darii scripsérunt: *Artabazanes maximus natu etatis privilegio Regnum sibi vindicabat: quod & ordo nascendi, & Natura ipsa Gentibus dedit.* D. ab Andlern in Corp. Constit. Imperial. verb. Primogenitus num. 1. & 2. Ludolph. de Introd. Jur. primogenit. part. general. aphor. 5. Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 1. cap. 3. tb. 6.

3<sup>6</sup> Hæc omnia fatetur Hornius sæpe cit. lib. 2. de Civitat. cap. 9. §. 7. num. 2. & seqq. tanquam rem in vulgus notam; prolixam verò inquisitionem movet in rationes, quæ primogenito Regale Sceptrum asserunt; &, postquam in §. 8. & seqq. neque Jus Naturale, Divinum, aut Gentium; neque jus sanguinis ad hoc efficax agnoscit; tandem in §. 15. num. 1. & seqq. ad electionem primævam & pactum expressum, inter Principem & Populum de

successione primogeniti conceptum; recurrit; & in num. 12. ad præsumptio- 37 nem naturalem in casu, quō nihil de successione dispositum est, configuit, quod nempe primogenitus, si nemo aliis filiorum nasceretur, unus erat, cui maximè collatum Regnum optaret pater: & eō ipsō, quō natus solus est, eum statim videtur nominare hæredem, ne, si aliquid humanitus accidat, ad extraneum devolvatur imperandi Potestas. At certè opus non videtur tam longâ indagine, quando in hoc convenimus, ex præsumpta Imperantium voluntate primogenitum in Imperio succedere; eamque voluntatem Jure Naturali, Divino, & Gentium seu firmari, seu adjuvari; sive deinde hoc Jus præceptivum, permissivum, aut declarativum appellare placeat.

Debeátne, qui succedit in Regno 39 hæreditario, privatum patrimonium unàcum patrimonio Regio acceptare; an verò posterius à priori separare valeat? Dubitare licet, si, quæ Jure Romanô circa privatorum hæreditates disposita sunt, etiam in Jure Publico Universali procederent. Sed quia 40 interest Reipublicæ, Regnum ob debita forsan, ab Antecessore relicta, non destitui Successore; Populus tacitâ voluntate ordinâsse creditur, ut, qui privatum defuncti patrimonium occupare detrectat, eō repudiato, patrimonium Regium duntaxat recipiat. Grot. d. lib. 2. cap. 7. §. 19. Vitriar. ibid. quest. 50. Stapff ubi supra cap. 3. §. 36.

### S. III. De Successione Gentilitia.

4<sup>1</sup> **S**uccessio Gentilitia seu Legitima est, quæ non dependet ex libera Regnantis voluntate, sed Lege aut consuetudine, certo generi ac familia successione in Imperio deferente; adçò ut omnes, qui descendunt ex illo genere vel familia, jus quoddam succedendi obtineant, sive ipsorum voluntate non auferibile. Grot. d. L. §. 22.

4<sup>2</sup> Est duplex, alia linealis, alia non-linealis. *Linealis* dicitur, quæ secundum ordinem & prærogativam lineæ ordinatur, ita ut non tam jure repræ-

sentationis & subitionis in locum defuncti (hæc enim non attenditur) quam jure transmissionis Regnum quasi jam delatum ex providentia aut pacto majorum transeat de linea primogenita ad lineam secundogenitam; & ubi semel ingressa fuit unam lineam, in ea permaneat, usquedum penitus fuerit extincta; quæ etiam ex causa aliquo nomine *primogenitura* nuncupatur. Grotius d. l. §. 22. num. 1. Vitriar. d. l. §. 52. *Non-linealis* vocatur, in qua 43 ordo & prærogativa lineæ non attenditur;

ditur; eaque, si ad successionem vocentur, qui ex tota ultimâ Regnantis domo ætate maiores aut seniores sunt, *Majoratus* indigitatur. *Vitriarius* *ibid.*  
§. 53.

44 Utroque successio rursus abit in cognaticam & agnaticam. *Cognatica*, quam alias *Castilianam*, id est, in Regno Castilie quondam usitatam, dicunt, est, ubi respectus habetur etiam ad cognatos, & sic tam foeminæ quam masculi, per lineam foemininam conjuncti, succedunt; hac tamen cum limitatione, ut &, quamdiu masculi extant de familia & nomine defuncti, foeminæ earumque descendentes à successione removeantur; & filia ex filio præferatur filia ex filia, uti & filia ex fratre filio ex sorore anteponitur. *Covar. pract. quest. cap. 38. Grot. n. 8. d. l.*

45 *Agnatica*, quæ & *Francica*, quod fuerit in Regnum Franciæ inventa, nominatur, est, ubi respectus ad solos habetur masculos, idem nomen & insignia cum antecessore participantes, ut Regia Dignitas intra familiam, per solam stirpem masculam legitime propagandam, conservetur. *Grotius d. l. §. 23. Guilielm. van der Muelen ibid. in comment.*

46 Ad utramque successionem linealem à fortiori pertinent ea, quæ à n. 21. de successione hæreditaria sunt dicta: ultra quæ notandum I. in primogenitura, de qua in num. 41. tam quoad successionem agnaticam quam cognaticam id observari, ut non habeatur respectus ad proximitatem gradus aut privilegium ætatis, sed præcisè attendatur lineæ prærogativa; sive in agnatica, donec descendens masculus extat, cæteri agnati removeantur, ideoque nepos aut pronepos ex filio primogenito excludat filium secundogenitum; & in successione cognatica neptis aut proneptis ex filia primogenita filiam secundogenitam submovet. *Grotius d. l. §. 30. n. 1. D. Stapff d. cap. 3. §. 39. Et seqq.* Cujus ratio est: quia in successionelineali mortui pro vivis habentur in hoc, ut in liberos transmittant: adeoque nec ætas nec gradus nec sexus faciunt, ut linea dese-

47 ratur. Enimverò quilibet primogenitus lineam sibi constituit, statim.

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

que, ac natus est, secundogenitum ejusque lineam in jure succedendi præcedit: consequenter, licet moriatur, jus suum in descendentes suæ lineæ transmittit, illosque potiores facit & secundogenitô & totâ ejus lineâ; velut eleganter ostendit Guilielm. van der Muelen in *comment.* ad *Grot. d. l.*

Notandum II. filium aut filiam in 48 Regno lineali jure primogenituræ succedere, esto, antequam Regnum ad defunctum pervenerit, ille vel ista procederit in lucem: quia statim, ac pater adipiscitur Regnum, soboles, ante nata, incipit esse Regia, ac Regiæ successionis capax; hancque succedendi facultatem non amittit, si liberi post Regnum jam acquisitum superveniant: consequenter primogenituræ favorem ante liberos, posteā editos, meretur. *Grotius d. l. §. 28. ubi asseverat*, hanc sententiam obtinuisse in Perside inter Cyrum & Arsicam; in Iudea inter Antipatrum Herodis magni filium & ejus fratres; in Hungaria, cum Geissa Regnum adiit; & in Germania, non sinè armis tamen, inter Ottонem primum & Henricum. Subscribunt præter *Commentatores Grotii Vitriar. quest. 61. van der Muelen ad cit. §. 28. Hornius d. lib. 2. cap. 9. §. 16. num. 2. Kuchenbecker ibid. in not. n. 1. Knichen Oper. Posit. lib. 2. p. 1. cap. 3. tb. 6.*

Notandum III. masculos aut foeminas, jus succedendi gentilitium habentes, à Patre Rege in testamento præteriri, exhaeredari, aut aliò modò à Regno excludi non posse: quia illud non tam paternô quam avitô beneficium ex jure, per primævam successionis ordinationem ad omnes posteros destinatò, atque in Regio sanguine radicatò, nanciscuntur. *Grotius d. l. §. 25. inf.* quoad Regna hæreditaria distinguens, ac exclusionem in patrimonialibus, non autem in aliis admittens; de quo Guilielm. van der Muelen *ibid. in comment.* Interim etiam in Regnis, gentiliis præteritio & exhaeredatio à multis conceditur, quando filius crimen notorium commisit, non qualunque, sed tale, quod tendit in Regis aut Regni perniciem: nec enim primogenito ex originaria institutio-

A a

ne

me aut conventione Populus successione sortem aliter contulisse præsumitur, quām si publicæ saluti studeat, & patris animum in tyrannidem non transmutet. Vitriar. ad Grot. d. l. q. 57.

52 Horn. d. cap. 9. §. 15. num. 4. & seqq. ubi idem docet de filio ad moderandum Principatum inidoneo, veluti si demens fuerit: tunc enim secundogenitum anteponendum esse, suadet utilitatis publicæ ratio, quam in decreto successionis Populus unicè consideravit. Consentit Clariss. D. Staph. d. l. §. 35.

53 Notandum IV. ad primogenitum aut primogenitam spectare omnia bona & jura, etiam quæ post Regnum principium, jam acquisitum, unus ex Antecessoribus Regiis cumulavit: quia, ut Authores, de primogenitura scribentes, loquuntur, primogeniti legitima est totus Principatus. Stryck. de Cautel. testam. cap. 5. membr. 2. §. 24. &c., ut rectè differit Georgius Everard. vol. 1. conf. 27. num. 43. & 45. dominia, postmodùm quæsita, statim censentur esse de terra ipsius Principis, qui primogenitaram condidit, 54 perinde ac si initio fuissent: indeque, quidquid sub appellatione Principatus aut Regni, in quo vigeret successio primogenitalis, continetur, ad primogenitum devolvitur, sicuti tradunt Besold. de Successione Reg. §. 37. Ludolph. de Jure primogenit. part. spec. aphor. 10. num. 6. Chlingensperg in Processu Jurid. in causa Succession. Palat. pag. m. 226. & seqq. ubi adducit laudum Imperatorium; & pag. 234. & seqq. ubi refert arbitrium Pontificium in causa successionis, inter Sereniss. Electorem Palatinum & Aureliensem Ducissam interpositum.

55 Notandum V. liberis secundō & ulteriori locō genitīs non quidem tanquam cohæredibus, ut existimavit Grotius d. lib. 2. cap. 7. §. 13. in fin. (nam Regnum primogenito privativè defertur, exclusis aliis, jus aut spem remotorem habentibus) sed tanquam liberis ultimi possessoris ex æquitate naturali sub titulo apanagii assignandam esse portionem talem ac tantam, quæ ipsis in vim alimentorum pro decenti & honorifica sustentatione suffi-

ciat; sive deinde in certa parte Regni; sive in aliquibus bonis stabilibus; sive in certis annuis redditibus aut pecunia numerata consistat: quippe cūm hac in parte nihil certi statui valeat; sed, ubi à Lege, consuetudine, aut ordinatione majorum certa quantitas aut qualitas non fuit determinata, à possessore cum assensu proximorum de familia juxta vires & rationes ac facultates Regni determinari debeat. Conferantur Ludolph. cit. l. aphor. 12. n. 10. & seqq. Springensfeld. de appanag. cap. 7. per tot. Schilter Instit. Jur. Publ. tom. 1. lib. 2. tit. 9. §. 13. Andler Conflit. Imperial verb. Primogenitura num. 25. Vitriar. Instit. Jur. Publ. lib. 3. tit. 20. num. 7. Huber. d. l. 1. sect. 7. cap. 6. num. 33. Guilielm. van der Muelen in comment. add. cap. 7. Grotii §. 13. qui tamen distinguit inter bona Regis propria, & bona ipsius Regni, atque ex his non anteà liberis secundi & ulterioris gradūs appanagium concedit, quām si illa defecerint.

Notandum VI. ortā quæstione de Regni Successore, in Regnis patrimonialibus vix alium Judicem esse, quām Regem viventem. Guilielm. van der Muelen ad Grot. d. lib. 2. cap. 7. §. 27. Quemadmodū enim Rex de tali Regno liberam disponendi facultatem hahet; ita dubium haud est, quin absoluta judicandi facultate polleat. Mortuō autem Rege, si liberi aut propinqui inter se certent de jure ad Regnum, non absimiles sunt illis, qui in statu libertatis naturalis inter se contendunt: cūm æquales, nec Judici, quem reverantur, subjecti esse reputentur: proindeque, ne statim in armis jus querant, aut amicabiliter inter se conveniant, aut arbitrī decisionem controversiae submittant, oportet. Idem ibid. In Regnis aliis non una omnium, sed diversa divisorum est sententia, prout conjicere licebit insipienti Grotium d. cap. 7. §. 27. Vitriarium ibid. quæst. 60. Gronovium in not. num. 33. Pufendorfum de J. N. lib. 7. cap. 7. §. 15. D. Staph. de Majest. cap. 3. §. 55. Ego, ut distinctè exponam, quæ mea sit opinio, supposito, quod nihil in ordinationibus Regni hac in parte dispositum fuerit,

Cen-

- 61 Censo I. per modum Jurisdictionis aut veri iudicij Regi facultatem non competere, controversias de Regni successione dirimendi: quia etiam in Statu Regio, ubi Potestas omnis in Principem transfertur, non competit Principi facultas de iis, quae ei nec fuerunt communicata, nec communicari debuerunt, judicandi; cuiusmodi est materia successionis, ceum modus pervenienti ad Regnum, utpote cum remanserit in statu naturali, atque in Regentem, qui praest Regno non-patrimoniali, nullatenus transierit. Licet non desint exempla Regum, nominatim Darii Hystraspis, inter Artabazanem & Xerxem filios de successione cognoscentis; item Darii Nothi, similem cognitionem inter Artaxerxem & Cyrum minorem exercentis, velut resert supra citatus Gronovius: nam teste Pufendorfi authoritate & meritis suis confisi ampliorem sibi Potestatem hic asseruerunt, quam alias in doles Regnorum liberorum fert.
- 62 Censo II. neque Populo hanc facultatem attribui posse: tum quia Populus, ex quo juxta mox auditam Potestatem omnem in Principem contulit, Jurisdictione veraque judicandi potestate caret: tum quia, si modus adipiscendi Regna remanserit in statu naturali, non video, quae ratione Potestas Civilis, ex qua Jurisdictionis propriique judicii vis pullulat, penes Populum residat: tum quia & Jurisdictione & judicium ex parte illorum, qui sententiam amplecti, eamque recipere & exequi tenentur, supponit veram subjectionem; qualem respectu Populi ne quidem competitores Regni, minus Rex ipse, profitentur: tum quia, si quis ex Regiis Candidatis Regni possessionem apprehendisse supponatur, Populo volente & approbante,

Populus non tam Judicem quam defensorem agere obstringitur; ubi autem id factum Populo dissidentem & reclamante, is in facto proprio iudicium non recte assumit: tum quia, si <sup>67</sup> neuter ex prætentibus Sceptrum occupaverit, nec sponte iudicium Populi agnoverit, huic deficiet Potestas coercitiva, partes litigantes ad partitionem compellendi.

Censo III. dubium de controverso succedendi jure per modum iudicij improprii tum à Rege, tum à Populo, tum à descendantibus Regiis, qui ad successionem aspirant, simul discuti & resolvi debere. Enimvero, cum Regna successoria jus & ordinem succedendi acceperint ex pactione, seu tacita seu expressa, veluti colligitur partim ex hucusque assertis, partim ex lib. 1. cap. 2. à n. 180. pactio autem inter illos, qui in statu naturali reperiuntur, quoad articulos dubios haud aliter quam amicâ eorum & simultaneâ conventione ac compositione discuti & resolvi possit: conjectaneum est, dubium de controverso succedendi jure, tanquam rem, juxta Leges statûs naturalis regulandam, non tantum à Populo, qui Regnum defert; sed etiam à Rege, qui Regnum acceptat, ejusque posteris, parem cum eo causam habentibus, tanquam compacientibus, simultaneâ conventione & compositione discutiendum & resolendum esse. Quodsi Rex, Populus, <sup>69</sup> &, qui Regnum affectant, nequeant in unam conspirare sententiam; nulla quidem obligatio, consilium autem optimum & saluberrimum est, ut, priusquam ad gladium, violentum controversiarum disceptatorem, provocent, arbitros, neutri partium addictos, assensu communi eligant, ac, quod ipsi pronuntiaverint, opere compleant.

## S E C T I O II.

### De Bello, Matrimonio, & Alienatione.

#### S U M M A R I A.

70. Inne modis acquirendi Summa Potestatis statuit bellum. 71. & seqq. Id primorum a precipitorum Regnum causam esse, ex aliquibus

argumentis evincit videtur. 75. & seq. Adfruisur contrarium. 77. Explicatur textus Gen. 6. vers. 4. 78. Exponitur sexens. Genel.

A a 2

Genel. 10. vers. 8. & seqq. 79. Adducitur in  
resterum Justinus. 80. & seq. Bellum eamen ju-  
stum & solenne pro legitimo titulo agnoscitur.  
82. & seq. Non item bellum injustum. 84. Hor-  
nius, belii injusti. Fautor. refutat. 85. & seqq.  
Ipsius principia solidiss fundamentis overemuntur.  
89. Subinde bellum injustum est occasio Summae  
Potestatis, non quidem, quādū minus durat.  
90. & seq. Non aeternā Hornii doctrinā. 92.  
& seq. Sed quando notabile intervallum, quō Po-  
pulus liber injustum invasorem patitur, inter-  
cedit. 94. Medicina corpus non sufficit, nisi  
præsumptiones fortiores accedant. 95. Neque  
sufficit patientia Populi extra Sacrum Menarchi-  
bum, nisi Imperantium derelictio expressa vel  
zacta subsequatur. 96. & seq. Explanantur  
signa tacita derelictionis. 97. Refutatur sententia  
Conringii, existimantis, enim, qui Regnum  
amissum recuperare nequit, illō privari. 98.  
& seq. Refellatur. 100. Inter modos acquirendi

Summam Potestatem fratuerat & quādū marimo-  
nius. 101. Per illud enim interdum maritus  
consequitur Imperium Supremum eum in Regno  
non - patrimoniali. 102. & seq. Consentanea  
Populi. 104. Licet eōdem modo nequeat penes  
uxorem & maritum stare. 105. Sed debeat ab  
uxore abdicari. 106. Sicē Populi consensu ri-  
bile agiuntur. 107. Statuitur etiam inter modos  
acquirendi Summam Potestatem alienatio. 108.  
Quia in Regno patrimoniali libere potest fieri. 109.  
& seqq. Non obstante libertate. 11. In Stato  
Democratice potest etiam fieri, esto Summa Po-  
testas non videtur patrimonialis. 113. Non au-  
tem in Stato Aristocratico vel Monarchico sine  
consensu Populi. 114. ex. seqq. Disapparuit, an  
valeat alienatio partis, ipsa dissensio? 115.  
& seq. Notatur exceptio in causa utilitatis aut ne-  
cessitatis publica. 121. Oppugnatio Summae  
Potestatis est prohibita, & quidem ex duplicita  
ratione.

### §. I. De Bello.

70 **I**nter Modos acquirendi Sum-  
mam Potestatem statuo III. Bel-  
lum, cui primorum & præcipuo-  
rum Regnorum ortus & incre-  
menta deberi, non pauci firmissime  
sibi persuadent. Sic enim, ajunt illi,  
primam Civitatem ædificaverat Cain,  
posteaquā fratrem Abelem paulò  
ante trucidaverat Gen. 4. vers. 8. & 17.  
71 Sic Gigantes, potentes à seculo, & Viri  
famosi, sicuti vocantur Genes. 6. vers. 4.  
non fuerunt alii, quādū Tyranni, per  
aliorum subjugationem ad domina-  
tum eluctantes. Sic Nemrodus, qui  
post diluvium fecit principium Reg-  
ni Babylonici, coepit esse potens in terra,  
& erat robustus venator coram Domino:  
ab hoc excivit proverbium: quasi Nemrod  
robustus venator coram Domino. Gen. 10.  
vers. 8. 9. & 10. Sic Persæ à Roma-  
nis subacti sunt armis, & in servitutem  
redacti: Macedonum Reges Athe-  
niensem Populum, Urbesque, & Asiam  
occuparunt: armis quoque Carthago  
Romanis; tota Africa & Europa, &  
ipsa Roma, Caput Mundi, pressis tan-  
dem cervicibus, Gothorum jugo se ser-  
viliter submisere. Ita Hyppollitus à  
collibus de Princip. cap. 2. lit. c. Böhmer  
in Introdutt. ad Jus Publ. Univ. part. spec.  
lib. 1. cap. 1. §. 14. & seqq. & cap. 2. §. 14.  
& seq. & cap. 3. §. 14. Argutè Ta-  
citus lib. 3. Annal. 26. Vetusissimi morta-

lium, inquit, nulla adbus mali libidine,  
sine probro, scelere, & que sine pena aut  
coercitionibus agebant: neque præmis opus  
erat, cum honesta suæ ingenio peterentur;  
&, ubi nibil contra morem caperent, nibil  
permetum vetabantur. At postquam exxi  
qualitas, & pro modestia ac pudore ambitio  
& vis incadebat, provenire dominationes,  
multosque apud Populos aeternum mansere.

Verum, tametsi historia doceat, 71  
bellò Imperium multis & magnis in  
Regnis ac Rebus publicis esse introdu-  
ctum; attamen bellum nec prima nec  
universalis origo est: siquidem, si re-  
volvere lubeat, quæ jam anteā fue-  
runt adstructa tum de Civitatum ori-  
gine in lib. 1. cap. 2. à num. 151. tum  
de modo constituendi Civitates ibid.  
à num. 180. tum de causa Summae Po-  
testatis hōc librō. 2. cap. 1. à num. 41. lu-  
culentum evadet, spontaneā volun-  
tate primitus in unum coetum plures  
familias convenisse, Imperiove alte-  
rius se suaque obtulisse, non ex alio  
fine, quādū ut civilem inde beatitudi-  
nem caperent. Et, si alicui Histo- 76  
riam Sacram intentius perlustrare allu-  
bescat, Cainus non statim, atque fra-  
trem Abelem interemerat, Civitatem  
ædificavit, sed multis post annis, ut  
dictum in cit. lib. 1. cap. 2. n. 175. & seqq.  
& quidem absque ulla mentione devi-  
bellica, vel antecedente vel subse-  
quen-

77 quentes De Gigantibus, quorum memoria sit in num. 71. eorumque nomine & qualitate diversò quidem calamô scribunt Interpretes, uti. videre est apud Pererium ad cap. 6. Genes. v. 4. & num. 111. Quidquid autem sit, ex eo, quod juxta communem opinionem robore corporis, virium potentia, ac morum immanitate & truculentia se reddiderint famosos & metuendos, neutquam infertur, quod integrum aliquam Civitatem seu perfectam societatem bellô subjugaverint, aut Potestatē Summam inquit Marte sibi asseruerint. Nemrodus prætereà potuit esse potens in terra, absque eo, quod potentiam suam in justis armis extendere occuperit: quandoquidem in SS. Literis Genes. cap. 10. vers. 1. & seqq. diserte narratur, quā ratione per filios & descendentes ex Noëmo Terræ, Insulæ, & Gentes fuerint divisæ; subiuncta in vers. ult. conclusione: *hæ familiæ Noë juxta Populos & Nationes suas. Ab his divise sunt Gentes in terra post diluvium.* Divisio autem est modus ex se pacificus, Terras ac Terrarum Imperia acquirendi. Et ideo Justinus apud D. Augustinum lib. 4. de Civit. DEI. cap. 6. ait: principiō rerum Gentium Nationumque Imperium penes Reges erat, quos ad fastigium Majestatis non ambitio popularis sed spectata inter homines moderatio provehebat. Populi nullis Legibus tenebantur. Arbitria Principum pro Legibus erant. Fines Imperii tueri magis quam proferre mos erat. Intra finem cuique patriam Regna finiebantur.

80. Quintamen bellum, si justum ac solenne fuerit, sit legitimus modus adipiscendi Summum Imperium, vix ullus mortalium dubitaverit: nec enim difficile magis videri debet, Summam Potestatem armis in homines sibi comparare, quam dominium occupatione bellicâ in res, hominibus subjectas, querere; immo, cum victor in bello justo ex Jure Gentium singulos ex hostibus personali servitute sibi valeat subjicere: quid impedit, quod minus universos totamque Civitatem subjectione saltem civili sibi reddat obnoxios? Sicque verum est illud Tertulliani in *Apologet.* *Imperia armis queri, victoriis propagari.*

P. SCHMID JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

Grotius de J. B. & P. lib. 3. cap. 8. §. 1.  
Pufendorf de J. N. lib. 7. cap. 7. §. 3.  
Hornius de Civit. lib. 2. cap. 9. §. 2. n. 3.

At verò, si bellum sit injustum, eam virtutem aut efficaciam planè non habet, ut Supremam Potestatem in vietorem transferre queat: siquidem liberi homines non sunt res nullius, quæ solâ apprehensione primo cedunt occupanti; & ubi semel libertate civili per subjectionem ad unum aut plures se abdicârunt, & alienum Imperium agnoverunt, non potest illud Imperium legitimo possessori ab aliquo tertio violentâ occupatione auferri; sicuti nec aliae res vero domino rapinâ aut latrociniô possunt eripi. Clariss. DD. Waizenegger in *dissert. proœm. ad Jus Publ.* cap. 3. num. 34. & 37. Glete in *Select Jur. Publ.* cap. 3. num. 17. Stapff de *Majestat.* cap. 3. §. 7. Audiamus D. Augustinum d. lib. 4. de Civit. DEI. cap. 4. ubi ita effatur: *remota justitia, quid sunt Regna nisi magna latrocinia?* Et cap. 6. in fin. inferre bella finitima, & inde in cæsara procedere, ac Populos sibi non molestos solâ Regni cupiditate conterere. & subdere, quid aliud, quam grande latrocinium nominandum est? Eadem in modum Scytharum Legati Alexandro M. in faciem audacter dixerunt: *tu, qui te gloriaris, ad latrones persequendos venire, onus Gentium, quas adisti, latro es.* Curtius lib. 7. cap. 8.

Video quidem Hornium l. 1. §. 3. 84 aliâ incidentem semitâ: quantumvis enim in num. 1. & 2. detestetur tum injusta bella, tum eorum consutores & suasores; nihilosecius in num. 3. dicendum planè existimat, injustam quoque occupationem modum esse acquirendi Imperii Majestatici: quippe experientiae nemo contradixerit facile, quæ testatur nimis manifesto, injustis possessoribus plura Regna fuisse subdita. Addit in §. 4. num. 6. concludimus: quoties subditi adeo superati sunt, ut vires habeant nullas resistendi victori, invasor etiam injustus accepisse Imperium solâ victoriâ, sine consensu Populi, intelligendus est, eō ipso, dum constrictam universæ multitudinis potentiam tenet; eidemque vel hoc nomine incolitas debetur, quod victus pepercit. At 85

B b

per-

perniciosa hæc principia Christianis Principibus suadere nolim. Quam parum enim violenta occupatio tribuit dominium rerum privataram; tam parum tribuit dominium aut Imperium rerum publicarum & Supremum Imperium, uti jam prius est insinuatum: quamobrem Alexander M. apud cit. Curtium lib. 8. cap. 8. ipsem fatetur: *non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur.* Apud eundem Curt. lib. 7. cap. 3. Cobares Besso, post mortem Darii Regnum violenter occupanti, *alienum, inquit, habes Regnum, quo facilius eō careas.* Incipies forsitan *justus esse Rex, cūm ipse fecerit, qui tibi ē dare potest Regnum, ē eripere.*

86 Alioquin, si Imperium æquè injusto ac justo victori cederet, saltem ubi Populus devictus ob defectum virium resistere nequit, janua panderetur infinitæ malitiæ, possentque fortiores semper opprimere infirmiores, nec jam, qui jure, sed, qui robore potior est, Imperio potiretur; sicque, sublati omnibus Legibus, DEI, Naturæ, & Gentium, nulla unquam pax, amicitia, aut justitia speranda foret, neque, ut supra meminit D. Aurelius, ulla distinctio inter magna Regna &

87 magna latrocinia subesset. Quod vero nonnulli viam ad Imperia sibi per iniqua straverint arma, in exemplum neutquam est deducendum: nam plurimi ex privatis hominibus ex mammona iniquitatis ditescunt & locupletantur; & tamen nemo dixerit, dvitias modò illicito liceat multiplicari posse. Refert hic S. Augustinus d. lib. 4. de Civit. DEI. cap. 4. appositi dærum cuiusdam piratae, qui comprehensus ab Alexandro M. & interrogatus: *quid ei videretur, ut mare baberet infestum?* Liberè respondens: *quid tibi, inquit, ut orbem terrarum?* Sed quia id ego ex quo navigio facio, latro vocor: *quia tu magna classe, Imperator.*

88 Subinde tamen injustum bellum occasionem præbet, ob subsequentem assensum Populi Summam Potestatem acquirendi; non autem ab eo statim tempore, quod Populus devictus ex metu gravioris mali victoris arbitrio se dedit: nam metus injustus non tantum inficit actiones hominum

privatas, sed etiam publicas, eumque, qui metum intulit, ad restitutionem obligat, etiamsi dominus rei, per vim extortæ, factus esse supponatur. D. Gletle d. l. num. 17. non attentô, quod Hornius d. cap. 9. §. 3. num. 7. iterum obloquatur hisce verbis: Imperium, „quod invasor accepit consensu Populi, non eripuit Populo, sed à DEO in Populum accepit: quod si restituendum foret, DEO, cuius indultu habet, redderet: in Populum non transferret. Siquidem in malo suo supposito, quod nempe DEUS immediata sit causa Majestatis, erroneè pergit Hornius; quin & cùm ipsem Populo tribuat Potestatem, designandi subjectum, in quod DEUS cælitus infundat Majestatem, sufficiet, si isthanc Populo oppressor restituerit: si enim Populus recuperaverit facultatem, liberè designandi Regem, quem voluerit, parum amplius suâ interesse judicabit, sive Majestatem illum suam invasor retineat, sive DEO resigiet. Pufendorf d. lib. 7. cap. 7. §. 4.

Itaque aliquod temporis intervalum, quod Populus invasorem patienter sustineat, intercedat, necesse est; observatô discrimine, an Populus antecedenter in plena libertate extiterit, uti contingit in Statu Democratico; an verò Principis aut Optimatum Imperio paruerit: in primo enim casu Pufendorf mox cit. l. arbitratur, facile esse, ut, cùm Populus æquè in alio quam Democratico Statu fortunatus esse queat, popularis libertatis desiderium digeratur, si Rempublicam novus Rex aut Primores bene gubernaverint: idque etiam ex modici temporis præsentia præsumi posse. Subiungit autem in fine, vitium violentiae ne diuturnitate quidem temporis, quæ alias ad præsumptionem sufficienter, purgari, si quis non solum per vim aut fraudem Imperium invaserit, sed etiam præter crudelem civium oppressionem in manifesta violentia omnes suas rationes collocaverit: quia diuturna possessio nihil aliud notat, quam per longissimum temporis spatium continuatam injuriam. Verum, uti quoad ultimam hypothesin Pufendorf me non invitus conformo; ita quoad

quoad primam eò magis subfisto, quòd Summò Imperiò nihil in orbe præstantius aut pretiosius occurrat: proindeque modici temporis patientia sufficientem abdicationis conjecturam haud substernat; maximè cùm metus non statim purgari soleat, &c, ubi deforbescit antiqua violentia, formido novæ subrepat, vel saltem impressa in subditis reverentia necessitatem parandi extorqueat. Nisi ergo præsumptiones fortiores suffragentur, aut tempus longævum, quod præscriptioni (de qua in sed. seq.) complendæ idoneum sit, accedat, Populus avitam libertatem difficulter amittet. In idem ferè placitum consentire videtur Lymnaeus ad Capitulat. Caroli V. art. 9. pag. m. 177. Et seq.

<sup>95</sup> In casu secundo non sufficit consensus Populi, quantumvis expressus & geminatus, sed aut mors Imperantium totiusque familiae Imperatricis intervenire, aut expressa vel tacita Imperii derelictio adesse debet. Pufendorf d. cap. 7. §. 4. D. Stapff de Majest. cap. 3. §. 7. Quandónam autem tacita derelictio adsit? Insigniter explanat Illustr. D. Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 2. p. 1.

<sup>96</sup> cap. 3. sub num. 36. Videndum nempe, an legiti Imperantes, extrâ Regnum vel Provinciam existentes, nesciant, Populum ab injusto invasore oppressum esse; vel, an sciant quidem, sed ob virium tenuitatem illum aggredi & expellere nequeant; vel, an sciant & possint, ex ignavia tamen & torpore oppressis succurrere nolint. Si nesciant, aut non possint; tacita derelictio neutquam præsumitur: nam & ignorantis nullus est consensus, &, quod contra voluntatem invitum quis patitur, approbare non censetur. Si

nolint; excusationem quidem non merentur; tacita tamen derelictio non subest, nisi planè supina sit negligentia, ac neque contradic̄tio sequatur, neque, cùm parata ad manum essent remedia, apparatus bellicus ad recuperandum, quod ab altero injuste possidetur, Imperium assumatur.

<sup>97</sup> Scio, Conringium apud cit. Pelzhoffer num. 37. aliter sentire, & hanc regulam efformare: quando Imperium Civitatum, quæ salutis publicæ omnium causâ coiverunt, amissum fuerit, id recuperari non posse, si fieri nequeat absque Civitatum illarum sumo detimento; ideò teneri quemvis illarum recuperandarum curam dimittere, imò existimandum, illam dimissam esse. Sed hæc regula coincidit cum opinione Hornii, jam in num. 84. Et seqq. relatâ & reprobata; atque ulterius tum ab Hennigio ad Grot. lib. 2. cap. 4. tum ab eodem Pelzhoffer impugnatur, quòd omni Juri & æquitati aduersetur, cogi aliquem, nullâ suâ culpâ, quæsito jure carere ob commodum tertii, præseruum illius, qui ipsum sínè causa justifica jure illo & possessione nefariè spoliârit. Quaranti, quod suum est, extrinseca sunt omnia, quæ tertius patitur, nec in culpam ejus imputari possunt: quia, qui querit, quod suum est, nullam iniustiam committit. <sup>98</sup> Quòd Provincia & subditi extremum inde detrimentum timeant, nihil id officit justæ recuperationi: damnum siquidem eventurum mala sorte, non Principis noxæ, imputare debent. Nihil iniquum agit, suum qui repetit. Eorum, quæ eveniunt ex accidenti, Princeps causa directa non est. Videatur Lymnaeus in loc. primum allegatō.

## S. H. De Matrimonio.

<sup>100</sup> Inter modos acquirendi Summam Potestatem statuo IV. *Matrimonium*, de quo Africani prudens monitum: uxorem quere, firmamentum familie; & Taciti in *Agricola* callidum effatum, *Matrimonium ad majora nitenti decus ac robur*; propior autem ad pro-

positum est relatio Justini lib. 13. & lib. 1. de Dario, principio, inquietis, Regni Cyri Regis filiam, regalibus nuptiis Regnum firmaturus, in *Matrimonium* recepit, ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum videretur. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 9. Nem-

- 101 Nempe per matrimonium non tantum Imperia patrimonialia, & interdum hæreditaria, sed etiam gentilitia, si cognatica sint, à foeminis, Regni hæredibus, in maritos transferri possunt; quemadmodum monumenta Regnorum Hispaniæ, Angliæ, Sueciæ testatum faciunt. Enimvero, si foemina in Regno succedat, Summa Potestas, contracto etiam matrimoniō, penes ipsam quoad radicem & actum secundum manet; debetque maritus, æquè ac alias, Reginæ conjugis jussa explere, suspensa, quam alias ex coniugio fortitur, maritali Potestate. Huberus *de Jure Civitat.* lib. I. sect. 7. cap. 2. §. 30. & 31. ubi monet, maritum in simili casu non dispari jure, quam Augustæ apud Principes Romanos, uti.
- 102 Nihilominus, consentiente Populo, Reginæ Summam Potestatem marito impetriri potest duplīcī modō; vel ut assumatur in collegam & consortem Imperii; vel ut, honore penes Reginam persistente, ipse solus Imperium administret. Utrovis modō id fiat, vir juxta Huberum d. I. §. 25. Summam Potestatem verè consequitur. At
- 103 104

quia ex dictis in cap. I. à num. 12. Summa Potestas est independens, indivisa, ac incommunicabilis, non poterit in una eademque Civitate penes duas personas, maritum & uxorem, æqualiter & verè consistere; sed penes Reginam v. g. in habitu & radice sit, ac in maritum Regium quoad exercitum transeat, necessum est: quo in eventu verius dicitur, maritum esse Magistratum, Regiæ tamen præminentia participem; uxorem vero Reginam esse, Majestate ac Summa Potestate decoratam. Nisi supponere velimus, quod uxor Summam Potestatem à se penitus abdicet, & in maritum privatè referat; prout fieri posse, afferit Hornius lib. 2. cap. 9. §. 18. num. 4.

Dixi: *consentiente Populo.* Nam Populo dissentiente forma Imperii, semel constituta, nullatenus immutari, vel extra familiam Regiam in maritum, ceu extraneum, transferri, vel ita circumscribi potest, ut difficuler discernatur, quisnam in Regno Majestate fulgeat, maritus, uxor, an conjux uterque. Huber. d. I. §. 24.

### §. III.

#### *De Alienatione.*

- 105 Inter modos acquirendi Summam Potestatem statuo V. *Alienationem,* quâ Summa Potestas ab uno subiecto transit ad aliud, sive per actum ultimæ voluntatis, sive per actum inter vivos, puta venditionem, permutationem, donationem, infederationem. Quod an fieri possit? Scire interest, sitne Potestas Summa patrimonialis;
- 106 107 annon-patrimonialis. Summa Potestas patrimonialis liberè à Principe per explicatos actus in alios transferri potest, perinde ac res alia, in patrimonio existens, ut supra in lib. I. cap. 4. à num. 8. & paulò ante in num. 18. indicatum est. Cujus rei & exempla permulta extant tam ex S. Scriptura 3. Reg. 3. ubi Rex Salomon Regi Phoenicum Hiromo dedit urbes viginti; quam in historia prophana, uti videre est apud Grotium lib. I. cap. 3. §. 12. n. 4.

& seqq. & ratio nulla, qua alienationem submoveat, refragatur.

Nec obstat, quod homines liberi non reputentur esse in commercio: nam, ut bellè respondet Grotius d. I. num. 2. dum Populus alienatur, propriè loquendò non ipsi homines alienantur, sed jus perpetuum eos regendi, sicuti cum uniliberorum patroni liberatus assignatur, non hominis liberi fit alienatio, sed jus, quod in hominem competit, transcritbitur. Imò nec libertas civilis, nec libertas personalis extra commercium humanum videatur esse posita: quandoquidem, spectatò naturali statu, liberi quidem na scimur; liberum tamen est nobis, aut libertatem retinere salvam; aut alteri in servitutem seu civilem seu naturalem nos committere: permittente id Jure tum Divinò Exod. 21. & Deuter. 15.

cum

111 tum humano, tam scriptō in §. servi autem 4. *Infl. de Jure Person.* quām non-scriptō, moribūs Germanorum Veterum receptō, de quibus Tacitus *de Morib. Germanie cap. 24.* ita scribit: aleam (quod mirere) inter seria exercent, tantā lucrandi perdendive temeritate, ut, cion omnia defecerunt, extrēmā ac mortissimā jactu de libertate & de corpore contendant. *Victus voluntariam servitutem adit.* Quamvis junior, quamvis robustior, alligati se aenire patitur. Ea est in re prava perva- cia: ipsi fidem vocant. Servos conditionis bujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victorie exsolvant.

112 Summa Potestas non-patrimonialis considerari potest vel in Statu Democratico, vel alio. In Statu Democratico liber Populus facultate pollet, Summam Potestatem in alios libere transfundendi: quandoquidem non prohibetur, libertatem suam abjecere, & alieno Imperio se totum addicere, aut quia in periculum vitæ adductus aliā rationem; quā se defendat, reperire nequit; aut quia ipsoī pressus aliter habere non potest copiam, unde se sustentet. Grotius *lib. I. cap. 3. §. 8. n. 3.*

113 In Statu Aristocratico vel Monarchico finē voluntate Populi Summam Potestatem alienare nefas est: cùm Populus contra voluntatem suam non teneatur aliis, ac quibus electione vel successione collatum est Imperium, obtemperare. Grotius *d. cap. 3. §. 13.*

114 num. 1. Muelen in *Comment. ibid.* Quin & si pars tantū alienanda sit, eidem Grotio *lib. 2. cap. 6. §. 4.* satis non est, Populum consensisse, nisi etiam pars alienanda consentiat: nam, qui in Ci- „vitatem coēunt, societatem quan- „dam contrahunt perpetuam & im- „mortalem ratione partium, quæ in- „tegrantes dicuntur: unde sequitur, „has partes non ita esse sub corpore, „ut sunt partes corporis naturalis, „quæ finē corporis vita vivere non „possunt, & ideo in usum corporis re- „ctē abscinduntur: hoc enim corpus, „de quo agimus, alterius est generis, „voluntate scilicet contractum; ac „propterea jus ejus in partes ex pri- „mæva voluntate metiendum est, „quæ minimè credi debet talis fuisse, „ut jus esset corpori, partes abscindere

P. SCHMIER JURIS PR. PUB. UNIVERS.

„à se, & alii in ditionem dare. Sic ip- 115  
fissima Grotii verba habent; cui ta- men opponit Gronov. in *not. ibid. sub num. 18.* ex allegata ratione, quod par- tes istæ non ita sint sub corpore, ut sunt partes corporis naturalis, quæ finē vita corporis vivere non possunt; plānè contrarium sequi: quoniam enim hæ partes finē hoc corpore vivere posse, minore religione abscindun- tur, quām partes corporis naturalis, quæ abscissæ intereunt. Etsi ad tuitio- 116 nem Grotii contra Gronoviū adstrue- reliceat, etiam partem civilem, à cor- pore Civitatis separatam, civiliter in- terire; eò autem difficiliorem hanc esse separationem, quod quisque, Ci- vitatem subiturus, contrahat cum so- cio simul & toto corpore, ut sit & maneat pars ac socius ejusdem societi- tatis & corporis: unde mutua inter cor- pus & partes obligatio resultat, quā tenetur alter cum altero vi tacitæ vel expressæ conventionis perpetuam, societatem colere, & proinde alter alterum invitum deserere & rescindere nequit. Muelen in *comment. ad cit. §. 4.* 117 ubi & illam objectionem, quare ma- jor pars Populi hīc non prævaleat, re- folvit, quod nempe in iis tantū ma- jor pars habeat rationem integri, quæ ad Imperii administrationem & salu- tem communem spectant: alienatio vero non conservat, sed destruit Im- perium unā cum salute publica. Ea- 118 tenus nihilominus alienatio partis ci- tra illius assensum valebit, ut liberetur ab obligatione civili, quā Regi aut Optimatibus erat obnoxia; nec invita cujusquam alterius Potestati sub- sterni, sed, si propriis confidat viribus, in libertate naturali manere, aut no- vam Civitatem constituere valeat. Clariss. D. Stapff *de Majest. cap. 3. §. II.*

Excipitur casus necessitatis & utili- 119 tatis publicæ, in quo & parti conces- sum est, se à corpore separare; & cor- pori indultum, parteri à se abscindere: mens namque eorum, qui Civitatem ab initio construxerunt, fuisse credi- tur, ut, si necessitas aut utilitas com- munis efflagitet, partem à corpore civili divelli, id omni jure liceat, finē quo salus & incolumitas publica ser- vati non potest. Quorsum pertinet 120

C c dictum

dictum D. Augustini de Civitat. DEI. lib. 18. cap. 2. id, quod appetitur, aut nemini aut non omnibus sufficit; quia non est id ipsum, adversum seipsum plerumque dividitur, & pars partem, que prævalit, opprimit. Victoria enim vita succubit, dominationis scilicet vel etiam libertati qualēcunque pacem præferens, ac salutem: ita ut magne fuerint admirationi, qui perire quam servire maluerunt. Nam in omnibus ferè Gentibus quodammodo vox Naturæ ista personuit, ut subjugari victoribus malent, quam bellicā omnifariā vastatione deleri. Et hanc exceptionem contra Grotium d. cap. 6. §. 6. & 8. tenent Pufendorf de Jur. Nat. lib. 8. cap. 5. §. 9. D.

Stepff cit. cap. §. 12. Muelen, Boëler, Ziegler & plerique Interpretes Grotii ad cit. l.

Petes: utrūm in Statu Aristocrati- 122 co vel Monarchico non-patrimoniali Summam Potestatem oppignorare concessum sit?

Resp. negativè; non ea tantum ex causa, quod ex pignoris datione alicatione sequi consueverit, sed etiam quod Imperantes Summam Potestatem perse teneantur exercere; & obedientes ab aliis, quos à principio initæ societatis non agnoverunt, se regi permittere haud obligentur. Grotius d. lib. 2. cap. 6. §. 9. Pufendorf d. cap. 5. §. 10.

## S E C T I O . III.

### De Præscriptione.

#### S U M M A R I A.

122. Modis acquirendi Summam Potestatem accessit prescriptio. 123. Est enim à Jure Natura & Gentium introducta. 124. Ulî probatur ex testimonio Ludovici Gonzaga. 125. Et rotius Rossani Imperii. 126. Ac plurimum Doctorum. 127. Quidam negant, Grotium hujus sententia fuisse. 128. & seqq. Refelluntur ex ipsis Grotii verbis & verborum contextu. 129. & seqq. Inter præsumptam derelictionem & usucaptionem multa accumulantur differentia. 130. & seqq. Ostenduntur autem in contrarium, nullam esse necessitatem, præscriptionem in derelictione fundandi. 141. & seqq. Deinde differuntia allegata secundum ordinem examinantur, & evantur. 152. & seqq. Nova objectiones contra præscriptionem addensantur, quasi de Jure Natura non subsistant conditiones, alioquin ad eam requisite. 157. & seqq. Solvantur omnes sigillarum, declarando & demonstrando, condi-

tiones necessarias de Jure Natura omnes procedere. 164. & seqq. Iterata oppositio. 166. & seqq. Ejus dilatio, 169. Ultimus aries admoveatur. 170. & seqq. Repelluntur, & indicantur variis casis, in quibus prescriptio in ordine ad propinquum locum habere posset. 174. Proponitur ardua quæstio, an subdici Summam Potestatem præscribere valane? 175. Ratio dubitandi duplex ex Grotio. 176. & seqq. Rationes plures ex Hornio. 184. & seqq. Eligant & reprobantur sententia affirmativa. 187. & seqq. Respondetur ad rationes Hornii. 301. & seqq. Alia quæstio formatur: an præscriptio obicit nondum natum? Cum ratione dubitandi. 203. & seqq. Grotii resolutio affertur & probatur. 205. & seqq. Insinuantur specialis difficultas de Regno gentilicio. 207. & seqq. Conplanatur illa, & admittitur etiam in tali Regno præscriptio.

#### S. I.

### Possitne Præscriptio Summæ Potestatis inter eos, qui Superiore non agnoscent, habere locum?

122 **I**n modis acquirendi Summam Potestatem VI. statuo Præscriptionem, cuius adminiculô Rex contra Regem, Populus liber contra Populum similem, Optimates contra Optimates, vel econtra, saltem ex lapsu temporis, hominum de facto viventium memoriam excedentis, in ea Regione aut Provincia, in qua nun-

quam interruptâ possessione Regalis Imperii jura exercuerunt, Summam Potestatem sibi legitimè vindicant, esto titulum alium ostendere nequeant. Siquidem Præscriptio non 123 solius Juris Civilis inventum, aut commentum, sed Juris Gentium saluberrimum placitum, imò & Juris Naturalis non ultimum est præceptum, dum,

dum, suppositâ dominiorum & ditio-  
num divisione, pax inter Gentes ser-  
vari, aut secura bonorum stabilitas  
aliò mediò, quàm præscriptione, ob-  
tineri nequit; prout antehac in mea  
*Jurisprud. Canonico-Civ. to. I. lib. I. cap. 2.*  
<sup>124</sup> per tot. ex professo tradidi. Confirmant me in hac opinione permulta,  
I. Ludovicus Gonzaga, qui Henrico III. Galliarum Regi apud Ockelium  
*de Præscript. immemor. cap. I. th. 15.* op-  
„ posuit, Principes, si rogentur, quôd  
„ titulô tot Provincias possideant,  
„ aliud, quod respondeant, non ha-  
„ bere, quàm eas anteà à parentibus  
„ accepisse; & si Lex sit, ut Principes,  
„ quæ à Majoribus usurpata possident,  
„ restituere teneantur, ad summas an-  
„ gustias plerosque, qui nunc latè reg-  
<sup>125</sup> „ nant, redactum iri. II. totum  
Romanum Imperium, in Comitüs ge-  
neralibus etiamnum Ratisbonæ con-  
gregatum, prætensionibus Gallicis  
apud Londendorpium in *Actis publ. to. II.*  
pap. 81. & seqq. ad annum 1680. præ-  
scriptionem hisce verbis opponens:  
*iniquum fore, Status, immemoriali & plu-*  
*rium seculorum possessioni innixos, ad edi-*  
*tionem titulorum suorum contra omnia Jura*  
*cogere: hoc enim modò totius orbis posses-  
126 nes & rerum dominia incerta reddi.* III.  
communis ferè sensus & consensus  
Scriptorum, è quibus ultra allegatos  
in cit. *Jurisprud. legi Sapientissimum*  
*Suarezium in defens. fidei Catbol. adver-*  
*sus Anglicane sectæ error. lib. 3. cap. 2.*  
*num. 20. in f. Lymnæum ad Capitulat.*  
*Caroli V. art. 9. pag. m. 174. & seqq. Lu-*  
*dovicum de Navenburg de Uſu Jur.*  
*Nat. in actionib. Princip. cap. 3. §. 26. &*  
*seqq. Huberum de Jure Civit. lib. I. sect. 3.*  
*cap. 9. §. 6. & seqq. Böhmerum in In-*  
*troduct. ad Jus Publ. Univers. part. special.*  
*lib. 3. cap. 4. §. 32. Kulpisium ad Grot.*  
*de J. B. lib. 2. cap. 4. §. 1. Guilielmum*  
*van der Muelen in comment. ibid. statim*  
*§. 1. & passim, Boëclerum ibid. pag. 122.*  
*Zieglerum ibid. pag. 251. & seqq. Vitria-*  
*rium ibid. q. 14. & seqq. Cramerum in*  
*tract. Jur. Gent. concl. 21. Kuchenbecker.*  
*ad Hornium de Civit. lib. 2. cap. 9. §. 19.*  
*Buddeum in Philosoph. pract. p. 3. cap. 3.*  
*§. 7. & 8. Quibus jure accensendus*  
*est Seldenus de Mari clauso lib. I. cap. 26.*  
*in not. Becmanni ad Grot. d. l. §. 1. ubi*

omnia, ait, ferè Juris Gentium inter-  
venientis capita ex præscriptione seu  
inveterata consuetudine, annos o uten-  
tium consensu stabilità, pendent. Ut  
raveamus de Principibus, quorum  
territoria olim Romano suberant Im-  
perio, posteà non armis solùm, sed  
& præscriptione ( quæ in Jure Gen-  
tium pañim admittitur ) sui juris factis.  
Inter adversæ sententiaz fautores <sup>127</sup>  
post Vasquium *Illustr. controvers. lib. 2.*  
*cap. 51. num. 28.* novissimè reperi Clari-  
st. P. Josephum Seybold *de Republ.*  
*Christiana part. 12. sect. 1. §. 10. à num. 6.*  
qui etiam in n. 12. miratur, Grotium  
*de J. B. & P. lib. 2. cap. 4.* citari, quasi  
cô locô tradat, præscriptionem esse  
Juri Naturæ, cùm potius eam ibi re-  
jiciat, & doceat, præscriptionem,  
cùm sit Jure Civili inducta, locum ha-  
bere non posse inter Populos liberos  
aut Reges Supremos; habere tamen  
inter eos locum derelictionem, & ejus  
præsumptionem, vi cuius longævæ  
possessiones allegentur inter Populos  
liberos & Reges, non verò jus præ-  
scriptionis. At profectò, qui Gro- <sup>128</sup>  
tium probè inspexerunt, & peculia-  
res in eum commentarios evulgârunt,  
constanter in ea fuerunt opinione,  
Grotium, ut ostenderet, usucapiendi  
jus suam originem à Lege Civili non  
traxisse, in tacita seu præsumpta rei  
à vero domino diu non possessæ, derel-  
ictione suum & nostrum dogma fun-  
dasse; indeque per elegantem deduc-  
tionem conclusisse, quòd, si res ab  
alio, quàm vero domino, per longum  
& multò magis immemoriale tempus  
fuerit possessa, censeatur pro dereli-  
cta habita non minùs, quàm si fuisset  
verè derelicta & abdicata: id quod re-  
ipsâ aliud non est, quàm dominium  
possessione temporis immemorialis,  
quam nostræ sententiaz patroni præ-  
scriptionem vocant, acquiri; prout  
ex ratione, quâ in cit. *Jurispr. n. 35. & 43.*  
usus eram, liquevit. Et sanè Gro- <sup>129</sup>  
tius in cit. *lib. 2. cap. 4. §. 1.* Vasquium,  
usucaptionem ad Jus Civile referentem,  
nullatenùs probat, dum ex illius prin-  
cipio ( ut rectè arguit ) sequi videtur ma-  
ximum incommodum, ut controversie de-  
Regnis Regnorumque finibus nullò unquam  
tempore extinguantur: quod non tantum  
C. 2 ad

*ad perturbandos multorum animos. Et bella  
serenda pertinet, sed et communis Gentium sen-  
tientia repugnat.*

*Et, postquam in §. 2.  
Et seqq. egregie ostendit, derelictionem tacitam non solum ex factis sed etiam non-factis colligi; ac in §. 6. notavit, temporis in utrumque magnam vim esse; denique in §. 7. ita concludit: quia vero tempus memoriam exce-  
dens quasi infinitum est moraliter, ideo ejus temporis silentium ad rei derelictae conjectu-  
ram semper sufficere videbitur.*

*Addit in §. 9. non esse banc rem in sola præsumptione positam, sed Jure Gentium voluntariis inducetam banc Legem, ut possesso, memoriam exce-  
dens, non interrupta, nec provocatione ad arbitrium interpellata, omnino dominium  
transferret. Imò præscriptionem.*

*Summa Potestatis inter Regem & Re-  
gem tam strenue afferuit Grotius, ut  
juxta testimonium eruditissimi Viri  
Nicolai Hertii vol. I. to. I. in *dissentat.  
de modo constituendi Civitates* sect. I. §. 5.  
Petrus Puteanus peculiarem disserta-  
tionem idiomatico Gallico contra Gro-  
tium instituerit: *an sit præscriptioni lo-  
cus inter Supremae Potestatis Principes?**

*Etsi, quæ Puteanus iste oppofuit, vel  
exemplis, perperam adductis, inni-  
tantur; vel judicia contineant Popu-  
lorum, affectibus præpeditorum, aut  
etiam privatorum, quæ contrariis  
non minùs Sapientum eorumque  
complurium, ad præscriptionis jura  
provocantium Populorum, iudicis  
revincuntur; vel præscriptionem,  
quæ Jure Civili descripta est, à præscri-  
ptione inter Gentes non separant;  
veluti observat idem Hertius.*

*Dices I. præsumptam derelictionem  
multum differre ab usucapione: tum  
quia usucapio est modus acquirendi  
dominium; præsumpta autem dere-  
lictio quæ talis non est modus acqui-  
rendi sed amittendi dominium, dum  
res derelicta non cedit occupanti im-  
mediate vi derelictionis, sed vi subse-*

*quentis occupationis: tum quia ex  
silentio longi temporis naturalis naſci-  
tur conjectura, rem fuisse derelictam,  
sive possessori in bona vel mala fide ex-*

*titerit; non item in usucapione: tum  
quia derelictio supponit varia dere-  
lictionis signa naturalia, nempe verba,  
facta, & non-facta; secus ac usuca-*

*pio: tum quia usucapio requirit èr- 317  
tum tempus, à Lege definitum; in de-  
relictione autem tantum agitur circa  
voluntatem domini, rem suam dere-  
linquentis, præsumendam ex certis  
indiciis, inter quæ etiam est diutinu-  
tas temporis, quô ille rem neglexit,  
quando facile potuisset recuperare:  
tum quia in derelictione, si etiam post 138  
longa tempora constaret, præsum-  
ptionem fuisse falsam, & pristinum  
dominum rem suam nunquam dese-  
ruisse, cederet præsumptio veritati,  
nec translatum esset dominium, sed  
res pristino domino restitui deberet;  
econtrà in præscriptione, semel legi-  
timè peractâ, transfertur dominium;  
nec potest pristinus dominus rem re-  
petere, etiamsi postea constet, pos-  
sessorem tantum titulò putativò aut  
præsumptò eam rem possedisse.*

*Resp. hoc argumentum eos solum 139  
modò tangere, qui præsumptionem  
de Jure Naturali unicè fundant in præ-  
scriptione rei derelictæ; sententiam  
vero, quæ præscriptionem ex alio me-  
dio, quam præsumpta derelictione, ad  
Jus Naturæ revocat, neutiquam im-  
pugnari: quandoquidem modernus  
in hac Universitate Clariss. Juris Publi-  
ci & Civilis Professor Primarius, D.  
Josephus Bonaventura Franz in sua *Juri-  
risprud. elementari lib. 2. tit. 6. n. 7.* præ-  
scriptionem eò sensu afferit esse Juri  
Naturalis, quô in *lib. I. tit. 2. p. 2. n. 8.*  
*in f. distinctionem dominiorum ad*  
Jus Naturæ reduxit, quatenus nempe  
utraque est necessaria ad bonorum &  
jurium certitudinem, pacemque in hu-  
mano genere conservandam; et si in  
*num. 6.* negaverit, eam esse hòc sensu  
Juri Naturali adscribendam, quasi ta-  
cita derelictio prioris domini funda-  
mentum usucapioni substerneret..  
Quem in morem differit etiam Pufer- 140  
dorf *de J. N. lib. 4. cap. 12. §. 9. propè fin.*  
nobis omnino videtur, usucaptionem,  
prout abstrahit à punctis temporum,  
per Leges Civiles designatis, esse velut  
appendicem, & consecutarium domi-  
ni rerum: adeoque, cum dominia  
introducerentur, id quoque pacis cau-  
sa placuisse, ut, qui aliquid neque vi,  
neque clam, neque precario suo no-  
tnine possideret, tantisper dominus  
præ-*

præsumeretur, quoad ab altero contrarium probaretur: qui autem per longissimum temporis spatium, per quod nemo mediocriter diligens rem suam negligere creditur, quid bonâ fide possederit, serum petitorem planè posset repellere, quia non citius rem suam vindicatum iverit.

<sup>141</sup> Ut verò pateat, ex allegato argumento ne quidem in illos, qui præscriptionis basin in derelictione collocant, aliquod præjudicium dimanare; sciendum est, præscriptionem non esse veram derelictionem, quâ resverè derelicta, absque longioris possessionis intercapedine, ex Jure Naturali primò occupanti mox acquiritur; sed esse præsumptam aut tacitam derelictionem, ex continuatione possessionis per longævum tempus deductam; tantumque ponderis ad acquisitionem rerum & iuriū habere, quantum habet vera derelictio. Quid autem vetat, exclamat Nicolaus Hertius in *not ad Pufendorf. lib. 4. cap. 12. §. 8.* derelictionem hanc tacitam, cùm temporis accessionem desideret, præscriptionem appellare?

<sup>142</sup> Unde, quòd primò in argumentum contrarium in *n. 134.* assumatur, præsumptam derelictionem quâ talem non esse modum acquirendi sed amittendi dominium, non video, ex qua ratione solidè eliciatur: nam etiam usucapio est modus amittendi dominium ex parte illius, contra quem perficitur, & simul modus acquirendi dominium ex parte alterius, qui usucapit: ut proinde etiam præsumpta derelictio derelinquenti dominium auferat, &

<sup>143</sup> simul afferat occupanti. Et sicut in usucapione, non minus quam in venatione v. g. inventione aut simili modò acquirendi de Jure Naturæ dominii requiritur occupatio; sic quoque requiritur in præsumpta derelictione: quia, ut docui in *cit. mea Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 3. tr. 2. cap. 1. num. 77.* & seqq. & *cap. 2. num. 55.* & seqq. jura realia, & speciatim dominium, sine prævia traditione vel apprehensione non acquiruntur.

<sup>144</sup> Quòd secundò in *num. 135.* conjectura derelictionis suffragari dicatur etiam malæ fidei possessori, licet Grotius *d. cap. 4. §. 8.* admittere videatur; mihi nun-

P. SCHMID JURISPR. PUPL. UNIVERS.

quam placuit: firmiter enim mihi persuadeo, quòd, sicuti conjectura derelictionis nemini patrocinatur, qui non existimat probabili fide, fore, ut reverà res sit derelicta; ita non suffragetur usucapio, nisi quis in bona fide constitutus prudenter crediderit, rem à priori domino jam abdicatam esse. Poteſt ſiquidem antiquus dominus spe <sup>145</sup> non inani lactari, quòd, si res ſua fuerit ab alio quopiam malâ fide poſſeffa, iſte ſuccelluſ temporis, vellicante conſcientiâ ſtimulatus, id, quòd alienum agnoscit, denuò reſtituat. Quòd <sup>146</sup> tertio usucapio non deſtituatur variis ſignis tam positivis, quam negativis, ex quibus bona fides & credulitas rei, à veteri domino abdicata, reſultet, contra objectionem in *num. 136.* jam oſtendit in *cit. Jurisprud. lib. 1. tr. 2. cap. 2. à num. 28.* Quibus pro majori dilu- <sup>147</sup> cidaſione adjici poſſunt aliæ conjecturæ, à Nicolao Hertio in *cit. differt. de Modo conſtit. Civitatis ſect. 1. §. 5.* deſignatæ; velut si pristinus Reipublicæ Rector intra tam longum tempus, quâ ſibi facile aut armis aut protestatione interpoſitâ consulere potuſſet, acquiecerit; ſi cum altero æquis conditionibüs pactionem fecerit, nullâ ſui juris mentione facta; ſi alterum appellet Dominum Regionis, antehac à ſe poſſeffæ, absque clauſula reſtrictoria vel contestatione contrariâ; ſi titulum vel nomen, intuitu rei amissæ cæteroquin competens, omittat, aut inſignia usurpare deſinat. Ex his, ſi <sup>148</sup> intra tempus, memoriam hominum ſuperans, nihil fiat, quiſ non colligat, præscriptionem, tam validis conjecturis munitam, ſuum accepiffe comple- mentum? Cùm, Authore Grotio *cit. cap. 4. §. 8. num. 4.* credibile non fit, quenquam ejus, quod vult, longo tempore nullam plane edere ſignificationem idoneam. Quòd quartò ex *num. 137.* usucapio re- <sup>149</sup> quirat certum tempus, non abnuo; neque inficior, præsumptam derelictionem etiam ex aliis indiciis, quam diuturnitate temporis, erui: at, quia hic agitur non de qualicunque derelictione, ſed de illa præcipue, quæ defumitur ex decurſu temporis: hinc derelictio ex tempore, quod memoriam hominum tranſcedit, præsumpta,

D d

pta, non minus ac usucapio immemorialis, suam determinationem recipit a tempore. Quod quintò juxta num. 138. usucapio, legitimate consummata, dominium irrevocabile tribuat, itidem indulgeo; ut & lubens concedo, præsumptionem rei dælictæ, si ex aliis indiciis, vel etiam ex tempore non-immemoriali proveniat, cedere veritati: quod autem præsumptio derelictionis, quæ ex tempore immemoriali derivatur, sit præsumptio (ut alias vocant Jurisperiti) juris de jure, faciat dominium stabile & perpetuum, nec ullam in contrarium admittat probationem, id planè apud me indubitatum est. Unde, his omnibus probè pensatis, contra rationem Juris nullatenus pugnat, præscriptionem in præsumptione rei dælictæ ita fundari, ut, si lapsus temporis ultra memoriam hominum accefserit, is, qui rem quamcunque sine interruptione aut protestatione possedit, non minus fiat stabilis & irreocabilis dominus, quam si res illa a vero domino verè fuisset derelicta.

152 Dices II. usucaptionem in l. 3. ff. de *Ufucap.* definiri, quod sit adjectio dominii per continuationem possessionis temporis Lege definiti; ubi per Legem non potest intelligi Lex Naturalis: quia per Legem Naturæ nullum certum tempus definitum est, quod elapsò possessori, possessionem continuanti,

153 dominium adjiciatur. Nec sufficit, recurrere ad arbitrium Prudentum, & dicere, præscriptionem esse quidem de Jure Naturæ constitutam; at tempus illud, quod ea peracta esse censeatur, non esse Jure Naturæ definitum, sed arbitrio boni viri determinandum:

154 partim quia definitio præscriptionis, à JCto in d.l. adstructa tempus, à Lege jam definitum, non ab arbitris primù longiori deliberatione definiendum

155 postulat: partim quia communis sententia negat, Jure Naturæ per præscriptionem aut possessionem, tempore continuatam, transferri dominia; consequenter arbitrium inutile foret, nec minueret lites, nec dominia certa redderet: partim quia neque de bona fide, titulo, possessione, subjecto, objecto, interruptione, aut dormi-

tione præscriptionis quidpiam à Jure Naturæ determinatum est; ut hinc informis ista & indigesta Juris Naturalis præscriptio, si daretur, nil nisi confusionem & ingens chaos secum ferret, dominique rerum in summa mutatione ac incertitudine collocaret, dum nequidem ab arbitris certum haberetur medium sciendi, an & quando talis præscriptio esset absoluta.

Hoc argumentum, à nonnemine 157 propositum, vel ideò saltat extra rhomnum, quod definitio usucaptionis in cit. l. efferatur juxta Jus Romanum, & quidem antiquius, quod inter usucaptionem & præscriptionem ingens discrimen intercessit; & ideò à me & aliis, in sensu etiam Juris Romani, saltem post transformatæ præscriptionis & usucaptionis tempora, non recepta, sed alia fuerit substituta, quod nempe præscriptio sit modus acquirendi, quod jus vel liberationem à jure privilegiō temporis nanciscimur, ut constat ex cit. *Jurisprud. lib. I. tr. 2. cap. I. num. 28. & n. 30.*

De cætero sunt multa alia, Juris Naturalis aut Gentium objecta, v.g. testamenta, successiones ab intestato, bella, pacificationes, judicia, pacta, legationes &c. in quibus omnia & singula in individuo neutiquam determinata, sed boni viri arbitrio determinanda fuere, absque eo, quod Juri Naturali vel Gentium quidpiam decebat: non mirum itaque videri debet, si etiam in præscriptione nonnulla concurrere videantur, quæ neandum in individuo definita, sed arbitriō boni viri primum definienda sint. Interim 159 quoad tempus immemoriale certum est, illud universale esse, & ejus beneficiō jura omnia, cujuscunque sint aestimationis aut præminentiae, acquiri posse; & quidem, si loquamur de præscriptione, quā una Gens utitur contra alteram, & nominatim respectu Summæ Potestatis, de qua præcipue in hoc §. mota est quæstio, aliud tempus, quam immemoriale non sufficit, ut in cit. lib. I. tr. 2. cap. 5. num. 563. studiosè adverti, eoque in sensu hucusque differui. At verò, si fiat sermo de præscriptione inter privatos, poterit etiam tempus inferius determinari arbitriō boni viri, qualis-alio-

alioquin in Jure censetur Judex; nisi, quod consultius est, per Legem generalem certum tempus fuerit assignatum, uti *ibid. cap. 2. num. 67.* & seqq. explicavi. Pufendorf d. J. N. d. lib. 4.

<sup>161</sup> *cap. 12. §. 9.* Quoad bonam fidem, titulum, subjectum &c. non opus est aliquā individuali determinatione: quandoquidem ex aliis Naturæ Gentiumve sanctis & principiis abundè patet, rem nullam v. g. cum mala fide possideri; illumque per præscriptionem acquirere posse, qui capax est dominii vel alterius juris, in humano

<sup>162</sup> commercio existentis. Aut igitur lites novæ timendæ haud sunt; aut, si litium timore eliminanda judicetur præscriptio, alia quoque Juris Naturalis aut Gentium objecta, circa quæ dissensiones & controversiæ non vano metu prævidentur, è medio sunt

<sup>163</sup> tollenda. Lites profectò erunt, quādiu stabunt homines, ad dissentendum & litigandum adeò proclives: quærendum autem est medium, quō lites faciliùs evitari, &, si ex aliquorum malitia aut infictia suboriantur, citius sopiri valcent; nec meō iudiciō circa Regnorum aut Ditionum controversias opportunius aut efficacius inveniri poterit præscriptione, tam operosè hucusque defensâ.

<sup>164</sup> Dices III. Quamvis humanæ societatis intersit, ut Imperia aliquando sint certa & extra controversiam posita, ad pacem tamen inter eas Gentes, quæ curam habent justitiæ, conservandam, sufficere naturalem derelictionis præsumptionem, ex diurni temporis silentio natam, quæ, nisi per contrarias probationes fuerit elisa, pro veritate habeatur: neque ex eo, quod utilis forsitan esset præscriptio, argumentum ad actualem illius existentiam formari posse; sicut ex eo, quod utile foret, omnes Gentes, præsertim Christianas, aliquando in uno loco admultas & graves controversias, inter se pacificè componendas, convenire, non sequitur, hujusmodi conventum communi Gentium placitô fuisse statutum.

<sup>166</sup> Resp. solam derelictionis præsumptionem, quæ non sit juris & de jure (ut loquimur in Jure privato) nullam

in contrarium præsumptionem admittens, haud sufficere ad pacem, inter Gentes conservandam: si enim dominus rei, ab altero possessæ, non obstante possessionis longævitate, semper eandem repetere posset, quotiescunque jus suum probaturum se crederet, nec ullus dominus de suo matrimonio securus, nec ullus litium terminus unquam foret; consequenter actum esset de pace, inter Gentes adeò necessariâ. Non frustra igitur spe-<sup>167</sup> randum est, Gentium communem & efficacem fuisse voluntatem, ut possessio temporis immemorialis tam propter utilitatem quam necessitatem universalem vim præscriptionis habeat, ac possessorem in perpetuum de re possessa securum faciat; prout in rem præsentem graphicè concludit in *præfat. ad Coronam Gothicam manuscriptam* Magnus ille Hispaniarum Regis Consiliarius & ad Pacem Westphalicam Plenipotentiarius, Didacus Saverda, pro omnibus, ajens, quotquot sunt, Regnis hodie immemorialis communi Populi consensu militat possessio. An verò ex-<sup>168</sup> pediat, Gentes omnes in uno loco congregari? Vel ideo dubitationem movet, quod, si non impossibile, saltem difficile sit, locum talem & tempus designare, ubi tot Capita, inter se tantoperè divisa & diversa, simul compareant, quoad prædriam & reliquas cæremonias amicè convenient, & in causa, quam suscipiunt tractandam, communi aliquo voto concludant.

Dices IV. rarissimos esse casus, ut <sup>169</sup> ab usucapione demum arcessendum sit dominium, si quis pacificò titulò rem quampiam sit nactus; in illis autem, quæ bellò acquiruntur, ad usucapionem provocari vix necessum esse: nam, quādiu status bellicus adhuc perdurat, solâ vi possessionem niti, ac, quæ violenter hostibus abrepta sunt, ab hoste semper repeti posse; pace autem subsecutâ, quid cuique relictum sit, facilè apparere, ubi ea, quibus hostis cessit, statim plenè acquiruntur, neque opus est, usucaptionis moras expectare.

Repono tamen, non rares, sed fre-<sup>170</sup>quentes esse casus, in quibus domi-

nium non aliunde quām ab usucapione petendum. Siquidem tempore pacificō accidere potest, ut, qui proximus hæres ex sanguine non est, per errorem ad Regni fasces ascendat; aut, ubi Regnum est successivum & gentilitium, possessor illud venditionis aut aliō titulō in præjudicium agnatorum in extraneum transferat: ubi dubium apud men nullum est, quin, accedente possessionis immemorialis prærogativā, Summa Potestas possessori acquiratur. Tempore belli quidem exulat aut dormit præscriptio; quæ tamen injustō bellō capta, ac per iniquam pacem injustè retenta sunt, juxta superiū in num. 82. Et se<sup>q</sup>. conclusa non illicō acquiruntur, nisi per Successores, bonā fide instructos, vitium purgatum, ac temporis immemorialis auxiliō præscriptio fuerit completa. Imò &, si pax fiat, & de locis quibusdam restituendis tractatus in aliud tempus v. g. in viginti annos differatur, tempore hoc absque tractatu præterlapsō, ac possessione.

<sup>171</sup>

<sup>172</sup>

ultra memoriam hominum bonā fide continuatā, dominium & imperandi jus præscriptum censetur. Gene-<sup>173</sup> ratim quoque salvare debet præscriptio, quidquid ab initio ex titulo, non usquequaque legitimo & idoneo, acquisitum, & plurium annorum intervallō possessum est: ne enim titulus deinceps impugnari, & possessor inquietari valeat, succurrere debet præscriptio, quæ, si immemorialis sit, titulum meliorem de mundo suppōnit, &, quidquid contra titulum moveri potest, elidit, eliminatque: cæteroquin totō orbe ( ait Didacus Savendra loc. *supra cit.* ) penitus exulare deberet pax, si coram tribunali temporis Regna atque dominia legitimū, quō nituntur, titulum non edidissent: vix enim Gens ulla, que à se ipsa Supremam acceperit Potestatem, illamque ab alia potentiori mutuata non sit, poterit reperiri. Conferantur Pufendorf *de J. N. lib. 7. cap. 7. §. 4.* Et s. Vitriar. ad Grot. *lib. 2. cap. 4. quest. 16.* Kuchenbecker *in not. ad Horn. lib. 2. cap. 9. §. 20. num. 2.*

## §. II.

### *An Populus Summam Potestatem contra Regem aut Optimates præscribere valeat?*

<sup>174</sup> Postquam in *preced. §.* satīs, ut opinor, ostendi, præscriptionem esse creaturam Juris Naturalis & Gentium, indeque Summam Potestatem à Rege contra Regem, Optimates, aut Populum rectē præscribi: disquirendum venit, an vicissim Populus, Regi vel Optimatibus subiectus, præscriptionis auxiliō primævam libertatem acquirere, sicque Potestatem Summam in se postliminiō transferre, ac Statum Monarchicum aut Aristocraticum in Democraticum transmutare valeat? Ratio dubitandi petitur ex Grotio *de J. B. lib. 2. cap. 4. §. 12. num. 1.* ubi totus est in eo, ut demonstret, Legem usucaptionis aut præscriptionis, in aliqua Republica conditam ab eo, qui Summum habeat Imperium, non pertinere ad jus Imperii & partes ejus necessarias: alioquin enim Princeps ipsem et esset obligatus

<sup>175</sup>

hujusmodi Lege, cùm tamen scipsum per modum Legis, seu per modum Superioris, nemo obligare possit; nec Legislator præsumatur, obligare se voluisse ad patiendā præscriptionem contra Imperium, quod non est paris æstimationis cum rebus aliis, sed illas nobilitate suā multū excedit. Adhac<sup>176</sup> plures rationes accumulat Hornius *de Civitat. lib. 2. cap. 9. §. 19. à num. 2. de subditis,* inquiens, planum est negotium, iis nullam præscriptionem competere; nec hāc Imperium tutō queri. Deest enim I. subiectum præscribens, seu capax rei præscriptæ: cùm subditus, quā subditus est, obsequium præstet, capacitate possessionis Imperii destitutus: nec enim unam inhabitant personam, Majestas & obsequium; &, qui alterō instruitur, alterō caret. Deest II. objectum<sup>177</sup> præscribendum: quia Majestas non est

est in commercio; nec potest ultrò eitróque distrahi & acquiri; proceditque illud vulgatum: quæmon sunt concessibilia, non sunt præscriptibilia.

<sup>178</sup> Deest III. bona fides: non enim ignorant subditi, quod tales sint, Imperio carentes, & ad obsequium, Superiori præstandum, obligati: mala igitur fide alterius bonis & sacrosanctis iuribus injiciunt manum. Deest

<sup>179</sup> IV. titulus, translativus dominii. Nam res præscribenda debet in præscribentein transferri. Imperium in subditos eâ conditione, ut ipfis acquiratur, transferri non potest. Deest

<sup>180</sup> V. tempus, à Lege definitum: quâ enim verò Lege Regnis acquirendis tempus sit præstitutum? Non Civili Jure: quia secundum hujus dictamen Majestas in commercio non est. Non Jure Gentium: quia nulla extat constitutio, quâ tempus determinetur, aptum Imperii præscriptioni. Jus etiam Naturale tacet: alias omnium pectoribus impressa foret certa & immutabilis usucaptionis observantia.

<sup>181</sup> Et quid Légem hanc in Juribus querimus? Jus non est causa Imperiorum efficiens; nec potest eadem auferre, & aliis tradere. Juris Divini dispositio valeret, si quam possent adducere formulam, definitem tempus tantæ efficaciaz, ut non possidenti Majesta-

<sup>182</sup> tem eandem conferat. Deest VI. effectus: id namque operatur usucatio, ut præscribens in rem præscriptam verum & plenum dominium nanciscatur. Num verò in Imperium datur dominium? Imperium in domino esse, negabunt omnes, qui utriusque vocabili vim satis capiunt. Deest

<sup>183</sup> VII. finis privatæ præscriptionis, ne dominia in incerto sint. Princeps siquidem habet Majestatem, certus ejusdem possessor est, & omnia jura indubitate exercet. Non igitur poterit incertum esse, cui jus regnandi integrum inhæreat.

<sup>184</sup> Sed, quamvis non nesciam, hanc opinionem ultra duos Authores, mox nominatos, à non paucis teneri; contraria nihilosecius mihi pridem arrisit, ut constat ex saepè cit. Jurisprud. Canonic-Civ. lib. I. tr. 2. cap. 4. à num. 500. eamque, præter Authores ibidem.

P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

'citatos, adstruunt Pufendorf de J. N. & G. lib. 7. cap. 7. §. 5. Ziegler ad Grot. d. lib. 2. cap. 4. pag. m. 264. & seq. Böhmer in Introd. ad Jus. Publ. part. spec. lib. 3. cap. 4. §. 32. Huber de Jure Civit. lib. 1. sed. 3. à num. 25. Rationem dat <sup>185</sup> Vasilius Illust. Contrav. lib. 2. cap. 82. num. 6. in hisce proptermodum verbis: quia in Regnis seu Principatibus, qui jam diu, forte abhinc annis mille, vel etiam pluribus, successione vel electio- ne deferuntur, neque apparet, quod jure primum sub tali ditione ac Imperio regio illa, homines, vel populi suis sent subacti, non est, cur non credamus, Optimò jure subactos subditos- que fuisse: unde non videtur, ab eo Imperio se subtrahere liberum aut fas esse, ne contra illud jus, jam veluti tempore stabilitum, fiat: unde simili- liter, si tempore quoque, cuius initii memoria non sit, sive homines, sive Magnates, sive Populi à tali ditione vel Imperio se subtraxerint, inque liber- tatis possessione fuerint, eam jure asse- cuti, inque posterum jam suæ ditionia sive Imperii esse videbuntur: narti, si solô tempore justificabatur subje- ctio, ergo solô etiam tempore & longè facilius justificabitur liberatio. Confirmatur hæc ratio ex usu & ex- <sup>186</sup> petientia Rerum publicarum, tum Aristocraticarum tum Democraticarum, quarum multæ à Regimine Monarchico, cui erant subjectæ, non unicò actu, sed tractu temporis, ac li- bertate omnimodâ, ultra memoriam hominum exercitâ, se se exemerunt, atque Imperium in paucos aut omnes de Populo transtulerunt, quibus, si quæstiōnem statūs quis movere vellit, cum maxima publicæ tranquillitatis & quietis perturbatione, nescio quod & quantâ bella suscitari deberent.

Nec officit discursus, ex Grotio ad- <sup>187</sup> ductus: tametsi enim præscriptio, quatenus secundum Jus Civile, Ro- manum aut aliud, præcisè consideratur, ad Summum Imperium non per- tingat; prout tamen consideratur, juxta Jus Gentium & Naturale, vires suas etiam in Summam Potestatem exerit: quippe cum talia jura non tan- tū privatos sed etiam Magnates, ac personas publicas efficiant; sicque, Sum-

E e

Sum-

Summum Imperium, saltem quoad modum habendi, præscriptioni faciant tributarium. Certè Grotius ipse met d. cap. 4. §. 14. num. 2. minimè dubitandum arbitratur, quin & Regis longa patientia possit Populo sufficere ad pariendam libertatem publicam, ex præsumpta Imperii derelictione: si igitur Lex derelictionis, in Natura optimè fundata, Populo quoad libertatem faveat contra Principes & Regentes: cur Lex præscriptionis, in Natura solidè radicata, Populo favere non debeat, præsertim si præscriptio in præsumptione rei derelictæ fundatum habere dignoscatur? Rationes, quas operose concessit Horatius, ejus Scholiaest Kuchenbecket innot. add. §. 19. jam ante me egregiè dissolvit. Ne tamen eas silentio præteriisse videar, ad I. concedo, subiectum præscribens esse subditum, non autem quæ talis, seu ut maneat subditus, sed ut desinat esse talis: quemadmodum & ille, qui Potestatem Monarchicam contra Populum, cui antehac erat subjectus, præscribit, non manet subditus, sed, extinctâ subjectionis conditione, Supremus & Maximus quoad Populum illum evadit. Ad II. replicari potest I. quidquid est alienabile, est etiam præscriptibile; quippe cum præscriptio dicatur esse species alienationis, & sic, ubi hæc non vetatur, nec illa debeat supponi fuisse vetita: esse autem Majestatem alienabilem, patet ex supra probatis à n. 107. Quidnî ergo Majestas sit præscriptibilis? Replicari potest II, hanc objectionem obstatum præscriptioni, tum derelictioni Regis adversus Regem aut Populum liberum: & consequenter, cum ex toto §. priori constet, & præscriptionem & derelictionem inter Summos Imperantes communiter admitti; objectionem illam assertioni nostræ haud quicquam officere. Replicari potest III. transmissò etiam, quod Majestas, in se speßata, versetur extra commercium humanum; rectè tamen modum habendi Majestatem, aut jus regendi Civitatem humano commercio obnoxium pronuntiari: tum quia modus habendi Summaria Potestatem origi-

nariè dependet ex voluntate Populi, cui liberum erat, & formam Regimini determinare, &c, quæ ratione Imperium acquiri valeat, decernere: tum quia, sicuti Gentibus ferè omnibus placuit, electionem, successionem, & occupationem bellicam, tanquam modos assumere, quibus Regna & Republicæ, non secus ac res privatæ & humano commercio suppositæ, acquirantur; ita & Gentibus ferè omnibus placuisse credendum est, ut recentis modis etiam præscriptio annueretur. Ad III. resp. non esse impossibile, ut subditis bona fides ab exordio præscriptionis statim suffragetur: si enim Rex aut sponte Populum, Gubernatore non relicto, deserat; aut Populo, Rectorem petenti, non respondeat; aut extra Regnum ab alio pulsus Populo succurrere non velit aut non valeat; Populo non est prohibitum, contra quemcunque tertium invasorem se defendere, jura libertatis exercere, ac ea, quæ Regibus cæteroquin competunt, per seipsum ordinare. Quòd si jam in hoc libertatis & Jurium Regiorum exercitio per tempus immemoriale, citra ullam turbationem aut interpellationem, à vero Rege ejusque Successoribus interpositam, permaneat, bonam fidem, ad præscriptionem alias necessariam, omni tempore habebit. Ad IV. tit. tulus præsumptus aut existimatus, cum mater sit bonæ fidei, ex tacita derelictione, cuius aliquot conjecturas tam in num. immediate anteced. quam in num. 147. suggeri, originem trahens, tantarum est virium, ut Imperium ad miniculò præscriptionis à Principe in Populum, in possessione libertatis naturalis ac Jurium Majestatis immemoriali tempore existentem, transferat. Ad V. repetenda sunt, quæ superius de temporis determinatione in n. 158. Et seq. dixi. Et, si Jus negetur esse causa efficiens Imperiorum, id quidem quoad rem ipsam non inficior; attamen, quod Jure Naturæ, Gentium, aut Divino modus Imperium consequendi possit statui, indubitanter assevero. Ad VI. necessum minimè creditur, ut præscriptio semper operetur dominium, verum aut plenum: cum

cum etiam usumfructum, pignus, aut aliud jus, seu reale seu personale, producere soleat. Quodsi tamen rescire cupias, an, qui praescribit Imperium, illius dominium adipiscatur? Ego vicissim ex te sciscitor: an, qui electio ne aut successione acquirit Imperium, illius dominium nanciscatur? Quid quid igitur tu ad meam interrogacionem responderis; respondebo ad tuam; &, si dixeris, in Regnis non-patrimonialibus magis usumfructum, quam dominium electione vel successione queris; idipsum de praescriptione di-  
ctum volo. Ad VII. subjungo, solam quasi praescriptionem facere, ut Imperia aeterno jure stabiliantur: nam, si in dubium trahatur, an Princeps Majestatem habeat, aut certus illius possessor sit? Recurro ad praescriptionem; & si à Principe & ipsius majoribus at tempore, de cuius initio non constat, possidit fuerit; omne dubium depono. Sin autem Populus in quieta possessione libertatis tantum tempore steterit, non Principem, Majestate praeditum, sed Populum li-

berum, Summam Potestate instructum, absque hesitatione agnosco.

Possintne subditi, quæ tales, in sua propria Civitate non quidem Summam Potestatem, sed alia jura, ex Summa Potestate cæteroquin manantia, contra suos Imperantes praescribere? Questio est, in cit. mea Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. tr. 2. cap. 4. à num. 405. proposita; ubi asserui, jura Summæ Potestatis intrinseca seu necessaria, quæ nempe inseparabiliter ei inhærent, ac necessariam cum ea connexionem hahent, praescribi non posse: quia implicat, aliquem esse subditum, & simul exercere vel habere jura, subditis incommunicabilia, solique Majestati insita & infixa; alia vero jura, quæ à Majestate separationem patiuntur, ac subditis ex benevolâ Regentium concessione valent competere, praescriptioni obnoxia esse: cum impedimentum aliquod, ratione cuius sufflaminetur praescriptio, non occurrat. Consentit Grotius de J. B. cit. lib. 2. cap. 4. §. 13. & ibi Muelen. Boecler. Vitriar. q. 21.

### §. III.

#### Quibus Praescriptio Summæ Potestatis præjudicet?

**G**rotius d. lib. 2. cap. 4. §. 10. num. 11. hanc questionem per difficilem vocat de nondum natis, an jus ipsis ad Regnum forte competens tacitâ derelictione decedat? Rationem pro affirmativa ponit, quod nihil ad tranquillitatem Imperiorum ac dominiorum proficeret doctrina, de praescriptione hucusque tradita, si nempe „ea nondum natis non præjudicet: „cùm Imperia plerunque talia sint; „ut posteris debeantur. Rationem „pro negativa adducit, quod mirum „videatur, quomodo silentium possit „his, qui loqui non potuerunt, no „cere: quippe cùm nec existerent, „nec aliorum factum aliis damno esse „possit. Respondet deinde in n. 2. ejus, qui nondum natus est, nullum esse jus, sicut nec ulla sunt accidentia rei non existentis. Quare, si Populus, à cuius voluntate jus regnandi proficiuntur, voluntatem mutet, nis,

qui nondum nati sunt, ut quibus jus quæsumum nondum est, nullam facit injuriam. Sicut autem Populus expressè voluntatem mutare potest, ita & tacite creditur mutasse. Aliam rationem adjungunt Pufendorf d. J. N. lib. 4. cap. 12. §. 10. & Guilielmus van der Muelen in comment. ad Grotium cit. §. quia filius, viam cum patre constituens personam, nihil sibi juris vindicare potest, nisi quod à patre in ipsum transmittitur; transmitti autem nihil potest, quod prius à patre non habetur, aut tamdiu retinetur, quādiu in vivis supereft: quippe cùm bona parentum tum demum ad liberos pertineant, quando eadem usque ad mortem habuerunt: itaque, si in vita patris alienata, derelicta, vel usurpata fuerint, ad liberos, tum natos tum nascituros, devolvi non amplius potuerunt.

Huic Grotii responso libenter una cum

cum aliis acquiescō per traditā in meā *Jurisprud. Canonico-Civ. lib. I. tr. 2. cap. 2. num. 56.* sed, quia gravior adhuc latet difficultas in Regno successivo gentilitio, an præscriptio, contra unum ex vocatis completa, noceat aliis omnibus de familia Regia, sive nati sint, sive viventes? Examinandum restat, num sententia Grotiana etiam in ista hypothesi procedat? *Enim* verò in negativam apertè transit *citat.* Muelen: partim quia Regna gentilitia nullatenus pendent ex voluntate aut potestate Rectorum, nec possunt etiam cum Populi consensu ullò modō in extraneum transferri, sed debent illis, qui de familia Regnatrixe sunt, certò ordine, à primo Institutore, aut Populo jam 206 præscripto, intacta relinqui: partim quia, qui gradutem remotiores sunt, licet habeant capacitatēm vel etiam facultatem succedendi, jus tamen actuale seu actu quæsitum in ejusmodi Regnis haud obtinent: unde, si præscriptio contra proximiorem ex illis, qui jus actuale habuit, perficiatur, remotioribus non obest.

207 Sed, quia est mera fictio Juris Civilis, ut, qui nondum nati sunt, à Populo vel Institutore Regni videantur habere jus quæsitum, ut rectè observat Grotius *d. cap. 4. §. 10. num. 3.* admitto quidem, in ea Civitate, in qua successio gentilitia fuit recepta, neque à Principe Regnante, neque à Populo, neque à mutua utriusque voluntate

succeſſionem inverti, aut cuiquam ex Regio sanguine descendantium quidam præjudicari posse; & in eo sensu in cit. *Jurisprud. cap. 3. à num. 42.* defendi præscriptionem, in fideicommissis & feudis, contra unum ex agnatis completam, reliquis in gradu remotioribus non obstare: econtra quia in præscriptione Regnorum, neglecta Juris Civilis seu inventione seu fictione, solummodò spectamus Jura Naturæ & Gentium; longè verius censeo, quod, si Populus aut Rex unius Reipublicæ velit contra Principem aut Populum alterius Reipublicæ præscribere, fictio illa non impedit, quod minus præscriptio immemorialis, semel consummata, omnibus, qualemunque jus ad Regnum habentibus, aduersetur: tum quia dominium, ad stipulante Naturæ simul & Gentium Jure acquisitum, nequit ex alio, quam simili Jure iterum auferri: tum quia, si liceret sub figuramento juris, à majoribus acquisiti, Regna, ab aliis tempore immemoriali possessa, impetrere, finis introductæ Præscriptionis frustraretur, nec ulla Regnorum securitas, aut quies inter Gentes existeret: tum quia, qui remoti à successione distant, & in vivis superfiunt, aut sciunt, aut scire ex lapsu tam longævi temporis præsumuntur, Regnum ad manus alienas extra familiam devenisse; eaque propter rei de relictæ præsumptio subintrare valet. Grot. *d. l. Boeler. ib. Vitriar. ib. q. 17.*

## C A P U T III.

### De Subjecto & Objecto Summæ Potestatis.

**I**N hoc Capite Subjectum & Objectum Summæ Potestatis conjungere placuit, ut unde quasi obtutu patescat, quibusnam Summa Potestas competat & in quas personas, causas, & loca se extendat.

### S E C T I O I.

#### De Subjecto Summæ Potestatis.

##### S U M M A R I A.

1. *Duplex Subjectum Summa Potestatis affignatur, communis & proprium. 2. & 3. Impugnatatur ab Hornio. 4. & 5. Vindicatur. 6. & seq.*

7. *Respondetur ad argumentum Hornii. 8. Non bene exinde deducitur Majestas realis. 9. Subjungitur major hujus rei declaratio. 10. Indu-*
- gita-*

gitar. subiectum proprium Summa Potestatis.  
11. Rationis carentia facit aliquem ejusdem incapacem.  
12. Non quidem ubi supervenit.  
13. Aliud est de infantibus.  
14. Quorum nomine interea alii Regimen exercent.  
15. Feminas incapaces scoperi juxta quosdam facit natura.  
16. & seq. Adstruitur contrarium.  
18. Leges tamen per se removentur.  
19. Arcentur

quaque à Legi sparti. 20. Villaris conditionis homines.  
21. Peregrini & exterzi. 22. & seqq.  
Personae Ecclesiasticae Potestatis Summa Politica hanc incapaces sunt. 25. In Stato Monarchico residet potest Supremus. 26. & seqq. Quocunque tituli appelleretur. 30. In Stato Aristocratico est potest Optimates. 31. In Stato Democratico competit universo Populo.

## S. I.

Deturne duplex Subiectum Summae Potestatis,  
commune & proprium?

**S**ubiectum duplex pro Summa Potestate designat Grotius lib. I. cap. 3. §. 7. num. 1. commune, & proprium. Commune appellat Civitatem; Proprium verò indiget personam, unam aut plures, pro cuiusque Gentis Legibus ac moribus; quemadmodum in visu subiectum commune est corpus, proprium oculus. Duplicitatem hanc non usque adē placere Hornio, constat ex illius lib. 2. de Civitate cap. II. §. 1. num. 2. 3. Et 4. tum quia negat, quod exinde deducit Grotius, extincta familiā regnatrix Imperium ad Populum reverti, solumque jus eligendi aliquem & sumendi in Regem concedit: tum quia similitudo in politicis non rectè sumitur à rebus naturalibus, & in præsenti corpus non bene dicitur subiectum aliqui facultatis animalis, nisi mediante anima, quæ habet potentias naturales, & cum his materiam inhabitat.

Verū si Grotius in eo sensu, quem pandunt Boëclerus & Guilielmus van der Muelen ad cit. locum Grotianum, & Simon Kuchenbecker in not. ad cit. Hornium, exaudiatur, quod nempe Civitas, in se præcisivè considerata, exigat Summam Potestatem, non ineptè Civitas dicitur subiectum commune Summae Potestatis. Nam, si paulisper nos reflectere velimus ad dicta in cap. I. n. 113. & seqq. Summa Potestas consequitur Civitatem veluti proprietas naturalis; aut, si mavis dicere, instar animæ infunditur in Corpus Re-publicæ, per coalitionem civium, seu membrorum Politicorum, rite formatum: ab ipsa autem Civitate determinatur subiectum proprium, in quo deinceps Summa Potestas residat, &

P. SCHMIER JURIS PR. PUBL. UNIV. EAS.

per quod omnes actus Summi Imperii exerceantur. Ergo nil impedit, quod minus in hoc sensu duplex Summae Potestatis subiectum statuatur.

Neque obsistunt animadversiones 6 Hornii: quia, si in Regno successivo familia regnatrix penitus exspiret, non tantum jus eligendi Regem ad Populum devolvitur, sed etiam Majestas, adē ut Populus Statum Democraticum deinceps formare, ac Summum Imperium totius Politici Corporis nomine per unum aut plures exercere; aut Statum Aristocraticum eligerre, ac Majestatem in Optimates transferre valeat. Et, licet in Politicis 7 similitudo, ducta à rebus naturalibus, aliquando fallat; sæpe tamen aliquid lucis confert propositæ materiæ, præfertim in præsenti, ubi Corpus Politicum cum physico comparatur, & ex illo Summa Potestas, quasi proprieas resultare, aut in illud quasi anima, juxta num. 5. infundi dicitur.

Neque existimes, ex hoc duplicem 8 Majestatem, realem & personalem, in cap. I. à num. 47. rejectam, inferri: siquidem nulla in Civitate Majestas est, quando illata non retinere, sed in unum aut paucos voluntate propriâ conferre intendit: quippe cum Civitas ex num. 5. exigat quidem habere Summam Potestatem, modum tamen determinare, ac formam Regiminis Monarchici aut Aristocratici pro suo libitu eligere possit. Lubet pro il- 9 lustratione vocabulorum audire Pu-fendorium de J. N. lib. 7. cap. 6. §. 4. circa fin. Si queratur confusè, ubinam „ Summum Imperium reperiatur? „ Respondeatur, illud existere in quavis „ Civitate. Si queratur distinctius, „ que-

„quænam persona Imperium in Civitate habeat? Respondetur, vel Rex, vel Senatus, vel Populus. Sed quis inferat, dari duo distincta Imperia, quorum unum reale in Civitate re-fideat, alterum personale in Rege?

„Sicuti ineptus fuerit, qui duos distinxit, etos visus in homine fingere velit, unum, qui sit in homine, tanquam in subiecto communi; & alterum, qui in oculo, tanquam subiecto proprio.

## S. II.

*Quinam Summæ Potestatis sint capaces?*

<sup>10</sup> **D**E subiecto proprio Summæ Potestatis indagandum venit, an quilibet homo capax sit Summæ Potestatis, in se recipiendæ? Et hic regulam pono, omnes homines Summæ Potestatis capaces esse, quos Natura vel specialis Lex aut consuetudo non repellit.

Natura autem vix alios, ac qui rationis usum non habent, arcet: hi enim soli censentur simpliciter inepti ad Regimen Politicum, in homines rationales exercendum. Qua de causa mente capti & furiosi, ad Imperium aspirantes, meritò rejiciuntur; & si Regnum fuerit successivum, proximus agnatus vocatur, cù tamen lege & conditione, ut juratò promittat, se restituturum successionis beneficium, simul ac vitium prolapsæ mentis cessaverit. Hornius <sup>d. lib. 2. cap. 11. §. 3. num. 3.</sup>

Etsi furor, post Regnum, sana cum ratione suscepsum, primum superveniens, non auferat jus quæsitum, sed locum faciat tutelæ seu curatelæ vel administrationi Regiæ, ut, quod furiosus per se nequit exserere, Imperium per sanos & prudentes exseratur. Idem *ibid.*

<sup>11</sup> Infantes quoque eadem sorte censem aliqui apud Hornium *d. l. §. 2. num. 1.* sed, ut egregiè differit hic Author, quotidiana non tantum experientia, sed profana simul ac sacra monumenta sufficenter probant, infantem ad Sceptrum evechi in Regnis, præsertim successivis, aliquando etiam in electivis: quandoquidem, qui ex instituto majorum destinatus est hæres Regii Solii, non in spem Imperii adolescere, sed Imperium actu jam complecti censetur post mortem Antecessoris: nec enim cum annis accrescit Majestas, sed momentò adest, quô prior Rex fatis concedit, & successor ex Regio stem-

mate admittitur. Facultatem igitur & jus imperandi mox habet infans; ejus tamen executores sunt tutores & administrari, qui jussu & auspicio Regis parvuli Regimen moderantur, & tanquam Vicarii Reipublicæ curam sustinent.

Præterea sexui muliebri, referente cōdem Horniō *§. 4. n. 1.* plures sunt, qui Majestatem denegent: quod nullà efficaciâ, nullâ prudentiâ sint armatae, potius in saevitiam, iram, & quælibet vitia propendentes; quodve illas hoc ex capite viris à DEO subiectas fuisse, legamus in *S. Script. ut ostensum in lib. 1. cap. 2. n. 29.* Atquia ratio & virtus, uttestatur Seneca apud Lipsium mox citand. *nec sensum nec sexum discernit;* multaque recensentur Regni, quæ ad mentem Taciti *lib. Añal. 25. 2.* *virilibus curis fœminarum vitia exuerunt;* nec tantum apud Britannos tam Regno quam bello præfectæ, sed etiam apud Germanos Viris antelatæ fuerunt, uti observat Lipsius *Civil. doctr. lib. 2. cap. 3. 16.* quin & in sacra historia à DEO electæ sunt fœminæ, Imperio in viros instructæ, è quibus *Judic. 4. vers. 5.* recensetur Debora, que judicabat Populum, & ad quam ascendebat omnis Israël in omne judicium: cum eodem Hornio non credo, quod natura fœminas Summæ Potestatis absolutè reddiderit expertes. Et, si apud potiores Nationes à Throno Regali excludantur, id provenit ex specialibus Legibüs & moribüs, nullatenus improbandis, dum, quidquid masculum, naturâ magis factum ad imperandum, ut inquit Aristoteles *l. Polit. 8.* imbellis autem & imbecillis sexus, magis timidus, quam timendus, plerumque calidior quam prudentior, majori ut plurimum utilitate applicatur ad cu-

- nas quām curas severiores. Lipsius d.l. Cui jungatur Vir incomparabilis & famigeratissimus Juris Publici & Privati in nostra Universitate Professor D. Joan. Balthasarus Braua de *Magistratu cap. 5. §. 2. num. 7.* Contzen lib. 1. Polit. cap. 26. Pelzhoffer *Arcan. Stat. lib. 2. p. 1. cap. 5. à num. 8.*
- 19 Ex iisdem Legibus & moribus à Summæ Potestatis acquisitione removentur I. spurii, quos macula natum nedum ad fasces & secures, sed & ad instrumenta & rudimenta opificum facit inidoneos. Revideantur dicta in *cap. 2. à num. 25.* II. vilioris conditionis homines, quod nihil asperius sit humili, cùm surgit in altum; longèque clarius emicet Corona in capite, sanguinis aviti splendore jam an. 21 tehac inclarescente. III. peregrini & exteri, utpote qui Legum, consuetudinum, aut jurium priorum persæpe imperiti, novarum rerum avidi, commodeque proprii quām publici amantiores censemur; ac propterea suis quique parent placidiūs; etiam, cùm in p̄fēct, qui magis timeri potest. Curtius lib. 6. cap. 3. Braud. l. §. 2. Pelzhoffer d. cap. 5. n. 6. Et seqq.
- 22 Num Ecclesiasticæ Personæ Summæ Potestatis Sæcularis prorsus incapaces sint? Modò non dispiro, postquam in *Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. tr. 5. cap. 3. à num. 48.* ostendi, Romanum Pontificem optimò jure ac titulo Supremam in temporalibus Jurisdictionem in patrimonio D. Petri, seu
- terris, eidem temporaliter subjectis, habere & exercere; allegatā inter alia donatione Constantinianā: in cuius<sup>23</sup> robur deservit, quod recenter memoria prodidit Clariss. P. Spreng S. J. in *Theologia Patrum vindic. pag. m. 90.* Et seqq. acmpe D. Lucam d' Achery Monachum Benedictinum edidisse librum, cui titulus: *Spicilegium veterum aliquot Scriptorum, nunc primum in lucem editorum;* & in hoc in tom. 7. produci Æneam Episcopum Parisinum, scilicet noni Scriptorem, qui in tractatu, quem adversus Græcos scripserat, mentionem ingerit celebris illius donationis, à Constantino Imperatore Romano Pontifici factæ, certaque fide asserit, suā quidem ætate complura actus ejusdem exemplaria in Gallia visa fuisse. Occurrunt etiam exempla Summæ Potestatis Sæcularis, à Sacerdotibus Testamenti Veteris exercitæ, tum in Melchisedech, *Rege Salem & Sacerdote DEI Altissimi;* tum in Moysè, Pontifice simul & Duce Populi Israëlitici; tum in Heli & Samuele, Sacerdotium cum Principatu conjugentibus; tum in Nehemia & Mæthia, Judæam Rempublicam quoad sacra & profana gubernantibus; de quibus insigniter tractant Bellarmino, *de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 9.* Antonius Paulutius *Jurisprudentie Sacrae to. 1. lib. 2. tr. 2. cap. 7.* Illustr. D. Pelzhoffer *Arca. Stat. lib. 7. cap. 9. à num. 8.* Illustr. D. L. B. ab Andlern *Jurisprud. Public. lib. 1. tit. 5. p. 1. num. 12.* Et seqq.

### §. III.

*Penes quos in qualibet Statu Summa Potestas resideat?*

- 23 **U**T Summæ Potestatis subjectum magis specificè indigitemus; illa in Statu Monarchico residet penes eum, qui Superiorem in terris non recognoscit, sive deinde Rex, Dux, aut Princeps appelletur. Licet enim Monarchæ a potiori sint & dicantur Reges; ex solo tamen titulo juxta cap. 1. num. 13. de subjecto Majestatis haud tutò judicatur: nam Julius Cæsar Regnum tenebat, Regiamque Potestatem solus exercebat; & nihilominus ex testimonio Suetonii cap. 79.

Cæsarem se, non Regem esse, respondebat. Vitellius quoque, referente Tacitō apud Clapmarium *de Jure Publ. lib. 8. præmisit in Urbem edictum, quod vocabulum Augusti differret, Cæsaris non recipieret, cùm de Potestate nihil detraheret.* Besold. lib. 1. Polit. cap. 5. §. 2. n. 6. Et 7. Augusti etiam tempore, ut narrat Dion lib. 53. nomen quidem ejus Imperii, quō omnis penes unum alii quæcumque esset Potestas, adeò invisum Romanis fuit, ut ne Dictatorem quidem nominare sustinuerint; quum „tamen

„ tamen ad Imperatorem Summa Rei-  
„ publicæ referatur, fieri non potest,  
28 „ quin sub Regno Romani sint. Et  
„ infra: ratione eorum nominum „,  
„ quæ in populari Civitatis statu usur-  
„ pantur, omnem totius Reipublicæ  
„ Potestatem accipiunt (Imperatores)  
„ ac Regiam etiam, nisi quod invidiam  
„ nominis vitant. Nam Cæsar &  
„ Augusti vocabula nihil quidem po-  
„ tentiae adjiciunt peculiari, sed alte-  
„ rum successionem stirpis, alterum  
„ splendorem dignitatis significat.  
29 E contrario Duces inveniuntur &  
Reges, nil minùs quam Summum Im-  
perium habentes, quales erant & illi,  
qui apud Veteres Germanos magis  
suadendi quam jubendi autoritate  
pollebant; & qui apud Romanos uni-  
verso Populo in provinciis devictis  
existentes parebant. Grotius lib. I. cap. 3.  
§. 10. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ.*  
*part. spec. lib. I. cap. 4. §. 13.*

In Statu Aristocratico Summa Po- 30  
testas indivisim competit Senatoribus,  
seu Optimatibus, qui aliquando assu-  
muntur ex solis Nobilibus seu Patritiis;  
aliquando ex Civibus universis ob me-  
ritum virtutis & doctrinæ feliguntur,  
eum scilicet in finem, ut illi soli, ex-  
clusò Populô, negotia Reipublicæ  
more Regiô, citra metum provocatio-  
nis ad Superiorem, disponant. De  
hoc plura videre licebit apud Illustr.  
D. Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 3. cap. 12.*  
Et multa seqq.

In Statu Democratico Summa Po- 31  
testas est penes universum Populum,  
in Civitate seu societate Civili & per-  
fecta congregatum: adeò ut sine om-  
nium civium aut majoris faltem partis  
consensu actus Summa Potestatis  
exerceri nequeant; nisi forte unus as-  
sumatur, qui totius Populi nomine re-  
gat. Qua de re laudatus Pelzhofer po-  
liticè & prolixè agit d.lib. 3. cap. 2. Et seqq.

## S E C T I O II.

### De Objecto Summæ Potestatis.

#### S U M M A R I A.

32. Pro objecto Summa Potestatis statuantur primo  
subditæ. 33. Qui dignoscuntur ex homagio.  
34. Nec excipiuntur alii, qui morantur in loco.  
35. Ita tamen, ut Peregrini solito teneantur ad  
Leges & consuetudines locales. 36. Et inter-  
dum ad iudicium subenundum. 37. Incola au-  
tem propius accedant subditæ. 38. De Personis  
Ecclesiasticis remissive. 39. & seqq. Secundo ad  
objectum pertinent Fura Majestatis. 41. Ma-  
jora & minora. 42. & seqq. Et quidem ex mente  
Hornii omnia illa, que pones DELLM sunt. 44.  
& seqq. Quid non admittitur. 47. & seqq. Sed  
pro regula horum Jurium spectandas est finis Rei-

publica, seu salus publica. 50. Aliqua ex his  
sunt communicabilia; aliqua non. 51. Terèò  
huc spectat locus. 52. Non quidem totus mun-  
dus. 53. Sed certa diœta aut regio. 54. Altius  
ibidem, à Summa Potestate exerciti, valentabi-  
que. 55. Nobiles in uno loco procedunt etiam  
in alio. 56. & seqq. Princeps, extra suum  
territorium agens, pro Principe est honorandus.  
61. & seqq. Subiungitur exemplum Mariae Stan-  
da. 63. Contradicit Böhmerus. 64. Refel-  
litur. 65. Fit exceptio de Jurisdictione co-  
etiva & caercitiva. 66. Usi & de Principe, ho-  
stilia moliente.

#### S. I.

### Quænam Personæ Potestati Summæ fiant subditæ?

32 **A**D objectum, circa quod oc-  
cupatur Summa Potestas,  
reduco I. personas subditas,  
quæ nempe aut homagium  
Summo Imperanti præstiterunt; aut  
in eo loco, in quo Summa Potestas  
33 exerceatur, morantur. Et quidem  
homagium esse genuinam tesseram,  
cujus adminiculô quis subjectionem..

tanquam civis manifesta professione  
commonstret, extra dubium, & olim  
in Orientali Romanorum Imperio,  
nunc autem in tota Europa usitatum  
est, uti testatur Hertius in *dissertat. de  
modo constituendi Civitat. sect. I. §. 3. vol. I.  
to. I.* Qui verò non præstiterunt 34  
homagium, in loco tamen, in quo  
Summa Potestas exerceatur, moran-  
tur,

# Quænam Personæ Potestati Summæ fiant subditæ? 117

tur, nihiloseciūs Summum Imperium venerari tenentur; sed cum discrimine inter incolas & peregrinos. Pe-  
rigrini namque (ut verba Hornii de Civitate lib. 2. cap. 12. §. 1. num. 2. Et 3. huc applicem) qui tanquam hospites in aliena Republica, cujus nec pars sunt, nec domicilium stabile habent, ver-  
santur, ad aliam obedientiam non ob-  
ligantur, quām ut obseruent loci con-  
suetudinem, mores, instituta, leges,  
saltem si quid agere instituant: ini-  
quum enim foret, alienæ Reipublicæ  
sanctiones temerariō ausu violare, &  
subditos alterius in patria sede offendere.  
Quòd si ære alieno aut cri-  
mine aliquo se se obstrinxerint in loco  
commorationis, Judici & judicio sub-

jiciuntur; quin & suæ, cujus pars sunt,  
Reipublicæ nomine ob alienum debi-  
tum per arresta vel repressalias usque  
ad congruam satisfactionem detineri  
possunt, ut infra in lib. 4. cap. 1. doce-  
bitur. Incolæ propriis accedunt veris subditis: utpote cùm domici-  
lium verum fortiantur; utantur ple-  
trisque Reipublicæ commoditatibus;  
subdantur omnibus legibus; subeant  
munia civilia, licet non omnia, plu-  
ra tamen.

Quid Juris sit circa personas Eccle- 38  
siasticas, an & quatenus Jurisdictioni  
Politicae subsint? Per extensum di-  
scussi in mea *Jurisprud. Canonicō-Civ.*  
*lib. 1. tr. 1. cap. 7. à num. 81. & lib. 2. tr. 1.*  
*cap. 3. & lib. 3. tratt. 1. part. 3. cap. ult.*

## S. II.

### Quales causæ constituant objectum Summæ Potestatis?

39. **A**D objectum Summæ Potestatis II. reduco causas seu negotia, circa quæ & in quibus eadem occupatur. Et hæc, ut loquitur Hertius in *Element. Prud. Civil. part. I. sect. 6. §. 17.* ab adjuncta qualitate vocantur *Jura Majestatis* sive Imperii; ab Italib autem, quos nostrates sunt imitati, *Regalia*, quasi Regiam dignitatem & præminentiam condecoratio. 40 Quanquam & alia horum Jurium nomina recendeat Clapmar. lib. 1. cap. 10. eaque à Tacito *Sacra Regni*, à Livo *Jura Summi Imperii*, à Jctis *Sacra Sacrorum*, *Sacra individualia*, *Jura sublimia* compellari, attestetur.

41 Dispesei solent hæc Majestatis Jura seu Regalia in majora seu intrinseca, & minora seu extrinseca. Illa dicuntur, quæ Summæ Potestati indispensabiliter connectuntur, nec ab ea quævis ratione possunt avelli. Ista nuncupantur, quæ connexionem tam necessariam cum Summa Potestate non obtinent, ut inde avelli & in alios transferri nequeant. Undenam ve- rò hæc Jura dignosci, & quomodo di- scerni possint? Non una ratione tra- ditur aut explicatur, prout sapienter advertit Hertius d. p. I. sect. 6. §. 17. Si Hornio lib. 2. de Civit. cap. 2. §. 2. n. 1. Et seqq. fidem tribuamus, tot & tanta

Summam Potestatem circumfluunt Jura, quot & quanta in DEO ter Opt. Max. reperiuntur. Introduxit quippe, ib. in num. 3. Reges, qui Divinas subirent vices, & in designatam Regionem & commissum Populum haberent Jura, exercentque, tanquam in sphæram suæ civilis activitatis. Huic Vicario, & Pro-DEO, in particularem orbem facultatem attribuit similem illi, quam ipse habet in universum mundum. Cujus beneficium consequitur Princeps universæ Reipublicæ Regimen, Imperium in hominem, & dominium in Regionem subjectam seu territorium. His enim absolvitur in se aucta Majestas: quæ, dum omnia posse debet in Civitate, tria illa necessaria complectitur. Addit in num. 4. eō ipsō, dum Princeps Vicarius DEI est, tantum potest in civibus dependenter, quantum DEUS independenter in universo potest.

Verum hanc regulam amplecti non lim: nec enim fundamentum, ex quo illam deducit Hornius, quod scilicet DEUS sit immediata Summæ Potestatis causa, respectu subjecti Imperantis, agnosco, ut patet ex cap. I. n. 124. Et seqq. &c, siagnoscerem, non capio, quæ sequelâ Princeps quæ Vicarius DEI necel-

Gg

P. SCAMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

necessariò debeat jus omne, quod habet DEUS, & ipse habere: cùm aliis quoque Vicariis non omnia, qua Principali competunt, necessariò com-  
45 munitur. Certè cum Republi-  
ca male ageretur, si jus illud absolu-  
tum in homines, quod in Supremo  
Numine veneramur, Regibus, tan-  
quam Pro - DEIS, adstrueremus:  
possent enim pro suo libitu de vita,  
corporibus, bonis, & juribus nostris  
citra cujusquam injuriam disponere,  
ac omnia susque deque vertere: quod  
contra finem & intentionem tum Ci-  
vitatis tum Imperii in Civitatem è dia-  
46 metro pugnat. Aliam longè con-  
clusionem ex officio Vicarii, quod  
Princeps DEI nomine exercet, dedu-  
cit Eminentiss. Cardin. Bellarmin. *de Offic. Princ. Christiani lib. I. cap. I.* quod  
nempe Principatum non ut absolutè  
suum, sed ut sibi à Rege Supremo ad  
tempus gubernandum traditum, ob-  
tineat, sub conditione rationis redi-  
dendæ in trecento nimis judicio ejus-  
dem viventis & Omnipotentis DEI.  
47 Itaque cum Hertio cit. §. 17. ex fine  
Civitatis & constituti in ea Imperii  
mensuram jurium Majestaticorum ju-  
stissimè desumi censeo, ac facultatem  
agendi id omne, sine quo felicitas Rei-  
publicæ salva esse non potest, à Divi-  
no Societatis Civilis Auspice cuilibet  
Civitati, & ab hac Imperantibus con-  
48 cessam arbitror: tum quia DEUS &  
Natura non deficiunt in necessariis, &

ubi certum præfigunt finem; media  
quoque, ad finem obtinendum desi-  
derata, subministrant; quò referri po-  
test illud D. Augustini lib. 5. de Civitat.  
*DEI. cap. 21.* ille unus verus DEUS, qui  
nec iudicis nec adiutoriò deserit genus huma-  
num, quando voluit, & quantum voluit,  
*Romanis Regum dedit;* tum quia plus 49  
tribuere Potestatis, quam exigat con-  
secutio finis ac beatitudinis civilis, est  
destructio finis; est res superflua,  
quam summoperè DEUS abhorret &  
Natura; est plenitudo non Potestatis,  
sed Tempestatis, velut in casu non absi-  
mili argumentatur Vasquius *Illustr.*  
*controvers. lib. I. cap. 5. n. 17.* Una proin-  
de cynosura & stella polaris Imperant-  
ium est Salus Populi. Hæc Regina  
Legum omnium; hæc Lex Regia, &  
una præ omnibus Principi cordi esse  
debet. Ad hanc Legem refertur diu-  
turnitas præsentis statu, tranquillitas  
publica, utilitas Reipublicæ, Imperan-  
tis securitas. Pelzhofer *Arcanor. Stat.*  
*lib. 2. p. I. cap. 6. num. 3.*

Jam si quæ Jura ad obtinendam Rei-  
publicæ felicitatem à persona Impe-  
rantium avelli, & in alios dispensari  
posse haud judicentur; ea jura Majes-  
tatis intrinseca & majora vocari: alia  
vero, quæ salvæ Reipublicæ felicitate  
separationem admittore videntur,  
Jura Majestatis extrinseca, seu minora  
nuncupari poterunt. De illis prin-  
cipaliter; de istis autem incidente  
in lib. 3. & 4. agetur.

### §. III.

### *Ad quem Locum extendatur Summa Potestas?*

51 **A**d objectum Summæ Potestatis  
reduco III. *Locum*, intra quem  
exercetur Summa Potestas, &  
extra quem non extenditur: nam, ex  
quo Civitates institutæ, Territoria di-  
visa, & Imperia fuerunt distincta, Im-  
perantibus certi limites, quasi colum-  
nae Herculis, sunt positi, intra quos  
Summam Potestatem in personas &  
res exerceant; at non plus ultra. In-  
deque jam pridem explosa est senten-  
cia Bartoli & sequacium, afferentium,  
Imperatorem esse Dominum totius  
mundi: cùm terrarum orbis nullo ua-

quam tempore totus & integer Roma-  
nis aut aliis Gentibus fuerit subactus,  
& ne Europa quidem tota, multò mi-  
nus Africa & Asia; Germani autem,  
qui trans Rhenum & Danubium erant,  
perpetua cum illis bella gesserint, nec  
unquam Provinciæ jura acceperint, ut  
perhibet Ziegler *de Jurib. Majest. lib. I.*  
*cap. 3. §. 15.*

Habet autem Summa Potestas intra;  
suam ditionem & districtum intentio-  
nem & præsumptionem ritè funda-  
tam quoad omnia & singula Majesta-  
tis Jura, ibidem exercenda; adeò ut,  
gu

qui exemptionem quoad personam vel res obtendit; vel jus aliquod in alieno territorio usurpat, concludentis probationis necessitate distringatur. Stryck in disput. de Jure Principis extra territorium, quæ extat in Dissertat. Franc. cofuit. I. vol. 2. cap. I. num. 14.

Habet etiam cuiuslibet loci Summa Potestas quoad actus, ibidem circa personas subditas celebratos, hanc prærogativam, ut valeant in quoque loco; sicut de jure aggratiandi, quod delinquenti remittitur poena; de jure legitimandi, quod natalium macula purgatur; de jure nobilitandi, quod quis ex numero plebeiorum extrahitur, tradit Stryck cit. dissertat. I. cap. 2. num. 13. ss 52. Et 66. ubi inter omnes Gentes ex composito quæ sic observari testatur, ut Germanus Gallum, Gallus Italum, hic Hispanum, ille Anglum iterum Danumque, & sic porrò pro Nobilibus in suis quoque Regnis habeat, dummodò à tali Domino dignitate illà fuerit donatus, cui jus hoc in generalitate sua competebat.

56 An verò Princeps, Summa Potestate effulgens, extra suum Principatum planè habeatur pro privato, nihilque de Juribus Summae Potestatis retineat? Quæstio gravioris est momenti; in qua tamen intrepidè assero, Principem, ubiunque locorum comonetur, suam Dignitatem & Majestatem sicut quoad honores, præeminentiam, & independentiam à quocunque Superiori, salvam habere. Nam, ut bellè differit Hornius lib. 2. de Civit.

cap. 8. §. 4. num. 4. Princeps, qui alterius territorium volente Dominò ingreditur, quādiu se hostem peregrinæ Reipublicæ non profitetur, eō honore, cāque reverentia colendus est, ac si apud suos ageret: in quoque enim loco fuerit, Divinitatis quemdam impressum characterem circumfert, & universæ Reipublicæ instar est. 58 Quare, sive à Principe peregrino, sive hujus subditis lēdatur, semper D'EI Vicarius & integra Communitas offenditur; nec unquam sine præsentissimo metu secuturæ vindictæ contemnitur, nisi dissolvatur simul vinculum & omnne jus, quod haec tenus Gentes invicem 59 conglutinatur. Addit Hornius in

§. 9. num. 1 negari non potest, Principem, præter DEUM, Superiorem non agnoscere, & ideo nec alium Judicem, et si alibi reperiatur: quia judicium supponit Potestatem in caput, quam Princeps in subditos, nemo natus homo in Principem habet. Concordant Authores alii, & pro certo tradunt, Principem, qui territorium alienum ingreditur, Majestatem non perdere, nec effici pro eo tempore, quod versatur in alieno, alterius Principis subditum: cum par in parem Imperium non habeat. Grot. de J. B. lib. 2. cap. 18. §. 4. num. 5, Vitriar. ib. quæst. II. Et 17. Stryck ubi supra cap. I. num. 16. Et seqq. Ziegler de Jurib. Majest. d. lib. I. cap. 32. §. 19. ubi in §. anteced. allegat, à nonnullis Elisabethæ, Angliae Reginæ, virtio verti, quod Mariam Scoticam mortis supplicio subjecerit: quippe in quam nullum planè jus illi fuerit, adiectò postea hōc epithaphiō: Maria, 62 Scotorum Regina, Regis filia, Regis Gallorum Vida, Regina Anglie agnata Et heres prima, virtutibus Regiis Et animo Regi ornata, Jure Regi frustra sepius impunita, barbaræ ac tyrannicæ crudelitate ornamentum nostri seculi Et verè Regium humen extinguitus: eademque nefario judicio Et Maria, Scotorum Regina, morte naturali. Et omnes superstites Reges, plebejū facti, civili morte multantur. Novum Et inauditum tunuli genus, in quo cum vivis mortui includuntur. Cum sacris enim Divæ Marie cineribus omnium Regum atque Principum violatan ac prostratan Majestatem bīc jacere scito.

Ex dissentientibus legi Böhmerum 63 in Introd. ad Jus Publ. Univ. part. spec. lib. I. cap. 4. §. 11. Et seq. ubi statuit, Principi, alterius territorium ingresso, nec venerationem, nec prærogativas alias, aut externæ Dignitatis signa de Jure deberi: quia hæc Dignitas dependet à Summa Potestate; adeoque intra fines Reipublicæ concluditur, nec alios, qui in statu libertatis & æqualitatis cum altero vivunt, obligat. Sed ratio ista jam eversa manet ex ratione, prius adductâ, quod Dignitas & Majestas Principis dependent ab intimiori & funditus impresso charactere, representatione scilicet & Vicariatu Divini Numinis; consequen-

quenter eandem venerationem & reverentiam mereatur, sive extra sive intra limites sui Imperii conversetur.

**65.** Quamquam Jurisdictionem, (ut alias Jurisperiti nominant) contentiosam, seu Potestatem judicariam, coercitivam, & coactivam extra suum territorium non aliter administrare queat, quam si Princeps aliis tacite vel expressè consentiat: cum ejusmodi actus jurisdictionales ut plurimum consequatur aliquis strepitus forensis, quem ab exteris in suo fundo ne quidem privatus libenter sustinet.

Dicta hucusque obtinent, quando Princeps pacatus alterius fines pertransit: at cessat ille cultus, cessat respectus & reverentia, quam primum hostili animo hospitium infestarit. Licet tunc omnia in Principem, quæ in hostem Jure Gentium licere possunt. Hostilia molientem, hostilia manent. Majestatem perdit, alterius arbitrio subjicitur, judicium subit, qui in victoris manum & Potestatem fuerit redactus. In hoste nemo quæsierit, Princeps sit, nec ne. Hornius ubi supra cap. 8. §. 9. num. 2.

## C A P U T IV.

### De Obligatione & Cessatione Summæ Potestatis.

**A**ntequam ad Jura Majestatis sigillatum enucleanda progredior, juvat in hoc cap. præmittere obligationem, quæ Imperantibus in quocunque Civitatis Statu, sive Regularis sit, sive Irregularis, incumbit; nec non modos, quibus Summa Potestas exipiat, subjungere, sicutque librum præsentem concludere.

### S E C T I O I.

#### De Obligatione Summæ Potestatis.

##### S U M M A R I A.

1. Nullam esse Summa Potestatis obligationem, aliqui docent. 2. & seqq. Textus & plausibilis rationes ipsorum. 6. & seqq. Veritas contraria demonstratur ex S. Scriptura. 9. & seqq. Jure Naturæ. 11. & seqq. Fine Summa Potestatis. 14. & 15. Sanctis Patribus. 16. & seqq. Authoribus profanis. 18. & seqq. Textus D. Machthæ cap. 23. explicatur. 20. & seqq. Item sextus 1. Reg. 8. exponitur. 22. Potestas omnis Juri Naturali subordinatur. 23. Commendatur exemplum Principis. 24. Gentium minus moratarum exempla hanc attendenda. 25. Allegantur in specie exempla Bonorum Regentium in Cajo Octavio. 26. Flavio & Tito Vespasianis. 27. Ulpiano Trajano. 28. Elia Trajano. 29. Antonio Pio. 30. Imperantes obligantur ad virtutem. 31. Nominatum ad iustitiam. 32. Clementiam. 33. Fidem. 34. Modestiam. 35. Pufendorfii instructio. 36. De Crina Ciceronis. 37. Summa Potestas juxta Hobbesium non obligatur ex pacto. 38. & seqq. Illius argumentum enervatur. 41. Valor bonus obligationis afferitur. 42. Est summa gene-

- ralia. 43. & seqq. Tum specialis; eaque vel ex pacto, ratio; 46. vel expresso. 47. Quo pertinent Leges fundamentales. 48. Quæ sanctissime custodiri debent. 49. Attamen ex negligencia custodia non possunt Imperantes Summa Potestatis privari. 50. Esi nullitas actus exinde consipi valeat. 51. Facultas interpretandi postea non est concedenda subditis. 52. Possunt etiam pacta à Regentibus iuris cum extraneis & civibus in particulari. 53. Quæ regulantur juxta Leges pactorum inter privatos. 54. Non datur sapient obligatio civilis efficax. 55. Neque tam stricta est obligatio servandi formam contra etius. 56. & seqq. Datur etiam Principibus restitutio ex capite metus ante dol. 58. Non autem quoad leges fundamentales. 59. Aut ex solo capite etatis minoreniss. 60. Nisi magna concurrat lesio. 61. Aliquis rescissionem indulgent ob damnum subsequens, antea non prævisum. 62. & seqq. Rejiciuntur. 64. In Status Poliarchico semper maxima obligatio ex pacto. 65. In Status Monarchico distinguuntur in Regnum patrimoniale, & non-patrimoniale. 66. & seqq.

Doge-

Docetur, qualis obligatio in priori ab Antecessore devolvatur ad Successorem. 71. & seqq. Docetur, qualis sit in posteriori. 73. & seqq. Addun-

tur varia cum limitationes, cum declarationes. 69. & seqq. Ostenditur, quomodo extra materiam patitorum ab Antecessoribus ligent Successores.

S. I.

An & qualis sit Obligatio Summae Potestatis?

**O**bligationem Summae Potestatis nullam esse, sed quodlibet, quod Imperanti libuerit, facere licere, cum Pseudopoliticorum Coriphæo, Machiavello, defendant Conringius, Hobbesius, Houtuynus, à Böhmero in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. I.*

2 cap. 5. §. 6. & 7. allegati. Obten-  
dunt pro colorando heteroclitio dog-  
mate I. Sacras Paginas tum *Mat-  
thæi 23. v. 2.* ibi: *omnia ergo, quæcunque  
dixerint vobis, servate; tum I. Reg. cap. 8.  
v. 11.* & seqq. ubi Samuel, ex Divino  
mandato locutus, ad Populum Israë-  
liticum ait: *hoc erit jus Regis, qui impe-  
raturus est vobis: filios vestros tollet, &  
ponet in curribus suis, facietque sibi equites  
& præcursorum quadrigarum suarum, &  
constituet sibi tribunos & centuriones, &  
aratores agrorum suorum, & messores sege-  
tum, & fabros armorum & currum suo-  
rum. Filias quoque vestras faciet sibi un-  
guentarias & focarias & panificas. Agros.  
quoque vestros, & vineas, & oliveta opti-  
ma tollet, & dabit servis suis. Sed & se-  
getes vestras & vinearum redditus addeci-  
bit, ut det evnucibis & famulis suis. Ser-  
vos etiam vestros, & ancillas: & juvenes  
optimos, & asinos auferet, & ponet in  
opere suo. Greges quoque vestros addeci-  
mabit, vosque eritis ei servi.* II. asse-  
runt, omnem obligationem, quâ con-  
stringatur aut limitetur Summa Pote-  
stas, debere à Potestate Superiori pro-  
cedere; Potestatem Summam vero  
non habere aliam Potestatem supra se,  
à qua constringi vel limitari queat.

4 III. opponunt, periculosem & per-  
niciosum esse, Principi absoluto velle  
leges & obligationem imponere: sic  
enim ab obedientia & reverentia ei  
debita facilè abstrahi subditos, existi-  
mantes, non esse sequendum Regis  
Imperium: cùm & ipse ea, quæ obli-  
gatus est facere, detrectet. IV. præ-  
texunt mores & ritus omnium ferè  
P. SCHMIER JURISPR. PUPL. UNIVERS.

Gentium, apud quas Reges & Monar-  
chæ absoluti, quæcunque sibi placu-  
re, nullô non sœculô & ævô fecerunt;  
nec tantum quod Principi placuit,  
Legis habebat vigorem, sed pro re-  
gula habebatur illud vulgatum: sic vo-  
lo, sic jubeo, stat pro ratione vo-  
luntas.

Sed procul hinc tam pestifera & ve-  
nenata principia! Refragatur enim I.  
manifestè Sacra Scriptura Deuteronom. 17.  
v. 16. & seqq. ibi: *cum constitutus fuerit  
Rex, non multiplicabit sibi equos, nec redu-  
cet populum in Agyptum: non habebit uxo-  
res plurimas, que alliciunt animum ejus, ne-  
que argenti & auri immensa pondera. Post-  
quam autem federit in solio Regni sui, descri-  
bet sibi Deuteronomium Legis bujus in vo-  
kyrine, aocipliens exemplar à Sacerdotibus  
Levitica tribus, & habebit secum, legetque  
illud omnibus diebus vita sua, ut discat ti-  
mere Dominum DEUM suum, & custo-  
dire verba & ceremonias ejus, que in Lege  
præcepta sunt. Non elevetur cor ejus in  
superbiā super fratres suos, neque declinet  
in partem dexteram vel sinistram &c.*  
Quem textum Card. Bellarminus de  
Offic. Princip. Christiani lib. I. cap. 1. ex-  
imiè dilucidans ita scribit: Moyses non  
simpliciter dixit, debet Rex Legem  
DEI custodire; sed addidit multa ver-  
ba, ut significaret magnitudinem hu-  
jus negotii. Primum jussit, ut ipse  
sibi describeret Legem DEI, ut non  
posset unquam dicere, non vidi Legem  
DEI, nec scio, quid contineatur in ea.  
Deinde addidit, ut exemplar Divinæ  
Legis acciperet à Sacerdotibus DEI  
veri: ne fortè pro Lege DEI veri ac-  
ciperet Leges falsorum Prophetarum;  
quales hoc tempore sunt, qui dicun-  
tur Politici, & multò magis hæretici  
omnes, qui Legem & cultum DEI pro  
suo capite populis obtrudunt, & non  
ab Ecclesia illa vera accipiunt, quæ est  
columna & firmamentum Veritatis. I. Ti-  
moth. 3. vers. 15. Tertiè addidit, utha  
H h beat

- beat secum & legat omnibus diebus  
vitæ suæ, ne forte obliviscatur man-  
data DEI. Denique adjungit, ut di-  
scat timorem Domini, & ex eo timore  
sollicitus sit observare mandata DEI,  
tum ea, quæ pertinent ad Religionem,  
tum illa, quæ spectant ad justitiam.  
Decet enim, ut Princeps in omni Lege  
Divina servanda exemplô suô popu-  
lum præcedat. Accedunt alii textus  
*Psalm. 2. v. 2. Et 3. eruditani, qui judi-  
catis terram, servite Domino in timore.*  
Item *Sapient. 6. v. 4. 5. Et 6. data est à Do-  
mino Potestas vobis, Et virtus ab Altissimo,*  
qui interrogabit opera vestra, Et cogitatio-  
nes scrutabitur: quoniam, cum effetis Mi-  
nistri Regni illius, non recte judicabis, nec  
custodis Legem justitiae, neque secundum  
voluntatem DEI ambulabis. Horrende  
Et cito apparebit vobis: quoniam judicium  
durissimum his, qui præfunt, fiet. Item  
*Daniel. 4. v. 34. Nunc igitur ego Nabu-  
chodonosor laudo Et magnifico Et glorifico  
Regem Cœli: quia omnia opera ejus vera,*  
*Et via ejus judicia, Et gradientes in super-  
bia potest humiliare Et c.*
- Refragatur II. Jus illud, à Natura  
conditum, a chominum singulorum,  
quacunque conditione vel dignitate  
præemineant, cordibus inscriptum,  
quod nemini dat facultatem agendi,  
quæ libent, sed præcipitea, quæ rectæ  
rationi consona, &, quæ eidem sunt  
dissona, vetat: quò spectat illud Clau-  
diani 4. *Consulat. Honorii.*

*Nec tibi, quid liceat, sed quid fecisse de-  
cebit,  
Occurrat, mentemque domet respectus  
honesti:*

- 10 Et illud Plutarchi in *Apopbtegm.* qui-  
dam, cum dixisset, omnia Regibus Et honesta  
Et justa esse: per Jovem, inquit Antigonus,  
Regibus barbarorum: sed nobis sola honesta  
sunt honesta, Et justa sola justa.

- 11 Refragatur III. finis Summæ Pote-  
statis, ad hoc Reipublicæ & ab hac  
uni vel pluribus concessæ, ut exercea-  
tur non ad libitum & beneplaci-  
tum Imperantium, sed ad salutem &  
incolumitatem parentium: ut pro-  
pterea, qui Summum Imperium tenet,  
sit obligatus ex officio, cuncta, ad Rei-  
publicæ prosperitatem idonea, pro-  
curare; cunctæ adversantia propul-

sare. Eamobrem, ut narrat Paulus 12  
Æmilius lib. 5. Ludovicus Crassus Fran-  
corum Rex, cum fatalem sibi diem  
appeteret sentiret, hortatus est filium,  
ut Religionem coleret, paci, com-  
munique dignitati ac saluti inserviret:  
Regnum nihil aliud, quam procura-  
tionem munusque publicum, existi-  
maret, cuius in vita administrati red-  
dendam exactè rationem contintit  
postfata sciret, suâ cuique facinori pa-  
ratâ præsenti sempiternaque merce-  
de. Quare ( subinfert anteà citat. 13  
Bellarmin.) longè abesse debet à Prin-  
cipe Christiano, quantumvis Summo,  
illa turpissima adulatio: si libet, licet:  
*An nescis te Imperatorem esse, Et Leges  
dare, non accipere? Quod refert Ælius  
Spartanus dictum Antonino Caracal-  
lae à Noverca, quam in uxorem du-  
cere cupiebat, sed non audebat.*

Refragantur IV. omnium ferè 14  
Gentium, Nationum, & Provincia-  
rum Authores & Scriptores, quæ sa-  
cri quæ profani, qui Princes & alios,  
Summæ imperandi autoritate insig-  
nes, non ex-leges, sed ad iusta & recta  
facienda arctissimè obligatos esse pro-  
nuntiant. Ex sacris est D. Augustinus,  
lib. 5. de Croit. DEI. cap. 24. sic differens:  
*felices eos (Imperatores) dicimus, si justè  
imperant: si inter linguas sublimiter bono-  
rantium Et obsequia nimis buniliter satu-  
tantum non extollunt, sed se homines esse  
meminerint: si suam Potestatem ad DEI  
cultum maxime dilatandum, Majestati ejus  
famulari faciunt: si DEUM timent, dilig-  
gunt, colunt: si plus amant illud Regnum;  
ubi non timent habere confortes: si tardius  
vindicant, facile ignoscunt: si eandem vim-  
dictam pro necessitate regende tuendeque  
Reipublicæ, non pro saturandis inimicitia-  
rum odii exserunt Et c.* Est præterea 15  
D. Gregorius in lib. 1. Reg. cap. 8. ubi  
ait: fortasse idcirco Saul reprobis Rex eli-  
gitur, ut electus Successor ejus Rex David  
cognosceret, quid cavere debuisset. Est  
Isidor. libr. 3. de Summo Bono. cap. 47.  
Princes, inquiens, Regesque electi sunt,  
ut terrore sub Populos à malo coécerent;  
atque ad recte vivendum Legibus subderent.  
Est D. Hieronymus in lib. 2. Paralipp.  
ubi dicit: Rex Et Populus obedire DEO  
debent Et Legi ejus: Populus erga Regem  
fideliter agere, Et Rex Populum cum justi-  
tia

tia regere. Est D. Thom. de Regin. Princ. cap. 2. scribens: multum cœendum est Principi, ne à ministerio transire velit ad dominium. De hoc punitus fuit Nabuchodonosor, qui à ministerio Regni transferat in dominium, reputans se Regni sui Dominum.

<sup>16</sup> Daniel. 4. Ex profanis Aristoteles lib. 5. Politicor. cap. 10. loquitur: ad Regis officium pertinet, cautum ac providentem esse, ut nec civites injurid, nec populares contumelid afficiantur. Xiphilin in Epit. Dion. lib. 47. Principatus propter salutem subiectorum constituuntur, ut in nullum dannum sentiant non modo ab alienis, sed neque à suæ Gentis hominibus. Philo lib. de creat. Princip. Sunt quidem Principes publici parentes Civitatum & Gentium, quotquot boni sunt: contra, qui in subditorum detrimentum abutuntur potentia, non Principes appellandi, sed hostes, cum agant hostilia. Euripedes apud Lipsium Civ. doctr. lib. 2. cap. 10. non fas, potentes posse, fieri quod nefas. Theodothad. ibidem: cum omnia possimus, sola credimus licere nobis laudanda. Seneca ibid. minimum debet libere, cui nimium licet. Cicero lib. 2. Officior. mibi quidem non apud Medos soli (ut ait Herodotus) sed etiam apud Majores nostros servandæ justitiae causa olim bene morati Reges constituti sunt. Idem lib. 3. de Legib. non tantum mali est peccare. Principes (quamvis magnum est per se ipsum malum) quantum illud, quod permulti etiam Principum imitatores existunt. Claudianus cit. l.

Hoc te prætereà crebrò sermone monebo,  
Ut te totius medio telluris in orbe  
Vivere cognoscas: cuncta tua Gentibus  
esse

Facta palam: nec posse dari Regalibus  
usquam

Secretum vitiis. Nam Lux altissima fati  
Occultum nibil esse finit, latebrasque per  
omnes

Intrat, & obstrusos explorat fama re-  
cessus.

<sup>18</sup> Quæ pro colore erroris oppositi adumbrata sunt, nullò negotiò depaliantur. Quod I. Sacras Paginas concernit, in priori textu apud D. Matthæum neutiquam de Imperio Civili, sed potius de Lege vel doctrina sacra, ex cathedra, ut loquuntur Theologi, promulgari solitæ, quam Christus Do-

minus vult recipi, non attentâ eorum, qui sedent in cathedra, vitâ & doctrinâ privatâ. Eumque textum Emittitissimus noster Card. Sfondrati in Regali Sacerdot. lib. 3. §. 1. num. 1. rectissime assumit, ut demonstret, & declareret, munus Ecclesiam instruendi & in causis ambiguis judicandi ad Summum quidem Sacerdotem seu Pontificem pertinere; non tamen semper & ubique, sed cum Pontificem agit. sicque ex cathedralo loquitur. Jubet Christus (verba sunt Purpurati Patris) Scribas & Phariseos audiri, eorumque doctrinam observari, qui super cathedram Moysis & Prophetarum sederunt: quasi tota radix & origo eorum in docendo auctoritati cathedræ adstricta esset, quam publicè docentes insedebant: alioquin privatas opiniones & sententias quod attinet, certum est, multa Phariseos docuisse impia, Legi que Divinæ & Naturali omnino contraria. In posteriore textu ex 1. Reg. 8. Jus Regium non approbatur, tanquam legitimum, sed tantum refertur, prout à Regibus persæpe usurpatur in petniciem & depressionem subditorum: id quod colligitur partim ex verbis subsequentibus in v. 18. clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis Regem; ubi Samuel ostendit, quod, licet Populus Hebreus, à Regibus gravandus aut opprimendus, justas querelas detulerit ad Dominum DEUM suum, auxilium tamen & levamen sperare nequeat: cum Regimen Regium contravoluntatem DEI, antehac per Judices Populum electum dirigentis, non tam petierit, quam extorserit: partim ex eo, quod inter jus Regis in v. 14. numeretur: agros vestros & vi- neras & oliveta optima tollet, & dabit ser- vis suis; cum tamen 3. Reg. 21. factum Achabi Regis, Nabaothi Jezrahelitæ vineam auferenti, &c., quod consentire nollet, eum occidenti, per Eliam Prophetam ex Divina iussione gravissime fuerit exprobratum & castigatum, ubi claret ibidem ex v. 18. & seq. Surge & descende in occursum Achab Regi Israël, qui est in Samaria: ecce ad vineam Nabaoth descendit, ut possideat eam: & loqu-

*loqueris ad eum, dicens: bæc dicit Dominus: occidisti insuper & posse disti. Et post bæc addes: bæc dicit Dominus: in loco hoc, in quo luxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum &c.*  
Clariss. P. Paulus Mezger p.m. de Universitate nostra optimè meritus Professor tum S. Scripturæ, tum Theologæ Scholasticæ in Hist. Sacra de Gentis Hebr. gest. lib. 4. tr. 1. cap. 1. num. 23.

22 Ad II. patet responsio ex supra dictis in num. 6. & seqq. Potestatem humanam tam absolutam & illimitatam esse non posse, ut Potestati Superiori, non quidem humanæ, sed Divinæ, quoad Leges Naturales & Divinas, non subjaceat. Unde Plutarchus apud Ludovicum de Navendorff de Usu Juris Natural. in action. Princip. cap. 3. §. 2: Principem indoctum ita alloquitur: quis ergo imperabit Principi? Lex, omnium Rex mortalium & immortalium, ut ait Pindarus, non ea foris scripta in libris, aut lignis insculpta, sed viva in corde ipsius ratio semper una habitans atque excubans, & animalium nunquam sinens esse Principatus vacuum.

23 Ad III. invertendus est stylus; dicendô & explicandô, quòd, cùm exempli maxima sit vis, ac, teste Cicerone lib. 1. Epist. 9. quales in Republica Principes sunt, tales reliqui soleant esse Cives, juxta illud: componitur orbis Regis ad exemplum; æquitas & justitia flagitet, ut rectè facere Princeps cives suos faciendò doceat. Vellejus lib. 11. Certè Plato lib. 4. de Legib. asserere non dubitavit, nullâ ratione citius aut facilius Civitatem moresque immutari, quàm Principum exemplò præcunte: neque aliter nunc esse, nec im posterum unquam futurum. Nempe, ut dixit Plin. in Panegyr. non tam Imperi nobis opus, quàm exemplò. Si Rex, ait Seneca Thyestæ act. 2. v. 38. velit bona fata, nemo non eadem volet.

24 Ad IV. reponitur, mores & ritus multarum, sed non omnium Gentium, ostendere, quòd ex Principibus absolutis non pauci Principatu abusi, non salutem populi, sed seipso suamque voluptatem & commoditatem pro fine sibi præfixerint: à quibus tamen regula vivendi & dirigendi actiones civium non magis accipitur, quàm à privatis, quorum non pauci

Leges seu Humanas seu Naturales aut Divinas pessum dandò cæteris similiter agendi causam & ruinam præbent. Fuerunt econtrà Principes pene multi, quibus nil erat licitum, nisi quod justum & æquum; quibus nulla alia vel potior cura, quàm Reipublicæ. Ex solis Imperatoribus Romanis adduco Cajum Octavium, nomen Augusti inter primos meritum, qui vel solam appellationem Domini, velut maledictum & opprobrium, semper exhorrescens, mititem, ut ait Tacitus, donis, populum ammonā, cunctos dulcedine otii, pellexit; &, ut dicit Suetonius, pleraque pessimi exempli correxit, que vel intemperies bellorum civilium, vel pacis licentia in perniciem publicam invexerant; nec tamen, ut ut cum exteris continuò in armis steterat, ulli Genti finè justis & gravibus causis bellum indixit. Adduco Flavium & Titum Vespasianos; de quorum primo Tacitus: ad stricti moris Author Vespasianus fuit: antiquo ipse cultu victuque: inde obsequium in Principem, & amandi amor validior, quàm poena ex Legibus & metus; de altero D. Braun in Historia Augusta: Imperio maximus, afatu æqualis, non oportere, ajebat, quemquam à sermonc Principis tristem discedere: unde & justa potentibus nihil unquam negavit; & alios, ut, quæ vellent, peterent, ultrò hortatus est. Adduco Ulpium Trajanum, qui domini pius, foris fortis, ubique comes ac prudens, fiscum non magis dilexit, quam subditos, cogitans, non solere bonam causam fisci esse, nisi sub malo Principe; idque reipsa præstítit, quod solebat dicere: Imperatorem se talem debere erga privatos gerere, qualem, si ipse privatus esset, sibi cuperet Imperatorem. Braun d. l. Adduco Ælium Trajanum, cuius symbolum, non mibi, sed Populo; cuius vox sapientissima: ita se gesturum Rempublicam, ut sciret, Populi rem esse non suam: vox certè digna, ut idem Braun subscribit, in quam jurent Reges; quæ habitet in cordibus Principum; quæ omnes Imperantium actiones moderetur & regat. Taceo Antoninum Piūm, piissimè dicere auditum: malo unum crvem servare, quam mille hostes occidere; Marcum Aurelium Antoninum, qui illud Platonis verum esse

esse docuit: tunc demum beatas fore Res-publicas, si aut Philosophi regnent, aut Re-ges philosophentur; Alexandrum Seve-rum, frequenter auditum dicere: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Taceo alios, quos nervosè & argutè depingit laudatus Braun, Vir immor-tali gloriâ dignissimus.

30. Est igitur Summa Potestas non om-ni prorsus obligatione soluta. Sed quænam sit illa? Certè non parva; maxima tamen ad virtutem. Nam, ut Lipsius *Doctrine Civil.* lib. 2. cap. 7. &c seqq. sapienter instruit Principem: Virtus prorsus & Regi assumenda, & per eum his, qui regnantur: sic enim & Cyrus existimavit, non convenire cui-quam Imperium, qui non melior esset iis, qui-bus imperaret; & Sallustius in *Orat. 1. ad Cesar.* monuit, ut, cùm ipse bonus atque strenuus sit, quænam optimis imperiet, dum pessimus quisque asperrimè Rectorem patitur.
31. Ex pluribus virtutibus unam & alteram seligo. 1. est *Justitia*, cuius, teste Cicer. 2. *Officiorum fruenda causâ olim benemoratos Reges constitutos esse*, compertum habe-mus; cuius etiam tanta vis est, ut nec it quidem, qui scelere ac maleficio pascuntur, possint sine ulla particula justitie vivere.
32. II. *Clementia*, quæ nullum ex omnibus magis quam Regem aut Principem decet, juxta Senecam *I. de Clement.* quæve, ut docet Tacitus *Agric.* m. 4. debet omnia scire, non omnia persecuti; parsis peccati veniam, magnis severitate accommodare; nec poena semper, sed sepius poenitentia contentus esse, dum concinente Claudio-nô de *Bet. Get.*

*Ignoscere pulchritum*

*Jam misero: poenaeque genus vidisse pre-cantem.*

33. III. *Fides*, Ciceroni *I. Offic.* *justitia fundamentum dicta.* Nec enim ulla res ve-be-mentius Rempublicam continet, quam fides. Idem *3. Offic.* Ut planè perfidiosum & nefarium sit, fidem frangere, que con-

tinet vitam. Idem pro *Q. Roscio.* Sed de hac iterum in §. seq. plura. IV. *Mo-34 defia*, id est sensus de se suisqueratione temperatus, nec actione exultans. Quamquam enim in alto positum non alta sapere, difficile sit, notante D. Bernardô *Epiſtol. 42.* attamen non minus hominem se, quam hominibus praesesse, Princeps cogitare debet; memor interdum sciti Scytarum dicti ad Ale-xandrum apud Curtium lib. 7, cap. 8. quid tu ignoras, arbores magnas diu cre-scere; unde horâ extirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat; altitudinem non me-titur. Vide, ne, dum ad cacumen perve-nire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehendenteris, decidas. Nihil tam firmum est, cujus periculum non sit etiam ab invalido. Et pau-lo infra: fortunam pressis manib[us] tene-t lubrica est, nec invita teneri potest. Imponē felicitati tua frænos, facilis illam reges.

Samuel Pufendorf *de Jur. Nat.* lib. 8. 35 cap. 4. officium & obligationem Prin-cipis ad sequentia reducit; ut primò pro sua norma habeat salutem publi-cam, veluti Legem supremam; se-cundò ut curet disciplinam publicam, bonisque morib[us] subditos imbuat; tertio ut Leges condat, Reipublicæ proficuas, & in transgressores poenam statuat; quartò ut Magistratus, Juri-ces, & Consiliarios in partem cura-rum assumat; quintò ut facultates & emolumenta civium promoveat; sextò ut pacem intra & extra Civita-tem conciliare studeat.

Cicero lib. I. *Offic. ea*, quæ Imperan-tibus incumbunt, brevissime concepit, omnino, inquiens, qui Reipublicæ prefu-turi sunt, duo Platonis precepta tenent, ut, quidquid agunt, ad eam referant, ob-liti commodorum suorum; alterum, ut to-tum corpus Reipublicæ curent, ne, dum pa-tem aliquem tuerintur, reliquias deferant. Quæ & alia in libris sequentibus latius explicabuntur.

## S. H.

### Qualiter ex Pacto obligetur Summa Potestas?

37. *Sicut nullam Summæ Potestatis obligationem, ex ipso resultan-tem officio, agnoscit Hobbesius, à Böhmero in *Introduct. ad Jus Publ.* F. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.*

*Univers. d. part. sp[ec]t. lib. I. cap. 5. sub §. 31.* relatus; ita nec obligationem, oriundam ex pacto, cum subditis initio, con-cedit; ex eo quidem fundamento,

quod, cum Populus eō momentō, quō se subdit Imperantis Potestati, defīnat esse persona moralis, nemo sit, cui Summa Potestas obligari possit.

38. Quantæ verò debilitatis sit hoc fundāmentum, inde convincitur: quia eadem ratione Summa Potestas ne quidem Imperium suum exercere posset, dum Populus statim, atque alterius Potestati subjicitur, moraliter extinguitur, sicut nemo, cui imperatur, existere censetur. Et, si reponat Hobbesius, Populum, suppositā subjectione, in servitutem redigi, adeoque ipsi, non aliter ac servis, imperari; contrahi autem cum eo non posse. Contra est: tum quia in libera Civitate, ubi Imperium herile, tyranis, oligarchia, & anarchia exulat, homines manent liberi, nec servilem sed civilem duntaxat subjectionem profitentur: tum quia, si contra rationē politicam admitteretur, subjectionem civilem à servili non discrepare, cives, æquè ac servi, Juris Naturalis capaces agnoscendi deberent; & consequenter, sicut dominus, quando aliquid promittit servo, id ex Jure Naturali servare obligatur; parifor mitter, quod Princeps, aut qui alias Summā Potestate circumfluit, civilis pōndet, adimplere obstringit.

41. Itaque non ambigitur, quin Summa Potestas, si cum subditis aliquid pāciscatur & promittat, fidem datam exsolvere teneatur. Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 14. §. 9. Braun de fide S. i. Ludovicus de Navendorff de Usu Jur. Nat. in action. Princip. cap. 3. §. 37. & seqq. Cum alias nemini proprius conveniat, servare fidem, quam Imperantibus exāmnum 33. idque notabili posteris documentō indicaverit olim Nabarzanes in literis, ad Alexandrum M. datis, scribāre, scribens, se juberet, sine metu esse venturum: non timere, non tantus Rex, fidem datam violaret: DEOS à DEO falli non solere. Curtius lib. 6. cap. 4. Eoquè collimat aurea Caroli V. sententia: fidem rerum promissarum, et si totū mundo exularet, tamen apud Imperatorem confidere debere. Nec abludit simile prounitiatum apud Thucydidem de bello Pelopon. l. 4. frātis, cum in omnibus fœda, tum verò in illis, qui majori dignita-

te sunt prediti, fēdior est, quam aperta violentia.

Solent autem ejusmodi pacta Summam Potestatem inter & Cīvitatem frequentiū eō tempore, quō Summa Potestas per electionem, aut primā vice per successionem defertur, concludi, vel tacite, vel expressè. Tacite fit pactum aut generaliter, aut specialiter. Generaliter pactum tacitum in omni delatione Summi Imperii intervenire censetur quoad ea, quae cuilibet Regenti ex officio incumbunt; de quibus in §. priori: Huber. de Jure Cīvitat. lib. I. sect. 3. cap. 5. num. 16. & seqq. Specialiter pactum tacitum intervenit, quando Summa Potestas aliqua teneatur facere vel omittere, certum v.g. concilium vel comitia congregare, & ibi negotia Regni communi deliberatione tractare, quae alioquin ex natura & officio suo non teneretur facere vel omittere, absque eo tamen, quod super ejusmodi articulis conventionem aliquam cum Populo vel Optimatibus per verba vel scripturam instituerit: veluti contingit in traditione vel observantia temporis immemorialis, ubi nempe à majoribus & progenitoribus usque ad moderna tempora nihil, quod majoris momenti videbarur esse, sine prævia consultatione cum statibus Regni aut universo Populo conclusum ac statutum erat. Huber. d. l. n. 54. Id quod Germania nostra, priusquam Aurea Bulla, veluti prima Lex scripta, fuit condita, solenne extitit, dum magis usu & observantiā, quam Lege vel Jure scriptō utebatur; ipsaque Aurea Bulla in antiqua traditione tota quanta fundatur; prout observavi in mea Juris prud. Canonicō-Civ. lib. I. tr. 2. cap. 6. & num. 51. Pactum expressum interponitur, si verbis vel scripturā præscribatur nōr̄ia, quam in administratione Regni servaturum se pollicetur, qui ad Sceptra vocatur; cuiusmodi Pactum inter Imperatorem Romanum & Electores totumque Romanum Imperium celebratur, quando post electionem plures articuli, in suo Regimine postmodum observandi, eidem proponuntur, & ab eo promittuntur.

Frio-

47 Prioris & posterioris generis pacta vulgatō nomine dicantur *Leges fundamentales*, non quod respectu Principis aut Monarchie naturam veræ Legis participant (alioquin, cùm Lex fera tur subditis, non posset quis simul Regia dignitate ac Potestate splendescere, & æquali cum subditis obligatione in nodari) sed quia, sicut in negotiis privatis loqui amamus, *pacta dare legem contractui*, ita in publicis pacta, inter Imperantem & parentes conven ta, dant legem & modum futuro Re-

48 gimi. Debent propterea à Sum mis etiam Monarchis exactissimè custodiri, sive simplici tantum promis sione, sive etiam adiectō juramentō firmata fuerint: quandoquidem *juxta num. 40. & seq.* Naturalis imperat ratio, ut, quæ deliberatō quis consiliō in alterius gratiam se facturum sp ondit, in effectum redigantur. Ludovic. de Navendorff *de Uso Jur. Nat. in action. Princip. d. cap. 3. §. 40.* Böhmer in *Introduc. in Jus Pub. d. part. spec. lib. 3. cap. 4. §. 15.* Huber. d. l. num. 70., exceptō forsitan necessitatis, vel etiam evidētis & maximæ utilitatis casu, de quo suō tempore, favente DEO, prolixius agetur.

49 Nolim tamen ex simili pacto subditi tribuere potestatem, ut, casu quo Imperantes suis promissis contraverint, ipsos redargueret, punire, vel Imperio privare possent: siquidem leges fundamentales, quocunque stylō conceperet, Summam Potestatem in actu secundo duntaxat limitant, intam tam tamen in se & radice relinquent, ut probatum manet. *ex cap. 1. & n. 27.* In tali autem suppositione contradictionem involvit, ut, ubi persistit nexus & respectus subditorum erga Imperantes, illi contra hos insurgere, eosque coercere aut Imperium adi mère valeant. Revideantur tamen dicta ibid. à num. 84. Böhmer d. lib. 7. 50 cap. 5. sub §. 32. Etsi nullitatē actus perfacile concedam, ubi Imperium è quasi conditione in Principem est translatum, ut illud non aliter, quam cum observantia datae fidei usurpet: cùm, cessante conditione, cesseret etiam firmitas actus, ad conditionem adstrixi. Pufendorf *de Jure Nat. & Gent.*

*lib. 7. cap. 6. §. 10.* Nolim insuper, Populo tribuere facultatem, pacta & concordata cum Imperante, si videantur obscura vel dubia, interpretandi: stat enim pro absoluta Principis Potestate Juris præsumptio, ut, quod in pactis expressè restrictum non probatur, etiamnum intelligatur esse permisum. Böhmer d. lib. 3. cap. 4. §. 16.

Possunt etiam pacta celebrari à Summa Potestate tam cum extraneis quam cum civibus in particulari, ita ut Princeps v. g. aut Respublika non in star personæ publicæ, sed ad modum personæ privatæ consideretur: nec enim implicat, ut Princeps aliquis, sicut in aliis rebus duplē personam repræsentare potest, privatam & publicam juxta illud Senecæ in *Epiſtol. duas personas habet Gubernator: alteram communem cum omnibus, qui eandem condiderunt navem, quā ipse quoque vedor est; alteram propriam, quā Gubernator est: in conventionibus tanquam persona privata respici valeat.* Hertiū vol. I. fo. 3. *dissert. de Ino homine, plures sustinente persona* *sec. 2. §. 8.* Et de his pactis aut contractibus quoad obligationem naturalē cōdem modo philosophandum est, sicut de pactis aut contractibus, inter merē privatos homines celebratis. Ant. Guilielmus Ertl *de Superiori Territor.* pag. m. 56. quoniam, uti frequenter monui, quoad obligatio nes naturales non habetur discriminē, quānam quis sorte vel conditionē fruatur. Vasquiūs *Illiſtum controverſ. lib. 1. cap. 3. n. 1.* Grotius & J. B. & P. lib. 2. cap. 14. §. 1. & seqq. Vitriarius *ibid. quest. I.* Quoad obligationem ci viam tamen, quæ nimis efficacem in foro externo actionem generat, pu tate quidem idem Vasquiūs n. 2. & seqq. nullum inter Principem & privatos di scrimen intercedere; sed certe vix poterit hanc differentiationē negare, quod nempe Reges aliquę Summō Imperio instructi ex contractu, cum subditis inito, nequeant efficaciter ad solutionē urgeri: cùm Superiorē, à quo judicentur aut compellantur, non habeant. Grotius d. l. §. 6. Vitriar. quest. II. Quin etiam quoad for mas, à Legibus positivis ad hunc vel illum contractum præscriptas, diver sitas

sitas cernitur, dum, si Principes volentes ac scientes, ejusmodi formam esse præscriptam, eandem negligant, dispensasse præsumuntur. Pufendorf d. l. lib. 8. cap. 10. §. 4.

<sup>16</sup> Demus verò, Regem in contractu per metum aut dolum alterius circumventum aut aliàs graviter lœsum esse, anne restitutionem in integrum petere vel sperare poterit?

Ita est, potest restitutionem petere & sperare, non quidem eatenùs, ut Superiorum, qui nullus hic esse supponitur, adeat, rescissionem contrahens postulaturus; sed eō intellectu, ut ipsemet declareret, se propter evidens damnum, quod passus est in contrahendo, in conscientia nullatenùs obstringi: cum non solò Jure Civili, veluti putavit Grotius d. lib. 2. cap. 14. §. 2. vers. *venit enim Et c.* & probavit Hertius *cit. supra dissert. de Uno homine plures sustinente person. sect. 2. §. 8. vol. 1. to. 3.* sed etiam Naturali lœsis in conventionibus hactenùs succurratur, ut, qui alterum damnificavit, aut æqualitatem non observavit, ad restitutionem seu compensationem obligetur. Ziegler ad Grot. d. l. Boëcierus & Muelen *ibid. Vitriar. eod. loc. q. 3.* Pufendorf *ubi supra* §. 2.

<sup>18</sup> Excipiuntur I. pacta seu capitulationes, quæ concipiuntur in adeptione Regni: his namque exceptionem doli, metus, aut lœsionis opponi non posse, deducitur ex eo: partim quia non est præsumendum, Leges alias à Populo fuisse præscriptas, ex quarum observantia Rex aut Regnum detrimentum aliquod capiat: partim quia, si duriusculum quid irreplerit, nequit Rex propterea conqueri, quod in ipsius arbitrio fuerit, Regnum aut acceptare, aut respuere. Pufendorf §. 3. Vitriar. q. 7.

<sup>19</sup> Excipiuntur II. pacta, cum extraheis tempore minorenitatis per tutores Regios legitimè inita, quæ Rex, majorenitatem adeptus, sub obtentu minorenitis ætatis revocare ne-

quit, ne ceteroquin exteri à pactis, cum tutoribus Regiis deinceps partendis, absterreantur. Pufendorf d. l. Quam exceptionem vix in dubium trahendam opinor, quando ex capite solius ætatis minorenis petitur restitutio, utpote quæ magis ad Jus Civile quam Naturale pertinet. Verum, si magna accesserit lœsio, eaque manifesta fuerit, citatus Vitriarius *quest. 6. nullatenùs* eam recipit: quandoquidem exteri nullò modò super hoc conqueri possunt, sed propriæ debent imputare culpæ, quod æqualitatem & æquitatem, omni Jure requisitam ad contractum, non observaverint.

Planè, si quo casu contractus incipiat vergere non ad damnum modò aliquod, sed ad perniciem publicam, ita ut ab initio contractus in extensione ad illum casum censendus fuisset injustus & illicitus, tunc non tam revocari cum contractum posse, quam declarari, cum non ultra obligare, quasi factum sub conditione, sinè qua justè fieri non potuit, in formalibus adstruit Grotius d. cap. 14. §. 12. n. 4. At Vitriarius *ibid. q. 17.* sapienter advertit, difficultem & periculosem hanc esse declarationem, ubi cum extensis agitur, qui bonâ fide contraxerunt, & nullò jure casus alienæ Republicæ ferre coguntur. Si enim talis conditio subintelligeretur, quis unquam exterritorum de suo contractu, qui ex statu presenti suam mensuram, normam, & valorem recipit, certus foret: immo quis aliàs cum Rege vel Populo contraheret? Nutaret certè commercium humanum, si prætextu futurorum eventuum, de quibus imbecillitas humana certum judicium formare nequit, liceret factum infectum reddere, fidem datam infringere, ac conventionem, antehac validam, sub futili prætextu novæ circumstantiæ, posteà supervenientis, invalidam declarare. Præstat igitur, promissis stare, quam Sacrosanctum Principis verbum revocare.

## S. III.

*Quomodo Obligationes Antecessorum transiant ad Successores in Summa Potestate?*

**H**Æc disceptatio neque Statum Aristocraticum neque Democraticum attinet: siquidem in utroque propriè dicta personarum, Antecessoris & Successoris, distinctio, non occurrit, sed iudicem Optimates, idemque Populus in estimatione morali hoc anno perdurare censetur, qui fuit pluribus abhinc saeculis. Nempe, ut Tiberius dixit apud Tacitum 3. Annal. 6. §. *Principes mortales sunt, Respublika æterna.* Et Plutarchus ait: *Civitas res est quedam unica & continens, animalis instar, neque mutationibus suam exxit natum, aut ratione temporis aliud sit ex alio, sed semper easdem erga se affectiones, & nature sue consentaneas servat, quamdiu communitas, que mutuis complexibus devicit, unumque corpus efficit, unitatem suam conservaverit.* Grotius de J. B. lib. 2. cap. 9. §. 3. & seqq.

**Concernit ergo Monarchiam, non quidem quoad obligationes, ex legibus fundamentalibus (quæ, si per novas capitulationes mutari non consueverint, singulos afficiunt Successores) descendentes; sed quoad alias, quas Antecessores noviter per sua parta & conventiones contraxerunt. Ubi communis est distinctio inter Regnum patrimoniale, & non-patrimoniale. Qui absolute & sine reservatione succedit in Regno patrimoniali, omnia pacta suorum Antecessorum servare obstringitur: quia, sicut ex beneficio defuncti in omnia illius jura succedit; ita obligationes & onera recusare non potest. Besold. *disputation Nomico-Politicar. lib. 2. different. 2. num. 1.* Grotius d. lib. 2. cap. 14.**

**§. 10.** Vitriar. q. 15. Muelen in *Comment. ad d. l. Pufendorf lib. 8. cap. 10. §. 8.* **67** Dixi: *absolute & sine reservatione;* quia in cap. 2. num. 10. cum ipsomet Grotio admisi, etiam in Regno hereditario, cuiusmodi est patrimoniale, Regnum ab hereditate privata separari posse.

**68** Henniges ad Grot. d. l. Quod autem Grotius & Vitriarius hoc loco tradidit. P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

derint, ipsi rerum dominio coœvum esse, ut pro debitis personalibus bona defuncti sint obligata, in alio sensu, quam, ut Successor universalis teneatur exonerare conscientiam defuncti, & pro viribus hereditariis satisfacere, sicuti docui in *Jurisprud. Canonico-Civ.* lib. 2. tr. 3. cap. 1. num. 77. haud admitto: nam, ut doctè arguit Ziegler ad Grot. d. §. 10. vers. bona defuncti &c. obligatio tantum afficit personam, non verò rem, nisi objectivè, quatenus super ea contractum fuit; immo, si obligatio sit facti tantum, nequidem objectivè res afficitur. Nec bonum ducitur argumentum à dominio ad obligationem: cum jus in re, cuius præcipua species est dominium, essentialiter differat à jure ad rem, cuius effectus est obligatio; & longè sit aliis modis acquirendi dominium, & obligationem: ideoque passim doceatur, obligationes Antecessorum non transire ad Successores, qui bona defuncti titulo singulari tenent.

In Regno non-patrimoniali, quod scilicet electione vel successione gentilitiæ defertur, satis est manifestum, ait Grotius d. l. §. 11. Successores Regni quæ tales directè non obligari: quia Regnum non consequuntur ab ultimo possessore; neque illud heredum instar beneficio defuncti referunt in acceptis, sed obligantur magis primo Conditori vel Instituto aut Populo, vel per liberam electionem Regem designanti, vel per successionem descendentes ex certa familia ad Regimen vocanti. Obligantur tamen ex sententia hujus Authoris indirectè, quatenus sunt capita Populi, cuius nomine Antecessores, quibus facultas contrahendi cum ipsa Imperii delatione concessa noscitur, pacti sunt; cum enim ipsem Populus ejusmodi pacto stare teneatur, sicque totum & integrum corpus Universitatis ex facto Antecessoris obligatum maneat, non poterit immunis esse, qui punc est.

- Universitatis caput & membrum præcipuum. Ziegler ad Grot. d. l. v. puta *Imperium transferendb &c.* Muelen ib. in *Comment. circa fin.* Pelzhoffer *Arcanor.*
- 73 Stat. lib. 2. part. I. cap. 3. num. 25. Et hæc sententia, ne deviet à bono & æquo, sic declaranda est, ut primò non pertineat ad actus & contractus, quos Antecessores propriò & privato nomine celebrarunt: hòc ipsò siquidem, quòd Universitatis nomine non contraxerint, Universitatem ejusque futurum caput obligare non potuerunt.
- 74 Secundò, ut, si Populi nomine obligationem susceperint, probabilem rationem contrahendi, Populive rem gerendi habuerint: quia Potestas obligandi Populum eatenùs spectat ad Principem, quatenùs ad salutem communem est necessaria, neque ad destructionem sed conservatio-
- 75 nem Reipublicæ tendit. Tertiò, ut tamen non eventus & exitus rei, seu actualis utilitas, ex contractu in Civitatem dimans, attendatur, sed prudens motivum, ex quo tempore contractus non vanè credebatur, Reipublicæ tum consultum iri: quandoquidem in rebus humanis prudentissima quoque cōsilia casus improvisi in-
- 76 tercipere confueverunt. Quartò, ut, nisi liquidò pateat, actum aut patētum in detrimentum Civitatis verge-re, pro ratione & obligatione Regis, in commoda publica vigilem semper oculum gerentis, stet benigna præsumptio. Grot. d. l. Vitriar. q. 16. Puffendorf d. cap. 10. §. 8. Ludovic. de Navenburg *de Uſu Jur. Natur. in action.*
- 77 Princip. cap. 3. §. 43. & seqq. ubi etiam refert epistolam Francisci II. Galliarum Regis, ad Helvetos, qui patris exigebant debita, sic sribentis: *tamen si debita paterna solvere non tenemur, cùm hæc Sceptra non bæreditario jure habeamus, sed Regiâ Lege, que jam inde usque à primis Francorum Regibus lata ad mares proximos Imperium detulit, & non aliter nos obligari patitur, quād ad ea fœdera & pacta, que cum exteris Principibus ac Populis ad hujus Imperii utilitatem & commoda à majoribus nostris contracta fuerunt: nibilominus tamen, ut patris optimi & charissimi fidem religiosè tueamur, legitima ejus debita*
- 78 *exsolvere decrevimas.* Adstipulatur

etiam Besoldus cit. *dissert. 3. num. 5.* ci-tans Ludovicum Schraderum, qui, cùm Christiernus Daniæ Sueciæ & Norwegiæ Rex, è Regnis suis exul, à Joachimo Marchione Brandenburgensi aliquot millia florenorum Rhenensium mutuò accepisset, nihilominus à Successore in Regno Friderico dictam summam unà cum censibus ritè peti potuisse, respondit, multisque probavit argumentis.

Quoad alia Summæ Potestatis acta<sup>79</sup> & facta, extra materiam pactorum, vix erit aliquis, qui Successorem ad ea servanda vel executioni demandanda obstringat: par enim in parem nullā gaudet Potestate, &, quod uni justè placuit, alteri non injustè displicere potest. Non unō semper tramite gradimur (ait Pelzhoffer d. lib. 2. cap. 3. num. 24.) non unō ventō vehimur: periculose foret, si Navarchus, ingruente turbine, clavum convertere non posset, quò vellet. Idem patetur discrimen Respublica, si ejusdem Rectori ligarentur manus, ne veleretur valeret, quò ratio jubet Statūs. Alia tempora, alii cives, alii vicini, alios exigunt mores, alias Leges, alia fœderæ. Qui tamen vult, ut sua<sup>80</sup> decreta & sancta vim habeant apud posteros, æquum est, ut suorum Antecessorum mandatis & ordinationibus venerationem & custodiam præstet: quia, si Successor non observat gesta per Antecessorem, dat ansam suis quoque Successoribus, sua gesta evertendi; quemadmodum ad rem suavigravitate loquitur M. Gregorius in cap. 7. & seqq. caus. 25. quest. 2. Hinc<sup>81</sup> cauti Principes etiam Tyratinorum acta vim suam retinere voluerunt; sicque bona sententia mansit, *turpis Author mutatus est.* Gell. lib. 18. Illustr. D. Franciscus Fridericus L. B. ab Andlern in sua Jurisprud. quæ Publ. quæ priv. lib. 1. tit. 4. num. 32. ubi tum demum acta Prædecessorum rescindi permittit, si falus publica vel gravissima exposcat causa; eamque sententiam gloriæ & magnitudini Principum, nec non quotidianis laudatissimor. Imperatorum, Regum, & aliorum exemplis convenientiorem & favorabi- liorem appellat.

## SECTO II.

## De Cessatione seu Desitione Summæ Potestatis.

## SUMMARI A.

82. *Summa Potestas in Stato Poliarchico* definit in seruio Corporis. 83. *Est enim perpetua Civitas* solum comparativè ad singulos. 84. *Non autem quod se.* 85. *Idem est, si ratio corporis disvaluator.* 86. *Hac manente, manet Summa Potestas.* 87. *Eiamhi forma Regiminis immunitetur.* 88. *Uti factum apud Romanos.* 89. *Quod casu debita anteriora non extingueuntur.* 90. & seqq. *Discopatur, quid Juris sit, si non robus Populus aut omnes Optimates intereant?* 92. *Summa Potestas neque divisione Civitatis perit.* 93. *Neque unione.* 94. *In Stato Monarchico definit morte Imperantis.* 95. *Spontanea cessione.* 96. *Quatenus fecit Regina Christina Svecie;* & 97. *Ioannes Casimirus Rex Polonia.* 98. *In Regnis patrimonialibus cesso est liberimma.* 99. *In non-patrimonialibus, sed successivis, admittitur ex gravi causa.* 100. *At in elelvis à multis negatur, si consensus eorum, quorum interest, non accederit.* 101. *Grotius non concedit Regi resignatio titulum Regium.* 102. *Cui tamen non subscribitur.* 103. & seqq. *Disquiritur, an ei debeatur sustentatio ex redditibus Corona?* 106. *Indagatur, an facta resignatione penitere licet?* 107. & seqq. *Gravior moveatur questio, an resignatione nocet regnantis liberti in Regno successivo?* 109. *Agitur de abdicatione coacta.* 110. & seqq. *Accumulantur rationes non vulgares ad ostendendum, non esse subditis concessum, Reges deponere.* 117. & seqq. *Si Principes sub Populo sint, casus est, ad rem prae-*

*sentes impertinet.* 119. & seqq. *Alienatione Regni, perperam facta, nihil agitur.* 121. *Si Rex evadat Tyrannus, plures ejus depositionem permittunt.* 122. & seqq. *Contra quos argumenta non exigua afferuntur.* 125. *Publicista plerique depositionem concedunt, quando Rex in operum hostem convertitur.* 126. *Illorum ratio.* 127. & seqq. *Declaratur deficitalis, in applicatione hujus doctrina ad casum occurrentis.* 130. & seqq. *Adeoque vix aliquando possibilis erit depositio Regis.* 132. *Explicatur abdicatione causa.* 133. *De prescritione remissione.* 134. *In Stato Poliarchico cum subiecto Summa Potestas penitus extinguitur.* 135. *In Stato Monarchico Rege, circa Successorem, extincto, redit ad Populum.* 136. *Absque eo, quod Status Democraticus statim consurgat.* 137. *Nisi modo aliquò imperfecto.* 138. *Quando deficit caput, Status Regni vocatur interregnum.* 139. *Administratur per Vicarios.* 140. *Ubi adest Regni Successor, post mortem Antecessoris in ipsum Summa Potestas illuc transfortur.* 141. *Sin autem adhuc impubes sit, locus est tutela Regia.* 142. *Qua ordinatur iuxta Leges Regni.* 143. *An voluntatem defuncti.* 144. & seqq. *Ant depositionem Populi.* 148. *Grotius, tutelam testamentariam negans, non probatur.* 149. & seqq. *Terminus hujus tutela statuitur.* 151. & seqq. *Regibus, ob superveniens impedimenta ad Regium inhabilibus, adjunguntur Curatores.*

## §. I.

## Quot modis definat Summa Potestas in Stato Aristocratico &amp; Democratico?

82 **S**umma Potestas incipit & desinit. Incipit uno ex modis, quos in cap. 2. enumaravi. Desinit aliter in Stato Aristocratico, & Democratico; aliter in Stato Monarchico. In Stato Aristocratico & Democratico desinit potissimum interitu Corporis, seu Civitatis, tanquam subjecti communis, in quo fundatur. Summa Potestas ex cap. 3. n. 4. & seqq. Quantumvis enim Civitas ex num. 64. dicatur perpetua, & juxta Isocratem sit immortalis; id tamen exaudiendum est solummodo comparativè ad singulos homines, certò temporis spatiō deficientes; dum econtra Civitas, in

qua, mutatis licet singulis, alii continuò succedunt cives, eadem moraliter permanere & perpetuari censetur. Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 12. §. 7. Quò tamen non remorante, Civitas violento aliquò casu dissipari vel extingui potest, si nimis cives omnes, seu totus Populus terræ motu, inundatione, incendiō, aliòve mortis genere abripiantur; quo de casu loquitur Seneca in Epist. 91. ibi: *quoties Asia, quoties Achaiæ urbes unde tremore conciderunt? Quot oppida in Syria? quot in Macedonia devorata sunt? Cyprum quoties vastavit hæc clades? Quoties in se Paphus corruit? Frequenter nobis muniti sunt totum*

*tarum urbium interitus, & nos, inter quos ista nuntiantur, quota pars omnium fatus?*

Grotius de Jur. Bell. lib. 2. cap. 9. §. 4.

¶<sup>4</sup> Idem evenit, quando, remanentibus etiam hominibus, ratio corporis dissolvitur, seu spiritus illius, ut dicit. J. C. T. us in l. 30. ff. de Usu cap. id est vis, nexus, & vinculum distrahitur, pœna, quod seditione, contagione, bellicâ invasione cives ita dispergantur, ut inter se nullam amplius societatem & communionem habeant. Grotius d. l. cap. 5. Muelen ibid. in comment. in fin.

¶<sup>5</sup> Quodsi vero nexus & unio maneat, Summa Potestas in salvo est, et si Populus totus sive spontaneâ voluntate sive ex necessitate ad locum alium migraverit. Grot. d. l. §. 7. Locus enim seu territorium materia Imperii secundaria est, primaria personæ. Et inde Athenarum Civitas in classe, non in tectis & ædificiis, tempore Themistoclis versari dicebatur. Boecler ad Grot.

¶<sup>6</sup> Quin imò Summa Potestas non perit, sed tantum à subjecto proprio transfertur in aliud, si mutata fuerit Regiminis forma, ac Populus v. g. se Optimatibus subjecerit, aut hi Populo, aut omnes uni Principi: superest enim eadem Civitas, cui non substantiale sed accidentale est, sive ab uno sive à pluribus, sive ab omnibus regatur: ut potè cum eadem semper vis Imperii, idem Summæ Potestatis effectus relucat.

¶<sup>7</sup> Quod maximè patet in Civitate Romana, quæ semper eadem persistit sub Regibus, Consulibus, Senatoribus, Imperatoribus, estò diversum planè Regimen hisce temporibus extiterit. Grotius d. l. §. 8. num. 1. Pufendorf d. lib. 8. cap. 12. §. 1. qui posterior in §. 2. ex sua & nostra conclusione hanc consequentiam rectè deducit,

variatio Civitatis Regimine, debita, antehac contracta, nullatenus extingui: manente siquidem eadem Civitate, manet subjectum, ad debita expungenda obligatum. Vitriar. ad Grot. d. l. q. 10.

¶<sup>8</sup> Sanè, quando non totus Populus aut omnes Optimates è medio sublati fuere, vel à communitate recesserunt,

non conveniunt Scriptores Politici, an Summa Potestas apud residuos maneat superstes? Grotius enim d. l. §. 4. in fin. & Muelen cum ipso sentiunt, dominium quidem subsistere posse quoad bona & possessiones electorum civium, non verò Summa Imperium, quando non manent tot residui, quot requiruntur ad Populum constituendum. Pufendorf d. l. §. 8. Vitriar. ad Grot. d. l. q. 7. contrarium asserere non dubitant, si modò, qui remanserunt, contra vim externam fœse defendere valeant, unàque justum Populi numerum completere parati sint. Nec ego ab horum vestigiis recedendum esse puto, tametsi Populus aut Optimates externæ violentiaz resistere nequeant, dummodò justum Populum seu Civitatem, ex pluribus familiis in unum congregatis constantem, aut collegium Optimatum, quod alioquin etiam in tribus subjectis consistere potest, redintegrare allaborent: præterquam enim, quod necdum unanimi calculo sit definitum, quotnam personæ Civitatem constituant, ut passim est ex dictis in lib. 1. cap. 2. à n. 139. Universitatis jura non tantum de Jure Civili Romano sed etiam Jure Universalí Publico in uno conservari possunt, faltem eatenus, ut maneat in habitu, quo usque, restitutâ postmodum Universitate, rursus in actum & exercitum redigi poterunt.

Præter hæc videri posset, Summam, Potestatem interire, quando Civitas aut dividitur in duas, aut alteri cuidam unitur. Sed perperam. Nam in divisione Civitatis Imperium potius multiplicatur, quam extirpatur: ut potè cum ita maneat in Civitate veteri, ut etiam nova novò Imperio non destituatur. Grotius d. l. §. 10. Pufendorf d. cap. 12. §. 1. In unione autem non amittuntur Jura sed communificantur, sicut Sabinorum primo, deinde Albanorum Jus in Romanos transfusum est, & una facta Respublica, ut loquitur Grotius d. l. §. 9. in testem vocans Livium. Dissentit Pufendorf in §. 6.

## S. II.

*Quot modis definat Summa Potestas in Statu Monarchico?*

94 IN Statu Monarchico Summa Potestas definit I. morte Imperantis, quatenus cum morte personæ intereunt omnia jura, personæ competentia. Quamquam in Successore, sive per hæreditariam successionem, sive per electionem sufficiendō, denuo reviviscat & reflorescat.

95 Definit II. spontaneâ cessione seu renuntiatione: etenim Summam Potestatem etiam in Statu Monarchico unâ cum Regno à Rege renuntiari posse, in aprico est, nullâ id Lege, vel Naturæ vel Gentium improbante; probante potius sanâ ratione, ut, quod liberò quisque arbitriō acceptavit, illud, mutatō consiliō, repudiare valeat. Vasquius *Illustr. controversial. lib. I. cap. II. num. 17.* Et seqq. Grotius *lib. 2. cap. 7. §. 26.* Vitriarius *ibid. quest. 58.* Fritschius *de Resignation. Imper. & Reg. cap. I. num. 5.* Et seqq. Clariss. D. Stapff *de Majestate cap. 8. §. 1.*

96 Inter complura Regnorum ferè omnium exempla sunt recentissima, quæ priore sæculō contigerunt in Suecia & Polonia; dum illic Regina Christina, postquam in auge gloriæ constiterat, obnitente Gentis Suecicæ & Ordinum votō, anno 1654. in plenis comitiis Insignia

97 Regalia exuit; isthinc Joannes Casimirus anno 1668. in atrio Senatorio, contra opinionem & exspectationem Senatorum, Coronam depositus, quod, ut Populo valedicturus ajebat, ætate gravis, vitæ satur, comitiis & castris defatigatus, innumeris malis & calamitatibus per integros viginti annos agitatus, vitam privatam elegerit, ut ad æternitatem se quietius disponeret.

98 Sunt tamen, qui distinctionem faciunt inter Regna patrimonialia & non - patrimonialia. In patrimonialibus nullam omnino difficultatem experiuntur, quin liberrimō Regis arbitriō dimitti queant. In non - patrimonialibus ulterius distinguunt inter successiva & electiva. Quoad successiva permittunt quidem abdicationem, non tamen imprudentem, seu

P. SCHMID JURISPA. PUPL. UNIVERS.

gravi ratione defitutam, aut Regno perniciosa: quandoquidem, sicuti Reges successivi Regnum non temere sed peculiari Divini Numinis providentiā acceperunt, ita nec temere illud relinquere debent; &, sicut felicitatem communem in adoptione & administratione Regiminis pro cynosura sibi præfigere tenentur, ita & in dimissione non alium sibi finem præstituere valent. Vitriarius *d. quest. 58.* Quoad electiva sine consensu eorum, 100 qui Regnum Imperanti per electionem contulerunt, renuntiationem haud concedunt: tum quia Imperium electivum non solùm ab initio potest invito deferri, sed etiam, ut invitus illud retineat, à Statibus effici potest: tum quia maximè congruum est, ut, quemadmodum subditi ab Imperio se pro sua libertate nequeunt subtrahere, eadem ratione Imperans Imperiō se pro sua voluntate abdicare nequeat. Fritschius *de Resignation. Imperat. & Reg. d. cap. I. à n. 17.* Verum, quid pondaris habeat posterior hæc opinio, suō tempore ex Jurisprudentia Publica Romani Imperii, ubi de resignatione Romanorum Imperatoris expressè tractabo, elucescit.

Utrum postresignationem Rex ad 100 huc titulō Regiō gloriari possit? In Polonia disputatum esse, memorat *cit. Fritschius in adden. 1. ad cit. cap. I.* quando Joannes Casimirus Summam Potestatem abdicavit. Si Grotii verba in *lib. I. de J. B. cap. 4. §. 9.* pensamus, in negativam nos trahere videtur: ait enim, si Rex aut alius quis Imperium abdicaverit, aut manifestè habet pro derelicto, in eum post id tempus omnia licent, quæ in privatum. Ratio quoque non levis apparet, quod titulus Regius, cum proprietas & qualitas sit, Potestati Summæ connexa, hâc per renuntiationem amissâ, subsistere nequeat; nisi eo cum pacto renuntiatum sit, ut quoad externum splendorē salva maneat Regalis dignitas; aut Successor in Regno vel Status in me-

moriām pristinæ Dignitatis, aut præmium meritorum, ultrò Regia Insignia Regi resignato relinquere velint.

<sup>102</sup> Verū tamen, ut pulchrè ad Grotium d. l. differit Osiander, licet Potestate sit exutus Rex, retinet nihilo minus vestigia splendoris veteris, nec potest illius intuitu privatorum sorti simpliciter accenseri. Præterea ipsò Regimine antecedenti Populum sibi devicit, ut gratitudinis & reverentiae nexu ipsi maneat illigatus. Insuper, cùm filius emancipatus adhuc respectum & observantiam teneatur exhibere patri; etiam subditi, ex Potestate Regia dimissi, Regi, spontanè Regnum abdicanti, respectum & observantiam contestari obligantur.

<sup>103</sup> Ad illam quæstionem, an resignato Princi pro sua honorifica sustentatione certi reditus ex communi æratio Regni assignari debeant? Fritschius d. cap. I. num. 29. non aliter assignandos censem, ac si resignatio cum ejusmodi pacto reservativo facta, aut ultro ne è Successoris & Statuum liberalita-

<sup>104</sup> te quidpiam promissum fuerit. Sed, quia ex paulò ante dictis Regnum priori Regi manet obligatum ex titulo gratitudinis ad compensanda vel recognoscenda ipsius merita: æquitas meò judiciò dictat, ut, si nulla etiam sit facta reservatio, à Statibus aut Successore honorabilis quædam summa ad decentem sustentationem decernatur.

<sup>105</sup> An factâ resignatione pœnitere licet? Cum distinctione respondeo. Nam aut est perfecta, id est, acceptata & executioni data; aut imperfecta. Si perfecta; non datur amplius pœnitentiae locus: quia, ut sonat triviale brocardicon, ad renuntiata non datur regressus. Si verò res adhuc integra fuerit, pœnitentiae locum tribuit Fritschius d. l. num. 30. nisi Reipublicæ salus aliud suadeat.

<sup>106</sup> An autem non tam Regnum, quām jus ad Regnum successivum eō cum effectu ita resignari possit, ut etiam resignantis liberis & descendantibus noceat? Momentosa est disputatio, inter Principes Europæos non unā duntaxat vice tam calamō quām gladiō ferventer agitata. Ego distinguo

inter Regnum successivum hæreditariū & gentilitium. In Regno prioris generis abdicatio patris obstat liberis & descendantibus ab eo: quoniam in ipsius arbitrio possum, est, cuinam Regnum post suam mortem civilem aut naturalem addicere velit. In <sup>107</sup> Regno posterioris generis discrimen fieri debet inter liberos jam natos, & primū nascituros. Illis abdicatio patris non nocet: quia jus non ex gratia patris, sed ex Lege, consuetudine, vel institutione majorum habent quæsitus, quod ipsi invitis auferri nequit. Istis abdicatio nocet: quia non-entis <sup>108</sup> non est qualitas aut jus; sed tum demum, si præter voluntatem patris iudicium Populi concurrat: cùm solus pater impedire nequeat, ne ad liberos nascituros jus successionis, Populi consensu vel expresso vel tacito quæsitus, suò tempore perveniat. In idem placitum inclinant Grotius lib. 2. cap. 7. §. 26. Vitriar. ibid. q. 59. Fritschius d. cap. I. num. 23. Et seqq.

III. desinit abdicatione coactâ, hoc <sup>109</sup> est, depositione, vel exauthoratione. Verū hic statim gravissima emergit controversia, posuitne Rex, Summâ Potestate condecoratus, à subditis suâ Potestate & Dignitate privari, non quidem ex causa qualicunque, sed gravissima & urgentissimâ? In genere sc̄ u abstracto sine cunctatione respondendum censeo negativè. Nam I. Summa Potestas ex cap. I. num. 107. Et seqq. à DEO est, non quidem immediate, sed mediante Populi designatione: consequenter, ubi semel in Principem legitimè translata fuit, absque Divina permissione nequit auferri. Quò pertinet illud Romanor. 13. vers. 1. Et seqq. Non est Potestas, nisi à DEO: que autem sunt, à DEO ordinata sunt. Itaque qui resistit Potestati, DEI ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. II. in Statu Monarchico <sup>110</sup> Potestas omnis in Principe residet, nec illa illius portio communis est Populo: qua de causa in d. cap. I. à num. 47. Majestas realis Populo abjudicata, & sola Majestas personalis in unica Regis persona fuit propugnata: quò igitur jure subditi Regem deponere, Suumque Potestate exuere valebunt?

Nec

112 Nec satis est dicere, Populum collectivè sumptum, pollere facultate, deponendi Principem, licet distributivè spectatus sit subditus, ac Imperium non auferre possit, sed revereri teneatur. 113 Enimverò Populus, etiam collectivè sumptus, cùm ex meritis subditis componatur, in Statu Monarchico est manetque subiectus, neque, ut dictum, Majestate gaudet: sicque Potestatem Summam demissò semper poplite venerari obstringitur, nullà in ipsam involandi violandique licentia eidein relictâ. III. exemplò perniciosum est, pedes erigere in caput, ac parentibus assignare jus contra Imperantes, ut, ubi placuerit, isti ab illis quasi obtortò collò à solio dejiciantur: hòc enim modò evertitur vinculum, quò connectitur Respublica; tollitur subordinatio, quâ caput cum membris colligatur; aperitur patula insolentiae & petulantiae janua, sub prætextu nescio quò jugum excutendi, & obedientiam, Superioribus debitam, detrectandi. IV. cùm Reges Judicem alium in terris haud agnoscant, judicium eorum, quibus præsunt, neutiquam agnoscent, aut sufficiens ad depositionem esse judicabunt: nam, ut Marcus Aurelius Imperator dixisse fertur: *Magistratus de privatis, Principes de Magistratis, DEUM autem de Principibus judicat, & decernit.* Quia imò, si Populus sibi judicium arrogare contendat, sequuntur tumultus & armorum strepitus, Principe pro sua autoritate, subditis contra eam pugnantibus; & tandem hâc viâ Urbes, Provinciæ, & Regna integra ferrò & flammâ miserrimè destruuntur. 116 Licet enim malevoli sibi & suis fortè persuadeant, Principem in tali casu meruisse depositionem, illi tamen neque Principi ipsi, neque illis, quorum fortuna cum persona Principis coniuncta est, neque ejus amicis & confœderatis, neque omnibus subditis, neque illis, qui præsentia quâ incerta malunt, id persuadere possunt: quò positi, oritur animorum exacerbatio & mutua persecutio, ac tandem proprii cives in viscera patriæ multò majori odio quâ infensissimi hostes deserviunt; ut ita Plutarchus merito dixe-

rit: *bellum civile omni tyrannide peius maxum esse.*

Loquendò magis in hypothesi & in particulari putant aliqui I. quòd, si Principes sub Populo sint, sive ab initio talem acceperunt potestatem, sive posteà ita convenit, ut Lacedæmonie, si peccent in Leges ac Rem publicam, non tantum vi repelli possint, sed, si opus sit, puniri morte: quod Pausaniz Regi Lacedæmoniorum contigit. Ita in formalibus Grotius lib. I. cap. 4. §. 8. Verùm hæc limitatio videtur extra rhombum saltare: ubi enim Princeps subditus est Populo, non Monarcha, sed Magistratus duntaxat, aut vanum Monarchæ simulacrum dicendus est. Idque probatur ex ipsomet exemplò, à Grotio adducto, dum, ut scribit Ziegler ad Grot. d. cap. 4. §. 8. Reges Lacedæmoniorum nomine magis quâ Imperiò tales fuerunt; atque idcircò Aristoteles Regnum Laconicum libr. 2. Pol. cap. 9. perpetuam belli præfecturam appellat, negatque, peculiarem Reipublicæ formam efficere. Quia igitur Populum Superiorem habuit, mirum non est, puniri eum & suppliçis affici potuisse.

II. putant alii, Regnum amitti à Rege, si Rex illud alienet, aut alii subjiciat. Ita Barclajus apud Grotium cit. l. §. 10. Ziegler ad eund. §. 10. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. part. special.* lib. 3. cap. 4. §. 9. dum Regem alienatum æquiparat illi, qui Imperio renuntiat, aut istud pro derelicto habet. Quod, si verum est, ejusmodi Rex non tam depositione opus habet, quâ declaracione, quòd Regnum ipsò factò amiserit. Sed Grotius d. 120 §. 10. Vitriar. ib. q. 12. Clariss. D. Staph de *Majest.* cap. 8. §. 4. negant, Regnum per alienationem amitti: quia, si deferatur electione vel successione, alienatio est nulla, nullumque producit juris effectum. Nec dici potest, esse nullam tantum ex parte alterius, in cuius gratiam fit alienatio, non item ex parte alienantis: hic enim non vult alienare simpliciter, sed quasi conditione, si nempe cum effectu juris Regnum in alterum transferri valeat: deficiente igitur hâc conditione, nullò modò

modô Regnum ex parte sua alienare voluisse præsumitur.

**¶ 21** III. putant complures, Principem, qui tyrannus est, atque Rempublicam immodicis exactiōibus, officiorum venditione, depressione subditorum, Legum inutilium promulgatione graviter affigit, saltem ubi nullum aliud remedium superest, à Republica vel Regni Statibus deponi posse. Ita ex Theologis post Cajetanum Sotus *de J. & J. lib. 5. quest. 1. art. 3.* Molina *de J. & J. tr. 3. disp. 6. num. 2.* Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 4. n. 12.*

**¶ 22** Sed neque hanc limitationem probat D. Pelzhoffer. *Arcanor. Stat. lib. 2. p. 1. cap. 3. num. 29.* Eique non tantum suffragantur rationes ex *num. 110.* Et seqq. sed peculiariter assistit Sacra Scriptura in antiqua & nova Lege. Notum siquidem est, Regem Nabuchodonosorem atrocissimum Hebrææ Gentis persecutorem & hostem fuisse, & tamen hic servus DEI vocatur Jeremias *25. v. 9. & 27. v. 6.* imò in *v. 8.* Et seqq. Divinum Numen severè ordinat: *Gens autem & Regnum, quod non servierit Nabuchodonosor Regni Babylonis, & quicunque non curvaverit collum suum sub iugo Regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste visitabo super Gentem illam, donec consumam eos in manu ejus.* *Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & Divinos, & Somnatores, & Augures, & maleficos, qui dicunt vobis: non servietis Regi Babylonis: quia mendacium prophetant vobis, ut longè vos faciant de terra vestra, & ejiciant vos, & pereatis &c.*

**¶ 23** Baruch quoque *cap. 1. v. 11.* Et seq. scriptum est: *orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram:* Et ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filii ejus, & serviamus eis multis diebus, & invenerimus gratiam in conspectu eorum.

**¶ 24** Notum insuper est, quam gravia tormenta, afflictiones, spolia, exilia pertulerint primi Christiani ab Imperatoribus Ethnicis, Nerone, Severo, Diocletiano, Maximiniano &c. & nihilominus Sacræ Paginæ Roman. *13. 1. Pet. 2. v. 14.* Et seqq. voluerunt, ut illis præstetur obedientia, reverentia, & ob-

servantia, non quidem in spiritualibus, quæ sunt extra sphæram Potestatis Sæcularis, sed in temporalibus & talibus rebus, quæ cæteroquin à Summa Potestate imperari possunt.

**IV.** unanimem vix non limitatio- nem invenio apud Publicistas, exau-thorationem Regum adstruentes, quando convertuntur in hostes aper-tos, totamque Rempublicam ever-te & pessum dare nituntur. Grot. *d. lib. I. cap. 4. §. II. Vitriar. ibid. quest. 14.* Muelen *ad d. l. Pufendorf lib. 7. cap. 8. §. 7.* Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. part. special. lib. 3. cap. 4. §. 32.* Et seq. Ratio sat gravis est, quod Rex, in ho-stem apertum conversus, si non ani-mo expreßo, factō saltem & reipsā Regnum abdicare videatur; quatenus impossibile & nullâ ratione compatibile cernitur, imperare simul & perdere, præesse & unâ Rempublicam funditus evertere velle. Sicque subditi quâ tales non insurgunt contra Superiorem quâ talem, sed instar Populi liberi contra Regem, tanquam extraneum aut privatum, se se defendunt, ac vim vi repellunt.

Verū hi ipsi Autho-res partim reputant hunc casum vix possibilem, ut Rex, qui sanx mentis est, eousque insanire, atque à Pastore in lupum, à Rectore in impostorem, à Principe in hostem migrare valeat; partim etiam, si casus præter spem & opinionem accideret, executionem. Oppidò difficilem arbitrantur: quan-doquidem judicium sumere de qua-stione prorsus ardua & momentosa, sitne Rex hostis Reipublicæ? Nescio, an subditi tutò valeant: cùm ipsi per-facile in causa propria, libertatem au-ream maximè tangente, falli, &c., antequā omnes consentiant aut con-veniant, à Rege tanquam rebelles & seditioni coerceri possint; partim ex-pendunt damna, exinde in Rempubli-cam redundantia, dum ipse Cicero, Monarchiæ cæteroquin non adeò be-nè addictus, in *Pbilippic.* fatetur, mul-tas in Republica seditiones sæpè factas, cùm Reges essent exacti, & Tribunitia Potestaſ constituta. Nunquam, ait Pelzhoffer *d. l. num. 31.* tantum boni sperari potest ex victoria, quantum-mali accipitur ex clade civili. Quam-obrem

obrem assertio, in num. 109. stabilita, tam firma stat & inconcussa, ut vel, exceptionem aliquam non admittat, vel circumstantias tales, in quibus exceptio posset in effectum deduci, non ferat. Quòd si Regum abusiva dominatio penitus intolerabilis esse videatur, observandum, quod tradit D. Augustinus de *Natura boni adversus Manichaeos* cap. 32. ibi: in libro Job. cap. 34. scriptum est: qui regnare facit hypocritam, hominem propter perversitatem populi. Et de *Populo Israël* Osee 13. dicit DEUS: dedi eis Regem in ira mea. Injustum enim non est, ut improbis accipientibus nocendi Potestatem & honorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Quod agnovit etiam Grotius d. lib. 1. cap. 3. §. 8. circa fin. in Imperiis, ajens, quia progressus in infinitum non datur, omnino in aliqua aut persona aut cœtu consistendum est, quorum peccata, quia Superiorum se Judicem non habent, DEUS sibi curæ peculiari esse testatur: quia ea aut vindicat, si ita opus judicet, aut tolerat in poenam aut exploracionem populi. Et, ut Tacitus lib. 4. 74. 4. Histor. admonet: quomodo sterilitatem

aut nimios imbres, & cetera Natura mala, ita luxum & avaritiam Dominantium tolerat. Vitia erunt, donec homines; sed neque hac continua, & meliorum interventu pensantur.

Demùm. Summa Potestas desinit. 132 abdicatione tacita, quam etiam derelictionem DD. appellant, si nempe Princeps tam clara & perspicua argumenta, quod Regni sit pertensus, illiusque molem in tempus longius portare nolit, edat, ut prudenter non possit dubitari de contrario: quâ ratione Poloni, postquam Rex Henricus III. auditâ fratri Caroli IX. Galliarum Regis morte, clam se Cracoviâ anno 1574. subduxit, post annum Stephanum Batorii Principem Transylvaniæ ad Thronum Poloniæ evexerunt, existimantes scilicet, Regnum ab Henrico tacite abdicatum aut derelictum esse. Grotius de *Jur. Bell.* d. lib. 1. cap. 4. §. 9. Gronov. in *not. num. 10.* Vitriar. ibid. quest. 10. & seqq. D. Stapff de *Majestat.* cap. 8. §. 5. & seqq. De præscri- 133 ptione, quatenus Imperia sic uni acquirat, ut alteri exipiat, satis egi in cap. 2. 4. num. 122.

### §. III.

## *Ad quem Summa Potestas, ubi desinit, perveniat?*

134 **V**idimus, quomodo Summa Potestas desinat in omni Statu, Democratico, Aristocratico, & Monarchico. Videamus deinceps, ad quem, ubi desinit, perveniat? In Statu Aristocratico & Democratico illam penitus exspirare, neque ad aliud subjectum commigrare, ubi Corpus seu Civitas perit, aut vinculum societatis tollitur, perspicuum apparet: quia subjectum commune, in quo pedem figat, non habet. Böhmer part. *special.* lib. 3.

135 cap. 4. §. 2. In Statu Monarchico (imò & Aristocratico, si, persistentibus adhuc civibüs solummodo Collegium Senatorum pereat) tralatitium videtur, Rege, citra Successorem, sublatō Summam Potestatem ad Populum remeare. Grotius d. lib. 1. cap. 3. §. 7. Pufendorf lib. 7. cap. 7. §. 7. proprie fin. Cum enim ex cap. 1. num. 113. Summa Potestas immediate à DEO commu-

nicata sit Communitati perfectæ, & ab hac in Principem eousque translata, usquedum Principatum administrat: consecutaneum est, sublatō Principe, nec relictō Successore, Potestatem Summam ad Communitatem perfectam seu Populum, unde exivit, reverti. Neque tamen exinde argendum est, Statum Democraticum protinus consurgere, dum Rex vivere desit: quia ex lib. 1. cap. 2. num. 183. Status Democraticus tum demùm consurgit, quando Civitas non tantum coadunata, sed etiam de hac ipsa Regiminis forma, seu de Summo Imperio, ab omnibus communiter deinceps exercendō, conformis & concordans est. Siquidem per se loquendō, &, nisi alia Lex vigeat, stat in merobene placito Populi, velitne tunc formam Regiminis veterem servare, ac novum Regem assumere; vel eam immutare,

M m

ac

ac imposterum sibiipsi vel Optimatum Concilio fasces Imperii deferre.

**137** Priusquam tamen se determinaverit, non est perfecta Democratia, sed tantum imperfecta (aut saltem temporaria juxta lib. I. cap. 4. num. 59.) quatenus Populus seipsum congregare, ac quosvis actus Summæ Potestatis, qui ad conservationem ipsius opportunitatem videbuntur, exercere potest, donec de alio Regimine aut futuro Successore conveniat. Pufendorf d. l. Böhmer cit. l. §. 5.

Porrò Status Civitatis, suō capite viduatæ, solet ex cit. cap. 4. num. 58. Interregnum appellari. Besoldus disputation. Nomico-Politicar. lib. 3. diss. 4. num. 1. Idque, eodem Authore teste, quò brevius, eò melius existit; egitque prudenter Livia, quòd, Augustō exspirante, acribus custodiis domum & vias sepfit; letosque interdum nuntios vulgabat, donec provisiss, quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit. Ta-

**139** citus I. Annal. cap. 5. num. 5. Expediit etiam pro salute Reipublicæ, Administratores quosdam & Vicarios aut Lege stabili, aut toties, quoties vacatura Regni incidit, constituere, qui, veluti Magistratus temporarii, Summum Imperium, prout necessitas communis exigit, provisorio modō exercant, donec Successor creetur, aut alia Reipublicæ forma introducatur; rationem postea suæ administracionis universo Populo aut Successori duntaxat reddituri. Besold. d. l. num. 3. Pufendorf cit. l. §. 8.

**140** Dixi supra: Potestatem Summam ad Populum proficiisci, Rege, citra Successorem, sublatō. Nam, ubi Rege vivente & volente Successor designatur, aut in Regno successivo de familia Regia surculus aliquis supereft, Imperium non ad Populum, sed rectâ viâ ad Regni Successorem aut hæredem devolvitur. Böhmer cit. l. cap. 4.

**141** §. 17. Cùm autem persæpe in Regno successivo is, qui hæres est, ne cum annos pubertatis attigerit (cui casu similem ex Pufendorfio attuli in d. lib. I. cap. 4. num. 61. quando speratur posthumus) communiter Gentibus placuisse videtur, ut Imperium per tutorem geratur: suadente sic naturali ra-

tione, ut is, qui propter ætatem nondum perfectam nec seipsum nec alios regere valet, alterius tutelâ unâ cum Regno regatur. Böhmer d. l. §. 26. Nicolaus Hertius vol. I. tit. I. in diss. de Tutela Regia. sect. I. §. 1. Sed quia hic ipse articulus non nihil perplexus est, quisnam videlicet ad munus tutelæ sit admovendus? Ideò primò ad Leges Regni, siquæ extent, respi-ciendum erit: harum vigore, ut refert Besoldus d. l. num. 8. in Asia à Semiramidis tempore receptum fuit, ut uxores Regum, post eorum mortem, velut tutrices impuberis filii regnarent; id quod, si prudens aliquis Senatus accedat, è re fore, arbitratur Lipsius Monit. Polit. I. cap. 4. cùm Proceres Regni eligi, sit anceps: Et unus si sumatur, ceteri offendantur, ut spreti; Et bic forsitan proprias cogitet opes: si plures, vix evadere contingat factiones Et turbas. Deinde observanda est voluntas Ante-cessoris, cuius judicio, si Leges aliæ non adsint, velut æquissimo, jus nomi-nandi tutorem commissum esse, non vanè præsumatur; extantque exempla tum Regum tum Imperatorum, qui, hæredibus Regiis optimò consilio prospicere volentes, tutorem testa-mento designarunt. Besold. d. l. n. II. Denique, si deficiat hæc norma, vix alius, quam Populus ipsem, facultatem conferendi tutelam habebit. Böhmer d. l. §. 27. Imò, si salus Regni postulet, etiam à Regis voluntate recedi, atque ab Ordinibus alium tuto-re nominari posse, Franciæ Regum exemplò ostendit Besold. d. l. num. 16. Böhmer quoque d. §. 27. bene docet, tutelæ legitimæ, quam illi, qui com-modum successionis sperant, gerunt, in Regnis propterea locum non esse, quòd longè majus immineat periculum, ne, qui proximâ succedendi spe potitur, ante diem impuberis vitæ insidietur. Eaque propter Hamiltonio Scoto, cùm Regiam tutelam ex genere proximus affectaret, ab An-tagonistis responsum fuisse, memorat cit. Besold. Hamiltonum rem, non modò Legibus & veterum institutis repugnantem, sed & iniquissimam postulare; allatisque in contrarium exemplis, ab eis ostensum, Regni gu-berna-

bernacula non ex cognatione propria, sed magis idoneis, & à Conventu Ordinum publico delectis, semper fuisse delata.


**148** Non me latet, Grotium d. lib. I. cap. 3. §. 15. tutelam testamentariam in Regnis non-patrimonialibus non obscurè excludere.. At Hertius d. sect. I. §. 10. Et 13. rectissimè demonstrat, non esse in hoc passu disparitatem inter Regnum patrimoniale & non-patrimoniale: quandoquidem & utriusque Regni interest, & ipsius Regnatoris permagni refert, tutoriam administrationem illi, qui testatori omnium maximè capax & dignus apparebat, committere.

**149** Quousque verò tutoris Potestas duret; non quidem definitum, sed inter Doctores, ut liquet ex Hertio cit. dissert. sect. 2. §. 1. Et seqq. valde dubium; communius tamen assertum est, eam non tantò temporis intervallo, quantò tutela privata, & rariùs ultra pubertatem durare: vel quia Re-publicæ plura causat incommoda Re-

gimen alienum, longiori tempore continuatum; vel quia indeoles Regiae sobolis ad sui maturitatem certo annorum numero haud alligatur: vel quia, si quid maturiori judicio post annos puberes deficiat, fideliū Consiliariorum operâ compensari potest. Besold. d. l. num. 20. Huber de Jure Civitat. lib. I. sect. 7. cap. 8. num. 12. Et seq.

Tutoribus non multùm absimiles sunt curatores, qui Regibus tum demum adjungendi sunt, quando propter furorem, delirium, aut simile vitium, post Regimen jam acceptum superveniens, ad Regimen fiunt inhabiles: nec enim vitium superveniens Imperium tollit, velut communi Gentium Jure receptum asserit Besoldus d. l. num. 23. sed locum facit curatæ, quam in Regno successivo gentilitio nemo suscipit justius, ac primogenitus, si quis adsit: quippe cum ei Regnum aliunde debeatur, idque non ut alienam sed propriam rem administret. Hertius d. dissert. sect. I. §. 15.





# LIBER III.

*DE*

## Juribus Summæ Poteſtatis reſpectu Civitatis propriæ.

**S**umma Poteſtas nunquam clarior, eminentior, aut excellentior resplendet, quam in uſu & exercitio Jurium, quib⁹ circumfluſt. Vocantur illa ex lib. præced. cap. 3. n. 39. *Jura Majestatis vel Regalia*; poſſuntque conſiderari vel in ordine ad Civitatem & ſubditos, in qua & in quos ex primæva ſua inſtitutione exercentur; vel in ordine ad extraneos & Civitates alias, quibuscum multa ſæpenumerò intercedunt negotia. In hoc libro conſiderationi ſubjiciemus Jura prioris generis; initium facturi à Juribus circa Sacra.

### C A P U T I.

#### De Jure Sacrorum.

**J**us Sacrorum, cuius nomine denotatur facultas diſponendi circa res & jura Sacra ſeu Spiritualia, quæ neceſſe principaliter & immediate respiciunt finem ſupernaturalem, internam animæ perfectionem, & æternam in Cœlo beatitudinem; cuiusmodi ſunt Virtutes Theologicae, Religio, Sacra menta, Sacrificia, Doctrina Christiana &c. Jus, inquam, Sacrorum inter cætera, quæ circa rem & finem temporalem occupantur, primatum indubitata tenet; tantοque altius præ illis eminet, quanč anima præstat corpori, ſol lunæ, cœlum terræ. Hoc Summæ Poteſtati ſeculari proprium, iſitum, & congenitum eſſe, concordi quidem ſententiā, diverso tamen modō & mediō defendunt Acatholici, ſicuti deprehendere licet apud Huberum de Jure Civitat. lib. 1. ſect. 5. cap. 1. §. 4. & ſeqq. In hujus rei veritatem inquirere, & cum Catholicis ex genuinis & immo-

immotis principiis, absque contentione vel criminatione, demonstrare volo, Summæ Potestati Politicæ Jus Sacrorum neque ex natura rei seu Statu Naturali; neque ex dispositione Legis Veteris aut Novæ competere.

## SECTIO I.

## De Jure Sacrorum vi Statū Naturalis.

## SUMMARI A.

1. Proponitur quaſio. an Summa Potestati Jus Sacrorum ex natura rei conveniat? 2. & seqq. Argumenta pro ſententia affirmativa non pauca proferuntur. 9. & seqq. Argumenta non minora, & ſimiliter fortiora pro negativa ſententia adducuntur. 17. & 18. In Statu Naturali nulla erat neceſſitas aliquid Potestatis Spiritualis. 19. & 20. Sacerdotium tunc temporis non erat Potestas Ordinis, ſed ministerium aliquod Naturale. 21. Potestas Spiritualis in ſuo genere Suprema

- bene concordat cum Potestate Seculari quæ in ſuo genere Supremâ. 22. Adducuntur textus ex cap. 10. diſt. 96. 23. In eodem Regno potest esse S. Pontifex & Rex. 24. Non repugnat ſanā Politia principiis Status Ecclesiasticus in Seculari. 25. Declaratur ex cap. 6. de Major. & obed. nec non S. Bernarde. 26. Item ex cap. 6. diſt. 96. 27. & 28. DEUS in terris duplēcē habet Vicarium, unum in Spiritualibus, alterum in temporalibus.

## §. I.

## Recensentur argumenta, ex quibus Sacrorum Jus. vi Statū Naturalis Summæ Potestati afferri poſſe videtur.

**S**I Jus Sacrorum ad Summam Potestatem Civilem pertineret, id provenire deberet vel ex natura rei seu Statu Naturali; vel ex conſeſſione aut institutione Divina in Lege Veteri aut Nova. Num pertineat ex natura rei seu Statu Naturali? In præf. ſect. diſquiritur; & quidem pro affirmativa, quod juxta Virgilium fit *Rex idem hominum Phœbique Sacerdos*, hæc & ſimilia argumenta proferri animadverto. 1. ab exordio mundi, dum Lex & Status Naturalis vigebat, non fuit alia Potestas, quam Politica; eaque non tantum ad negotia profana ſed etiam ad ſacra & spiritualia ex nativa indole extensa: quia homo non tantum eſt conditus ad finem naturalem, ſed etiam ad finem supernaturalem; & ideò, qui præſt hominum cœtui, debet eos ad utrumque finem perducere poſſe, velut inſinuat Apoſtolus 1. Timoth. 2. & oſtendit, Reges in id institutos, ut vitam quietam & tranquillam agamus, non ſolum in omni boneſtate, verum & in omni pietate; proindeque ut Civitas DEI fit amans, & amata DEO, illum ſibi Regem, ſe illius Popu-

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

hym agnoscat. S. August. lib. 5. de Civit. DEI. cap. 14. Conformiter Aristoteli, qui lib. 7. Polit. cap. 1. & 2. illam vivendi rationem vocat optimam, que ad DEUM conſiderandum maximè facit. II. in 3 Lege & Statu Naturali fuerunt Sacerdotes & Sacrificia; ipsique Reges, Sacerdotiō ſimiliter & Imperiō functi, ſic Populo dictabant jura, ut & thura offerrent DEO; veluti legimus de Melchizedech, qui fuit & Rex Salem & Sacerdos DEI altissimi Genes. 14. vers. 18. & ad Hebreos 7. vers. 1. item de Abrahamo, Jobo, & aliis Patriarchis, qui tempore Legis Naturalis, ut vocant, erant ſimiliter capita familiarum & quafici Reges, ſimilique Sacrificia peragebant. III. Summa Potestas eō ipſo, quod 4 Summa fit, non compatitur in eodem Regno Potestatem aliam, æquè Summam: nam ſuper Imperatorem non eſt, niſi ſolus DEUS, qui fecit Imperatorem, ait Optat. Milevitan. & ſic omnibus major eſt, dum ſolus verbo DEO minor eſt, inquit Tertullian. Certè non Summus ſed Magnus eſt, qui alium ejusdem magnitudinis agnoscere debet: ea eſt enim Summi conditio, ut nihil illud adæquet, nedum ſuperet,

N n

ut

- 5 ut loquitur idem Tertullian. IV. nos ipsi in lib. I. cap. 3. à num. 4. ejusdem Regni non plures sed unum duntaxat Regem admisimus; Respublica siquidem una præcipue dicitur respectu unius Summè Imperantis; &, sicut in humano corpore una est voluntas, quæ cunctis membris membrorumque actionibus imperat; ita in Civili isto Corpore unum est, quod imperat. Sic autem, si Potestas Summa Sæcularis non posset ad objecta spiritualia sese extendere, deberemus admittere Potestatem separatam & distinctam, ad curanda unicè spiritualia intentam: quod in effectu idem est, ac plures ejusdem Regni Reges adstruere; reclamante D. Leone in Epist. 42. ad Marianum, & optante, *ut, quem statum cupitis esse Religionis, eundem babeatis & Regni.* V. pugnat contra Politiae principia, in Statu admittere Statum, Respublicam in Respublica, Principatum in Principatu: quæ enim speranda erit concordia, quæ pax & tranquillitas, dum Status contra Statum, Respublica

contra Respublicam, Principatus contra Principatum assurgit, quôlibet Jurisdictionem suam in- & extendere ac manutenere volente? *Regnum profectò, in se ipso divisum, desolat̄;* Divinæ Veritatis oraculum est: &, ubi omnes præcipiant, nemo exequitur, à Tacito dictum noscitur. VI. Principes terreni regnant ex gratia DEI; funguntur illius vice in terris; habent sibi omnes, qui intra sphæram activitatis suæ morantur, in omnibus subiectos: adeoque non tantum Sæculares & sacerdotalia, sed etiam personas sacras & sacrâ in curam & protectionem suam recipiunt. Et sanè, cùm patris Imperium minus sit, quam Sunt Potes̄tatis, utpote huic ipsi subordinatum & subiectum; de paterno autem Imperio dicat Apostolus Coloff. 3. v. 20. *filiī obediē parentibus in omnibus;* in omnibus verò etiam sacra comprehendantur: quis negaverit, Summæ Potestati in omnibus, etiam quæ sacra censentur, obediendum & obtemperandum esse?

## S. II.

### Rationes veræ & solidæ, contrarium dogma demonstrantes.

- 9 Quid Summa Potestas Politica ex nativa institutione suam intra sphæram nequaquam includat sacra & spiritualia, ex ipsiusmet Catholicis non obscurè profitentur Beſoldus in suis Politicis, quos scripsit, antequām ad nostram fidem Catholicam transiit, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 14. & 19. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. 2. cap. 5. §. 2. & seqq.* quin & Grotius in *speciali tract. de Imperio Summarum Potestatum circa Sacra cap. 2. §. 3.* ubi ait, ut idem sit Rex & Sacerdos, non esse ex eo genere naturalium, quæ aliter se habere non possunt. 10 Rationes veræ & solidæ, inconcussum hoc dogma evidenter demonstrantes, sunt I. Potestas Summa Politica, prout in lib. 2. cap. 1. n. 107. probatum reliqui, ac in ordine ad institutum nostrum solidè deducit Illustriss. Augustinus Reding, Excelsum Universitatis nostræ decus, ac profundissimus

Theologiæ Professor de *Cathedrae Apoſtol. Authorit. art. I. diſquisit. 3. num. 37.* originaliter descendit ex Jure Naturali, sive à DEO, tanquam Authore Naturæ, ac Civitatem perfectam consequitur tanquam proprietas, cum illa indispensabiliter connexa; &, ut dictum ib. à n. 124. à Cōmunitate immediate transfertur in unum aut plures: ideoque ad spiritualia, quæ supponunt Authorem & causam supernaturalem, uti gloriabundus memoret Paulus ad Galat. 1. v. 1. quod Apoſtolatum suum non ab hominibus, neque per hominem, sed per JESUM Christum, & DEUM Patrem, qui fūscitavit eum à mortuis, accepit, sese extendere nequit. II. qualis est finis, talia solent esse media: cum ergo finis immensus Potestatis Politicæ ex eodem cap. num. 15. sit politicus & naturalis, in pace, bonorum temporalium abundantia, ac morali honestate consistens, non

non agnoscit pro mediis sibi proportionatis bona spiritualia, ad statum supernaturalem, ad animarum salutem, ad sanctitatem & beatitudinem æternam ordinata, prout in pluribus locis ostendit idem Apostolus, nominatim in Epist. ad Ephes. cap. 4. v. 12. Et 13. ibi: ad confirmationem Sanctorum in opus ministerii, in edificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii DEI Et c. & vers. 23. Et 24. renovamini spiritu mentis vestre, Et induite novum hominem, qui secundum DEUM creatus est in justitia & sanctitate veritatis. Similia habet in cap. 5. 12 III. Potestas, quæ fulgent Principes Sæculares, juxta lumen Naturæ, tota quanta est, regulatur: eapropter ad ea objecta, quæ Naturæ cognitionem transcendunt, atque effectus intra sphæram Naturalem haud contentos producunt, non porrigitur: talia autem sunt objecta spiritualia, puta fidei nostræ principia, lumine rationis Naturalis haud cognoscibilia; nec non gratiæ spirituales, remissio peccatorum, indulgentiæ, censuræ &c. intra sinum Naturæ neutriam præcontentæ. Hinc D. Ambrosius in Epist. 14. alias 33. ad Marcellin. allegatur, inquit, Imperatori licere omnia, ipfius esse universa: respondeo, noli te gravare Imperator, ut putas, te in ea, que Divina sunt, Imperiale aliquod Ius habere: noli te extollere, sed, si vis Divinitus imperare, esto DEO subditus, sicut scriptum est: que DEI, DEO, que Cesaris, Cæsari. Ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesia: publicorum tibi munium ius commissum est, 13 non Sacrorum. IV. Regnum DEI, ad quod consequendum disponunt & deducunt spiritualia, unum idemque est respectu totius generis humanitatem, ut eleganter differit Tertullian. lib. advers. Judeos cap. 45. Christi Regnum Et Nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus Gentibus supra enumeratis colitur, ubique regnat, ubique advocatur, omnibus ubique tribuitur equaliter; omnibus Rex, omnibus Judex, omnibus DEUS, Et Dominus est. Unam igitur ubique Potestatem, quæ moderetur spiritualia, eò magis exposit, quod, multiplicatæ Potestate, multiplicentia Capita, totque diversæ circa viam

ad Regnum corlestè ferantur sententia, quot sunt Legislatores. Et quia Potestas Politica non pna est, sed multiplex, tot habens diversa subjecta, quot Imperantes sunt in mundo, ad spiritualia gubernanda nullatenus habilis esse censeretur. Rectè igitur Leo Magnus serm. 1. in Nat. Apost. Beatissimus Petrus, ait, Princeps Apostolici Ordinis ad arcem Romani destinatur Imperii, ut lux veritatis, que in omniam Gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso Capite per totum mundi Corpus effunderet; sicque per sacram B. Petri fidem Caput orbis effecta Roma latius præsideret Religione Divinâ quam dominatione terrena. Rectè D. Prosper lib. 2. de vocat. Gent. cap. 6. gratia Christiana non contenta est, eosdem limites babere, quos Roma, multosque Populos Sceptro Crucis Christi subdidit, quos armis suis ipsa non domuit. V. Eadem est Potestas Sæcularis apud Reges Christianos & Ethnicos: siquidem & his & illis æqualiter parendum esse, discimus ex Sacra Scriptura, Veteris & Novi Testamenti. Itaque fatigemur, necesse est, aut materias spirituales intra ambitum hujusce Potestatis non comprehendendi; aut Regibus Ethnicis facultatem, circa Fidem, Religionem, Sacraenta, & alia negotia authoritate Regiâ disponendi competuisse: quod sanè nedum Catholicî sed etiam Acatholici Scriptores dubiō procul absurdum & absolum existimabant. Quamobrem D. Augustin. de verb. Dom. secundum Mattb. serm. 6. ita perorat: si aliquid ipse Pro-Consul jubeat, Et aliud jubeat Imperator, nunquid dubitatur, illo contemptō illi esse serviendum? Ergo si aliud Imperator, Et aliud DEUS, quid judicatis? Solve tributum, esto mibi in obsequium. Rectè quidem, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Major Potestas. Da veniam, tu carcerem, ille gebennam minatur. Hinc jam tibi assumenda est fides tua, tanquam scutum, in quo possis omnia ignita jacula inimici extinguere. VI. non sati prospectum foret Reipublicæ, si penes eosdem Principes invehiretur jus Soli & Poli, Sceptrum & Pedum: cum, experientiâ teste, plerumque, qui curâ temporalium nimium est implicitus, spiritualia tam impensè curare aut non velit, aut non valeat; præindeque longè

longè sit consultius, illis, qui Reipublicæ habendas capessunt, temporalium rerum curam assignare, ac rerum supernarum dispensationem aliis committere. Ideo D. Chrysostom. bom. 4. Et 5. de verb. Isaiae, quamquam admirandus, scribit, videtur Thronus Regius, tam rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec præter Potestatem hanc prætereà quidquam habet autoritatis. Et D. Thomas de Regino Princip. lib. I. cap. 14. proloquitur: *bujus Regni*, videlicet spiritualis & coelestis, ministerium, ut à terrenis essent spiritualia distincta, non terrenis Regibus est commissum, sed Sacerdotibus.

- VII.** non tantum in SS. Paginis, ubi cæteroquin Regiæ Potestatis frequens est recordatio, vel unum apicem circa dispositionem in spiritualibus quoad Reges & Principes est reperire, sed etiam ex testimoniis SS. Patrum, per quos velut oracula Spiritus Sanctus est locutus, contraria assertio planissima & certissima est; prout ex jam citatis, & imposterūm citāndis manifestum redditur. Lubet hīc unicum allegare Athanasium, qui in *Epistola ad solitar. vitam agent.* refert verba Osii Cordubensis Episcopi ad Constantium in-

hunc modum: *define, queso;* Et memineris, te mortalem esse, reformida diem Judicii, servate in illum diem purum, ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis disce. Tibi DEUS Imperium commisit; nobis, quæ sunt Ecclesiæ, concredidit; Et quemadmodum, qui tuum Imperium malionis oculis carpit, contradicit ordinationi Divinae; ita Et tu cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date (scriptum est) quæ sunt Cesari, Cesari, Et quæ sunt DEI, DEO. Neque igitur fas est nobis, in terris Imperium tenere, neque tu thymiamatum Et Sacrorum Potestatem habes Imperator. Postea idem Athanasius subjungit verba propria: si istud est judicium Episcoporum, quid commune cum eo babet Imperator? Sin contra ista minæ Casaris conflantur, quid opus est bominibus, titulò Episcopis (id est à Constantio suâ authoritate creatis) quando à condito evo auditum est, quando judicium Ecclesiæ autoritatem ab Imperatore accepit? Quæ & plura conspicere licebit apud Virum Consummatissimum & Doctorem omnibus numeris absolutissimum P. Franciscum Suarez in *Defens. Fidei Catbol. advers. Anglic. Sectæ error.* lib. 3. cap. 7.

### §. III.

#### Argumenta, in §. I. proposita, confutantur.

- A**D I. argumentum, in num. 1. propositum respondet Suarez supra citatus cap. 9. num. 3. in Statu Legis Naturalis non fuisse ab ipsa Natura præceptum, aut ordinatum, ut is, qui Potestatem circa Politica seu oeconomicam, seu patriam, seu Regiam exercebat, simul etiam circa spiritualia Potestatem aliquam exerceret: nec enim, ut supra dictum in num. 12. similis Potestas à lumine Naturæ attingitur, aut intra potentiam Naturalem comprehenditur: Potestas autem gubernativa humana, ut loquitur idem Suarez num. 4. non transcendent ordinem humanum, & principaliter instituitur ad ordinandum homines ad invicem, ita ut, licet curam etiam habere possit Divini cultus, semper in modo ac determinatione illius respiciat commune bonum Reipublicæ hu-

manæ, ut in simili dixit D. Thomas I. 2. q. 99. art. 3. Non obstante igitur, quod homo fuerit conditus in finem supernaturalem, tamen, quia in Lege Naturali non fuerunt alia præcepta quam Naturalia (si excipiamus remedium originalis peccati) etiam per media Naturalia à Potestate humana fuit directus in finem naturalem & supernaturalem. Sanè, quia finem fruitionis Divinae non consequitur homo per virtutem humanam, sed virtute Divina, juxta illud Apostoli Roman. 6. gratia DEI vita æterna: perducere ad illum finem non erit humani, sed Divini Regiminis, verba sunt Doctoris Angelici in d. lib. I. de Regino Princip. cap. 14.

Ad II. resp. id, quod de conjunctione Sacerdotii & Imperii de Rege Melchisedech opponitur, non ita intelligendum esse, quod Reges illi ex officio

officio Regali Sacerdotis munus obie-  
rint, sed potius quod ex moribus Po-  
puli, qui Regimen temporale habuit; etiam Potestatem Sacerdotalem acce-  
perit: quâ ratione ex recepta tunc  
consuetudine primogeniti, qui Suc-  
cessores erant in Imperio temporali,  
pariter successerunt in Sacerdotio, ve-  
luti ex DD. Hieronymo & Ruperto  
colligit laudatus Suarez d. cap. 9. num. 2.

20 Interim hoc Sacerdotium, ut bene di-  
scurrat idem Suarez num. 4. non erat  
propria ac supernaturalis Potestas Or-  
dinis, sed erat solum ministerium sa-  
crificandi & intercedendi pro Po-  
pulo; ad quod aliquis suâ sponte se  
applicare, vel consensu Populi depu-  
tari poterat: quia DEUS eô tempore  
nihil in particulari de Sacerdotibus ac  
Sacerdotio præscripserat; neque sa-  
crificium ex ordinatione Divina, sed  
duce ac luce sanæ rationis, Divinitatis  
existentiam agnoscentis, ac propterea  
tesseram aliquam suæ subjectionis esse  
necessariam dictantis, offerri consue-  
verat. Simili ferè methodo differit  
Molina de J. Et J. tr. 2. disp. 21. n. 2.

21 Ad III. Resp. Summam Potesta-  
tem equidem non compati in eodem  
Regno Potestatem aliam, æquè Sum-  
mam in eodem genere & ordine;  
compati tamen in genere & ordine  
diverso: Potestas autem circa spiri-  
tualia est diversi longè generis & ordi-  
nis à Potestate circa sacerdotalia, dum  
illa cives ad supernaturalem felicitatem  
per virtutes Theologicas; ista per  
naturalia media moralesque virtutes  
ad naturalem beatitudinem dirigit;  
sicque duo sunt cardines constituti,  
quibus totus innititur orbis, ac huma-  
na Respublica fulcitur & regitur, Sa-  
cerdotium & Imperium, cui utrique  
sua respondet vis, suaque Potestas,  
spiritualis & temporalis, eo cum tem-  
peramento, ut una alteram non im-  
pediat, sed potius adjuvet, quatenus  
universi cives ad bonum indefectibile  
22 perducant; quo in sensu Gelasius Pa-  
pa, ut refertur in Decreto Gratiani  
cap. duo sunt 10. Dist. 96. scribens ad  
Anastasium Imperatorem, duo sunt,  
inquit, Imperator Auguste, quibus prin-  
cipaliter hic mundus regitur, Autoritas sa-  
cra Pontificum, Et Regalis Potestas. Divus

R. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Nazianzenus quoque & cum eo Isi-  
dorus Pelusiota lib. 3. epist. 239. ex Sa-  
cerdotio, ajunt, Et Regno rerum admini-  
stratio constata est: quamvis enim permagna  
utriusque differentia sit (illud enim veluti  
anima est, hoc veluti corpus) ad unum ta-  
men Et eundem finem tendunt, hoc est, ad  
bominum salutem.

Ad IV. eodem ferè modò resp. esse 23  
plures ejusdem Regni Reges seu Re-  
gentes, Pontifices nimirum & Prin-  
cipes temporales, quorum utriusque  
Potestati sui limites sunt positi, ut neu-  
træ suos egredi, & alienos invadere  
liceat. Ad Sacerdotes enim, ait Joannes  
Papa in citat. Dist. cap. si Imperator II.  
DEUS voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt,  
pertinere, non ad sæculi Potestates, quas,  
si fideles sunt, Ecclesiæ suæ Sacerdotibus vo-  
luit esse subjectos. Non sibi vindicet alien-  
num jus Et ministerium, quod alteri deputa-  
tum est, ne contra eum tendat abrumpi, à  
quo omnia constituta sunt; Et contra illius  
beneficia pugnare videatur, à quo propriam  
consecutus est Potestatem. Certè jam apud  
ipsos Romanos, ut ex Livio, Dion.  
Halicarnass. & Valerio Max. referunt  
Illustr. D.L. B. ab Andlern in sua Jurisp.  
Publ. lib. 1. tit. 1. p. 1. num. 23. & Illustr.  
D. Pelzhofer Arcanor. Stat. lib. 7. cap. 7.  
n. 1. sub ipsis Monarchiæ initiis præci-  
pua Sacra Flamini Diali commissa sunt:  
imò Rex Numa Pompilius creavit.  
Pontifices, quibus omnia Sacra, publi-  
ca & privata, subjecit, quique omnes  
sibi subjectos in Religionis negotio judi-  
care, à nemine vero judicari poterant.

Ad V. resp. veræ Politiae principia 24  
non repugnare ordinationi & dispo-  
sitioni Divinæ, quæ statim in exordio  
mundi vel in Adamo, vel, quod cre-  
dibilius est, in Abele fundavit Statum  
in Statu, Ecclesiam in sæculo, fidem  
in mundo, ex quo Abel primus Reli-  
gionem erga DEUM per sacrificium  
est contestatus, ut notavit Gentium  
Doctor ad Hebr. cap. 11. vers. 4. & ex-  
plicavit Hyponensium Præsul lib. 15.  
de Civit. DEL. cap. 1. & cap. 15. & Gre-  
gorius Magnus bomil. 19. in Evangel. in  
princ. Antonius Paulutius in Jurisprud.  
Sacra lib. 1. tr. 1. cap. 1. num. 3. Confir-  
mat hoc Optatus Milevitanus lib. 3. à  
quo Ecclesia in Republica, id est, in Ro-  
mano Imperio consistere pronuntiatur.

O o

Con-

Confirmat Innocentius III. in Epist. ad Imperatorem Constantinopolitanum, relatâ in cap. solicite 6. de Major. & obed. ita differens: *ad firmamentum Cœli, hoc est, universalis Ecclesie, fecit DEUS duo magna luminaria, id est, duas instituit Dignitates, que sunt Pontificalis Authoritas & Regalis Potestas: sed illa, que praest diebus, id est, spiritualibus, major est; que vero carnalibus, minor: ut, quanta est inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur.* Confirmat D. Brnardus in Epist. 243. quam dedit ad Conradum Romanorum Imperatorem; nec discordat D. Chrysostomus in Orat. 17. duo distinguens Imperia, *Magistratum & Episcoporum.*

<sup>26</sup> Paulutius d. l. cap. 4. n. 2. Et licet hæc Potestatum distinctio non raro dissidiorum & bellorum causa fuerit; per se tamen ad salutem & pacem cum DEO & hominibus instituta est: quandoquidem, ut Nicolaus Papa in literis ad Imperatorem Michaëlem, de quibus fit mentio in cap. cùm ad verum 6. d. Dist. 96. scribit: *cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurparit: quoniam idem Mediator DEI & hominum homo Christus JESUS sic actibus propriis & Dignitatibus distinctis officia Potestatis utrinque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanâ superbâ rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificib[us] indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus Legib[us]*

uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incurribus, & ideo militans DEO minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus Divinis presidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

Ad VI. Resp. DEUM, qui est Rex <sup>27</sup> Regum & Dominus Dominantium, non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus, duplum in terris constituisse Vicarium, unum pro temporalibus, alterum pro spiritualibus; quemadmodum etiam Populum suum & dupli lacte ac cibo, corporali scilicet & spirituali refici, & dupli nutritione, corporali niimirum & spirituali, pasci voluit, juxta illud Isaiæ 44. v. 23. & erunt Reges Nutritii tui, & Regine Nutrices tuæ; ita tamen, ut Pastoribus terrenis nullam in animam dederit. Potestatem, ut patet ex citato textu Isaiæ in verb. *vultu in terram demissō adorabunt te, & pulverem pedum tuorum ligent.* Alioquin, si Principibus officium <sup>28</sup> Vicarii aut Nutritii etiam in spiritualibus addiceremus, necessum foret, & quæ Principes infideles ac fideles eodem charactere & officio insignire: quod tamen ex Gente Christiana vix aliquis poterit cum veritate asserere. Inde D. Paulus 1. ad Corinth. 2. v. 6. & seqq. scribit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: Sapientiam vero non bujus seculi, neque Principum bujus seculi, qui destruuntur: sed loquimur DEI Sapientiam in mysterio, que abscondita est, quam predestinavit DEUS ante secula in gloriam nostram, quam nemo Principum bujus seculi cognovit.*

## S E C T I O . II.

### De Jure Sacrorum in Testamento Veteri.

#### S U M M A R I A.

29. Ex Legi antiqua referuntur in favorem Sacularis Potestatis conjunctio ejusdem cum Sacerdotio.
30. Textus & exemplum de Rege Aja. 31. De Rege Josaphat. 32. De Rege Ezechia. 33. De Rege Davide. 34. De Rege Salomone. 35. De Rege Josia. 36. Ex adverso ostenditur ex eadem Legi antiqua in diversis locis, quod Potestas Sacrorum solis Sacerdotibus competierit. 37. & seq. Quodvs Principibus Sacularibus impune non licuerit, se immiscere Sacris. 39. Licet extra ordinem quandoque à DEO Principibus Sacularibus aliquid indulsum fuerit circa Sacra.

40. & seqq. Ostenditur rursus ex variis textibus, etiam Jurisdictionem circa Sacra fuisse penes Summos Sacerdotes. 43. Authoritas D. Thomæ allegatur. 44. Sacerdotibus potest competere Potestas Sacularis, non vero Sacerdotium Potestati Saculari. 45. Conjunctio Sacerdotis & Imperii tempore Regnum non invenitur. 46. & seq. Quæ Reges fecerunt in Testamento Veteri, non erant propriæ spirituallia. 48. Respondeatur ad factum Aja. 49. & seq. Josaphat. 50. Ezechia. 52. Davidis. 53. & seq. Salomonis. 58. Josia.

§. I.

§. I.

*Adducuntur aliqua loca ex Lege Antiqua pro Jure Sacrorum, ad Secularem Potestatem spectante.*

<sup>29</sup> **I**N Lege Antiqua inveniuntur loca nonnulla, ex quibus in speciem erui videtur, Jus Sacrorum tunc temporis spectasse ad Potestatem Secularem. Nam I. si variam Judaicæ Reipublicæ formam lustremus, videbimus, Potestatem circa Sacra cum Potestate Politica fuisse conjunctam in Moysè, Populi Israëlitici Duce & Ductore; nec non Judicum tempore in Heli & Samuele; item post Regum extinctam seriem in Nehemia; ac tempore Machabœorum in Mathatia. II. ex Regibus Asa subvertit altaria peregrini cultus & excelsa, & confregit statuas, lucosque succidit: & præcepit Iude, ut quereret Dominum DEUM patrum suorum, & faceret Legem, & universa mandata. Textus 2. Paralipom. 14. v. 3. & 4. III. ineodem 2. Paralipom. 17. v. 7. & seqq. de Rego Josaphat legitur: tertio anno Regni sui misit de Principibus suis, ut docerent in Civitatibus Iuda, & cum eis Levitas & Sacerdotes, docebantque Populum in Iuda, habentes librum Legis Domini, & circuibant cunctas urbes Iuda, atque erudiebant Populum; & cap. 19. v. 8. ulterius narratur: in Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israël, ut judicium & causam Domini judicarent habitatoribus ejus.

IV. Rex Ezechias dissipavit excelsa, contrivit statuas, succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses 4. Reg. 18. v. 4. V. Rex David 1. Paralipom. 13. v. 1. ait ad omnem cœtum Israël: si placet vobis, & à Domino DEO nostro egreditur sermo, quem loquor; mittamus ad fratres nostros reliquos in universas Regiones Israël, & ad Sacerdotes & Levitas, qui habitant in suburbis urbium, ut congregentur ad nos, & reducamus arcam DEI nostri ad nos: non enim requiri vimus eam in diebus Sauli. VI. Rex Salomon statim ab initio sui Regiminis ejecit Abiatbar, ut non esset Sacerdos 3. Reg. 2. vers. 27. ædificavit etiam famosissimum illud Jerosolymæ templum, idque Regi Regum multis victimis & sacrificiis octiduanâ solennitate dedicavit. 2. Paralip. 5. 6. & 7. VII. Rex Josias, postquam Helcias Pontifex reperit librum in domo Domini 4. Reg. 22. v. 8. misit, & congregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Jerusalem; ascenditque Rex templum Domini, & omnes viri Iuda, universique, qui habitabant in Jerusalem, cum eo, Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis Populus à parvo usque ad magnum: legitque cunctis audientibus verba libri foederis, qui inventus est in domo Domini; stetique Rex super gradum, & fœdus percussit coram Domino 4. Reg. 23. v. 1. 2. & 3.

§. II.

*Ostenditur, Jus Sacrorum in Lege Veteri ad Potestatem Secularem non pertinuisse.*

<sup>36</sup> **G**rotius jam supra citatus in suo tract. quô Imperium circa Sacra Summa Potestati asserere operosè conatur, cap. 2. §. 5. fatetur, modum conjungendi Imperium cum Sacerdotio, multis in locis seriùs usurpatum, in Populo DEI Lege Divina Positivâ fuisse abrogatum. Idque verissimum esse, facile ostenditur. Nam Potestas circa Sacra, quæ dicuntur taliā strictiore modō, quatenus nempe

denotant cultum Divinum, sacrificia, & cæmonias sacras, à DEO non aliis, quam Sacerdotibus, & inter hos principaliter Summo Sacerdoti ac Pontifici Maximo erat collata, tribu Leviticâ ad hoc singulariter electâ, lineaque Aaronis pro Summa Sacerdotii Dignitate peculiariter prædilecta, veluti constat ex Exodo 28. num. 3. & 8. Ezechiel. 44. Regibus itaque Populi Israëlitici, cùm non extribu Levi,

sed ex tribu Benjamin & Juda fuerint assumpti, fas non erat, manum ad hæc Sacra extendere; illique, qui ausu temerariō Sacerdotum ministeria occupare præsumperunt, impunè nunquam ferebant, uti constat tum ex 1. Reg. 13. v. 13. Et seqq. ubi Samuel Sauli, holocaustum & pacifica ex necessitate, uti dicebat, offerenti, graviter hoc factum exprobravit, Regni quoque privationem comminatus per hæc verba: *stulte egisti, nec custodisti mandata Domini DEI tui, que præcepit tibi: quod si non fecisses, jam tunc preparasset Dominus Regnum tuum super Israēl in sempiternum: sed nequaquam Regnum tuum ultra 38 consurget;* tum ex 2. Paralipom. 26. v. 16. Et seqq. ubi, cùm Ozias Rex incensum adolere vellet super altare thymiamatis, statim ingressus post eum Azarias Sacerdos, Et cum eo Sacerdotes Domini, octoginta viri fortissimi, restiterunt Regi, atque dixerunt: non est tui officii Ozias, ut adoleas incensum Domini, sed Sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad bujuscemodi ministerium: egressere de Sanctorario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi hoc in gloriam à Domino DEO. Iratusque Ozias, tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte-

39 ejus Et c. Alii tamen Hebræorum Principes ac Ductores, extraordinariō DEI consiliō subinde Sacerdotes creati, præter Reipublicæ gubernationem Sacra peragebant, veluti Moyses, de quo scriptum extat Psalm. 98. vers. 6. Moyses Et Aaron in Sacerdotibus ejus; item Gedeon, cui Dominus Judic. 6. vers. 26. præceperat: tolles taurum secundum, Et offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris; item Samuel, qui præter Regimen Populi exercuit munia Sacerdotalia, erexit altaria, obtulit sacrificia, unxit Reges, oravit pro populo 1. Reg. 3. vers. 7. 8. 10. 16. item Machabæi, ut passim legere est in libris Machabæor. Molina de J. Et J. tr. 2. diss. 21. num. 10. Clariss. P. Paulus Mezger in Histor. Sacra de Gent. Hebr. gest. lib. 2. tr. 2. p. 1. cap. 2. sect. 2. n. 23. Et lib. 3. tr. un. cap. 2. sect. 1. n. 10. Et libr. 4. tract. 1. cap. 1. sect. 1. num. 12.

Circa ea, quæ pertinebant ad Leges, 40 Judicia, & Jurisdictionalia, Divina ac spiritualia, Jure Veteris Testamenti Potestatem itidem Sacerdotibus fuisse tributam, pro certo tenent Suarez in Defens. Fidei Catholic. contra error. Reg. Angl. lib. 3. cap. 27. num. 3. Et s. Reding de Cathedræ Apost. Author. art. 1. disq. 6. num. 51. L. B. ab Andlern in Jurisprud. Public. lib. 1. tit. 5. p. 1. num. 10. Et seqq. Cujus rei perspicua sunt testimonia in Sacris Tabulis partim 2. Paralipom. 19. vers. 11. Amarias autem Sacerdos Et Pontifex uester in his, quæ ad DEUM pertinent, præsidebit: porro Zabadius filius Ishmael, qui est Dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent: partim Ezechiel. 44. v. 24. cùm controversia fuerit, stabunt (Sacerdotes) in iudicis meis, Et judicabunt: Leges meas Et præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient, Et sabbata mea sanctificabunt: partim Deuteronom. 17. v. 12. qui super- 41 bierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eō tempore ministrat Domino DEO tuo; Et decreto Judicis, morietur homo ille; & vers. 17. postquam sederit (Rex) in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomium Legis bujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Levitica tribus, Et habebit secum Et c. Quem ultimum textum 43 Angelicō calamō illustrat D. Thomas de Regimin. Princip. lib. 1. cap. 15. quia vi- „tæ, inquiens, quæ in præsenti bene „vivimus, finis est beatitudo coelestis: „ad Regis officium pertinet, et ratio- „ne vitam multitudinis bonam pro- „curare, secundum quod congruit ad „coelestem beatitudinem consequen- „dam, ut scilicet ea præcipiat, quæ ad „coelestem beatitudinem ducunt; & „eorum contraria, secundum quod „fuerit possibile, interdicat. Quæ au- „tem sit ad veram beatitudinem via, „& quæ sint, impedimenta ejus, ex „Lege Divina cognoscitur: cujus do- „ctrina pertinet ad Sacerdotum offi- „cium, secundum illud Malachiae 2. „labia Sacerdotum custodiunt scientiam, „Et Legem requirent de ore ejus. Et „ideò in Deuteronom. 17. Dominus præ- „cipit: postquam sederit Rex in solio Regni „sui, describet sibi Et c.

## S. III.

## Respondetur ad loca opposita.

**A**D loca, ex Testamento Veteri opposita, non est difficile, respondere. Nam quoad I. ut in num. 39. jam indicatum est, in Republica Hebreæ, quam *Theodæticam* appellant, ex speciali ordinatione DEI contigit, ut, quæ Imperium Politicum gerebant, Sacerdotio fungentur: ex quo duo colliguntur; primum est, Jus Sacrorum Potestati Sæculari nullatenus connexum, neminemque, qui Sacerdotum numero adscriptus non erat, ad Sacerdotalia officia admissum fuisse. Alterum est, nihil prohibere, quod minùs in Lege Nova Summo Sacerdoti Potestas Sæcularis quoad certum districtum assignetur, cùm in Lege Veteri ex inspiratione & dispositione Divina temporalis Potestas interclum cum Sacerdotali fuerit coniuncta: qua de re supra in lib. 2. cap. 3. & mem. 22. Videatur Illustr. D. Pelzhofer *Arctior. Stat. lib. 7: cap. 9. num. 8.*

**A**d II. prænotandum est ex Paulino *Jurisprud. Sacra lib. 2. trad. 2. cap. 7. n. 2.* non procul & fine: tempore Regum Legis antiquæ conjunctionem Imperii & Sacerdotii neutquam inveniri: noverat enim DEUS, futurum, ut Reges abuterentur exemplō, ac re ipsa assererent, se ex instituto Naturæ jus habere ad spiritualia: & ideo Politiam ad naufragantis Populi votum per constitutionem Regis immutavit, ab eodem tamen ex num. 37. Sacra tractari noluit.

Acta autem & facta Regum, à num. 30. relata, si penitus inspiciantur, nemini non per vium & perspicuum erit, ea non ex Potestate Sacra, sed Regia præminentia, cura, protectione, ac zelo promanasse: nec enim Regibus vetatum est, illa, quæ mala, ac Legibus Naturalibus & positivis adversa sunt, 47 reprimere; quin imò præceptum noscitur, ut non solum peccata adversus Legem DEI & Naturæ puniant, sed etiam cultum & honorem Divinum, quantum est in se, promoteant, Populum ad virtutem, honestatem, ac

P. SCHMID. JURISPR. PUBL. UNIVERS.

pietatem vobō & exemplō animent, atque ad salutem & beatitudinem æternam perducant. In hoc enim, ut effatur S. Augustinus lib. 3. contra Crescon. Grammat. cap. 51. Reges, sicut eis divinitus præcipitur, DEO serviunt, in quantum Reges sunt, si in suo Regno bona juvent, mala prohibeant, non solum que pertinent ad humanam societatem, verum etiam ad Divinam Religionem. In specie ve-48 rò, quod in lib. 2. Paralip. cap. 14. vers. 3. Et 4. de Rege Afa refertur, quasi subverterit altaria, confregerit statuas, & succiderit lucos, ad Potestatem Sæcularem non minùs quam ad Ecclesiasticam spectat: nam idolatria, quam detestanda Hebræorum impietas in locis excelsis & lucis altarium aut statuarum adminiculō toties perpetrabat, est gravissimum peccatum contra Naturam; quod memoratus Afa exemplō planè latitudinē eliminare cupiens, & nefanda tanti facinoris loca & instrumenta contrivit, & tūnā præcepit Iudei, ut quereret Dominum DEUM, faceret Legem & universa mandata.

Missio Principum (de qua supra 49 in oppositione III.) Levitarum & Sacerdotum ad Populum, in Lege Domini erudiendum & docendum, suò modò spectat ad Supremam Potestatem Politicam apud fideles: tum quia Reges prospicere tenentur, ut juventus sanis & sanctis institutionib⁹ educetur: tum quia salario & subsidia, quib⁹ instructores & Magistri sustententur, subministrare consueverunt: tum qui aenientes & resistentes autoritate suā compescere & coercere obligantur. Constitutio vero Judicium in recto & genuino sensu sic interpretanda est, ut Levitæ ac Sacerdotes censemantur a Rege esse constituti, non per collationem Potestatis judiciariae in causis sacris, sed per nominationem ac designationem personæ; secus ac Principes familiarum, qui ad judicandas causas Politicas non solum nominati sed etiam Potestate juriſdictionali instructi fuere; hocque patet

Pp

patet ex eodem loco 2. *Paralipom. 19. vers. 11.* jam supra citatō, ubi expressè declaratur, ea, quæ pertinent ad DEUM, non ad Regis sed Pontificis Imperium revocari.

51 Ad IV. cādem ferē ratione, quā Principes juxta num. 48. idola confringere, &, quidquid idolorum cultum subolet, destruere valent; sic etiam Ezechias præter alia simulacra serpentinum æneum destruere valebat: hic enim, quantumvis ex jussu Divino non sinē mysterio & sancta repræsentatione fabricatus & exaltatus fuerit; quia tamen carnali & sensuali Hebræorum Genti, irreligiosum cultum & adorationem eidem exhibenti, occasio scandali & ruinæ spiritualis erat, Regi quoque iussione confringi poterat, jubente sic Lege: *confringite statuas, lucosque succidite.*

52 Quod V. de reductione arcæ dictum est, adhuc minus de Jurisdicione spirituali participare videtur: quandoquidem David ex peculiari zelo honoris Divini Populum Israëliticum congregari fecit; licet de cætero, veluti constat ex 2. *Reg. 6.* arcam neque portaverit, neque contigerit, sed portationem Levitis, contactum Sacerdotibus reliquerit, juxta præceptum Domini Num. 4. v. 31.

53 Depositio Pontificis Abiathar, quæ in VI. objectione in contrarium ponitur, erat consequētia ad præcedentem exilii poenam, quam Salomon propterea interminaverat, quod Abiathar cum Adonia contra ipsum improbo facinore conspiraverit; Divino Numine non tam permittente quam comprobante 3. *Reg. 2. v. 27.* ubi, postquam historia de ejecto ac dejecto Abiathar relata fuit, ut non esset Sacerdos Domini, quantocuyus subjungitur: *ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo;* qualis haud dubiè fuit sermo 1. *Reg. 2. vers. 35.* ibi: *Et suscitabo nibi Sacerdotem fidem, qui juxta cor meum Et animam meam faciet Et c. nempe Summum Pontificem Sadoc,* qui in locum Abiathar, descendens ex domo Heli, à DEO non reprobata, tunc solus erat substitutus, cū anteā Pontificatum simultaneè cum Abiathar gereret, atque Regem Salomo-

nem inungeret 3. *Reg. 1. vers. 39.* Reding ubi supra art. 1. disquisit. 6. num. 50. Porrò ædificatio templi est actus de votionis ac Religionis, nemini mortaliū prohibitus. Illius autem dedicatio eatenū à Salomone & quolibet de Populo fieri poterat, quatenū unusquisque domum, aut rem aliam Divino cultui consecrare potest, juxta illud *Exodi 35. vers. 29.* *omnes viri Et mulieres mente devota obtulerunt donaria, ut fierent opera, que iofferat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt.* Et hinc 3. 55. *Reg. 8. vers. 63.* dedicatio templi tam Salomoni quam Populo tribuitur ibi: *Et dedicaverunt templum Domini Rex Et filii Israël;* sicuti in vers. immediatè antecedenti immolatio hostiarum, quæ cæteroquin ex Lege solis Sacerdotibus & Levitis competit, Regi simul & plebi Israëliticæ adscribitur ibi: *igitur Rex Et omnis Israël cum eo immolabant victimas coram Domino.* Quatenū 56 verò dedicatio est actio consecratoria, faciens rem verè sacram & Religiosam, sic certè Potestati vel homini sæculari tam parum convenit, quam oblatio hostiarum, Ordini Sacerdotali & Levitico unicè à DEO consignata. Et quid multis? Consecratio templi non tam humanâ authoritate, quam auspiciis Majestatis Divinæ in templo Salomonico fuit peracta: enim verò, cum complèsset Salomon, fundens preces, ignis descendit de cœlo, Et devoravit holocausta Et victimas: *Et Majestas Domini implevit domum.* Nec poterant Sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod implèsset Majestas Domini templum Domini. Sed Et omnes filii Israël videbant descendenter ignem, Et gloriam Domini super dominum. Textus sacer 2. *Paralipom. 7. vers. 1. 2. Et 3.*

Denique, quod juxta VII. egit Rex 58 Josias, ipsius devotionem, pietatem, & fervorem erga Legem Divinam ac Celestem Legislatorem, non verò exhibitionem Potestatis spiritualis, arguit: nam congregare Populum, legere aut legi facere Legem Domini, nec non foedus seu promissiōnem de servanda Lege renovare aut repetrere, actiones sunt, Sacerdotibus & Laicis communes, velut indicat sacer textus in

in cit. 4. Reg. 23. vers. 3. in fin. ibi: ac-  
quievitque Populus pacto. Videatur Sua-  
rez in Defens. fidei lib. 3. cap. 25. & 26.

ubi totum hoc argumentum insigni-  
ter deducit. Addatur Contzen lib. 6.  
Politior. cap. 3. §. 7. & seqq.

## SECTIO III.

### De Jure circa Sacra in Novo Testamento.

#### SUMMARIA.

59. Ex S. Scriptura Novi Testamenti pro Sæculari  
Potestate citantur aliquot textus. 60. Addu-  
cuntur Concilia. 61. Allegantur textus ex cap. 4.  
Dist. 96. 62. Ex SS. Patribus refertur S. Au-  
gustinus. 63. Chrysostomus & Ambrosius. 64.  
Gregorius. 65. Leo. 66. Atingantur exem-  
pla Regum & Principum Sæcularium, praesertim  
Imperatoris Justiniani. 67. Contra Potesta-  
tēm Sacratēm facit argumentum cum negati-  
vum; 68. Temporū ex SS. Paginis. 69.  
Ex Evangelio. 70. & seqq. Enervantur qua-  
dam iustitia seu subterfugium adversariorum.  
74. & seqq. Accumulantur mala testimonia  
Apostoli Pauli. 80. & seq. Referuntur Acta  
Apostolorum. 82. Advertitur continuatio Re-  
giminis Apostolici per 300. annos tempore Impera-  
torum Ethnicorum. 83. & seqq. Afferuntur  
diversimodarationes, base veritatem stabilientes.  
85. Afferuntur Concilia Generalia, speciarium Ni-  
canum; 91. Romanum; 92. Synodus septima.  
93. Ex SS. Patribus memoratur Irenensis. 44.

Gregorius Nazianzenus. 95. & seqq. Chryso-  
stomus. 97. Cyrius. 98. Augustinus. 99.  
& seq. Ambrosius. 101. Ex Imperatoribus in  
exemplum proponitur Theodosius. 102. Valen-  
tinianus. 103. Basilius. 104. Justinianus.  
105. Ludovicus Pius. 106. Datur responsio  
ad objectum in contrarium textum Joan. 18. cap.  
107. Item ad 23. cap. Lucæ. 108. & seq. Ad  
1. Epist. cap. 2. Petri. 110. & seqq. Item ad  
13. Romanor. Pauli. 113. & seqq. Satisfit  
argumento, ex Conciliis de sumpto. 117. & seqq.  
De SS. PP. autoritate generatim agitur. 120.  
& seq. Signauer de S. Chrysostomo. 123. De  
S. Ambroso. 124. & seqq. De S. Gregorio.  
127. De S. Leone. 128. De aliis. 129. & seq.  
Agitur de factis Imperatorum infidelium. 131.  
& seq. Et fideliū. 134. & seqq. Singulariter  
respondet ad constitutiones Justinianas. 137.  
Principes Sacrales pro Advocatis Ecclesia respi-  
ciuntur. 138. & seqq. Estrum officium. 141. De  
specialibus materia, hinc pertinentibus, remissive.

#### S. I.

### Addensantur aliquot motiva, Potestati Sæculari in Lege Nova quoad Ius Sacrorum apparenter faventia.

59. **A**D Potestatem Sæcularem in  
Lege Nova non quidem ipsas  
functiones, Sacerdotibus &  
Pastoribus proprias, sed ta-  
men Imperium in illas, sicut in alias res  
& actiones profanas, spectare, potiores  
ex Acatolicis docent. Apparenter ipsis  
favet I. Sacra Biblia Novi Testamenti  
tum Joannis 18. v. 36. ubi Salvator no-  
ster ipsemet fatetur, *Regnum suum non  
esse de hoc mundo*; tum Luke 22. vers. 25.  
ubi monet Apostolus: *Reges Gentium  
dominantur eorum; vos autem non sic;*  
tum I. Petri 2. v. 9. ubi Princeps Apo-  
stolorum omnes Christianos in com-  
muni vocat *genus electum ac Regale Sacer-  
dotium*; tum ad Romanos 13. ubi Gen-  
tium Doctor totus est in eo, ut Chris-  
tianis omnem obedientiam erga Prin-  
cipes & Potestates temporales sine ullo  
discrimine inter objecta spiritualia &

profana inculcat, ut statim patet ex  
vers. 1. *omnis anima Potestatibus sublimiori-  
bus subdita sit.*

Favent II. Concilia Generalia, quæ 60  
in orbe Christiano ad decidendas fidei  
questiones, & introducendam aut  
emendandam disciplinam Ecclesiasti-  
cam celebrata fuere: hæc enim ut plu-  
rimum congregarunt Imperatores  
Christiani, ut per longum ostendere,  
& initium à Constantino Magno du-  
cere conatur. Casparus Ziegler *de Ju-  
rib. Majestat. lib. 1. cap. 15. §. 5. & seqq.*  
& adeo quidem, ut, nisi autoritate  
Imperiorum congregentur, ab isto  
Authore pro legitimis haud agnoscantur,  
dum in §. 21. allegat in testem S.  
Hieronymum, qui Ruffinum, autho-  
ritatem cuiusdam Concilii objicentem,  
in *Apolog.* contra ipsum interrogasse  
dicitur: *quisnam Imperatorum id Conci-*  
*Pp 2* lium

61 *Hoc celebrari sufficit?* Adducit etiam hic Author in §. 38. ex Gratiano in cap. 4. Dist. 96. textum Nicolai I. Pontificis ad Michaëlem Imperatorem, ubi ita loquitur: *ubinam legistis, Imperatores Antecessores vestros Synodalibus Conventibus interfuisse?* *Nisi forte in quibusdam, ubi de fide tractatum est, que universalis est, que omnium communis, que non solum ad Clericos, verum etiam ad Laicos.* *Congressus omnino pertinet Christianos.*

62 Favent III. aliquot Patrum Ecclesiæ dicta, è quibus D. Augustinus Epist. 50. ad Bonifacium Comitem: *quod dicunt, ait, qui contra suas impietates Leges justas constitui nolunt, non petisse à Regibus terre Apostolos talia, non considerant, aliud tunc fuisse tempus, & omnia suis temporibus agi.* *Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui pro pietate contra impietatem Leges ferendò serviret, quando adhuc illud Propheticum implebatur: quare tremuerunt Gentes? Nondum agebatur, quod paulò post in eodem Psalmo dicitur: & nunc Reges intelligite, servite Domino &c.*

63 DD. Chrysostomus & Ambrosius Prælati Ecclesiasticis Jurisdictionem coercitivam adimere, & sic eam Regibus asserere videntur., dum ille, non est, inquit, *nobis data talis Potestas, ut auctoritate sententie cobibamus homines à delictis;* iste, dolere potero, ait, potero stiere, potero gemere, adversus arma, milites, Gothos; lachrymæ meæ arma sunt. *Talia munimenta sunt Sacerdotis.* Aliter neque debeo, neque possum resistere. Textus apud Gratianum cap. 21.

64 casu. 23. quest. 8. D. Gregorius lib. 2. Epist. 61. alias 100. ad Mauritium Imp-

ratorem vocat ipsum *Dominum suum,* *seque famulum pietatis suæ;* addens in fine: *utroque, que debui, exsolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro DEO, quod sensi, minime facui.* D. Leo apud citatum Gratianum Dist. 10 cap. 9. de capitulis ac præceptis Imperialibus loquens, Imperatores aperte nominat Pontifices; isteque titulus diversis Imperatoribus ab ipsismet Romanis Præsulibus tributus esse legitur.

Favent IV. exempla, acta, & mo- res diversorum Imperatorum, Regum, & Principum, in quos Summi Pontifices & Episcopi nullâ, in primis faltem tribus sæculis, usi sunt Potestate; à contrario autem Imperatores, Reges, & Principes liberam circa Ecclesiasticos & Ecclesiasticam Potestatem exercendō, constituerunt & destituerunt Pontifices & alios Ecclesiarum Prælatos; se Pontificibus superiores & maiores scriperunt; varias ordinatio-nes & Leges quoad materias spiritua-les & animam tangentes promulgârunt: quemadmodum inter alios clarissime liquet in Justiniano, qui non tantum de fide & Religione Catholica, de Ministris Ecclesiæ & eorum Jurisdictione, ordinatione, vita, & moribus, multas edidit constitutiones, ut patet ex Cod. de Summa Trinit. de SS. Eccles. de Episcop. & Cleric. nec non ex Nov. 137. sed etiam ibidem cap. 6. impr. signanter præcepit, ut & precatio, quæ sit in sancto Baptismate, & mystica verba Consecrationis Eucharistiae elata voce, non autem demissa, ut solenne- erat, proferantur.

## S. II.

### Validiora fundamenta adversus priorem opinio-nem jaciantur.

67 **Q**uod Potestas Secularis in Lege Nova majorem circa Sacra-prærogativam haud acceperit, quam habuerit in veteri, sive functiones sacras, sive Imperium in illas consideremus, probari potest imprimis argumento negativo: quia ne unus quidem locus ex libris Novi Testamenti est adducibilis, in quo Principibus quidpiam circa Sacra, Sacraenta,

Fidem, aut gubernationem Ecclesiæ tribuatur: deberet autem ejusmodi locus adduci posse, si Principes, quibus neque ex Naturali ratione aut na-tura rei, neque ex concessione veteris Testamenti tam facultatem compe-tere, in priorib. sect. probatum est, jus quoddam haberent: nam, ut Doct. Ang. p. 1. q. 101. art. 1. eloquitur, in his, quæ sunt supra Naturam, soli ambobati credi-tur,

tur, & quæ ex sola DEI voluntate proveniunt, supra omne debitum creaturæ, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus divinitus revelata sunt. Deinde sunt multa in Nova Lege testimonia, quibūs evidenter probatur, Christum Dominum, sublatam Judæorum synagogam, novam Ecclesiam, id est, Civitatem sanctam, ac Christianam Rempublicam instituisse, ex omnium fidelium, in toto orbe existentium, cœtu congregatam; Potestatem autem eam regendi & gubernandi in causis & rebus spiritualibus, quarum gratiâ principaliter est fundata, nemini quam Petro & Apostolis eorumque Successoribus commisisse. Sic enim apud D. Matthæum cap. 16. & 18. nec non apud D. Joannem 21. Petro data est Potestas clavium; Potestas ligandi & solvendi; Potestas pascendi oves Christianas, utique non secundum corpora aut vellera, sed secundum animam & spiritum consideratas; Potestas ejiciendi extra Ecclesiam, qui Ecclesiam audire noluerint: ubi sanè nihil clarius aut certius est, quam Potestatam ordinandi & dirigendi negotia spiritualia, uti & Potestatam præcipiendi, prohibendi, vel puniendi in hujuscmodi causis, à Christo in Petrum, & in Apostolos fuisse derivatam.

70 Neque dicas, Religionem & ea, quæ spiritualia sunt, & ad animam spectant, imperari non posse, dum Lactant. lib. 5. cap. 13. dicit: quis mihi imponat necessitatem vel credendi, quod nolim, vel, quod velim, non credendi? S. Bernardus quoque serm. 66. in Cant. asserit, fidem suadendam, non imperandam. Contra siquidem est, quòd textus, mox allegati, sunt prorsus generales, nec de aliis rebus & negotiis, quam spiritualibus, animamve tangentibus, exaudiri possint: alioquin, si de caulis temporibus exaudiri deberent, sequeretur id, contra quod omnes Adversarii clamant, nempe etiam Potestatem Summam temporalem D. Petro ejusque Successoribus à Christo collatam esse. Quòd autem voluntas nequeat ita constringi, ut in actibus elicitis patiatur violen-  
tiam, est prærogativa liberi arbitrii, quam DEUS rationalibus creaturis ita

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

impertivit, ut, si velint, quod DEUS & illius Vicarij jubent, mereantur præmium; sin nolint, mereantur supplicium. Num verò quis cogendus sit ad fidem imperiō coercitivō, vel tantum adhortatione & prædicatione persuadendus? Quæstio est alia, & alibi discutienda. Interim Potestatem coercitivam in causis spiritualibus Petro & Apostolis fuisse datam, ulterius & manifestè probatur. Nam

In actibus Apostol. 20. vers. 28. Pastores animarum monet Apostolus: attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam DEI, quam acquisivit sanguine suo. Idem Apostolus 1. ad Corinth. 4. vers. 21. quid vultis, inquit, in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Per virgam intelligens Potestatem coercitivam juxta phrasim Scripturæ Psalm. 2. vers. 9. ibi: reges eos in virga ferrea. Quod ipsum in pluribus aliis locis idem Apostolus repeatit & roborat, nempe in cit. 1. ad Corinth. 5. vers. 3. & 4. ibi: ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu jam iudicavi ut praesens eum, qui sic operatus est (talem nempe fornicationem, qualis nec inter Gentes audiebatur, committendō, ut uxorem patris sui habeat, ut dicitur in vers. 1. ) tradere hujusmodi satanas in interium carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri JESU Christi. Item 2. ad Corinth. 10. vers. 4. ibi: arma militie nostre non carnalia sunt, sed potentia DEO ad destructionem munitionem; & v. 6. in promptu habentes ulcisci omnem insubordinationem; & vers. 8. si & amplius aliquid gloriatus fuero de Potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem & non in destructionem vestram, non erubescam; & in ead. 13. vers. 2. si venero iterum, non parcam. Iterum in Epist. ad Romanos 12. v. 8. qui præest in sollicitudine; nec non in Epist. 1. ad Timoth. 5. v. 17. qui bene præsunt Presbyteri, duplice honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina; & vers. 19. adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub diobus aut tribus testibus; & v. 20. peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. Denuò ad Titum 1. v. 5. 78 hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea, quæ defuncti, corrigas, & constituas per Civitatem Pres-

Qq

*Presbyteros, sicut & ego disposui tibi; & v. 13. quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentis Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se à veritate; & 2. vers. 15. hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni Imperio. Rursus ad Hebreos 13. vers. 7. mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum DEI; & infra vers. 17. obedite Præpositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim per vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.*

*Adhæc in Actibus Apostolorum, signanter cap. 1. vers. 15. & seqq. cap. 6. vers. 2. & seqq. cap. 11. vers. 2. & seqq. cap. 15. vers. 2. 7. 23. & seqq. cap. 21. vers. 17. & seqq. legitur, post ascensionem Christi in Coelum novellam Ecclesiam non ab aliis quam Petro & Apostolis gubernatam, dilatatam, sanctisque præceptis & legibüs institutam, &c, ubi quæstio circa fidem aut Legem Divinam inciderat, eam non à Sæculari sed Ecclesiastica Potestate decisam fuisse: eaque propter, cum Rex Herodes, ministerium Apostolicum usurpare præsumens, vestitus veste Regia sedet pro tribunal, & concionabatur, ut refertur Act. 12. v. 21. Populus acclamabat: DEI voces, & non hominis. vers. 22. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset bonorem DEO; & consumptus à vermis bus expiravit. ibid. vers. 23. Atque hoc Regimen Apostolicum per 300. ferè annos, quibüs in Ecclesia nullus adhuc Princeps Sæcularis erat (excepto solùm Philippo Imperatore, qui brevissimò tempore supervixit; & fortè aliquo alio in provinciis extra Romanum Imperium, ut notat Bellarmin. de Romano Pontific. lib. 1. cap. 8.) continuatum, per subsequentia sæcula, quibüs ad fidem accesserunt Imperatores, Reges, Duces, & Principes, usque ad moderna tempora in summis Pontificibus, nunquam interrupta serie à Petro usque ad modernum gloriosissimè regnante Sanctissimum Patrem Innocentium XIII. propagatum, stabit usque ad finem mundi.*

*Et certè, quia in Ecclesia, à Christo Domino tam magna cum sollicitudine & industria, tam intenso cum dolore & amore plantata, rigata, vegetata,*

debet esse unum Corpus, unus Spiritus, una Spes vocationis, unus Dominus, una Fides, unum Baptisma ad Ephes. 4. vers. 4. & 5. statimque ab initio multitudinis credentium erat cor unum & anima una Actor. 4. vers. 32. indeque D. Paulus 1. Corinth. 1. vers. 10. precabatur: obsecro vos Fratres per nomen Domini JESU Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia; non poterit Laicali Potestati jus aliquod circa negotium Fidei, Religionis, aut rerum spiritualium assignari: hæc 84 enim, sicut multiplex, & juxta diversitatem provincialium diversa est, ita, regnante & præcellente spiritu privatō, multiplicem Ecclesiam, Fidem, Religionem format & firmat; prout prô dolor! hodiecum experimur in Regionibus, ubilibertas, ut vocant, Religionis viget; idque funditus ostendit Vir præstantissimus Joannes Barlaeus in Parænesi ad Seçtar. bujus temp. lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & 9. Unum igitur Caput sit, quod Ecclesiam principaliter regat, ac Fidei unitatem in toto Christianorum orbe conservet, opus est; ut verificetur illud Joannis 10. vers. 17. si et unum ovile & unus Pastor.

Præterea, quia oportet in Ecclesia 85 DEI, quæ est columnæ & firmamentum veritatis, esse Judicem, qui in decidens fidei morumque controversiis unus sit, universalis, & infallibilis, dum non solùm in materia Fidei sunt quedam difficultia intellectu, que indocti & instabiles depravant 2. Petri 3. vers. 16. sed etiam in materia morum non raro est via, que videtur homini justa, novissima autem ejus deducunt ad mortem Prov. 14. vers. 12. Princeps Politicus id munus peragere nequit: non enim, ut dictum, unus, universalis, aut infallibilis est, sed multiplex, partialis, fallibilis & pervertibilis, utpote indubitatâ Sancti Spiritus assistentia nuspiciam & nullib[us] munitus. Vid. Barlaeus cit. l. cap. 9. & 12.

Ultra hæc DEUS in Ecclesia sua posuit 86 primū Apostolos, deinde Prophetas, tum Pastores & Doctores 1. Corinth. 12. v. 28. & ad Ephes. 4. vers. 11. ad quem textum Bellarmin. ubi supra sic disserit: si primi sunt Apostoli, qui Episcopi fuere, &

- & quibus Episcopi succedunt: certè primi non sunt Reges & Principes Sæculares; imò, ut rectè annotavit Damascenus in 2. *Orat. pro Imaginib. Apostolus Reges* non solum non posuit primò locò, sed nec ullò aliò, ut indicaret, non esse Reges Ecclesiæ Magistratus, sed tantum Sæculi. Ad eundem textum Theodorus Studita apud P. Lyskenium in *Vero Veri Evangel. Minist. §. 17.* se reflectens, Imperatorem ita affatur: *ne moveas Ecclesiasticum Ordinem: tibi enim Civilis status concreditus est, & exercitus: quare eorum curam gerito, & Ecclesiam Pastoribus ac Magistris, ut Divina præcipiunt elogia, remitto.* Itaque Ecclesiæ Prælatis illius cura & directio est commissa, principaliter autem Pontifici Maximo, cui in persona D. Petri dictum & promissum est *Lucæ 22. vers. 32.* *ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos;* & *Matth. 16. vers. 18.* *tu es Petrus & super banc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*
- 88 Hic primus & princeps est, ut Petrus ab ipso Christo nominatus & constitutus erat primus *Matth. 10. vers. 2.* ibi: *duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus &c.* Primus utique non à vocatione: nam hòc modò primus erat Andreas; sed Dignitate & Potestate. Propterea enim inter duodecim unus eligitur, ut Capite constitutò schismatis tollatur occasio, ait D. Hieronymus lib. 1. ad vers. *Jovian.* Fuitque hoc singulare opus Divinæ providentiae, dare Ecclesiæ Caput in terris, ne semper opus Christò esset ad omnem controversiam de Cœlo loquente; aut pertinacibus locus fieret, divertendi ad proprios sensus: nam non satis, Spiritum Sanctum adesse Ecclesiæ, nisi sit aliquis, qui vivâ voce nos doceat, quæ sit illa Ecclesia, quam Spiritus Sanctus regit inter tot sectas, quæ singulari sibi unis adesse illum Spiritum gloriantur. Egregiè Joannes Barclay in cit. *Paræsi ad Sectar.* lib. 1. cap. 9. ubi etiam, longum esset, inquit, enumerare incommoda, Christianam rem pressura, nisi à Pontifice, tanquam spiritu, tantum Corpus regeretur. Con-

tinuò miraculò opus sit, ut charitatis & fidei nexus jungamur, nî in Præsum omnes respiciant, qui, unus unius gregis Pastor, totum gregem contineat.

Hanc Catholicam Veritatem 90 constanter asserunt Concilia Generalia, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, Romana &c. quæ Summum Pontificem in causis spiritualibus unicè pro Summo in terris Judice & Capite venerantur; & quidem in Nicæno I. canon. 39. inter octoginta, hæc verba ex Arábico translata reperiuntur: *ipse (Romanus Pontifex) est primus, sicut Petrus, cui data est Potestas in omnes Principes Christianos, & omnes Populos eorum, ut qui sit Vicarius Domini nostri JESU Christi super cunctos Populos, & universam Ecclesiam Christianam.* Suarez in *Defens. fid. lib. 3. cap. 17.* num. 6. In Romano III. apud cit. Suarez cap. 7. 91 num. 7. interdicitur *Laicis, quamvis Religiosis vel potentibus, in quacunque Civitate quolibet modò aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus, quarum solis Sacerdotibus disponendi inconcussè à DEO cura commissa docetur.* In actis septimæ 92 synodi Gregorius II. ad Leonem Isauricum ita locutus esse memoratur: *fis, Imperator, sanctæ Ecclesiæ dogmata non Imperatorum esse, sed Pontificum, quæ tutò debent prædicari: idcirco Ecclesiæ præfeti sunt Pontifices, à Reipublicæ negotiis abstinentes, ut Imperatores similiter ab Ecclesiasticis abstineant, & quæ fibi commissa sunt, capessant.* Videatur Wesselius *de Jure Superioritat. Summi Pontif. cap. 5.*

Sanctorum Patrum sententiae pro ejusdem veritatis declaratione sunt quasi infinitæ. Primus ex omnibus sit Irenæus Lugdunensis Episcopus, qui secundò post Christum sæculò vixit, & lib. 3. cap. 3. Romanam Ecclesiam vocavit *maximam, & antiquissimam, & omnibus cognitam, à gloriofissimis Apostolis Petro & Paulo fundatam;* & ad banc, propter potentiores principaliatatem, necesse est, ait, omnem convenire Ecclesiam, hoc est, omnes, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ ab Apostolis est traditio. Si ergo Ecclesia Romana est potenter & principalior, atque ad eam omnes in mundo fideles recurrere debent;

- utique Reges & Principes exempti  
 94 non erunt. Alter sit Gregorius Nazianzenus, in *Orat. 17.* Principes & Præfectos hunc in modum interpellans: *an me liberè loquentem equò animò feretis? Nam vos quoque Lex Christi Imperio meo ac throno subjicit: Imperium enim nos quoque gerimus; addo etiam præstantius ac perfectius: nisi verò æquum est, spiritum carnifasces submittere, & cœlestia terrenis 95 cedere.* Tertius sit D. Chrysostomus *bom. 15. in Epist. 2. ad Corintb.* qui Imperia Principum cum Potestate Sacra ita comparat, ut duo Principatum esse genera statuat, quorum unum commendat Apostolus, cum sublimioribus Potestatibus omnes animas subdi præcipit; alterum verò, cum Præpositis obediendum esse suadet. *Iste autem Principatus (verba sunt Doctoris aurei) Civili tanto melior est, quanto terra cœlum; inò & multò magis: & non multa illi cura est de seculari vita, omnia autem de cœlestibus rebus pronuntiat.*  
 96 Hic ipse in *bom. 5. de verbis Isaiae: si vis, inquit, Sacerdotis ac Regis discrimen agnoscere, modum concessæ utriusque Potestatis perpende, & multò sublimius ipsò Rege serventem Sacerdotem aspicies.* *Nam Sacerdotis thronus in cœlis collocatus est, & negotiorum cœlestium administratio ipsi concessa.* Quis hoc dicit? *Ipse Cœlorum Rex: quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis &c.* Quartus sit Cyriacus Hierosolymitanus *lib. 3. de Sacerdoti* ubi alludit ad locum *Isaiae 95. lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas;* dicitque, *nonne babet Ecclesia vitulum & leonem, simul pascentes, sicut ad bovidernum usque diem cernimus, mundanos Principes regi & instrui ab Ecclesiasticis?*  
 98 Quintus sit S. Augustinus in *Epist. 48. & 162.* Donatistas reprehendens, quod in causa Ecclesiastica ab Episcoporum judicio ad Constantimum Imperatorem appellare præsumperint; ac posteà subjugens: *neque ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultus & fallaces querelas suscipere, ut de iudicio Episcoporum, qui Rome federant, ipse judicaret.* Et infra: *qua in re illos quemadmodum detestatur, audistis.* Sextus sit D. Ambrosius in *Epist. 14. ad soror. Marcellin. alias 33. ibi: videte, quanto periores Ariani sunt, quam Judei: illi quere-*

bant, utrum solvendum putaret Cæsari jus tributi; isti Imperatori volunt dari jus Ecclesie. Et infra: *Imperator bonus intra Ecclesiam non supra Ecclesiam est: bonus enim Imperator querit auxilium Ecclesie, non refutat: hoc, ut humiliter dicimus, ita constanter exponimus.* Qui idem Ecclesie Doctor apud Petrum de Marca de *Concordia Sacerdot. & Imp. lib. 2. cap. 6. num. 3.* ita Cæsarem allocutus fuisse refertur: quando audisti, *Clementissime Imperator, in causa fidei Laicos de Episcopis judicasse?* Ita ergo quādam adulatio curvantur, ut Sacerdotalis Juris simus iuniores, & quod DEUS donavit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à Laico, quid sequetur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiat, Episcopus dicat à Laico? At certè, si vel Scripturarum seriem Divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est, qui absuet in causa fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare? Si conferendum de fide, Sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino Augustae memoria Princepe, qui nullas Leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium Sacerdotibus.  
 Inconcussum hoc dogma confessione propriâ agnoverunt ipsi met Reges & Principes Christiani. Nam, ut nihil repetam de Constantino M. de quo in textu Ambrosii mox cit. I. Theodosius in *Epistol. ad synodum Ephesinam* scribit: *Candidianum ad Sacram vestram Synodum abire jussimus, sed eâ lege & conditione, ut, circa questionibus & controversiis, que circa fiduci dogmata incident, nihil quidpiam commune habeat: nefas est enim, qui Sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis & consultationibus se se immiscere.* Petrus de Marca d. lib. 2. cap. 6. num. 1. II. Valentianus, cum Mediolani, mortuô Auxentiô hereticô, Catholicum Episcopum substitui cuperet, ad Episcopos hunc sermonem fecisse narratur à Sozomeno in *Histor. tripart. lib. 7. cap. 8.* talem in Pontificale constituite Sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincrè nostra Capita submittamus, & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessariò velut currantis medicamenta suscipiemus. Cumque Ambrosium Cleri suffragiō & optione PO-

Populi substitutum fuisse intellexisset, exclamavit: *gratia sit tibi Domine Omnipotens & Salvator noster, quod, cum ipse corpora huic viro commissem, tu etiam animas eidem commendasti.* Theodoret. lib. 4. cap. 6. apud Marcam d. lib. 2. cap. 1. 103 num. 10. III. Basilius, in sua Oratione, quæ, teste Suarez d. lib. 3. cap. 7. sub num. 12. inter acta octava Synodi generalis recensetur, ad Laicos ita perorans: *de vobis quid amplius dicam, non habeo, quam quod nullum modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem habere. Hec enim investigare, & querere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui Regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, ligandi, atque solvendi Potestatem habent, qui Ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claves, non nostrum, qui pasci*

*debemus.* IV. Justinianus in sua N° 104 vella Constitut. 6. cuius verba initialia sunt ista: *maxima quidem in omnibus sunt dona DEI, à superna collata clementia, Sacerdotium & Imperium: illud quidem Divinis ministrans; hoc autem humanis præfidens, aut diligentiam exhibens, ex uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam; qui etiam in Nov. 131. cap. 1. Ecclesiasticas regulas, que à Sanctis quatuor Conciliis expositæ sunt, aut firmatæ, sicut sanctas Scripturas à se accipi, & sicut Leges observari, testatur.* V. Ludovicus Pius Imperator & Fran- 105 corum Rex, à quo receptus & in sua capitularia transcriptus est locus Gelasii Pontificis, supra in n. 22. relatus. Marca cit. l. Plura dabit Wesselingius de Superioritat. Romani Pontif. cap. 7.

### S. III.

#### *Enervantur Motiva, Sæculari Potestati juxta §. I. faventia.*

106 **S**Acram Bibliam Novi Testamenti nullatenus favere Potestati Sæculari, jam à num. 67. probatum manet. Ut tamen ad primum textum, in num. 59. oppositum *Joan. 18. vers. 36.* respondeam, assumo senum & sententiam Magni Gregorii, lib. 1. in 1. Reg. adnotantis, per Regnum Christi non aliud, quam Ecclesiam, in qua spiritualiter regnat, designari; præcunte D. Augustinò tract. 115. in Joannem, ac scribente: *quod est Regnum ejus, nisi credentes in eum? Quibus dicit, de mundo non estis.* Et infra: *unde non ait, Regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo; nec dicit, non est hic, sed non est hinc: hic enim est usque ad finem seculi.* 107 Quòd verò Salvator noster *Luce 23. vers. 25.* moneat Apostolos, *ne dominentur, sicut Reges Gentium,* eum habet intellectum, non esse à Viris Apostolicis in Regimine Ecclesiastico assumendum dominatum ad instar Principum terrenorum, sed Regimen animalium, charitate & mansuetudine temperandum juxta illud *1. Petri 5. v. 2.* & seqq. *pascite, qui in vobis est, gregem DEI, providentes non coactè sed spontanè secundum DEUM:* neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque dominantes in P. SCHMID JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

cleris, sed forma gregis ex animo, & cùm apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarescibilem gloriæ coronam; idque latius explicant SS. Gregorius & Berhardus, à saepè prælausato Suarez lib. 3. cap. 6. num. ultim. allegati. Quoad 108 textum D. Petri in Epist. 1. cap. 2. vers. 9. ne ex eo probetur nimium, quod nempe singuli de Populo forent Sacerdotes, Regali Potestate incliti; hæc expositio interponi debet, Regale Sacerdotium existere in fidelibus seu credentium multitudine, non quidem tanquam in subjecto exercente, sed tanquam in subjecto recipiente seu obediente & serviente Summo Pontifici, in quo Majestas Sacra principaliiter resplendet; ad eum ferè modum, quòd in lib. 2. cap. 3. à num. 1. Civitatem subiectum Summæ Potestatis Civilis commune seu reale pronuntiavi. Audiatur in hunc finem Doctor mel- 109 lificus in Epist. 244. ad Conradum Imperatorem, cui, ut conjunctionem animalium cum S. Pontifice persuaderet, in sequentibus terminis scribit: *nec dulcius & amabilius, sed nec arctius omnino Regnum Sacerdotiumque conjungi seu complantari invicem poterunt, quam ut in persona Domini ambo bæc pariter convenient,*

Kr

nirent, utpote qui factus est nobis ex utraque tribus secundum carnem Summus & Sacerdos & Rex. Non solum autem, sed & commisicuit ea nihilominus ac confederavit in suo Corpore, quod est Populus Christianus, ipse Caput illius, ita ut hoc genus hominum Apostolicā voce genus electum, Regale Sacerdotium appelletur. Ergo, que DEUS conjunxit, homo non separet. Jungant se animis, qui juncti sunt institutis; invicem se foveant, invicem se defendant, invicem onera sua portent. Quoad textum D. Pauli ad Roman. 13. præter insignem expositionem D. Chrysostomi, jam in num. 59. recitatam, notum est, eum generaliter esse conceptum, adeoque inferioribus ibidem obedientiam injungi respectu quorumlibet Superiorum, tam Ecclesiasticorum quam temporalium, ut nempe cui libet juxta mensuram & ordinem suæ Potestatis obedientia præstetur; conformiter verbis subiunctis in vers. 7. redite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui bonorem, bonorem. Quam expositionem tuetur, & roborat D. Bernardus Epist. 103. ad Imperatorem Conradum, legi, inquiens, omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui Potestati resistit, DEI ordinationi resistit; quam tamen sententiam cupio vos & omnimodis moneo custodire in exhibenda reverentia Summe & Apostolicae Sedi, & Beati Petri Vicario, sicut ipsam vultis ab universo servari Imperio. Bellarm. de Offic. Princ. Christian. lib. 1. cap. 4. Quod si tamen Apostolus de obedientia, soli Potestati Sæculari exhibendâ, locutus fuisse supponeretur, deberet utique non de alia obedientia exaudiri, ac quæ in foro & materia propria, puta in temporalibus, à civibus exhiberi solet & debet. Idem Bellarm. de Rom. Pont.

lib. 1. cap. 7. Alioquin, cum eo tempore ad clavum Reipublicæ fuderint Principes gentiles, fideles obligati fuissent, iisdem obtemperare, tametsi circa fidem, Sacraenta, & alia sacra quidpiam imperassent: quod sane absconum, atque à D. Petro & cæteris Apostolis nequaquam approbatum est, dum nequidem Principi Sacerdotum Gentis Hebrææ obsequendum esse,

censuerunt in Act. Apost. 5. v. 28. quando dicebat: præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto ( subintellige Christi Nazareni ) & ecce repletis Jerusalēm doctrinâ vestrâ: & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius: responderunt enim: obedire oportet DEO magis, quam hominibus.

Favorem Potestati Sæculari neuti- 111 quam accedere ex Conciliis Generalibus, quibus Imperatores, Reges, alii que Duces & Principes saepius interfuerunt, patet inter alia ex eo, quod juxta num. 105. controversiis fidei aliisque causis spiritualibus nunquam concessum fuerit Potestati Sæculari sese immiscere, sed tantum Summum Pontificem, si opus fuerit, desuper admonere, Episcopos, &c, qui ex Ordine Ecclesiastico erant vocandi, ad hoc animare, &c, qui Concilia, quo minus convocentur, aut legitimè congregentur, aut legitimè congregata finiantur, impedire præsumperunt, suâ authoritate compescere potuerit. Quô sensu Martianus Imperator apud 114 Petrum de Marca lib. 2. cap. 6. num. 4. in Orat. ad Synodum Calcedoneas. dixit: nos enim ad fidem conformandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exempli Religiosi Principis Constantini Synodo interesse voluimus, ne vel ulterius Populi prævissionibus separarentur. Pariter Valentianus, ad Synodum judicandam, & restaurandâ consubstantialitatis fidem imploratus ab Episcopis Orientis respondit: sibi, qui unus è Laicorum numero erat, non licere, se ejusmodi negotiis interponere: & ideo, ut Sacerdotes & Episcopi, quibus haec curæ sunt, seorsim per se, ubicunque ipsis libitum fuerit, in unum conveniant, rescripsit. Et in hoc ipso sensu locutus est Nicolaus I. in n. 61. citatus. Marca d. cap. 6. num. 2. Hinc 116 etiam, ut differit hic Author in num. 1. perfidiam Arrii non Constantinus, sed Synodus Nicæna discussit. Macedonia & Apollinaristas Occidentalium libellus & Synodus, Constantinopolis coacta, non verò Theosius Imperator, hæreseos damnarunt. Nestori amentiam Synodus Ephesina, & Eucharetis delirium Chalcedonense Concilium, non Theodosius aut Martinus, anathemate perculerunt. Latè Bel-

Bellarmin. de Concil. lib. i. cap. 12. § 13.  
Waizenegger in *dissertat. ad Jus Publ.*  
cap. 5. num. 11. & seqq. Wesselung. de Su-  
periorit Roman. Pontif. cap. 8.

117. *Æquè parum Laicali Imperio sus-  
fragantur Patrum dicta, utpote quæ,  
si rectè expendantur, id cum S. Augu-  
stino, in num. 62. adductō, unicè vol-  
lunt, Principibus incumbere, ut & sua  
ex parte commissos sibi subditos per  
bonas Leges à malo cohibeant, atque  
ad virtutem reducant; &, si quæ ab  
Ecclesia circa fidem aut mores statuta  
sunt, authoritate suā adimpleri faciant;*  
*contumaces & refractarios severiori  
disciplinâ cohibendō & coercendō.*

118. *Quam in rem ex Petro de Marca lib. i.  
cap. 8. num. 2. adducere lubet rescri-  
ptum Valentiniani Imperatoris, olim  
Codici Theodosiano insertum, qui,  
a Leone primō requisitus, ut deposi-  
tionem Hilarii Episcopi Arelatensis,  
in Concilio Romano factam, ad tol-  
lendam quamcunque executionis re-  
moram, ratibaberet, inter alia decla-  
ravit: ne levis saltē inter Ecclesiās turba  
nascatur, vel in aliquo minus Religionis di-  
sciplina videatur, bac perenni sanctione de-  
cernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis  
quam aliarum Provinciarum contra consue-  
tudinem veterem liceat sine Vīri Venerabilis  
Pape Urbis eternā autoritate tentare, sed  
illius omnibusque pro Lege sit, quidquid sanxit  
vel sanxerit Apostolica Sedis authoritas.*

119. *Unde Hilarius Papa in Epist. 11. ad Epi-  
scopos Galliæ ait: Christianorum quo-  
que Principum Lege decretum est, ut, quid-  
quid Ecclesiæ earumque Rectoribus pro quiete  
omnium Domini Sacerdotum atque ipsius  
obseruantia disciplina in auferendis confusio-  
nibus Apostolice Sedis Antistes suō pronun-  
tiasset examine, veneranter accipi, tenaci-  
terque servari cām suis plebis, charitas  
vestra cognoscet, nec unquam possent con-  
velli, que & Sacerdotali Ecclesiasticā prae-*

120. *ceptione fulcirentur & Regiā. Quod  
verò ex SS. Patribus aliqui Pontestatem  
coercitivam Ecclesiæ abjudicent, nul-  
libi hucusque legi; nec credibile est,  
hanc eorum fuisse mentem, si & aperi-  
ta Sacrarum Paginarum testimonia à  
num. 69. & perspicuae SS. Patrum senten-  
tiaz à num. 93. & passim in decursu  
ritè ponderentur. Signanter DD.  
Chrysostomus & Ambrosius nūl aliud*

intendunt probare, quām diversitatē  
Pontestativis coercitivæ, quæ re-  
sideret penes Sacerdotium, & quæ re-  
sideret penes Imperium. Nam Impe-  
rium gladiō temporali armatum; Sa-  
cerdotium econtrà gladiō duntaxat  
spirituali instructum est, habetque Po-  
testatem arguendi, increpandi, pri-  
vandi bonis & jurib⁹ spiritualib⁹,  
ejiciendi extra Ecclesiam &c. Id quod 122  
idem D. Chrysostomus insinuat hom. 4.  
*de verb. Isaie*, ubi ait: *Sacerdotis tantum  
est arguere, liberisque prestatre admonitio-  
nem, non movere arma, non clypeos usur-  
pare, non vibrare lanceam, nec arcum ten-  
dere, nec jacula mittere; qui etiam in*  
hom. 83. in Matth. Reges non Episco-  
pis solū, sed etiam Diaconis subjicit,  
ita ad Diaconum suum loquens: *si Dux  
quispiam, si Consul, si is, qui Diadema  
ornatur, indignè accedit, cohibe & coercere,*  
*majorem tu illō Pontestatem habes.* Et 123  
D. Ambrosius, præterquām quodd  
acri reprehensione & coercitione usus  
fuerit in Theodosio, ipsum à cœtu  
fidelium excludendō; insuper loc. cit.  
notanter subjungit: *quid honorificentius,*  
*quam ut Imperator filius Ecclesiæ esse dic-  
tur? Quod cum dicitur, finē peccato dicit-  
tur, cum gratia dicitur. Imperator enim  
bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam*  
*est.* Suarez lib. 3. cap. 28. num. 4.  
Quod attinet Epistolam D. Grego- 124  
rili, scripsit illam non ut Pontifex, suam  
authoritatem ostendendō, sed ut pri-  
vatus, Pontificalem celsitudinem dis-  
simulandō, veluti patet ex verbis ini-  
tialibus: *ego autem indignus pietatis ve-  
stre famulus in hac suggestione neque ut Epi-  
scopus, neque ut servus jure Reipublicæ, sed  
jure privati loquor.* In aliis autem scri-  
ptis & dictis, quando loquitur ut Pon-  
tifex & Supremus Ecclesiæ Princeps,  
semper quidem inexplicabilem mentis  
submissionem præsetulit, Pontestatem  
tamen Summam Ecclesiasticam ne-  
quaquam dissimulavit, sed evidenter  
asseruit & exseruit: nam lib. 14. Moral. 125  
cap. 14. ait: *prima membra in corpore Do-  
mini esse Sacerdotes; & lib. 4. Epist. 31. ad  
Mauritium scribit, Sacerdotes esse Deos  
quosdam inter homines, & propterea ab  
omnibus, etiam Regibus, honorandos. Bel-  
larmin. de Roman. Pontif. s̄epe cit. lib. 1.  
cap. 7. Præter hæc in Psalm. 5. Pœnit. 126  
con-*

contra eundem Mauritium scriptum reliquit : in tantum sue temeritatem extendit vesaniæ , ut Caput Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendicet , & in Domina Gentium terrenæ jus Potestatis usurpet . Et infra eum persecutoribus Ecclesiæ annumerat , dicens : quid Nero , quid Diocletianus , quid denique iste , qui hōc tempore Ecclesiam perséquitur ? Vid. Suarez d. lib. 3. cap. 27. num. 6. & 7.

**¶ 27** Quod denique concernit textum D. Leonis , illius authoritas est valde dubia , cùm in notis ad cit. cap. 9. Diff. 10. adverti videamus , illam Leonis Epistolam ad Imperatorem Lotharium haud inveniri ; & , casu quō in rerum natura existeret , ulterius ibidem observatur , lecturam esse mendosam , ac textum ita concipiendum , ut post ly Pontificum ponatur particula & , iste que sensus reddatur , de præceptis Imperialibus vestris , vestrorumque Pontificum ( quorum nempe consilio & opera emanarunt ) & prædecessorum irrefragabiliter custodiendis &c. Et positō , quòd vel ab isto Papa , vel alio titulus Pontificis ulli ex Imperatoribus attributus fuisset , id non alia ex causa factum existimandum est , nisi quòd Romanam Ecclesiam ejusque Supremum Antistitem tam fortiter & salubriter defendèrent , quasi non Imperatores sed ipsi met Pontifices fuissent : quemadmodum Constantinus Magnus ob strenuam Sedi Apostolicæ & fidei defensionem tam bene meruit , ut *Apostolus fidei* diceretur . Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 7. cap. 7. num. 4.

**¶ 29** Postremò nullum fundamentum aut firmamentum Laicali Potestati confertur ex factis Principum Laicorum . Velenim sermo est de infidelibus , vel de fidelibus . Si de infidelibus ; isti nil attinent ad Ecclesiam , exclamantem cum Apostolo & dicentem : quid mibi de his , qui foris sunt ? Arcanò autem consilio DEI factum , ut Ecclesia , ne videatur alterius opus esse , quam Dexteræ Excelsi , inter decumanas persecutiones Imperatorum Ethniconrum ad id fastigium , quō hodie resplendet , assurrexit . Hinc D. Augustinus ad simile argumentum Donati Epist. 204. respondens dicit : non attendis , quia tunc primum Ecclesia novellò


germine pululabat , nondumque in ea fuerat completa illa Prophetia : & adorabunt eam omnes Reges terræ , omnes Gentes servient ei . Quod utique quanto magis impletur , tanto majore utitur Ecclesia Potestate , ut non solum invitet , sed etiam cogat ad bonum . Si verò de fidelibus habeatur sermo , & Ecclesia ipsos in sinu suo fovit , eam , quæ Divinitus est data , Potestatem in Christianos Principes exercendō ; & ipsi Principes , qui meliori in clarescebant vitâ , in Ecclesia & ejus Capite visibili Potestatem Supremam in spiritualibus agnoscentes , nunquam præsumperunt ad Sacra manus admovere , falcem in alienam messem immittere , & , quæ DEO DEIque Sacerdotibus reservata sunt , attingere , veluti constat ex dictis à num. 101. Neque enim ( loquitur cum S. Joanne Damasceno in Orat. 1. de Imagin. ) piorum est Regum , Ecclesiastica statuta convellere ; de his namque rebus ( pergit idem ) statuere , atque decernere , non ad Reges pertinet . Quòdsi alii , quos factorum improbitas aliunde reddidit orbi suspectos , Imperium aliquod in rebus , ad fidem , cultum Divinum , & animam spectantibus , sibi arrogasselegantur , tam parum exinde pro Potestate Politica concluditur , quām parum ex violentia & truculentia , ab Imperatoribus Gentilibus tantò annorum spatiō in Christianos exercitā , jus aliquod statuendi circa Religionem Imperatoribus infertur . De Justiniano jam facta est mentio in num. 104. nec cogitandum , constitutiones circa Sacra , quas Codici aut Novellis inseri voluit , ab eo ad inventas , aut exercendæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ causâ , sed magis fidei Catholicæ & disciplinæ Ecclesiasticæ , à Pontificibus & Conciliis jam antehac traditæ & deductæ , tuendæ gratiâ esse propositas , prout ipsem non semel profitetur , præsertim in Nov. 5. in epil. Nov. 6. in præfat. & cap. 1. Nov. 123. cap. 1. & cap. 36. Sicut & Carolus Magnus Summorum Pontificum decreta , à Dionysio Exiguo collecta , atque à Concilio Turonensi , ut constat ex can. 20. recepta , in Capitularia Aquisgranensia transferri curavit , adjecto in perpetuum hōc edictō : Constitutiones

*nes contra Canones & decreta Præsulum Romanorum vel bonos mores nullius sint momenti.* Petrus de Marca lib. 1. cap. 9.  
 135 num. 4. *Quod verò concernit in specie constitutionem Novellæ 137. cap. 6. scribit idem de Marca lib. 2. cap. 6. num. 6. vereor, ne Justinianum damnare cogamur, quòd de Sacra Liturgiæ ritibus constitutionem ediderit: præterquam enim, quòd de ritu Sacrificiorum decernere tentat, quæ pars disciplinæ solis Sacerdotibus competit; antiquos Ecclesiæ mores sollicitat, qui, ut reverentia mysteriis conciliaretur, preces mysticas demis-*  
 136 sâ voce proferri induxerunt. *De cætero in hac ipsa Nov. statim in prefat. ingenuè confitetur ipsemet Justinianus, sibi Potestatem solummodo à DEO circa Leges Civiles indultam; circa Sacros autem Canones & Leges Divinas nil nisi custodiam fuisse concessam; &, si quæ Leges ab hoc aut alio Cæsare circa Religionem emanaverint, id non factum, nisi ex prævia Sacrorum Conciliorum definitione & approbatione, veluti constat ex ipso Codice Justinianeo statim in tit. 1. de Summa Trin. & fide Catbol. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. quam ultimam l. ideò ab Orthodoxæ Religionis innovatoribus supposititiam argui, notat D. ab Andlern cit. Jurisprud. Publ. lib. 1. tit. 1. p. 1. ne agnoscant, Pontificem esse controversiarum fidei arbitrum, tanquam Principem, Pastorem, & Caput Ecclesiæ.*

137 Conclusionem totius cap. nunc facio cum D. Pelzhoffer Arcanor. Stat. lib. 7. cap. 7. num. 2. Unum esse Caput Ecclesiæ Visibile in Pontifice Romano, velut legitimo D. Petri Successore & Vicario Christi, cui omne Jus, judicium, ordo, & dispositio unicè competit in omnia Sacra, Ecclesiastica, & Spiritualia per universum Orbe, relictâ solummodo Advocatiâ

Principibus temporalibus. In quo 138 autem consistat Advocatio, explanat Author mox commendatus in num. 3. & dicit, quòd sit Jus vel in genere Romanam Ecclesiam, ejusque legitimum Pontificem, Ecclesiasticos, eorumque bona & jura; vel in specie Ecclesiæ & Ecclesiasticos ac eorum jura & bona in suis Principatibus & Regnis contra quosvis invasores, turbatores, aut hostes, vi, armis, & aliò quocunque modò tuendi, manutenendi, atque in statu & vigore optimo conservandi. Præcessit in hoc mune- 139 re Constantinus Magnus, qui citra omnem usurpationem Jurisdictionis Ecclesiasticæ Ecclesiam & Religionem, ob undique sævientem Arii hæresin vehementer concussam, coactis ex voluntate & voto Ecclesiastico rum Præsulum Conciliis, & prohibita lectione librorum hæreticorum, eorumque proscriptione servavit incolumem. Secutus est generosè Ca- 140 rolus, re & nomine æquè Magnus, qui non tantum in suo titulo se scripsit Filium & Defensorem Sanctæ DEI Ecclesie, agnovitque, suum officium esse, secundum auxilia Divine Pietatis Sanctam ubique Christi Ecclesiam ab incursu paganorum & infidelium devastatione armis defendere, foris & intus Catolicæ fidei agnitione munire; sed ipsò opere hoc præstítit, uti ex historia plusquam notum est. Pelzhoffer d. l. num. 3. & 4.

Oporteret nunc in latissimo Sacro- 141 rum Jurium campo ad ea, quæ magis singularia sunt, gradum promovere, &, quid in hoc vel illo articulo Potestati Ecclesiasticæ vel Sæculari conveniat, examinare. Sed quia in Jurisprud. Canonico - Civili eusmodi materias, ubicunque dabatur occasio, manus non parcâ deducere studui; illuc, ne toties antiqua repetam, me refero, ad alia Summæ Potestatis Jura progressurus.



## C A P U T II.

## De Jure circa Leges, Privilegia, &amp; Poenas.

**Q**uoad res profanas emicat in Summa Potestate præ Juribus aliis facultas condendi Leges: nam in *Legibus Salus Civitatis est sita*, teste Aristotle lib. 1. Rhetor. cap. 4. post med. ideoque *Regis officium est, jubere, quæ oportet fieri*. *Ego verare, à quibus abstinere decet*. Philo lib. 2. de vita Moysis. Nempe, ut differit Præceptor Angelicus i. 2. quast. 90. art. 3. Lex respicit ordinem ad bonum commune: ordinare autem aliquid ad bonum commune, est vel totius multitudinis, vel aliquujus gerentis vicem totius multitudinis; *Ego ideo condere Legem vel persinet ad totam multitudinem, vel ad personam publicam, qua totius multitudinis curam habet: quia Ego in omnibus aliis ordinare in finem est ejus, cuius est proprius ille finis*. Eidem Potestate confinis est facultas cum conferendi Privilegia, cum decernendi Poenas: quia, Solone teste, Respublica duabus rebus continetur, *Pramio* (cujus species est Privilegium) & *Pena*; caque propter Democritus duos esse omnino Deos censuit, Poenam & Beneficium. Plin. lib. 2. natur. hist. cap. 7. Sinanca de Republ. lib. 9. cap. 20. Itaque non incongruum erit, in uno hoc Cap. de Legibus, Privilegiis, & Poenis tractare.

## S E C T I O I.

## De Legibus.

## S U M M A R I A.

1. Legis etymologia & descriptio. 2. Debet esse rationabilis. 3. & 4. Respicere bonum publicum. 5. Non utilitatem solum Imperante. 6. Aut notabile gravamen subdiscorum. 7. & seqq. Neque debet nimis multiplicari. 9. Esi non debet singularis de communitate esse proficia. 10. Requiritur pro Legislatori Summam Potestatem. 11. Aut alium, qui hanc facultatem à Summa Potestate obtinet. 12. Preterea desiderat promulgationem. 13. In cuius locum interdum subintrat usus. 14. & seqq. Divisio Legis in positivam & permisivam cum suis differentiis. 18. & seqq. Lex obligat in aeroque foro. 21. & seqq. Sine distinctione inter Legislatores fideles & infideles. 25. Leges obstringunt subditos.
26. Quin & extraneos, si bona ibidem habeantur. 27. Aut transirent per locum. 28. Non est necessaria acceptatio inferiorum. 29. Exceptio Statu Democratico. 30. Aut, ubi Leges fundamentales alio statuantur. 31. & seqq. Disquiritur, an Legislator tenetur suis Legibus? 35. Legis authenticæ interpretatio spectat ad Summam Potestatem. 36. Doctrinalis etiam ad privatos. 37. & seqq. Lex prohibens non est sò ipsò irritans. 39. Mutatione Legis pender à Summa Potestate. 40. & seqq. An consultum sit, Legem mutare? 42. Requiritur saltem causa gravis. 43. Sine causa mutatione est illicita. 44. Dispensatio facilior est, quam abrogatio Legis. 45. Epikia differt à dispensatione.

## §. I.

## Quid sit Lex; quænam illius requisita; quanta diversitas?

**L**Ex, unde dicta sit, sive à legendo, quod ab omnibus legi vel intellegi debeat; sive à ligando, quod

vinculum obligationis inducat, non refert. Definitionem illius, quam in mea Jurisprud. Canonico-Civil. to. 1. lib. 1. cap. 1.

*cap. I. num. 60. assumpsi, D. Thomas d.  
I. 2. quest. 90. art. 4.* ita adornat: Lex est  
quædam rationis ordinatio ad bonum  
commune, ab eo, qui curam com-  
munitatis habet, subditis promulgata.  
A qua non disconvenit illa Basiliæ Ma-  
gni in *cap. I. Isiae*: Lex est regula ju-  
storum & injustorum: ea quidem  
imperans, quæ agenda sunt, his con-  
tradicens, quæ non veniant facienda.

*2 Ad Legem itaque ante omnia requi-*  
ritur, ut sit ordinatio rationis, seu di-  
rectio humanarum actionum secun-  
dum veram rationem, homini ab ipso  
Naturæ Authore inscriptam & im-  
pressam. *Conditor enim Legum tempo-*  
*ralium, si vir bonus est & sapiens, illam*  
*ipsam consulit Aeternam, de qua nulli ani-*  
*me judicare datum est, ut secundum ejus in-*  
*commutabiles regulas, quid sit pro tempore*  
*jubendum vetandumque, discernat.* D. Au-  
gustin. lib. de *Vera Relig.* cap. 31. Et in  
hoc sensu Cicero *Pbilipp. II.* non male  
descripsit Legem, quod nihil aliud sit,  
quam recta & à *Numine Deorum tracta*  
*ratio, imperans honesta, probibensque con-*  
*traria;* & Aristoteles in *procœm. Rhetor.*  
*ad Alexandrum sapienter notavit, Le-*  
*gem esse rationem quandam, que communi*  
*Civitatis consensu definita jubet, quod pacto*  
*unumquodque agendum sit.*

*3 Deinde ad Legem est necessarium,*  
ut respiciat bonum, utilitatem, ac fe-  
licitatem communem, juxta illud sæ-  
pius allegari solitum: *salus Populi Su-*  
*prema Lex esto.* *Eadem* siquidem (ver-  
ba sunt Ciceronis lib. 2. Officior.) con-  
stituendarum Legum fuit causa, que Regum.  
*Jus enim semper quæsum est æquale, nec*  
*enim aliter esset Jus: id si ab uno justo &*  
*bono viro consequebantur, eō erant con-*  
*tenti: cum id minus contingere, Leges sunt*  
*inventæ, que cum omnibus unâ atque eâ-*  
*dem voce loquerentur.* Et uti (differit  
idem Cicero lib. 1. de Invent.) ex medi-  
cina nihil oportet putare proficiisci, nisi quod  
ad corporis utilitatem spectat, quoniam ejus  
causa est instituta; sic à Legibus nihil con-  
venit arbitrari, nisi quod Reipublice con-  
ducat, proficiisci, quoniam ejus causa sunt

*4 comparatae.* Hinc negamus, ait Plato  
in *Critica*, esse *Respublicas, neque censemus,*  
*rectas esse eas Leges, que non sint communi-*  
*ter totius Civitatis gratia positæ.* Qui au-  
tem aliquarum partium gratia Leges con-

dunt, eos non cives, sed seditiosos putamus,  
& Jura sua frustra sic ab eis vocari censemus.  
Constat proœcto (prosequitur Cicero  
lib. 2. de Legib.) ad salutem civium, Ci-  
vitatumque incolumitatem, vitamque omnium  
quietam & beatam conditas esse Leges, eos-  
que, qui primum ejusmodi scita sanxerunt,  
Populis ostendisse, ea se scripturos atque la-  
turos, quibus illi adscriptis susceptisque bo-  
uestè beatèque vivèrent: queque ita com-  
posita sanctaque essent, eas Leges videlicet  
nominarunt.

Proindeque Leges I. non debent subditis obtrudi in utilita-  
tem Imperantium: nam, advertente  
Liviô decad. 1. lib. 2. cap. 15. respectus re-  
rum privatarum semper offecit, officietque  
publicis consiliis; atque ex privatis affe-  
ctionibus ferè omnis humanæ vitæ  
pernicies nascitur. Certè Rempubli-  
cam boni Imperatores & parentibus  
& filiis prætulerunt. D. Ambrosius de  
*Obitu Theodosii.* II. non debent Po-  
pulo esse multum ingratæ vel odiosæ:  
illud enim, ait Plato lib. 3. de Legib.  
multi præcipiunt, ut Leges bujusmodi ferant,  
quales multitudo & Populus libenter susci-  
piat; sicque Leges ad Rempublicam ac-  
commodari debent, non ad Leges Respubli-  
ca: Plutarchus in Solon.

III. non debent esse nimium multiplicatæ; ne  
Legibus fundata Civitas Legibus evertatur.

Plin. in *Panegyr.* Agendum namque  
Principi cum Legibus, sicuti Medico  
cum medicina, quæ, si parcìus summa-  
tur, salubris est; sæpius autem sum-  
pta debilitat magis, quam confortat.  
Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 3. cap. 8. n. 3.

*& 4. Quod autem Tacitus dixerit*  
corruptissimam Rempublicam, plurimas Le-  
ges, Annal. 3. 27. 5. non ita exaudien-  
dum est, quod ideo sit ægra Civitas,  
quia multas Leges habet; sed ideo  
multas Leges habeat, quia ægra Civi-  
tas est: siquidem ex malis moribus na-  
scuntur bonaæ Leges, sed ut ex vipera  
vipera: hæc enim nascendò matrem  
necat; sic Leges malos mores, veluti  
bellè perorat floridissimus noster D.  
Braun in impressa *Oratione*, quam pro  
Cathædra Codicis & Juris Publici an-  
no 1680. 3. Julii habuit.

IV. non debent tamen communes Leges sin-  
gulis omnino de communitate sa-  
lubres aut gratæ videri: nulla enim  
Lex satis commoda omnibus est; id mo-

*dō queritur, si majori parti & in sum-  
mam prodest.*

- 10 Adhac necessum est, ut Lex feratur à Summa Potestate: nam ordinationem facere ad utilitatem communem; pertinet ad illum, qui curam habet communitatis; ligare etiam conscientias, quas solus scrutatur DEUS, nemo potest alius, qui Vicariam DEI in terris Potestatem non obtinet. Ab alio si Lex feratur, vim citra consensum Summæ Potestatis non habet. Instantiam dat Huberus de *Jure Civitatis*. lib. 3. sect. 1. cap. 2. num. 12. ex Republica Romana, ubi plebs absque patitiis Summum Imperium non habebat, plebiscita tamen valorem Legis obtinuerunt ex prævio totius Populi consensu, per Leges generales, Valeriam, Publiliam, & Hortensiam declaratō. Idem erat cum Prætoribus, quorum edicta Legali virtute pollebant, non quod Summā Potestate fulgerent (nam solummodo Magistratus characterem gesserant) sed quia Populus consenserat.
- 11 Insuper Lex debet subditis, pro quibus fertur, promulgari: Leges enim conduntur, ut sciantur & serventur: at nec sciri nec servari possunt, nisi manifestentur signo quodam externo; non quidem sola scripturā (nam & Lacedæmonii, & Celti, & prisci Germani suas Leges non solebant commendare scripturæ. Hornius de *Civitatis*. lib. 2. cap. 2. §. 8. num. 2. & ibi Kuchenbeck.) sed etiam vivâ voce. Hornius d. l. §. 7. num. 8. & 9. Pufendorf de *Jure Nat.* & *Gent.* lib. 1. cap. 4.
- 12 §. 13. Subinde tamen aliquid pro Lege servatur, quod expressa Principis voluntate non imperatum, non vetitum, neque cuiquam voce aucta scripturā promulgatum est: vocaturque Lex non - scripta, mōs antiquus, usus longævus, aut consuetudo, vim Legis ex tacito Summæ Potestatis assensu adepta. Böhmer in *Introd. ad Jus Publ. part. spec.* lib. 2. cap. 3. §. 17.
- 13 Quanta porro sit Legis diversitas, liberaliter exposui in mea *Jurisprud. Canonico-Civ.* to. 1. lib. 1. tr. 1. à num. 69. & à num. 238. Hic strictim adverto solum, Legem esse vel positivam vel permissivam. *Positiva* aut est præcepti-

va, aut prohibitiva actus, & quidem cum - aut sine poena. *Permissiva* est conniventia seu toleratio actus, aliquin interdicti; quam, et si Legem propriè dictam negent aliqui, affirmat tamen Huberus de *Jure Civitatis*. lib. 3. sect. 1. cap. 2. num. 29. & ego in *Jurisprud. Canonico-Civil.* lib. 1. tr. 1. cap. 1. num. 73. Differunt hæ Leges varie. Sic enim Lex præceptiva & prohibitiva respiciunt actus futuros, non præteritos: cum isti, tanquam positi & præterlapsi, sint incapaces directionis & obligationis; præterquam si de pura Legis declaratione agatur, aut poena in actus præteritos, Lege tamen aliquā jam vetitos, retro extendatur; Lex autem permisiva facilè ad actus jam ante positos referri potest, dum vix aliquid lubentius aut facilius indulgemus, ac quod factum est, & infectum fieri nequit. Præterea Lex præceptiva supponit actum honestum, aut saltem ex natura sua indifferentem, qui nempe à *Jure Naturali* non attingitur, sed in sua libertate relinquitur; Lex prohibitiva versatur etiam circa actus ex se bonos, qui tamen in certis circumstantiis, ex quibus sæpe, quod bonum est, in malum vertitur, non videntur esse commodi bono publico; Lex permisiva includit frequenter actus ex se malos, non quod concedat facere mala, ut eveniant bona contra præceptum Apostoli ad Roman. 3. vers. 8. sed quod non raro dissimulet malum ex se minus, ut majus evitetur. Huberus d. l. num. 28. Nimirum, ut Plutarchus in *Politiciis* animadvertisit, ad civilem hominum consuetudinem Leges accommodandæ sunt, non aliter atque pharmacum attemperari oportet ægri corporis naturæ & viribus. Cumque Lex humana ex sententia D. Thomæ 1. 2. quest. 96. art. 2. sit regula & mensura humanorum actuum, & ponatur multitudini hominum, in qua major est numerus imperfectorum: ideo non prohibet omnia vitia, à quibus probi homines abstinent, sed solum graviora, à quibus possibile est, majorem partem multitudinis abstinere, maximè quæ in aliorum detrimentum sunt, & societatem humanam turbant.

S. II.  
*De Obligatione Legis.*

<sup>18</sup> **L**egis virtus & energia maximè cernitur in obligatione, tanquam effectu: nec enim placet illorum opinio, qui Legis officium in sola suasione & persuasione constituunt, utpote qui nullam inter Legem & consilium discrimen afferre possunt; sed teneo cum certa & recepta sententia, quod obliget Lex omnis propriè dictationis solùm ad illius scientiam, sed magis ad observantiam. Hornius *de Civit.*

<sup>19</sup> *d. lib. 2. cap. 2. §. 7. num. 4. Et seqq.* Et hæc obligatio stringit in utroque foro, externo & interno, adeò ut secus facientes obstringant se reatu conscientiæ; ita indicante & judicante Legatum Divinâ *Matthei cap. 18. Lucas cap. 10. 1. Petri 2. ad Romanos 13. vers. 5.* ibi: non solum propter iram, seu metum poenæ temporalis, sed etiam propter conscientiam; tum Naturali, quæ vult, ut Superioribus, justa & justè præcipientibus, parcamus. Hinc rectè *Vida lib. 2. de Reipubl. dignit. Legibus qui parent, ait, rationi obtemperant, quæ est Legum ipsarum procreatrix, emendatrix, conservatrix; justa & injusta dijudicans; injuria & pravitatis vindicta: qui verò eis non obediunt, ad naturam propius belluarum quam hominum accedunt.*

<sup>21</sup> Neque existimandum est, Leges vim obligandi in conscientia ideo perdere, quod non raro, imò apud Principes infideles ordinariè, deficiat voluntas sic obligandi: dum isti nil minùs, quam conscientiam, cuius ignorantiam habent, attendunt. Enim verò, quod etiam infideles curam & notitiam habeant conscientiæ, sub fabuloso sapienti graphicè adumbrat Poëtarum ferè primus Virgilius, qui in *lib. 6. Aeneidos* varia describit supplicia, post mortem à mortalibus obsecera, vitæ tempore commissa, subetunda; non alia utique ex causa, nisi quia conscientia, à viventibus coquinata, per solutionem corporis non purgatur, sed purganda à Divina Nemesis poenis subjecitur. Quà ratione Plato *lib. 4. de LL. DEUS*, δοῦλοι, ait, quemadmodum & veteris sermo habet, principium, & P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

finem, & media omnium rerum in sua potestate babens, rectâ viâ incedit, naturâ suâ omnia circumiens. Hunc autem semper comitatur iustitia, eorum, quæ à Lege Divina aberrant, vindicta. Nec opus <sup>23</sup> est, ut explicitè velint immolare conscientias, si modò Legem observari serio cupiant: quippe cum obligatio parendi in conscientia Legem, debitè promulgatam, velut effectus conaturalis & indispensabilis, Jure Divinô & Naturali obstetricante, comitetur. Quemadmodum opus haud est, ut <sup>24</sup> paterfamilias exprestè intendat per sua præcepta filium in conscientia ligare, dummodo serio aliquid præcipere cogitat: quia obligatio, obedientiam parentibus exhibendi, ex natura præcepti paterni, jubente sic Lege Naturali, resultat. Et hinc Apostoli tum loco in *num. 18. cit.* tum alibi sèpiùs fidelibus inculcârunt, ut & Principibus ac Dominis infidelibus, sub quibus tunc vivebant, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam obedientiam. Ab hac Legis obligatione nemo est <sup>25</sup> eximius & exemptus, qui Legislatores Imperio subjectus esse dignoscitur, & in quem ratio Legis quadrat, cuique Legis materia potest applicari, nisi speciale privilegium (de quo in sect. seq.) possit demonstrare. Pufendorf *de J. N. lib. 1. cap. 6. §. 17.* Extranei econtrà & non-subditi Leges alterius Reipublicæ observare non tenentur, nisi vel bona ibidem habeant sita, ac Leges de iis ferri contingat. Böhmer in *Jure Publ. Univers. part. spec. lib. 2. cap. 3. §. 37.* Vel transant per territorium alienum, <sup>26</sup> ejus Leges, etiam in personas ibidem latas, quamprimum innotuerint, tanquam subditi temporani & transeuntes, pro tempore transitûs declinare vix poterunt, ex rationibus & argumentis, quæ contra dissentientes congesi in *Jurisprud. Canonico-Civili tom. 1. lib. 1. tr. 1. cap. 5.* à *num. 170.* simulque SS. Patrum authoritatem allegavi ex *cap. contra 2. Dist. 8. cap. illud 11. Dist. 12. cap. in nova 22. caus. 16. q. 17.* Huber *cit. l. num. 24.* Et quidem, quæd attinet <sup>28</sup> subdi-

T t

subditos, illi Legibus obstringuntur; etiamsi desuper nec requisiti nec rogati fuerint per ea, quæ in d. *Jurisprud. Canonico-Civ.* lib. I. tr. I. cap. 5. num. 210. & cap. 7. num. 113. disputata fuere: Majestati siquidem proprium & con- genitum esse, non ignoramus, ut ea, quæ facit, à censura & arbitrio civium nequaquam pendeant, dum illius est jubere, horum verò iussa capessere & imperata facere. Böhmer *cit. l. §. 14.* Inter dissidentes est Dominicus Antonez Portugal in *tract. de Donation.*

<sup>29</sup> Reg. lib. 2. cap. 10. num. 87. Aliud tam- men est I. in Statu Democratico, ubi Populi consensus desideratur ad Legem, ab initio statuendam, non ex ratione subjectionis sed intuitu Majestatis, quæ penes Populum universum, in comitia congregatum, reside- gore censetur. Aliud est II. in Statu etiam Monarchico vel Aristocratico, quando Legibus fundamentalibus aliter est dispositum, ut nempe ad Legis condendæ vim & efficaciam vel omniū vel certorum Regni Statuum af- sensus prærequiratur. Böhmer §. 15.

<sup>30</sup> An etiam ad ipsum Legislatorem hæc porrigatur obligatio, si Lex respi- ciat materiam, cuius observantia cùm subditos tum ipsum Legislatorem de- cet? Vulgaris est quæstio, in qua in cit. *Jurispr. Canonico-Civ.* cap. 5. à n. 138. & cap. 7. à num. 70. distinx inter vim Legis coactivam seu vindicativam, & directivam. Vim coactivam vix ali- quis admiserit, dum Legislator, qui Majestate gaudet, Superiorem, à quo puniatur, non agnoscit. Vim direc- tivam admisi non directè sive ex na- tura & virtute Legis intrinsecā: cùm Leges ferantur in subditos, & hōc ipso personam Imperantis non afficiant; sed indirectè seu occasione Legis, quatenus, positā Lege à Legislatore, po- stulat æquitas Naturalis, ut, quod aliis faciendum existimat, ipsomet id fieri debere suō exemplō commo- stret:

*Publica nimirum res tunc fibi confiat,  
& equum*

*Imperium, cùm Rex, quod jubet, ipse  
facit.*

*Vita Principis censura est, eaque perpetua:*

*ad banc dirigimur, ad banc convertimur;  
nec tam Imperiō opus est, quām exemplis:  
quippe infidelis recti Magister est metus; me-  
lius homines exemplis docentur, que impi-  
mis hoc inse boni habent, quād approbarant,  
que precipiunt, fieri posse. Plinius in *Panegyr. Trajani.* Vita Principis Lex anima-  
ta est, ad quam, teste Lipsiō *Civitatis*  
doctr. lib. 2. cap. 9. num. 3. versē plerum-  
que mentes & oculi. Rex velit honesta,  
nemo non eadem volet. Principem facere,  
quod ab aliis fieri velit, genus est efficacissi-  
mum exhortationis. Rex igitur ipse <sup>31</sup>  
(inquit Osorius lib. 5. de *Regis institut.*)  
intelligat, se multò magis esse Legibus,  
quām omnes, qui illius Imperiō con-  
tinentur, alligatum. Regis enim of-  
ficiū est, omnia, quæ Rempublicam  
conservant, summo studiō, curā, vi-  
gilantiā, sedulitate tueri: nihil est au-  
tem, quod magis Rempublicam con-  
servet, quām Leges. Rex igitur est  
Legum custos vindex, publicique Ju-  
ris administer. Ergo, cùm Leges trans-  
greditur, officium suum prodit, Rem-  
publicam labefactat, DEI in se Numen  
acriter incendit. Ita Osorius. Et hoc <sup>32</sup>  
strictius adhuc procedit, quando Prin-  
ceps, uti in pluribus Regnis moris est,  
speciali pactō vel juramentō ad Legum  
observantiam sese obstringere tene-  
tur: cùm promissio, sive jurata sive  
simplex illa fuerit, promittentem ad  
promissionis suæ executionem urgeat.  
Ita moris erat apud Græcæ Reges, uti  
perhibet Dion. Halicarnass. lib. 5. Ita  
apud Ægyptios, uti testatur Diodor.  
Siclus lib. 5. Ita apud Lacedæmonios,  
uti refert Stobæus *sermon. de Legib.*  
Neque ex hoc probrum aut Majestatis <sup>33</sup>  
diminutionem Principi obvenire pu-  
tes: siquidem ipsimet Imperatores  
Theodosius & Valentinianus in l. 4.  
*Cod. de Legib.* asserunt: *digna vox Ma-  
jestate Regnantis, Legibus alligatum se Prin-  
cipem profiteri; & revera majus Imperiō  
est, submittere Legibus Principatum.* Age-  
silaus quoque apud Plutarchum in  
*apophthegmat.* tum quidem, affirmat,  
verè justèque Ducere imperare, quan-  
do Legibus paret.*

Quòd si de Legis obligatione ambi-  
guitas emergat, illius authentica de-  
claratio peti debet ab ipsomet fonte,  
id est, Legislatore aut Successore:

quia

quia suorum verborum quisque optimus est interpres; & nullibi securius inquiritur sensus veritatis, quam ex oraculo Regio. Hornius *de Civit. lib. 2.*

*36 cap. 2. §. 9. num. 4.* Doctrinalis auctor seu probabilis interpretatio potest etiam à Viris aliis, ingenio & doctrinā præstantibus, desiderari: hi enim ex ratione Legis; ex fine illius & circumstantiis; ex modo loquendi & similibus casus dubios juxta regulas prudentiae resolvere nōrunt: Tales apud Romanos erant Prudentes seu Jureconsulti, quibus Potestas fuit collata, non tantum doctrinaliter sed etiam authenticè Leges dubias interpretandi, velut in vulgus notum est.

*37* Sitne porrò idem effectus Legis præcipientis tantum, & Legis expressè irritantis actum? De Jure Civili vix dubitare licet: cùm ab Imperatoribus Theodosio & Valentiniano in *I. s. Cod. de LL.* liquidè statutum inveniatur,

actum, contra Legem possum, esse irritum, esto Lex solummodo verbis præceptivis utatur. Nec videtur, ait Huberus *hb. 3. scđt. I. cap. 2. num. 36.* ratio Imperatorum à Jure Naturali vel Publico Universali abhorrire: quod enim Lex fieri vetat, id factum quod minus pro non facto haberi velle videatur, nihil afferri potest. Verum, cùm ex natura rei diversa sint, prohibere, & irritum quid facere, possitque prohibitio vim suam exercere per pœnam, vel expressam vel arbitriam; sintque & Leges Naturales, & alicubi Civiles, quæ, salvō actū valore, solam ejus honestatem sufflaminant: in illis Provinciis & Regionibus, ubi Leges Romanæ expressa aut tacita receptione non vigent, Legis prohibentis, nec simul irritantis, diversum ab irritante effectum esse, censeo. Grot. *lib. 2. cap. 5. §. 16. num. 1. & 2.*

### S. III.

#### De Mutatione Legis.

*39* Utatio Legis pendet ab eadem Potestate, à qua provenit Legis constitutio: cùm ejusdem sit tollere, cuius est, ponere Legem, tametsi clausula fuerit subnexa, ut in perpetuum & irrevocabiliter valeat: hanc enim verò Legislato non tam manus sibi quoque Successori ligasse, quam seriam voluntatem de Legis observantia indicasse censendus est: manet siquidem in tali eventu verum, quod dixit Plutarchus in *Flamin.* Principem non solum juxta Leges, sed etiam ipsis Legibus imperare. Böhmer *Jur. Publ. Univers. 40 part. spec. lib. 2. cap. 3. §. 67.* Et licet aliqui existiment, Leges non facile mutandas esse, dum Hierocle apud Stobæum in *serm. de patria* attestante, oportet Leges patriæ tanquam alteros Deos observare; & perhibente Dion Cass. *lib. 53.* Augustus Cæsar in *præceptis bene administrandæ Reipubl.* hoc primum tradidit: *Leges firmiter retineze, neque quidquam in his mutare: nam que eadem semper manent, et si sunt nonnihil virtuosa, utiliora tamen sunt his, que subinde,*

etiam si in melius, innovantur; immo, tradente Thucidyde, melius agitur cum Republica, quæ malis moribus constanter utitur, quam cum ea, quæ bonis, sed inconstanter. Vasqui *Illustr. Controv. lib. I. cap. 46. n. 14.* Pelzhofer *Arçanor. Stat. lib. 3. cap. 8. n. 3.* Attamen hoc non perpetuum & universale est: quia in futurorum eventibus sic nonnunquam humani fallitur incertitudo judicii, ut, quod conjecturâ probabili modo proficuum credidit, tractu temporis damnosum recuperat; nonnunquam, quod consuli statuitur, ex dictamine senioris rationis consultius revocetur. Potissimum autem duabus ex causis, juxta sententiam Angelici *Præceptoris I. 2. quest. 97. art. 1.* Lex justè mutari potest, una, ut Lex fiat perfectior & utilior: altera propter mutationem conditionis subjectorum, quibus varia expediunt secundum diversitates temporum & locorum. Fatetur tamen idem Angelicus *d. l. art. 2.* Legem mutari non debere, nisi maxima necessitas aut utili-

*utilitas evidentissima id expositalet. Ad-datur citat. Pelzhoffer cap. 16. num. 4.*  
**43** *Quòd si Lex sine justa mutetur causa, nemini quidem infertur injuria: cùm ex Legibus nullius proprietatis adver-sus Legislatorem nascatur; mutatio tamen est peccaminosa, utpote principiō honestatis & regulā prudentiæ de-stituta. Grotius lib. 2. cap. 14. §. 9. & cap. 20. §. 24. num. 1.*

**44** Porrò, cùm Lex possit à Summa Potestate mutari quoad cives & sub-ditos omnes, ut planè desinat obli-gare; longè majori facilitate potest dispensari & relaxari quoad unum aut alterum in particulari: sèpiùs enim occurrit ratio, quosdam eximendi à Legis vinculo, quàm omnes; nec tan-

ta publicæ utilitati infertur clades, si pauci duntaxat per dispensationem ad privatum respicere commodum per-mittantur, quàm si tota multitudo à boni publici studio absolvatur. Gro-tius cit. §. 24. num. 2. Quòd autem nonnemo existimet, justam dispo-nendi causam duntaxat videri, de qua Legis Author consultus dixisset, extra mentem suam esse, ut ea observetur; nullatenus veritati consentaneum ap-paret. Grot. d. cap. 20. §. 27. Aliud enim est epikia; aliud dispensatio Legis: illa modò explicatò Legem benignè inter-pretatur; hzc, manente Legis men-te, ex causa rationabili Legem ex parte aliorum relaxat. Conferatur Muelen ad Grotium d. l.

## S E C T I O II.

### De Privilegiis.

#### S U M M A R I A.

45. Necesse diffimilando inter dispensationem & Privilegiium. 47. Subjicitur familiendo. 48. Diviso Privilegio in personale & reale. 49. Re-muneratorium & gratianum. 50. & seqq. Ejus rationabilis. 52. Privilegii remuneratorii duplicitas. 53. & seqq. An possit non subdi-ceendi? 56. Privilegium operatur ius singu-lare. 57. Ejus interpretatio dependet à con-cordante. 58. & seqq. Respectu non-privilegia-

- serum operatur obligationem non impediri illius usum. 60. In alieno territorio vix usum habet. 61. Privilegium cessat varie modis. 62. Quando est conventionale, sed necessitate vel utilitate pub-lica redocari nequit. 62. Idem ferè est de Privilio remuneratorio. 64. Gratianum est re-vocabile. 65. & seqq. Non exinde inducis sua suram donationis. 69. Cum morte Principis ius concedentis non exprimat.

#### S. I.

### Quid & quotuplex sit Privilegium?

**46** *C*um dispensatione, de qua in n. 43. magnam affinitatem ha-bet Privilegium; solumque differt ab illa in eo, quòd, secus ac dispensatio, cum aliqua per-petuitate, stabilitate, & ad plures actus plerumque concedatur, utì notatum est in alleg. Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. 47 tr. 1. cap. 8. num. 187. De reliquo, sicuti dispensatio, ita & Privilegium est exemptio à Jure ac Lege communi, quâ nempe Summa Poteblas unum aut alterum ab aliquo onere vel obli-gatione, cui cæteroquin obnoxius erat, ex speciali gratia & favore libe-rat. Licet non semper Lex stricta præcedere debeat: cùmetiam, si quis

Dignitatem aut Nobilitatem à Sum-mo Princeps consequatur, Privilegium impetrâsse communiter censeatur non tam contra quàm præter Jus Com-mune. Et quia unus aut plures ita pos-sunt eximi à Lege, ut vel ipsorum personæ individuales duntaxat, vel etiam eorum hæredes aut successores sint immunes: hinc est, quòd Privile-gium aliud sit *personale*, aliud *reale*, at-que ad hæredes & successores trans-missibile. Vid. Nicolaus Hertius vol. 1. to. 3. de Transf. Privil. person. ad alios. Similiter, quia Privilegium potest in-dulgeri vel ob præclara merita, vel sine his: ideo Privilegium aut dicitur *re-muneratorium*, quando nempe in re-cogni-

cognitionem meritorum conceditur ; aut *mērē gratūtūm*, quando citra meritum singulare confertur.

50 Evidem sinē causa rationabili Privilegium non magis, quām dispensationem, esse concedendum, suadet maximē servanda inter cives æqualitas, tanquām *prīma pars equitatis*, ut ait Seneca *Epīst. 30.* Sed exinde non sequitur, Privilegium sinē meritis esse non posse : aliquando enim ætatis ratio ; subinde sexūs imbecillitas aut præstantia ; interdum officii qualitas sufficit, ut Legislator à Lege quempiam rationabiliter & consultò possit liberare. Schweder in *Introduct. ad Jus Publ. part. spēc. scđ. 2. cap. 14. num. 1.*

52 Ipsū porrō Privilegium, quod remuneratorium diximus, aut purum est, aut onerosum seu conventionale, putacum onere & conditione v. g. solvendæ pecuniax, faciendi operis, cedendi alterius juris concessum ; & hoc,

quamquām ex gratia Principis originaliter profluat, verius tamen ad negotia onerosa & lineam justitiæ, quām ad sphæram & orbitam gratiæ, referendum erit.

An Privilegium alteri, quām subditto, possit acquiri ? Dubium resultat ex num. 47. ubi Privilegium descriptum erat, quòd exemptionem à Lege inducat : sive alteri, qui Legis subditus non est, acquiri non posse videatur. Verū, sicut extraneus aliquando obstringitur Lege alterius territorij, quando scilicet illud pertransit, aut bona ibidem habet ex num. 26. & seq. sic etiam Privilegia, si quæ in illo territorio vigeant, participare valebit : & sicut interdum propriis subditis ali quid in favorem extranei prohiberi potest, v. g. ne merces evanescant extra provinciam, aut certos libros impri- mant ; sic extraneus per indirectum eō favore & gratiā poterit honorari.

## S. II.

### Quis Effectus sit Privilegii?

56 Privilegium respectu privilegiati operatur jus singulare (quidquid aliqui obloquantur apud & cum Zieglero de *Jurib. Majest. lib. 1. cap. 12. §. 3. & 4.* putantes, jus singulare cum Privilegio non convenire) utendi gratiā eidem concessā juxta modum, fines, & conditiones, à concedente 57 præscriptas. Et, si quid ambiguum emergat de mente concedentis, Privilegium contra concedentem, tanquām beneficium Principis, latius accipitur ; contra tertium verò, quantum fieri potest, constringitur : quia Privilegium non aliō modō, quam sinē præjudicio tertii, conceditur ; censeturque hanc sibi clausulam habere connexam : *sakvō jure tertii.* Ziegler d. 58 lib. 1. cap. 12. §. 5. Respectu reliquorum, qui Privilegiō non gaudent, patit obligationem, ut, si Magistratus honore potiantur, privilegiatos in usu beneficii Principalis defendant ; sin inferioris sint ordinis, ipsos in exercitio

sui juris non impedian. Qua de causa persæpe videmus, in Privilegiōrum concessione subditis prohiberi, ne moveant obicem aut obstaculum, quò minus Privilegium in usum deduci queat ; Magistratibus econtrā mandari, ut, si quid à quoquam opponatur, illud removeant. Böhmer part. spēc. lib. 2. cap. 3. §. 59.

Quæri tamen potest : num usus 60 Privilegii sit licitus etiam in alio, quam concedentis, territorio ?

Resp. casum assignari vix posse, ubi Privilegii usus in alieno territorio possit esse licitus & practicabilis : quandoquidem in aliena ditione aut non opus est exemptione à Legibus Regni proprii, extra id vim aliunde non porrigitibūs ; aut, si Leges similes aut aliæ in alio loco habeantur, non sufficit, quempiam à proprio Superiorē libertatem accepisse à Legibus, quæ illius Imperio non subsunt, nisi etiam ab eo, cuius ditionem subit, eximatur.

## U u

## §. III.

## §. III.

## Quomodo cesseret Privilegium?

¶ **P**rivilegium, semel indultum, cef-  
sat tum interitu subjecti, si per-  
sonale fuerit; tum lapsu tempo-  
ris, cui fortè per expressam clausulam  
alligatum erat; tum renuntiatione  
spontaneâ privilegiati, ubi Privilegium  
in ipsius gratiam unicè concessum esse  
supponitur; tum revocatione conce-  
dentis, qui seipsum, aliis benefacien-  
dō, gravasse non præsumitur. *Juris-  
prud. Canonico-Civ. lib. I. tract. I. cap. 8.  
à num. 248.*

¶ **S**ed circa Privilegii revocationem  
cautè incedendum est. Etenim con-  
ventionale, cùm jus proprietatis con-  
ferat beneficiario, sìne violatione justi-  
tiae commutativæ, non aliter ab eo  
poterit auferri, quām si necessitas aut  
utilitas publica suffragetur, &c, quod  
privilegiatus ex revocatione sentit,  
damnum publicâ compensatione re-  
fariatur, ex dicendis in *cap. seq. n. 144.*  
*Schweder cit. l. num. 3.*

¶ **I**dem ferè est de Privilegio, ob in-  
gentia & insignia merita concessō,  
quod, citra læsionem saltem justitiæ di-  
stributivæ, vix poterit adimi, quando  
merita sunt tanta, ut, nisi Privilegium  
duraret in perpetuum, sufficienter  
compensata non censeantur. *Ziegler  
de Jurib. Majest. lib. I. cap. 12. §. 12. Et 13.  
Hermes in Fascic. Jur. Publ. cap. II. n. 78.*

¶ **A**t Privilegium merè gratuitum cer-  
tò revocari potest: quia adversus Legis  
Authorem jus proprietatis aut simile  
non tribuit. *Grot. lib. 2. cap. 14. §. 13. &  
ideò Senatus Romanus Celtiberis, im-  
munitatem à tributis & militia oppo-  
nentibus, respondit, ejusmodi Privile-  
gio, quod Senatus indulget, hanc in-  
esse exceptionem: *valitum, quādiu  
ibi Populoque Romano libuerit.* *Pufen-  
dorf. de J. N. lib. 8. cap. 10. §. 9.* Ut  
verò revocatio sit justa, justam cau-  
sam exigit Ziegler d. §. 13. Rationem  
autem, quā ipse utitur, quòd Privile-  
gium, etiam merè gratosum, induat  
naturam donationis, quæ irrevocabili-  
lis est, approbare nequeo: si enim  
omnis concessio indebita transiret in*

donationem, Princeps v.g. toties,  
quoties alicui gratiam facit, manus sibi  
ligaret, & quasi compedes injiceret,  
ut ne quidem, si ratio sic jubeat, gra-  
tiā abolere valeat; quod planè ab-  
surdum est. Certè, præterquam quòd  
donatio & obligatio, nisi graves id  
conjecturæ postulent, in dubio non  
præsumatur; gratiæ in pactum non  
abeunt, nec, quod precarium, juris  
possessione defendi potest. *Pelzhof-  
fer Arcan. Stat. lib. 2. part. I. cap. 13. n. 11.*  
Imò Privilegium Principis cum dona-  
tione nunquam exequatur, si, quod  
liberaliter indulget, non dat ex suo,  
prout insinuat anteā *cit. Grot. §. 13.*  
Et, si ex fructibus bonorum, quorum  
administrationem nactus est, in homi-  
nes nauci aut inutiles immodicam pe-  
cuniā profuderit, & ærarium exhaus-  
serit, satius est, id, quod causa publi-  
cæ egestatis esse potest, revocari. *Pu-  
fendorf cit. §. 9.* Nemo in necem  
suam confert beneficia; nec dici pos-  
sunt Privilegia, quæ prætexuntur in-  
fraudem Statū; vel Regiæ Authori-  
tati insultant; vel Legem illam univer-  
salem, quæ est Salus Regni & Populi,  
privant effectu suō. *Pelzhoffer cit. n. 11.*  
Quin & si Privilegium incipiat verge-  
re non ad damnum modò aliquod,  
sed ad perniciem publicam, ita ut ab  
initio in extensione ad hunc casum  
censi debuisse injustum & illicitum,  
non tam revocari illud posse, quām  
declarari, quòd ultrà locum non ha-  
beat, quasi factum sub conditione, sìne  
qua justè fieri potuit, post alios docet  
*Ziegler cit. cap. 12. §. 14.* Vid. D. ab  
Andlern *Jurispr. Publ. lib. I. tit. 4. n. 23.*  
qui cæteroquin in n. 25. durum esse ar-  
bitratur, ut Privilegia, ex liberalitate  
concessa, temerè revocentur; &, casu quòd ex supervenienti motivo ur-  
genti revocentur, putat, ea, cessante  
motivō, iterum esse indulgenda, ne  
levitatis, inconstantiæ, vel avaritiæ  
reus arguatur Princeps.

Illud non invitus indulgeo, Privi-  
legium, in vita Principis jam conce-  
sum,

sum, sed necdum in usum deductum, cum morte Principis non exspirare: usus siquidem Privilegii neque ad illius substantiam, neque ad integratem pertinet; quin ex ipsa gratia natura

non obligatorius sed arbitrarius est: ideoque cum morte concedentis non extinguitur, sed, usquedum à Successore perimatur, vires suas exercere valet.

## S E C T I O III.

### De Poenis.

#### S U M M A R I A.

70. *Pœna dicitur in transgressores.* 71. *Est malum passionis propter malum actionis.* 72. *Provenerit à Summa Potestate.* 73. & seqq. *Non a rebus à privatis.* 76. *Delictum Jurisdictionis nec admissit, nec confert.* 77. *A Scena Naturali malum sit argumentum ad Civilium.* 78. & seqq. *Examinatur controversia, ad qualiter iustitiam pertinet infitio Pœna?* 82. *Resolvitur cum distinctione inter Pœnam Legalem & iudicialem.* 83. *Respectus personarum non collat equalitatem arithmeticam.* 84. & seqq. *Divisio Pœna ex Grotio.* 86. *Divisio nostra in Pœnas ordinariam & extraordinariam.* 87. *In capitalem & non-capitalem.* 88. *In eam, qua est lata, & qua est ferenda sententia.* 89. *Puniendi sunt delinquentes.* 90. & seqq. *Pœna afficit personam; nec transit ad heredes.* 93. & seqq. *Exponitur, in quo sensu liberi puniantur ob crimen perduellionis, & patre commissum.* 95. *Quando Civitas delinqvit, innocentes cives puniri non debent.* 96. & seqq. *Nisi quoad bona & iuxta communia.* 98. & seqq. *Quandiu vivunt nocentes.* 100. *Munus ex culpa singulorum tenetur Civitas.* 101. *Nisi participem se fecerit.* 102. & seqq. *Civitas tenetur delinquenter in Populo aut Regem alienum aut ei dedere, aut ipsam illam punire.* 104. *Sed delictu[m] sit unum ex atrocioribus.* 105. *Nec fidejussionem encras Pœna debitoris.*

106. & seqq. *Hinc ne quidem exiliis pœnam sufferrere obligatur.* 108. & seqq. *Quidquid in contrarium opponatur.* 111. *Delicta debent esse externa.* 112. *Aut saltu cum actu externo coniuncta.* 113. *Non expedit, ut omnia castigentur.* 114. *Ubi plures deliquerint, non semper omnes ad supplicium trahuntur.* 115. *Cræbra & perniciacia vix erunt impunita.* 116. *In Pœna exacerbatione consideratur persona delinquens.* 117. *Persona, contra quam delinqvitur.* 118. *Locus delitti.* 119. *Tempus.* 120. *Qualitas.* 122. *Eventus.* 123. *In Pœna mitigatione spectatur interdum causa intrinseca.* 124. *Nempe ignorantia.* 125. *Defectus propositi.* 126. *Infirmitas animi.* 127. *Infirmitas corporis.* 128. *Subinde extrinseca.* 129. *Ventilatur quæstio: an Pœna ex toto remittipossit?* 130. & seqq. *Ante Legem penalem videatur remissio esse facilis.* 132. *Imo & post Legem penalem non ita difficultis.* 133. *Si adhuc causa.* 134. *Quæ deficiente saltu ex parte remitti possit.* 135. & seqq. *Movetur dubium, an Pœna mortis, Fure Divinè Veteri Scriptura, possit relaxari?* 137. *Eligatur affirmativa.* 138. & seqq. *Affignatur ratio.* 141. & seqq. *Ostenditur, quæ ratione sit obviandum bono publico.* 144. *Subjungatur documentum aliquod ex S. Augustino.*

#### S. I.

### Quid & quotuplex sit Pœna?

70 **P**er Leges & Legislatores utili Præmium sic etiam dictari solent Poenæ, ut & tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbandis, dum formidatio supplici frænatur facultas, invocatio DEO sanetur voluntas. S. Augustin. ad Macedon. Ep. 54. 71 Eam definit Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. §. 1. num. 1. quod sit malum passionis, quod infligitur ob malum actionis; simulque definitionem suam explicat, quod primò per malum passionis non intelligatur præcisè passio sine actione: cùm etiam, si quis ad tristenes aut

opera publica damnetur, actio loco Poenæ sit, non quidem quatenus est activa, sed quatenus est molesta & cruciativa; secundò per malum actionis non denotetur actio physicè sed moraliter mala, prout est posita contra Legem; quin & (ut mihi quidem videtur) comprehendatur omissione, prout illa Legi præcipienti est adversa. Kulpis Collegii Grotiani exercitat. 9. §. 1. lib. 6. Infligitur Poena seu malum passionis 72 à Suprema Potestate; non tantum quia est conveniens spectatà Naturâ, ut puniatur inferior à Superiore, vel

huc existimavit Grotius *cit. cap. 20. §. 3. num. 1.* sed etiam quod necessarium, atque ita pro Statu Civili praeceptum fuerit ab ipsa Natura. Guilielm. van der Muelen ad Grot. *cit. l. Vitriar. ibid. quest. 7.* Pufendorf *de J. N. lib. 8. cap. 3.*

<sup>73</sup> §. 7. Cum enim ex una parte post culpam protoparentis nostri genus humanum infectum, ac variis defectibus & excessibus sit obnoxium; ex altera vero parte, si plures imperfecti & vitiosi in unum coetum conveniant, Respublica nequeat salva consistere, nisi peccantes coercentur, & velut distorta aut putrida membra vel omnino resecantur, vel per castigationem emendentur: necessaria est in Civitate Potestas vindicandi scelera, neminiisque justius, quam Superiori, qui Reipublicae fræna moderatur, affixatur.

<sup>74</sup> Accedit, quod vindicta privata (non obscurè à Grotio *d. cap. variis in locis de Jure Naturæ concessa*) extra Statum Naturale, de quo in *lib. 1. cap. 1. à num. 34.* neutiquam sit concessa: quippe cum perpetuum inter cives aut odium aut dissidium patiat, concordiam ac pacem sufflaminet, publicamque tranquillitatem omnino pessumdet: ut adeò parti læsa non alterius quam Summae Potestati authoritate satisfactio adjudicari

<sup>75</sup> debeat. Præterea jus in vitam & corpus hominis nullus hominum per se acquisivit, sed illud soli DEO, qui vita & mortis habet Potestatem *Sap. 16. vers. 11.* ac proinde vivificat & mortificat *1. Reg. 2. vers. 6.* quoad proprietatem reservatum, ac modò administratori Civitatibus eorumque Rectoribus concessum legitur ad *Rom. 13. v. 4.* ibi: *non enim sine causa gladium portat: DEI enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.* Indeque nullus, praeter eum, qui Supremum in Civitate Imperium tenet, in vitam aut corpus hominis, quantumcunque nocentis, animadvertere potest. Addantur supra citatis Authoribus Ziegler ad Grot. *d. l. §. 3.* Kulpis *Coll. Grot. exercit. 9. S. 1.*

<sup>76</sup> Neque cum eodem Grotio existimandum est I. vel eum, qui alterum offendit, inferiorem fieri personam offensam; vel Superiorem, qui ipsem delicto se coinquiat, Potestatem suam amitt-

tere: cum delictum Jurisdictionem per se loquendò nec adimit, nec conferat. Aares mox allegati. Neque existimandum est II. ex Statu Naturali, in quo vindictam cuilibet sumere licet, validum argumentum sumi ad Statum Civilem: nam Status Naturalis est status æqualitatis & libertatis, ubi quis cuique Judex & sententiam concipit, & exequitur; Status autem Civilis est Status harmonicus, ubi alii præsunt, alii subsunt, nec cuiquam jus sibi dicere aut addicere permisum est:

Quānam autem ex justitia Superior <sup>78</sup> Poenam infligere debeat, an ex commutativa seu expletrice, ut loquitur & defendit Grotius *cit. l. §. 2. num. 3.* an ex distributiva seu assignatrice, veluti tuerintur alii, quorum tacite meminit laudatus Grotius? Non facile dixeris. Siquidem justitia distributiva non semper locum obtinet, quando observatur proportio geometrica, ac inter plures uno aliquid proportionatiter est partiendum; sicque ex eo, quod in Poenis dictandis habeatur respectus ad personas, ac plus peccanti plus, minus peccanti minus de supplicio reddatur, non bene eruitur, justitiam distributivam observari. Pro-<sup>79</sup>fectò enim in casu, quod plures sunt credores, nec tamen ob inopiam debitoris omnibus ex asse satisfieri potest, solutio cum proportione fit, eique, cui plus debetur, major quantitas tribuitur; cui minus, minor; imò & in casu, quod societas inæqualiter est contractu, partes lucri non æqualiter, sed pro rata inter plures socios distribuuntur. Nec tamen in hoc aut illo casu actum justitiae distributivæ exerceri credendum est, veluti post Grotium *d. l. num. 2.* oculatè notavit Pufendorf *d. lib. 8. cap. 3. §. 5.* & ego jam observavi in *Jurisprud. Canonico Leg. tract. præamb. cap. 2. à num. 65.* Similiter nec <sup>80</sup> justitia commutativa semper exercetur, quando proportio arithmeticæ observatur, tantumque redditur, quantum debetur: cum, si in Republica unum duntaxat officium vacet, unusque tantum, qui merita habeat, inventiatur, hisque meritis officium ex æquo corresponeat, actus justitiae distributivæ, non commutativæ, po-natur,

81 natur, sicut in cit. tract. *preamb.* num. 68. adverti. Tacendô, quod delinquentis non jus strictè dictum ad Poenam exigendam, sed obligationem tantum habeat ad eam sustinendam; punienti quoque jus competit puniendo, sed non ex jure proprietatis activo, in ipsius utilitatem ordinatô, sed potius ex jure Jurisdictionis, salutem Rei-publicæ principaliter spectante.

82 Spe statis omnibus, dicendum puto, Poenas, si per Legem publicam in genere præscribantur, pertinere ad justitiam universalem seu legalem; si verò per sententiam hic & nunc in delinquentem statuantur, eas spectare ad justitiam vindicativam, quæ separata est justitiæ species secundum cit. tract. *preamb.* à num. 76. in hac tamen proportionem arithmeticam observari, atque in eodem gradu esse malum passionis, in quo fuit malum actionis; dictante sic Lege Divinâ Veteri Deuteronom. cap. 25. vers. 2. ibi: *pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Et quamvis subinde respiciatur ad personas delinquentes; attamen non respicitur ex alio fine, quam ut gravitas vel levitas delicti aut Poenæ exinde mensurari valeat: nam alia & major utique malitia est in peccato viri quam adole-scentis; &, ut Grotius loquitur cit. cap. 20. §. 33. *eadem Poena pauperem onerabit, divitem non onerabit;* & personæ vili ignominia leve erit malum, bonorato grave.

83 Partitionem Poenæ idem Grotius §. 6. num. 1. & 2. desumit à fine, quod nempe respiciat aut ad utilitatem illius, qui peccavit, aut ejus, cuius intererat, non peccatum esse, aut indistincte quorumlibet. Primus finis constituit Poenam emendationis, seu animi medicatrixem, quam peccator ad meliorem frugem per contraria, id est, corpori ac genio suo adversa reducitur: contraria enim contrariis curantur, atque, ut loquitur Seneca de Ira lib. 5. *ingentia vitia dolore corporis animique corrigitur.* Secundus finis obtinetur, si tollatur è medio, qui deliquit; deinde si vires nocendi ei adimantur; postremò si malo suô dedo-

ceatur delinquere. Tertius finis attingitur eodem modō, & præcipue quidem, si punitio fiat in publico, dum unius Poena est metus multorum, & aspectu Poenæ cæteri absterrentur. Huic triplici fini merito potest adjungi quartus, & meo judicio primarius ac publicus, ut nempe satisfiat Re-publicæ, quæ & ipsa per Legis transgressionem violatur, & scandalum, scelere datum, exemplò Poenæ resarciatur, simulque vindictæ privatæ, tantorum malorum scaturiginis, fons obstruatur. Kulpis in Coll. Grot. exercit. 9. §. 3. Inde Cicero lib. 1. Officior. ait: *omnis & animadversio & castigatio contumelid vacare debet, neque ad ejus, qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipublicæ utilitatem referri.* Nos, se- 86 posita hâc partitione, quam largius prosequitur Grotius in §. 7. & seqq. adornamus alias Poenæ divisiones. Enim verò apud Jurisperitos alias Poena dividitur I. in ordinariam & extraordianariam. *Ordinaria* est, quæ uniformiter decreta, ac determinata est delicto. *Extraordinaria* est, quæ certam determinationem à Lege vel Legislatore non habet, sed Judicis arbitrio relinquuntur, ut, consideratis rerum circumstantiis illam augere vel minuere valeat. II. dividitur in capi-talem & non - capitalem. *Capitalis* est, quam aufertur vita gladiô, laqueô, rotâ, aliôve instrumentô mortiferô. *Non - capitalis* est, quam, salvâ cætero-quin vitâ, delinquens in corpore affligitur, aut honor & existimatio ipsi admittitur, aut bona ex toto vel parte auferuntur. III. dividitur in eam, 87 quam est latæ, & illam, quam est ferendæ sententiae. *Latae sententiae* est sola Poena, per Legem constituta, quando nimirum delinquens Poenam ipsò momento, quô delictum admisit, incurrit. *Ferendæ sententiae* est Poena, tum per Legem tum per sententiam judiciale lata, non tamen in effectu priùs incurrenda, quam à Judice sententia actu promulgata fuerit. Qua de re latius differui in *Juris-prud. Canonico-Civ. lib. 1. tract. 1. cap. 1. a num. 269.*

## §. II.

*Quinam delinquentes, & qualia delicta puniri soleant & debeant?*

**89** **P**uniri solent & debent ipsimet delinquentes, vel qui participes delicti fecerunt, dummodò rationes sint capaces, &c, ubi delicto se obstrinxerunt, usum rationis habuerint.

**90** Itaque Poena est aliquid merè personale, afficiens solam delinquentis personam, non ad parentes, non ad liberos aut hæredes transiens, sicuti præcipitur in Lege Divina Deuter. 24. vers. 16. ibi: *non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur;* cujus Legis observantiâ fulcitus Rex Amasias, cùm interfectores patris ultimô damnâsset suppliciô, liberis eorum peperit. 4.

**91** Reg. 14. vers. 5. & 6. Cùm enim Poena sit propter noxam, & noxa non committatur ab alio quâm nocente; iniquum profectò & impium est, in innocentes ob culpam alterius sèvire, & illos, qui forte præmiò se fecere dignissimos, ad supplicium rapere. Hinc emphaticè Cicero lib. 3. de Nat. Deor. inf. exclamat: *ferréne ulla Civitas latorem istiusmodi Legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquerisset?* Grotius quoque d. lib. 2. cap. 21.

**92** §. 13. & 15. non solum damnat Persarum & Macedonum Legem, morti devoventem etiam propinquorum capita, ubi à propinquis contra Regem peccatum est; sed & aliarum Gentium morem improbat, tyranorum aut proditorum insontes liberos morte punientium, iniquam, ajens, rationem esse, quæ obtenditur, quòd parentibus similes futuri putantur, cùm id incertum sit, nec incertus metus ad mortem cuiuspiam sufficiere debeat.

**93** cere debeat. Quòdsi liberos ob patris perduellionem usque ad secundam generationem non solum à bonis paternis excludi, sed etiam ab honoribus repelliri legamus in Legibus Juris Romani, signanter in l. s. Cod. ad Leg. Jul. Majestat. cogitemus, hanc non esse Poenam propriam, pro liberis di-

rectè statutam, sed impropriam, ac in liberos indirectè resultantem: nam ad bona patris liberi in ea tantùm hypothesi jus strictum consequuntur, ubi postmortem patris in ipsius matrimonio adhucdum extant; id quod in casu confiscationis, quò bona post delictum ad fiscum mox devolvuntur, non verificatur. Ad honores etiam 94 jus verè dictum non obtinent, si à Republica, quæ honorum est libera dispensatrix, justis de causis excludantur. Pufendorf lib. 8. cap. 3. §. 32. in fin. Gletle de Criminib. Publ. part. 4. cap. 2. §. 6. n. 4. & 5. ubi simul fatetur, hebetiores esse ingenii sui oculos, quâm ut capiat, quâ fiduciâ in cit. l. s. §. 1. rescriperint Arcadius & Honorius, paterno debuisse perire suppliciò, in quibus exempla metuantur paterni criminis: cùm enim Legislator humanus dominium in vitam ci-vium non obtineat, non intelligitur, quò obtentu Poenâ mortis afferantur digni, qui criminis expertes invidiâ laborant alienæ improbitatis. Unde immetitò, ait cit. Gletle, Principes illi jactitant, vitam liberos suæ debere lenitati & clementiæ: cùm sinè scelere interfici nequeant, qui facinus morte dignum non admiserunt.

Ex eadem ratione, si Civitas aut 95 Communitas etiam quoad majorem partem delinquit, illi, qui de civibus sunt innocentes, vitâ vel bonis propriis exui nequeunt: quia repræsentatio, cæteroquin in Civitatibus & Communitatibus observari solita, ut pars major repræsentet minorem, ad negotia illicita, in quibus non fictio sed veritas spectatur, atque adeò crimen multorum nocentum innocentibus non imputatur, adaptari non potest. Grotius d. cap. 21. §. 7. & 12. Bonis verò & juribus communibus, quæ non ad singulos quâ tales sed totam Civitatem ac Communitatem pertinent, hòc ipsò quòd Communitas aut Civitas directè privetur, privantur etiam singuli, quantumvis innoxii,

- noxii, indirecte & per consequentiam: quia nempe non aliter de hujusmodi juribus & bonis participare valent, ac si tanquam membra Communitatis considerentur. Grotius cit. §. 7. n. 3. ubi adducit factum Theodosii, qui commune delictum punierat interdictione theatri, balneorum, & nominis Metropolitani, ne scilicet (ut declarat Gronov. ad cit. §. num. 60.) post hanc Antiochia Metropolis vocaretur, &c. Provinciae Syriæ caput esset.
- 98 Potestque hæc Civitatem puniendi facultas eousque tantum usurpari, quo usque, qui authores facinoris extitère, supersunt: his autem sublatis è vita, tametsi quoad substantiam maneat eadem Communitas, attamen, quia non manet eadem accidentaliter, nec denominatur amplius mala, sicuti extinctis Viris doctis non vocatur amplius docta, malorum vindictam extimescere non debet. Grot. d. cap. 21. §. 8. num. 1. ubi inducit Libanum, in oratione de seditione Antiochena ita differentem: *existimo, sufficere tibi ad Poenam, quod nemo superfit eorum, qui deliquerunt;* simulque probat in num. 2. Arriani sententiam, damnantis vindictam Alexandri in Persas, cùm pridem interiissent, qui in Græcos peccaverant. Cui simile est judicium Curtii lib. 8. cap. 5. de excidio Branchidarum quoad urbem & incolas sub prætextu proditionis, olim perpetratax, factō per eundem Alexandrum: ait enim, *si in ipsis proditionis auctores hæc excogitata fuissent, justa ultio esse, non crudelitas videatur: nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum: adeo Xerxi non poterant prodere.*
- 100 Multò minus ex culpa singulorum tenetur ipsa Civitas, & neque propria neque communia jura exinde perdit: nec enim à singulis repræsentatur Universitas, &c, quod ab uno vel altero in particulari peccatur, non debet in invidiam & odium totius Communitatis detorqueri: suo enim periculo quisque insanit; & satis est, eum luerre, qui cecidit. Grotius d. lib. 2. cap. 21. §. 2. Gronov. ibid. num. 9. Præterquam si & ipsa Communitas culpæ se participem faciat, puta, consulendō, mandandō, non-impediendō, ac dis-

simulandō delictum: hoc namque est universale, ut, quicunque, sive sit ex numero parentum vel liberorum, sive ex conditione Imperantium aut parentium, ad alterius delictum concurredit, consiliō vel auxiliō, mandatō vel iussu, aut, cùm impedire possit & teneatur ex jure, nec tamen impedit, Poenæ se reum faciat; quō sensu ca piendum illud Hesiodi:

*Sepe huius populus Poenæ unius iniqui;*

Et illud vulgatum:

*Quidquid delirant Reges, plectuntur Achioi,  
Nempe pars est delinquere, & delinquentes  
non probibere, dixit Agapetus ad Justi-  
nianum.*

Planè, si delinquens in Civitate sua degat, vel ad aliam securitatis causâ se recipiat, Populo vel Regi, contra quem deliquit, eum reposcenti, Civitas illa alterutrum facere regulariter tenet, aut ipsum dedere, id est, reposcentis arbitrio permettere, ut de eo statuat, quod voluerit; aut ipsam in eum animadvertere: ita namque ex Jure Gentium receptum, &, si non servetur, multorum bellorum olim causam extitisse, refert Grotius cit. l. §. 4. quiq; nimurum Civitas, delinquentem nec dedens nec puniens, delictum approbare præsumitur. Et, si Poenam Civitas refugii seu receptionis ipsam sumere velit, quoad ejus determinationem erit videndum, sine delictum perpetratum contra Jus Naturæ & Gentium, aut contra Jus speciale alterius Regis seu Populi. Si primum; Poena regulatur juxta Leges loci, in quo delinquens invenitur. Si secundum; Poena mensuratur juxta Leges loci, in quo deliquit. Grotius d. l. §. 6. num. 2. Dixi tamen reguliter: nam obligatio ad ditionem alternativam intelligenda venit de delictis atrocioribus, ac bono publico perniciosoribus: cætera siquidem apud plerosque Europæ Populos disimulari, nec delinquentem ad Poenam extra Civitatem reposci aut dedis solere, tradit idem Grotius §. 5. num. 5. Vitriarius ibid. quest. 7.

Porrò regula superior, in num. 90. posita, quod nempe delictum sit ali quid personale, eatenus ampliatur, ut, si quis pro delinquentे fidejusserit,

ac delinquens effugerit, aut se non stiterit, fidejussor in vita & membris puniri nequeat: nam ex una parte censetur à delicto prorsus immunis esse; ex altera parte persolam fidejussionem non potuit dominum in vitam & membra alterius Potestati vel dominio subjecere. Grot. d. cap. 21.  
 106 §. II. n. 2. Vitriar. ibid. quest. 20. De Poena quidem exili dubium est, utrum in fidejussorem cadat? Grotius enim d. §. num. 3. huic Poenam pecuniariam, ad quam fidejussor, ex opinione communissima, tanquam patrimonii sui dominus semet obligare potest, æquiparat, & pari passu de 107 ultraque statuminat. At Vitriar. ib.

§. 21. & Pufendorf lib. 8. cap. 3. §. 32. existimant, exilium respectu delinquentis Poenam non esse; respectu verò fidejubentis nihil prodesse Civitati, si civis, nullius delicti conscius, 108 ex Civitate ejiciatur. Quòd si putes: fidejussorem hōc solō delinquerre, quòd præsumat alienæ culpæ succedaneum se offerre; potest equidem transmitti, non omnis delicti talem fidejussorem expertem, &, ob vitæ juriumque plane nobilium & excellentium vilem prodigalitatem non-nihil puniendum esse: nihilo tamen minùs, quia fidejussoris delictum non est tantæ gravitatis, quantæ est delictum alterius, qui personaliter deliquit; injustum foret, inæquali noxæ æqualem coercitionem præstituere 109 velle. Imò, si fidejussor non omnis noxæ vacuus, quòd nocentis & forte absentis debitum poenale in fidem suam recipiat; nec Civitas, talem fidejussionem admittens, ex integro poterit innocens censi. Quibūs ita consideratis, libentiūs posteriorem sententiam recipio; præsertim, cùm ipsem Grotius asseruerit, exilium in fidejussore, si exactè loquimur, Poenam non esse: sienim Poena non est, & consequenter delictum non supponit, cur invitus & insolens exilio castigatur?

110 Jam, ut progrediamur à delinquentibus ad delicta, hæc in primis externa sint, oportet: quòd enim in foro Civili humano (aliud est de tribunali Divino, & forte aliud de Judicio Ec-

clesiastico) cogitationis Poenam nemo patiatur, vox non tantum JCti humani, sed effatum veritatis est: cùm actus, intramēntis latebram consistens, humano tum consortio tum commercio neque ex se noxius neque obnoxius esse censeatur, dummodò inactum externum non egrediatur. Hoc 112 autem si fiat, & actus internus cum externo sive antecedenter sive concomitanter jungatur, ille vel maximè in foro humano æstimatur: ut-pote cùm iste gravitatem ac levitatem culpæ ex eo desumat. Grotius lib. 2. cap. 20. §. 18. Vitriar. ibid. quest. 29. Deinde, quamvis singula crimina, spe- 113 ciatim ac seorsim accepta, ex natura sua Poenæ sint tributaria; non tamen expedit, ut omnia, collectivè sumpta, actu plectantur, præsertim leviora & quotidie quasi contingentia: nec enim humanæ conditionis infirmitas admittit, ut omnes ab excessibus, etiam levioribus, puri sint; &c, si puniendum est, cuicunque pravum maleficumque ingenium est, Poena neminem excipiet, inquit Seneca de Ira lib. 2. Quamobrem, sicuti nimia licentia froenum ad quælibet laxat scelera; ita nimius rigor inducit animos, ut de meliori vita desperent. Certè severitas amittit assiduitate auctoritatem. Constituit bonos mores Civitatis Princeps, & virtus ejus compescit, si patiens eorum est, non tanquam probet, sed tanquam invitus cum magno tormento ad castigandum veniat. Videbis ea sepe committi, quæ sepe vindicantur. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 22. Non minùs Principi turpia sunt multa supplicia, quam Medico multa funera. Remissus Imperanti, melius paretur. Idem ibid. cap. 24. Adhæc, ubi delictum idem à pluribus 114 admittitur, illud laudabile est ( inquit Lipsius Civil. doctr. lib. 4. cap. 9. num. 20.) quoties putes, efficere, ut Poena ad paucos, metus ad omnes perveniat. Cicero pro Cluent. cap. 46. Praestat enim unius improbi suppliciis multorum improbitatem coercere. Idem 3. in Verr. Demum si crebra- 115 nimis aut pertinacia sint virtus, tum sanè (pergit Lipsius num. 21.) illud valeat: crudelē Medicum intemperans aeger facit. Publius. Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, nisi per dura & aspera coercetas. Corruptus simul & corruptor, aeger

*ager & flagrans animus, baud levioribus remediis restinguendus est, quam libi-*

*bidinibus ardescit. Tacitus Annal. 3.  
§4. 2.*

### §. III.

## Quibus ex causis Poena exasperari, mitigari, vel condonari valeat?

116 **C**AUSAS, ex quibus Poena exasperari, & respectu unius aut alterius aggravari potest, enumerat Saturninus in *l. aut facta 16. §. 3.* & seqq. *ff. de Poenis.* Repetit eas gnaviter in præsenti Grotius *d. lib. 2. cap. 20. §. 37.* suntque sequentes. I. *Persona delinquens:* gravius enim censetur delictum, à persona publica, puta Magistratu, Judice, Sacerdote &c. commissum, ob grave, quod secum fert, scandalum; & ideo graviore Poenâ dignum

117 reputatur. II. *Persona, contra quam delinquitur:* nam, sicuti crimen, in parentes, propinquos, patronos, aut Superiores perpetratum, specialem præ cæteris, quæ in hostes aut non amicos admittuntur, malitiam sortitur; ita & specialem meretur Poenam.

118 III. *Locus delicti:* delicta siquidem in templo, in theatro, in foro, in conspectu Superioris patrata, severorem in se vindictam provocant, quam alia, in loco privato aut separato facta.

119 IV. *Tempus delicti:* cum, qui de nocte peccat, ob majoris metûs & periculi causam, non eadem, quam qui de die labitur, coercitionem sibi confiscat.

120 V. *Qualitas delicti:* dum, qui plena cum libertate, à nemine incitatus aut invitatus, ex mera petulantia in scelus ruit, seipsum gravioris supplicii condemnar. VI. *Quantitas delicti:* etenim, qui sæpius in eodem vel diverso genere delicti impingit, aut ostendit, se incorrigibilem esse; aut Poenam, quam prius fuerat dictata, nimis

121 discretam fuisse. VII. *Eventus delicti:* quodsi enim magna confusio, perturbatio, aut tristitia in Civitate vel apud majorem partem ex delicto seculata fuerit; dignum est, ut magna quoque Poena statuatur.

122 VIII. Causas, quam Poenam mitigant, non pandit in specie Grotius, sed *d. cap. 20. §. 25.* & seqq. magis agit de causis, ali-

P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

quem à Poena liberandi; casque dicit vel intrinsecas esse, vel extrinsecas. Pari dictione, sed diversâ explicazione, dicitur potest, subinde causam intrinsecam occurtere, quam Poenam emolliat; interdum extrinsecam. *Intrinseca* est, quam fundatur in circumstantia ipsius delicti, facitque, ut, si Poena, prout à Lege vel Legislatore fuit concepta, hic & nunc executioni mandetur, evadat injusta. Talis est I. *ignorantia*, non quidem inculpabilis (*haec enim ob defectum culpæ nullam admittit Poenam*) sed etiam culpabilis, non tamen omnino crassa & affectata: quia minor est in eo malitia, qui, licet in prohibitionem Legis inquire potuisse, Legem tamen reverâ ignoravit, & commoditate quâdam vicius; aut alia occasione distractus non inquisivit, ut clarè perhibet D. Augustin. *lib. de Adulterio conjug.* ibi: *non recte dici potest, si nescit homo, non peccat: sunt enim peccata ignorantium, quantumvis minora, quam scientiam:* unde, ut minor sit Poena, æquitas exposcit. II. est *defectus propositi*: si enim quis, 125 nullius mali conscientia aut avidus, in delictum potius incidat, quam illud quærat; si rationis diluculum prævertat & pervertat iracundia; si subitanæ exsurgat rixa; si metus gravioris mali minus eligere cogat; si crapula subruat mentem; si justus dolor vindictam stimulet, utique mitius procedet *Judex*, atque si ex proposito, de industria, ac studiosè quis occasionem delinquendi affectaverit. *Leviora sunt ea, que repente aliquo motu accidentunt, quam ea, que meditata & preparata inferuntur.* Cicero 2. *de Offic.* Et ideo majora supplicia illis decet imponere, qui consulto per iram interfecerunt. *Illis contra, qui repente & inconfulto, leviora.* Plato 9. *de LL.* III. est *infirmitas animi*, proveniens vel ex 126 sexu, sicut in mulieribus; vel ex æta- te,

Y y

te, sicut in minorenibus, & multò magis in impuberibus, respectu quorum, ob debilitatem judicii, malitiæ vel damni quantitatem tam serio non apprehendentis, non immerito rigor supplicii attempératur. Sicque intelligo, quod dixit Andronicus Rhodus apud Grotium *d. cap. 20. §. 31. n. 1.* *videtur factis turpibus excusationis aliquid adferre natura,* & delictum efficere tolerabilius. IV. est *informitas corporis*, circa quam Anton. Matthæus de Criminib. tit. 18. cap. 4. num. 21. dat exemplum bifarium: unum, si Poena criminis v. g. sit amputatio membra, sed reus adeò reperiatur imbecillus, ut verosimiliter conjiciatur, cum, amputatò membrō, decessurum esse: tunc enim Judex qualitatem Poenæ necessariò mutare tenetur, ne unà cum membro contra Legislatoris voluntatem vita perimitur: alterum est, si manus ex Lege sit præcidenda, vel eruendus oculus, reus autem unimanus aut monoculus existat; tunc siquidem Judex, ne reus duplici pulsetur virgā, potest & debet aliud Poenæ genus substituere.

128 Causa mitigationis *extrinseca* est, quæ non ex natura vel circumstantia delicti, sed aliunde ex motivo prorsus extraneo supervenit. Sic valet ad clementiam impellere vita antecedens, eximia cum honestate & virtute peracta, jam verò non ex toto abjecta, sed subità quâdam peccandi dulcedine obfuscata, velut indicat Grotius *d. lib. 2. cap. 20. §. 30. num. 3.* Perfas in exemplum vocans. Sic præclara merita, aut propriis aut majorum egregiis gestis comparata, effecerunt, ut M. Aquilius apud M. Antonium, ostensis, quas in corpore pro Republica nactus erat, cicatricibüs criminis repetundarum gratiam invenerit. Cicero in *Verrem*. Sic liberorum copia Hadrianum movit, ut Poenam reis pro illorum numero minuerit. Xiphilin. in *Epit. Dion.* Sic stemmatis & sanguinis nobilitas supplicium alleviat: nam, ut Plin. lib. 8. Epist. ult. ait: *video & à Medicis, quamquam in adversa valitudine nihil servi à liberis differant, molitus tamen liberos clementiusque tractari.* Vid. Pufendorf lib. 8. cap. 3. §. 17. Genera-

tim quoque Seneca lib. 1. de Clement. cap. 2. advertit: *nec promiscuam babere ac vulgarem clementiam oportet, nec absconditam.* Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus; sed, quia difficile est temperamentum, quidquid equò plus futurum est, in partem humaniorem preponderet.

Relaxatio seu totalis remissio commeritæ Poenæ num fieri possit? Dubitatum apud Veteres, & à Stoicis negatum fuisse, tradit Grotius *d. lib. 2. cap. 20. §. 21.* ex illa ratione, quòd, si Poena sit debita, propterea nequeat remitti: quia *Sapiens, quod facere debet, facit:* quasi verò, si reus debeat sustinere Poenam, Judex, præfertim Supremus, hòc ipsò sit obligatus ad puniendum: id quod dici non posse, sive consideremus, Poenam à Lege nunquam specificè determinatam esse; sive supponamus, jam præexitisse Legem poenalem, antequam peccatum sit, hunc ferè in modum §. 22. num. 1. demonstrat Grotius. Ante Legem i 30 poenalem constitutam si quis crimen admittat contra Jus Naturæ, Divinum, aut etiam Humanum (suppositò quòd actus v. g. fuerit prohibitus absque Poena adjecta) potest quidem à Suprema Potestate corripi; sed non semper debet: quia hoc pendet ex connexione finium, ob quos alioquin Poena imponitur, cum ipsa Poena. Quare si fines illi per se in morali estimatione necessarii non sint, aut alii fines ex opposito occurrant non minus utiles aut necessarii, aut fines Poenæ propositi aliâ viâ obtineri possint, jam appareat, nihil esse, quod ad Poenam exigendam præcisè obliget. Ponamus, delictum esse paucissimis cognitum, cuius proinde publica traductio non necessaria sit, aut damnoſa etiam: certè hic Poena dissimulari poterit juxta illud Ciceronis de Zeuxi quodam apud Grot. d.l. §. 22. I. adductum in *judicium fortasse dimitti non oportuerit: conquiri verò ad judicium necesse non fuit.* Post Legem poenalem potest delinquens à Poena eò certius absolvī, quò verius Auctor Legis potest Legem etiam totam ex num. 39. tollere, dum Legis humanæ natura est, ut à voluntate humana pendeat non in origine tantum,

tum, sed in duratione: facilius enim est, vinculum Legis circa personam aut factum singulare relaxare, manente de cætero Legis obligatione quoad omnes alios, quam Legem universaliiter abolere. Rectè igitur D. Augustinus: *Imperator licet, ait, revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere: quia non est subjectus Legibus, qui habet in Potestate, Leges ferre.*

133 Quamquam, uti dispensatio Legis, ut licita sit, ex num. 44. efflagitat probabilem causam; sic & dispensatio in Lege poenali nequeat licite fieri sine causa rationabili, quæ quidem, Authoro Grotiō d. l. §. 24. num. 3. major sit post, quam ante Legem poenalem: quia Legis authoritas, quam servari utile est, ad causas puniendi accessit.

134 Quodsi causa tam urgens non apparet, ut Poena ex toto remittatur, sufficiet fortasse, ut minuatur juxta illud Senecæ lib. I. de Clement. cap. 20. *Poenam, si tutò poterit, donet; sin minus, temperet.* Siquidem, ut Isæus Orator apud eundem Grotium §. 36. n. 1. dixit: *oportet Leges quidem constitui rigidas, sed Poenas exigi Legibus mitiores.* Laudaturque Rex Ægyptius apud Diidorum Siculum, quod imponeret *supplicia meritis minorata.*

135 Exceptionem à jure dispensandi seu, ut alias barbarō vocabulō effertur, aggratiandi communiter faciunt JCTi, præsertim Acatholici, in Poenis, quæ Jure Divino Veteris Testamenti sunt constitutæ; nominatim in Poena capitilis, homicidis præstitutæ. Ratio solet assignari: partim quia hæc Poena non solum in homicidas Judæos, sed universim in omnes homines, hominem occidentes, à DEO statuta videtur Gen. 9. vers. 6. ibi: *quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe DEI factus est homo;* partim quia dictamen Naturale præcipere videtur, ut, qui ex enormi malitia vitam alicui adimere non est veritus, Poenam talionis sustineat: cum alioquin cæteris, ne & ipsi talia patientur, satis prospectum non sit.

137 Verum in mea Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 5. tr. 1. cap. 3. à num. 73. jam declaravi meam sententiam, nuper etiam per amicō calculō Viri Clarissimi & Con-

sultissimi, D. Joannis Sigismundi Stapff, in Antiquissima Universitate Friburgensi Codicis & Juris Naturalis Professoris Celeberrimi in saepe jam de prædicato tract. de Majest. cap. 7. §. 4. probatam, & antehac à Samuele Pufendorf de Jure Nat. & Gent. lib. 8. cap. 3. §. 26. ac Thomasino in not. ad Huberum de Jure Civit. lib. 3. sec. 2. cap. 5. n. 9. admodum luculenter defensam, quod nimirum etiam in hisce Poenis Summa Potestas reo gratiam facere queat; hucque collimâsse Senecam existimo, quando d. lib. I. de Clement. cap. 5. ad Neronem scripsit: *quid memorabilius, quam eum, cuius iræ nil obstat, Potestate sùd in melius placidiusque uti, & hoc ipsum cogitatem, occidere contra Legem nemo non potest, servare nemo præter me.* Ratio 138 est: quia Poenarum, Jure Divinô Veteri injunctarum, amplissima series non pertinet ad Leges morales seu Naturales, quæ, licet in genere punitiōnem fontium demandant, qualitatem tamen & quantitatem Poenæ non exprimunt; sed pertinet ad Leges positivas & Judiciales: fuitque ab initio quidem pro Noëmo & tota illius posteritate à Divino Numine promulgata, posteà verò Reipublicæ Judaicæ specialiter per Moysen proposita Levit. 24. vers. 17. Exod. 21. vers. 12. Consequenter in Novo Testamento, ubi Leges ejusmodi Judiciales ex se vim amplius non obtinent, Poena capitalis, pro homicidis statuta, non aliter efficaciam sortitur, ac si in aliqua Republica liberè fuerit recepta: quemadmodum Poena capitalis in eum, qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, Levit. cap. 20. vers. 18. sancita; uti & in filiam Sacerdotis, si deprehensa fuerit in stupro, ibid. cap. 21. vers. 9. decreta, una cum aliis, in pluribus saltem locis, prædem exolevisse cernitur.

Quod autem statim post diluvium 139 hæc Poena Gen. 9. vers. 6. statuta legatur, variae sunt DD. interpretationes; è quibus illa præplacet, aut Poenam illam non fuisse propositam sub obligatione respectu Potestatis Politicæ, ut eam semper & in omni homicidio teneatur exigere (nam & de bestiis sanguinem, ubi hominem occiderint, requirendum esse, patet ex eodem loco

loco vers. 5. licet bestiæ propter rationis carentiam nec peccare nec propriè puniri valeant, indeque ob tale facinus vivere sinantur) sed magis, ut, si Judex voluerit, possit eam imponere, & delinquens, noxæ convictus, nequeat illam recusare; aut, si fuerit proposita sub obligatione, eandem diutiùs non durâsse, quām ad tempus Legis Gratiaz: sicut nec obligatio, occidendi animal mortiferum, de quo in d. vers. 5. nec obligatio, à carnis & sanguinis comeditione abstinenti, de qua in vers. 4. virtutem suam ad idem gratiaz tempus extendit.

141 Ne verò quis putet, homicidâ non sublatô, Reipublicæ sufficienter cautum non esse, meminerit, oportet, quod, cùm Legislator in sua Lege (saltem licite) dispensare non valeat, si viderit, dispensationem in detrimentum Reipublicæ cessuram, omnino credendum sit, in tali hypothesi, ubi homicida superstes in plura ejus generis sceleraruiturus creditur, dispensationem denegatum iri. Imò, cùm præter interfectionem, dentur alia supplicia, homicidam ad similia patranda inhabilem reddentia, v.g. relegatio extra fines Reipublicæ; deportatio in insulam; condemnatio ad tristemes; inclusio in perpetuum carcерem: nulla est necessitas, ut pro Reipublicæ salute simplex homicida

interficiatur. Quis ipse Creator 143 Divinus primum homicidam simul & fratricidam Cainum non tantum non capitis damnavit, sed etiam, ne ab aliis, uti non vanè metuebat, capite puniretur, speciali signo præmunivit, sicut legere est Gen. 4. vers. 15.

Facile tamen concederim, Principe 144 in concedenda Poenæ capitalis remissione non tam facilem esse debere in casu homicidii, utpote criminis ex natura sua gravissimi, præterquām si gravior & urgentior causa adfuerit: cùm gladium frustra non portet, sitque Vindex Divinæ Nemesis in omnes, qui scelera morte digna patraverunt. Rom. 13. vers. 4. Ziegler de Jurib. Majest. lib. 1. cap. 8. §. 3.

Pro colophone hujus §. insigne documentum, quod in lib. quest. Veter. 63 Novi Testament. cap. 15. D. Augustinus consignavit, adscribo. *Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata vero iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est justus: quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit, ubi pecces. Denique DEI temperata iustitia est. Peccantibus enim aliquando ignoscit, aliquando trascitur, aliquando reddit, non quantum digni sunt: suffert enim eos, ut sint, qui proficiant. Lex enim, quia seipsum mollire non potest, mitiganda est, ut possit prodeesse sub agentibus. Hic ergo justus non est nimium, qui DEI imitator est.*

## C A P U T III.

### De Jure circa Personas, Bona & Jura Subditorum.

**L**ESES, Privilegia, & Poenæ, quibuscum in anteriore Capite negotium nobis erat, versantur aut circa Personas, aut circa Bona, aut circa Jura Subditorum: hinc dispectione nostra dignum censuimus, generatim & speciatim inquire, quanta cum latitudine Summa Potestas ad hæc tria & amplissima Juris objecta, sece dilatare valcat.

SE-

## SECTIO I.

## De Summa Potestate circa Personas Subditorum.

## SUMMARIO.

1. Quidam adfringunt Potestatem in subditos absoluam. 2. & seqq. Sed isthac Potestas, nullis limitibus circumscripta, ex variis rationibus impugnatur. 8. Redarguitur Hobbesius, regulam liciti & illiciti ex Legislatoris voluntate defensionem. 9. & seqq. Per varia argumenta & auctoritates refellitur. 13. & seq. Non agnoscitur in Republica alia Potestas, quam ordinaria. 15. Ostracismus, quod cives potestiores aut nobiliores excludantur à Civitate, improbaeum. 16. Alias civis nullius frugis melioris essent fortuna. 17. & seq. Dua instantia levi impenit dispellantur. 19. Seditionis compescendi, que ejiciendi sunt. 20. De collegiis & sodalitatibus prospicere, ad Summarum Potestatem spectat. 21. Homo non est dominus vita. 22. Quando nocens est, potest à Republica occidi. 23. Innocens occidi nequit. 24. Adducitur in contrarium authoritas S. Thomae. 25. & seqq. Diversimode solvitur, & salvatur. 28. Tyranno, innocentis caput peremti, cum ejus occisione non est obsequendum. 29. Quia ad malum intrinsecum cooperari non licet. 30. & seqq. Latè ostenditur, in hoc passu magnam esse dissimilitudinem inter corpus humanum & Corpus Politicum. 34. Ostenditur etiam similitudo. 35. & seqq. Innocens ne quidem Tyranno ad ejus vindictam tradi potest, quando Civitas innocentem simul & seipsum defendere va-

let. 38. At si seipsum regnat defendere, sententia variant. 39. Resolvitur, traditionem fieri non posse. 40. & seq. Esto innocens ex charitate tenetur, seipsum dedere. 42. & seqq. Quia supponitur, quod aliunde salvus esse non possit. 46. & seq. Invitus tamen ad se dedendum cogi nequit. 48. & seqq. Satisfit objectioni, que patet, esse rem indifferentem traditionem innocentis. 51. Aliud est, se habere positive; aliud, negative. 52. Subditi non possunt cogi, nisi ad ea, que dispositioni Republica liberè subsunt. 53. Civis nocens justè deditur. 54. & seq. Innocentium quoque vita potest exponi periculo. 56. Quin & juxta aliquos obsides dari possunt cum iure occidendi, fide non servata. 57. Quisibus contradicuntur. 58. Data disparitate inter milites & obsides. 59. Consuetudo contraria non aliter, quam quoad impunitatem extrinsecam procedit. 60. Discremen inter mortem & occisionem notatur. 61. Exceptio quadam subjungitur. 62. Duplex hominum existimatio, naturalis & civilis. 63. & seqq. Prior non subjacet Summa Potestati. 66. & seq. Non obstante, quod homo sit dominus sua fama. 68. Prior subjecta est. 69. & seqq. Proponitur & dilinetur dubium, an Summa Potestas infamiam, in se redundantem, possit in civem honestum derivare? Facta distinctione iner delicta privata & publica.

## S. I.

## Quid &amp; quantum Summa Potestas Subditis præcipere aut injungere possit?

**Q**uidam ex Summa Potestate in subditos faciunt absolutam, & illimitatam, quam etiam plenitudinem Potestatis indigitare consueverunt, ratione cuius Summi Imperantes pro suo libitu circa subditos disponere, illisque pro arbitrio quodvis præcipere aut injungere valeant. Referuntur eorum nomina apud Vasquium Illustr. Controv. lib. 1. cap. 5. passim; & apud Samuelem Pufendorf lib. 8. cap. 1. §. 2. & seqq.

At melioris notæ Authores non agnoscent Potestatem tam effusam & dissolutam, præsertim in Republica & Statu Regulari, ubi nempe tyrannis & similia regendi monstra non inventantur: siquidem ex lib. 2. cap. 4. à P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

num. 6. jam constat, non esse Potestatem usque adeò solutam & absolutam, ut Legibus Divinis & Naturalibus, quin etiam Fundamentalibus, collum & caput subdere, sicque regimen subditorum illis adaptare, & nihil in eorum perniciem aut præjudicium attentare non teneatur. Et præterea, si Princeps aut libera Civitas quidpiam præcipiat, adstructis Juribus adversum, rectaque conscientiæ dissonum, illud sanè, tanquam ab eo, qui facultatem talia præcipiendi non habet, considerari, nec ad effectum deduci debet, juxta dictamen & dictaturam Divinæ Veritatis Actor. 5. vers. 29. ibi: oportet DEO magis obedire, quam hominibus. Nisi enim Leges, quas quisque tulerit, ad illam Z z Prin-

- Principem Divinam referantur, ad illamque respiciant, & illi sint omnes consentaneæ, & ad Naturam, qua nibil nisi iustum admittit, accommodatae existant, nullò pâth Lege sunt habende, neque hoc nomine dignæ censentur. Vida lib. 2. de Reipubl. dignit.
- 5 Certè, qui Civitates primitus introduxerunt, aut postea in Civitate coierunt, eâ fuerunt mente constituti, ut Jura illa Naturalia, jam ab æterno ex sapientissima DEI voluntate fanchita, & nullò unquam tempore alicui mutationi obnoxia, pessum dare, aut Supremæ in Civitate Potestati jus (quod nunquam habuerunt) ea infringendi cedere neutquam voluerint. Ipse que Civitatum primus Auspex & Præses DEUS, Imperium hominibus in homines concedendô, contra seipsum pugnâsse, atque Potestatem, quâ destruat, quæ ab æterno ædificavit, & principaliter in utilitatem humanæ societatis ordinavit, indulsiſſe censendus non est. Fidelis DEUS (vox est Apostoli 2. ad Timoth. 2. vers. 13.) seipsum negare non potest. Unde D. Thomas 1. 2. q. 95. art. 2. concludit: *omnis Lex humanitus posita tantum habet de ratione Legis, quantum à Lege Naturæ derivatur. Si vero in aliquo à Lege Naturali discordet, jam non erit Lex, sed Legis corruptio.* Et Lucas Penæus: *non erit Lex, sed foex;* & Baldus: *non Lex, sed lis;* & Marius: *non Lex, sed labes.* Simanca de Republ. lib. 4. cap. 19.
- 8 Foedum igitur errorem tradidit Hobbesius de Cive, qui apud Pufendorf cit. cap. 1. §. 5. protervè docuit: re-, „gulas boni & mali, justi & injusti esse „Leges Civiles, idéoque, quod Legis- „lator præceperit, id pro bono, quod „vetuerit, pro malo habendum. Inde „iniquum esse dicterum, Regibus non „esse imperandum, nisi justa præce- „perint: actionem omnem suâ na- „turâ esse adiapharam; quod autem „sit justa vel injusta, à Jure Imperan- „tis provenire. Confutatur & confunditur Vir iste, qui solo Christiani nomine gloriatur, ab ipsis Gen- tilibus, quorum constans & concors erat dogma, ab æterno Legem quan- dam, quam Naturalem appellamus, extitisse, à qua, velut prima humanarū actionum regula, nemo deflectere, nul-
- 9

laque actio, ab ea devians, justa esse pos- sit. Non enim, ait Cicero pro Milo- ne, hanc Legem didicimus, legimus, ve- rûm ex ipsa Natura hauimus, accepimus, expessimus: ad hanc non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. Ex lib. 2. de LL. inquit: *banc video Sapientissimo- rum fuisse sententiam, Legem neque domi- num ingenii excogitatam, neque scitum ali- quod Populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique Sapientiâ.* Ita Principem. Legem illam & ultimam mentem effe dice- bant, omnia ratione cogentis aut vetanis DEI: ex qua illa Lex, quam Dii humano generi dederunt, recte est laudata. Est enim ratio mensque Sapientis ad jubendum deter- rendumque idonea. Inde Tertullianus in apologet. cap. 4. si Lex tua, ait, erravit, puta ab homine concepta est: neque enim de Cœlo ruit: miramini hominem aut errare po- tuisse in Lege condendâ, aut resipuisse in re- probanda? Leges neque annorum numerus, neque conditoris dignitas commendat, sed equitas sola: & ideo, cum inique recogno- scuntur, meritò damnantur. Inde D. Augustinus Epist. 50. infert: quicunque Legibus Imperatorum, que contra verita- tem DEI feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Et serm. 6. de Verb. Domin. qui resistit, ait, Potestati, DEI ordinationi resistit. Sed quid, si illud jubeat, quod non debetas facere? Hic sane contemne Potestatem, timendò Potestatem. Sit itaque nobis, & cunctis, qui re- sta sapiunt, certissima conclusio, plenitudinem Potestatis in eo, quem re- tulimus, sensu esse figmentum ratio- nis Statûs; nec aliam in Republica Po- testatem esse, quam Summatum, eam- que ordinariam, cuius virtute possit Imperare, quæ sunt licita, aut saltem adiaphara; possitque de personis sub- ditorum eatenus disponere, quatenus exigit salus publica. Covarruv. libr. 3. Var. refolut. cap. 6. num. 8. Vasquius tustr. Controvers. lib. 1. cap. 5. n. 16. & seqq. Ertl de Jurib. Princip. exercit. 6. Domini- nicus Antunez Portugal tract. de Dona. Reg. to. 1. lib. 2. cap. 2. à nam. 10. Quod refertur illa Ciceronis sententia lib. 2. de Legib. Respublica nomen universæ Civi- tatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & omnia nostra ponere & quasi con- secrare debemus. Ex Philipp. 13. omnibus bonis

bonis expedit, salvam esse Rempublicam... Et 3. de Fin. omnia, que à nobis geruntur, non ad nostram utilitatem & commodum, sed ad patrie salutem conferre debemus. Et lib. 1. Officior. chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnia charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profuturus? Vasquius ubi supra num. 15.

15 Ex hac seniori doctrina fluit decisio illius quæstionis: possitne Summa Potestas introducere ostracismum, ut eum appellabant olim Athenienses, seu petalismum, prout vocabatur à Lacedemoniis, vi cuius cives opibūs, gloriā, amicis, potentia, meritis & dotibūs super alios conspicui jubeantur, aut ad certum tempus aut in perpetuum à Republica exulare, ejusque Magistratus & officia publica gerere prohibebantur? Respondendum enim negativè: quia, ut poenā efficiantur, qui virtutis, existimationis, aut divitiarum, ex Divina benedictione propriaque industriā partarum, abundantiam præcellunt; utve Civitate interdicantur, qui civibus florem, honorem, ac decorum conciliant, non solum æquitati & justitiæ Naturali, sed etiam utilitati publicæ refragatur. Sic enim homines nullius frugi, helluones, decoctores, & nullō non vitiō infames melioris sunt sortis, quam alij quicunque, qui vitæ sobrietate, mortuum nitore, agendi dexteritate, cœconomia intelligentiā inclarescunt: cum illi Reipublicæ gremiō, veluti maximè meriti, foverentur; isti, tanquam malefici ne quidem mansione & habitatione urbanâ digni censerentur. D. Pelzhofer Arcanor. Stat. lib. 3. cap. 9.

17 num. 4. Et seqq. Et licet aliqui ex Politicis obtendant, ex unius aut alterius nimia potentia vel authoritate seditiones interdum ortas, pacemque Reipublicæ turbatam esse: quia tamen hic timor per sepe vanus & pannicus est, nec tam periculum, quam incerta ipsius formido, subest: quia insuper proborum authoritate divitumque potentia non raro labantes jamjam Civitates succollatæ, insolentia scelerorum repressa, ac gemens interdum innocentia fuit restituta: impium est,

bonos ejicere, quod nonnulli ex iis evaserint mali. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. 2. cap. 2. §. 9.* Et 10. ubi etiam solidè respondet ad 18 elumbe quorundam argumentum, dicentium, non esse malum, extra patriam vivere: enim verò malum non est, quando quis fortunam suam alibi ex mera libertate ac suopte ingenio querit; non etiam quando, cum vellet in solo patrio vivere, exul esse cogitur. Alioquin exilium, relegatio, ac deportatio &c. non deberet inter poenas numerari, si absolutè loquendō malum non esset, à laribus & penatibus esse separatum.

Planè si quis actu seditionis esse deprehendatur, aut scelerata quorundam consilia & factiones detegantur, Rektor Civitatis potest & debet prospicere, ut, si necdum firmitatem habeant, in herba suffocentur, aut, si jam coaluerint, dissiperint; expulsis etiam, ubi necessarium videbitur, seditionis capitibūs & coriphæis. Pelzhofer d. l. num. 5. Nihil enim hæc peste in Republica deterius est, dum juxta Livium dec. 1. lib. 3. cap. 5. factiones fuere, eruntque pharibus Populis magis exercito quam bella externa, quam famæ morbi, queque alia in DEU Miras velut ultima publicorum malorum vertunt. Eternas esse opes Romanas, nisi inter semetipsos seditionibus serviant; id unum venenum, eam labem Civitatis opulentis repartam, ut magna imperia mortalia essent, judicabant alii apud cit. Livium lib. 2. cap. 25.

Huic consequens est, quod, licet ex 20 Jure Naturalis libertatis civibus sit concessum, collegia, sodalitia, & conventus inter se invicem habere, vel ut arctius stabiiliatur amicitia, vel ut opulentius vigeant commercia, vel ut floridiū adolescent artes & scientiæ; nihilominus, quia in ejusmodi conventionibus nonnunquam semina sparguntur generandis dissensionibus, simulatibus, ac rebellionibus perdonea; Summi Imperantis sit, ejus generis cætus & conciones, ubi quid simistrum haud vanè suspicatus fuerit, cohibere; aut, ne quid mali possit evenire, præscriptis Legum salutarium regulis præcavere. Böhmer cit. L cap. 4. §. 3.

## §. II.

*Quale Imperium Summa Potestas habeat in Vitam Civium?*

- N**ihil in homine pretiosius esse vitâ, cuius nequidem ipse dominium habeat, sed Supremo Necis & Vitæ Arbitro id reservatum sit, luculentius est, quam ut demonstratione egeat. Num verò Respublica vi Summæ, quâ fulget, Potestatis, non habeat Imperium in vitam civium? Impræsentiarum disceptatur.
- E**t sanè, ubi quis atrociori se delicto contaminavit, in confessio est, posse Summam Potestatem cum poena mortis in eum animadvertere, sicuti constat ex cap. antecedente à num. 72. docentque nostri Clarissimi Theologi, D. P. Alanus Pfeiffer in tract. de Restit. p. 2. disput. 2. art. 1. §. 1. D. P. Coelestinus Mayr in tract. de J. & J. quest. 2. art. 3. à num. 4. At, si quis integer vitæ scelerisque purus esse supponatur, jus directum in ipsius vitam Summæ Potestati collatam non fuisse, indicant Divina Oracula Exodi 23. vers. 7. insontem & justum non occides: quia aversor impium. D. Thomas 2. 2. q. 64. art. 6. Et, si alicubi in S. Scriptura innocentes occisi fuisse legantur, veluti Josue 6. vers. 21. & 4. Reg. 10. vers. 7. id ex speciali providentia & dispositione Superni Regis factum est. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 9. sub num. 37.
- N**eque existimes, Rempublicam habere jus in vitam hominis cujuscunque, sive culpâ sit liber sive gravatus, prout colligi videtur ex eodem S. Doctorum tum d. l. art. 5. dicente, eum, qui seipsum interficit, injuriam facere Rempublice, quia id, quod est, est communis, cuius est pars; tum in respons. ad 1. afferente, talem, qui seipsum interimit, peccare contra justitiam comparative ad suam Communitatem. Siquidem & alias, qui alteri vitam adimit, injuriam ipsi irrogat, tametsi jus veri dominii, veluti tenet constans omnium assertio, in vitam & membra sua nullus mortalium acceperit. Quin & patri & marito fit injuria, si suus illi filius, & huic sua conjux occidatur,

non quòd alicui competit jus in vitam, sed propter moralem connexionem, quam filius ad patrem, uxor ad maritum habet. Molina de J. & J. tract. 3. disp. 1. num. 9. Profectò, cùm quælibet Communitatis pars teneatur, actiones suas in commodum illius sacrificare, minùs injuriam facit Communitati, qui eidem per imperfectiōnem sui debita servitia adimit, atque famulus quisque infert injuriam suo hero, cui ante tempus conventum se suaque obsequia subtrahit.

Hæcque conclusio in tantum extenditur, ut ne quidem pro salute totius Rēpublicæ Summis Imperantibus innocentem liceat interficere, si v. g. tyrannus, qui Civitatem obsidet, petret sibi exhiberi caput cuiusdam innocentis, cum comminatione, quòd, si secus fiat, omnes cives ad internecionem delere velit. Molina d. l. disput. 10. num. 2. Clariss. D. P. Alanus Pfeiffer cit. tract. p. 2. disput. 2. art. 3. §. 1. Clariss. D. P. Coelestinus Mayr d. l. q. 2. art. 3. §. 2. Quod enim ab intrinseco malum atque à Jure Naturali graviter est interdictum, cuiusmodi censetur esse occisio innocentis, id in nulla circumstantia cohonestari vel licitum fieri potest: nec proinde facienda sunt mala, ut eveniant bona juxta monitum Apostoli ad Rom. 3. vers. 8.

Quòdsi existimes, eòdem modò se habere singulos cives ad Politicum Rēpublicæ Corpus, uti se habent membra ad corpus naturale alicujus hominis; & consequenter, sicuti membrum sibi præscindere valet homo, ut salvet corpus integrum; ita etiam Rēpublicam pro suiipsius conservatione unum aut alterum civem interficere posse: hæc similitudo, cùm valde claudicer, in adstructo sensu negatur. Nam cives, seu membra Politici Rēpublicæ Corporis, sunt superposita, per se subsistentia, ac personæ, inter se distinctæ; indeque sigillatim & separatim etiam considerati sunt in iuriæ

juris justitiaeque capaces, ut pote cum  
& extra Rempublicam vivere, &, si  
Respublica, cuius fuerant membra,  
destruatur, nihilominus superstite,  
suaque jura singularia retinere valeant.

**32** Membra econtra, corpus humanum  
& naturale integrantia, neque subsi-  
stunt per se, neque considerantur se-  
cundum se, neque ulla jura, estimatio-  
nem, aut considerationem aliter quam  
in ordine ad totum compositum ha-  
bent. . . Inde fit, ut membra corpo-  
ris humani, tametsi videantur esse  
sana, citra injuriam possint abscondi,  
eum duntaxat in finem, ut homo, cu-  
jus gratia sunt condita, supervivat.  
Cum è diametro civis innocens citra  
gravem injuriam nequeat per mortem  
à Corpore Reipublicæ ad hujus inco-  
lumentem propagandam separari:  
quia immotum, naturale, & invaria-  
bile præceptum est, ne innocens,  
quisquis ille sit, interficiatur. Molina  
*d. l. disput. 5. sub num. 3.* Card. de Lugo  
*de J. & J. disp. 10. sed. 4. num. 104.* Cla-  
riss. P. Alanus Pfeiffer *d. l.*

Quamquam adducta similitudo catenùs vim  
suam exercere valeat; quatenus insti-  
tuitur inter membra infirma alicujus  
corporis physici &c cives sontes, velut  
putida & putrida membra Corporis  
moralis: sicut enim ibi, ita & hic re-  
ferebatur membrum invalidum, ut  
totum Corpus in suo reboreat vigore  
perduret. Molina *d. l. disput. 10. sub n. 3.*

**35** An vero Civitati, vel ei, qui Sum-  
mam in Civitate Potestatem gerit, li-  
ceat innocentem obsecrori: v. g. eum  
petenti, ac simul interitum minitanti,  
tradere; ab ipsomet obsecitore jugu-  
landum? Perplexa est dubitatio; in  
qua quidem plerique contendunt, non  
posse id fieri, quando Civitas potest  
innocentem simul & seipsum defen-  
dere, tametsi defensionis eventus fo-  
ret incertus, certusque multorum  
hinc inde cedendorum interitus. Mo-  
lina *d. disput. 10. num. 6.*

Cum obligatio  
inter civem & Civitatem tanta sit, ut,  
si ista periclitetur, ille succurrere; &c,  
si patiatur ille, ista subvenire, sicque  
ex mutuo societatis civilis nexu mutua  
sibi invicem auxilia subministrare te-  
neantur; cumque praeter haec, atte-  
stante Cicerone *lib. 3. Offic. Naturapre-*  
*P. SCHMID JURIS PR. PUBL. UNIV.*

scribat, ut, homo homini, quicunque sit, ob  
eam ipsam causam tantum, quod is homo sit,  
consultum velit; & eodem differente  
*lib. 1. Offic. homines hominum causâ fint*  
generati, ut ipse inter se atque aliis prodeesse  
possent. At quando Civitas nequit 38  
seipsum unà cum innocentie conserva-  
re, sed moraliter est certum, totam  
Rempublicam esse dissipandam, nisi  
tyranno tradatur innocens, discrepan-  
tes invenio sententias, dum Vasquius  
*Illustr. Controvers. lib. 1. cap. 13. à num. 2.*  
Pufendorf *de J. N. & G. lib. 8. cap. 2.*  
§. 5. Vitriar. ad Grot. *lib. 2. cap. 25. q. 4.*  
propendent in negativam; Molina *cit.*  
*disput. num. 4.* Lessius *de J. & J. d. lib. 2.*  
*cap. 9. num. 38.* Lugo *cit. lib. num. 113.* Sim-  
pliciter tenent affirmativam; Sotus *de*  
*J. & J. lib. 5. q. 1. art. 7.* Schiarà *Theol.*  
*Bellica tom. 1. lib. 1. difficult. 19.* negant  
traditionis licitatem ex parte Civita-  
tis, admittunt autem obligationem se  
tradendi ex parte innocentis, at sind  
coactione Superioris; Grotius *d. lib. 2.*  
*cap. 15. §. 30. num. 3. & 4.* cumque secu-  
tus Kulpinius *exercit. 10. ad cit. cap. 25.*  
*num. 1.* & obligationem seipsum tra-  
dendi quoad innocentem, & simul in  
casu renitentie Potestatem cogendi  
quoad Civitatem adstruunt. In qua 39  
sententiarum discrepantia salvò mac-  
liori sentio cum tertia, quam etiam  
tuetur Clariss. D. P. Coelestinus Mayr  
*de J. & J. cit. q. 2. art. 3. §. 2.* tradicio-  
nem innocentis in manus hostium;  
ad necem cum potentium, ex ratio-  
nibus, pauloante delibatis, intentioni  
cum societatis Civilis tum sociorum in  
particulari quam maximè contrave-  
nire: neque enim alia ex causa in com-  
munem coctum plures se aggregarunt,  
quam ut virtus unita quoad vitam &  
res tutiores reddat, quos privata &  
separata vivendi ratio omnium inva-  
sioni exposuerat. Quin tamen ipse 40  
met innocentem ex charitate & pietate sit  
obligatus, pro salute patriæ in tam evi-  
denti discrimine se se hosti sistere, dum  
suò interitu, quem ex priori supposito  
aliunde declinare non valet, tot sibi  
charissimos, amicos, parentes, Supo-  
riores &c. ab exitio vindicare potest,  
non dubito: nam, ut pulchre differit  
Cicero pro P. Sextio: si mibi, in aliqua 41  
neque cum meis amicis naviganti, hoc soci-  
asset,

A a a

diffit, ut multi ex multis locis predones clas-  
fibus eam navem se oppresuros minarentur,  
nisi me unum sibi dedidissent: si id vectores  
negarent, ac mecum simul interire, quām  
hostibus tradere malent: jecissim me potius  
ipse in profundum, ut ceteros conservarem,  
quām illos me tam cupidos non modū ad cer-  
tam necem, sed in magnum vite discrimen  
adducerem. Et, ut idem de Finib. 3. scri-  
bit, vir bonus, & sapiens, & Legibus pa-  
rens, & civiliis officiis non ignarus, utilitati  
omnium plus quam unius alicuius aut sua  
42 consulit. Et quāvis unusquisque  
in societatem ivisse videatur ob suam  
potissimum utilitatem, ac charitas be-  
ne ordinata incipiat a se ipso, ex quo,  
juxta Terentium, Naturā comparatum  
est, ut omnes sibi metius esse malint, quām  
alteri, si que proxim quis fibinet proximus:  
43 attamen in talibus circumstantiis, ubi  
quis seipsum à mortis periculo redi-  
mere nequit, cūm tamen morte suā,  
aliunde indubitanter securā, om-  
nium ceterorum, in societate existen-  
tiū, vitam in salvo tueri possit, or-  
dinata charitas efflagitat, ut potius  
44 unus pereat quām unitas. Hinc re-  
stè Thucydides lib. 2. in Orat. Periclis  
ego, inquit, existimo, metius agi cum civi-  
bus privatim, si tota Civitas fortunata sit,  
quām si pér singulos cives felicē sit, publicē  
vero labefactetur. Nam, cūm evertitur  
patria, is, cui privatim bene est, nibil tamen  
minus & ipse evertitur: cui autem male,  
is in illa prosperē agente multō magis inco-  
45 lumis est. Laudandus capropter vide-  
tur Ciceroni de Finib. d. lib. 3. qui mor-  
tem oppetit pro Republica: qui docet, cha-  
ritorem esse patriam nobis, quām nosmetipsos.  
Ipse quoque in Lethio affirmat, sibi non  
minor cura esse, qualis Respublica post mor-  
tem suam futura, quām qualis hodie. Et  
in Philipp. 2. asseverat, duo hec se optasse,  
ut moriens Populum Romanum liberum re-  
linquat, &c, ut ita cuique evenias, ut de  
Republica bene merearatur.

46 Jam verò si renitatur innocens, ne-  
que heroicum charitatis aut pietatis  
actum per sui traditionem in ma-  
nus hostiles exercere, sed una cum  
multitudine perire velit, sentio qui-  
dem, eum eatenū compelli posse, ut,  
si nolit se resolvere, à Civitate possit  
deseri, & sic permitti, quō magis euri-  
dem tyrannus apprehendat, dum, qui

Reipublicæ incolumitatem pénī non  
habet, vicissim Reipublicæ defensio-  
nem non meretur; verū, ut positi-  
vè ad hoc adigatur, & in casum de-  
trectationis poenæ subjiciatur, aut  
violenter è Civitate ejiciatur, nec sua-  
deo, nec doceo: hoc enim verò nihil  
aliud esset, quām innocentem imimi-  
co mactandum sacrificare, & alieno  
furori insontem victimam litare con-  
tra dicta in num. 39. Sotus de J. & J. cit.  
lib. 5. q. 1. art. 7. Grotius d. lib. 2. cap. 25.  
§. 3. num. 1. Pufendorf lib. 8. cap. 2. §. 5.

Neque regeras: non esse rem ma-  
lam, sed indifferentem, innocentem  
tradere tyranno ad illius petitionem:  
cūm, facta traditione, possit illum  
non occidere, sed servare secum ad  
finem aliquem bonum aut indifferentem.  
Esto enim ex se hujusmodi tra-  
ditio non sit mala, considerata tamen  
juxta num. 35. in circumstantiis, ubi  
innocentis traditio urgetur ad mor-  
tem, ipsi inferendam, & Civitas per de-  
ditionem innocentis excidium à Com-  
munitate amoliri intendit, sanè non  
indifferens sed peccaminosa censi debet.  
Quemadmodum, si adversa-  
rius reposceret bellum juvenem au-  
virginem ad libidinem & voluptatem,  
cum illis excitandam, Respublica non  
potest hanc traditionem concedere,  
licet alioquin secundum se videatur in-  
differens esse: quia nempe in utroque  
casu ad malum, quod spectat adver-  
sarii intentione morali certitudine  
continget, Respublica cooperatur.  
Et ideo in mea Jurisprud. Canonico - Cr. 50  
lib. 5. tract. 1. cap. 2. num. 36. & seqq. ex  
multifariis Juris Romani textibus af-  
serui, eum, qui per antecedentem  
concursum scienter in delictum ita in-  
fluit, ac furi v. g. scalam aut sicario  
gladium porrigit, ut sine tali concursu  
delictum non fuisset admissum, ejus-  
dem cum principaliter delinquente  
criminis & supplicii reum esse: quia  
nihil interest, inquit JCtus in L. 15. ff. ad  
L. Cornel. de Sicar. occidat quis, an causam  
mortis prebeat.

Neque replices: ex hoc sequi, quod  
etiam tunc Civitas se criminis reum fa-  
ciat, quando civem, ad mortem re-  
petitum, deserit. Aliud namque est,  
positivè ad delictum concutere; aliud  
verò

verò negativè se habere, & non impedit, quando sine manifesta Reipublicæ pernicie nequit impediri. Illud profectò culpabile saniorum judicio videbitur; hoc non.

52 Neque urgeas: subditum à Superiori cogi posse ad faciendum id, quod ex sola charitate tenetur facere; non minus quam cives cogi possunt in magna frumenti caritate, quod habent, in medium conferre. Siquidem amplior est Civitatis Potestas circa res & bona civium, quæ subjacent liberæ illius dispositioni, quoties id falus publica efflagitat, quam circa vitam innocentis, quæ solius DEI arbitrio reservata, & humanæ Potestatis arbitrio nullibi concessa dignoscitur.

53 Semper autem de cive innocentie haec tenus fui locutus: civem enim nocentem, qui suâ culpâ causam Obsidionis Civitatis dedit, veluti Paris olim, quod Helenam Menelai Regis conjugem rapuerit, Græcos ad obsidem Trojam excitavit, hostili iracundia offerri posse, nemo inficias ibit: quandoquidem poenæ suos Autores tenere debent, & in illa tacita conventione, quæ inter concives habitabitur, non venit tuitio aut defensio malorum, sed tantum bonorum civium. Vasquius d. lib. 1. Controv. cap. 13. 15. allegans illud Horatii lib. 1. Epist.

*Quem sua culpa premat, deceptus omittet tueri.*

Et illud Claudiani in Eutrop. lib. 2.

*Cautior ante tamē violentum navita Corum*

*Prospicit, & tumide subducit vela procelle.*

*Quid jurat errores mersa jam puppe fateri?*

54 Id quoque concertantibus suffragiis est receptum, quod, licet homines in Civitates eo potissimum ex fine convererint, quod magis cum alia bona, sum præcipue vitam in tuto collocarent; nihilominus Summa Potestas ad defensionem Civitatis aut afferenda illius jura civium vitam ancipi peccato subjecere valeat. Molina de J. & I. d. tr. 3. disp. 1. n. 8. Ex quo enim bella fuerunt in mundum introducta,

ad se suaque tuenda; bellum verò sine milicibus, qui stringant arma, frustra instituitur: Summa Potestas cives ac subditos adigere potest, ut ad communium iurium assertionem aut conservationem apprehendant arma, pro patria dimicent, sicque mortis periculo vitam suam subjiciant.

Ex eodem fonte aliqui de duxerunt, posse in bello cives in obsides hostibus dari, eà lege & effectu, ut, si patrum, cum hostibus initum, violetur, ultimò possint affici suppliciō; juxta formulam, ex testimonio Pufendorfi de J. N. & G. lib. 8. cap. 2. §. 6. in traditione obsidum adhiberi consuetam: tradimus bosce in manus vestras, tanquam charissimam nostræ Civitatis partem, ut, nisi servaverimus, que convenere, nulli deprecemur, quod minus inferatis, quidquid placuerit. Sed, quam inepte fiat hæc deductio, exinde constat, quod in vitam innocentium ex sèpe dictis Civitas jus nullum habeat, nec proinde cum hostibus de vita ipsorum pacisci valeat. Postquam enim (verba sunt Grotii lib. 3. cap. II. §. 18. num. 1.) verior Sapientia nos docuit, dominium in vitam DEO exceptum, sequitur, ut solò consensu nemo cuiusdam jus dare possit in vitam aut suam aut civis sui. Nec parsitas est inter milites & obsides. Nam milites, quamvis pericolosam subeant aleam, attenuat nec conducuntur nec educuntur in stationem aut aciem, ut occiduntur, sed magis ut occident hostes: obsides vero non dantur, ut interficiant, sed interficiantur ab hostibus, ubi Civitas fidem pactam non servaverit.

Quod autem (rursus adhibeo verba Grotii d. I. num. 2. ) ex Recentioribus J. C. tis non ignobiles conventiones tales valere dicunt, si moribus firmenter, accipio, si jus vocant solam impunitatem, quæ in hoc argimento sèpe venit sub tali nomine: si à peccato immunes putant, qui ex conventione sola vitam admunt alicui, vereor, ne & fallantur ipsis, & periculosam autoritate alios fallant. Adstipulatur Clariss. D. Herz de Fide Pacta cap. 2. §. 4. num. 52. Et, si credas, ob sidem non peccare, quod vitam suam pro Civitate oppigneraverit, cum

cum etiam ex num. 40. & seqq. optis virtutis faciat, si mortem pro patria sustineat: haud tamen eodem colore hostes, in quorum manus obsides de venerunt, à peccato excusabis: quia totò, ut ajunt, cœlō diversa sunt, justè occidi, & justè mori: nam & Sancti Martyres sanctissimè mortem oppetierunt, etsi iniquissimè egerint, qui mortem intulerunt. Planè, si

quis (prosequitur Grotius) obses venit, est, aut ante fuit in numero graviter delinquentium, ac postea fidem à se datam in re magna fecellit, fieri potest, ut supplicium injuria vacet: quod tamen ita cum Guilielmo van der Muelen in *Commentar. ad hunc locum exaudiendum* venit, ut supplicium non aliter sit culpâ vacuum, ac si delicto sit commensuratum.

### S. III.

## *Quale Imperium Summa Potestas habeat super Existimatione Civium?*

Existimatio cuiuscunque hominis, secundūm se atque ex Naturali Jure considerata, est illa bona opinio, quam alii de nobis ob facta aut gesta laudabilia concipiunt. Civiliter autem spectatata consistit in honore, juribūs, & favoribūs, quibūs in Civitate gaudent, qui nominis integritate eritescunt. In priori acceptione Summae Potestatis non competit ullum Imperium in civium existimationem: partim quia in hoc sensu fama & vita pari dicuntur ambulare passu; & sicut Imperio Principis non potest adimi vita innocentis, ita nec auferri bona fama homini innocuo: partim quia ejus generis Potestas ad utilitatem Reipublicæ, cuius interest, homines melioris notæ fovere, non tantum nihil conductit, sed magis nocentum maximum causat, dum discrimen inter probos & reprobos tollit, & hoc ipsò, ut Civitas flagitiosorum agmine corrumpatur, efficit: partim quia sibi met contraria vel contradictoria sunt, per infamiam aliquem foedorum criminum reum arguere, qui nullum ejusmodi crimen admisit, sed potius per actiones honestas & laudabiles optimum sibi nomen conciliavit. Vid. Pufendorf libr. 8.

cap. 4. §. 9. Nec officit, quod in nostra sententia, quam suò quoque suffragiò firmavit Clariss. D. P. Coelestinus Mayr cit. tract. de J. & I. quest. 6. art. 5. num. 16. homo sit dominus suæ famæ, utpote per actiones proprias comparatæ; consequenter etiam

Summa Potestas ob dominium eminens in bona & jura civium non minorem hac in re facultatem habeat. Enimvero ex dictis in num. 13. & di-  
cendis in sect. seq. non agnoscitur aliud do-  
minium eminens Summae Potestati  
inefficere, ac quatenus exigit salus Re-  
publicæ: atqui ex num. 64. talus Rei-  
publicæ nullatenus exigit jus supra ho-  
minis existimationem: adeoque do-  
minium eminens ad eam minimè por-  
rigitur.

In posteriori acceptione dubium non invenio, quin Summa Potestas justis de causis possit effectus civiles, qui cæteroquin fluunt ex existimatio-  
ne naturaliter bona, tollere: quippe  
cùm pertineat ad tranquillum & auspiciatum regimen, etiam illis, qui impro-  
bino censentur, honores, officia, ac  
dignitates occludere, ut contingit in  
crimine læsæ Majestatis, in hoc intel-  
lectu ad liberos serpente ex cap. 2. n. 94.  
nec non in levi macula, quæ resper-  
guntur, qui sordidum vitæ genus  
quoad politicam considerationem  
profitentur per cap. dilectos II. de Excess.  
Prelat. I. neque famosis 2. Cod. de Dignitat.  
item in illegitimitate cap. si gens 10.  
Dift. 56. Pufendorf d. lib. 8. cap. 4. §. 23.

In eo dubium occurrit, num Prin- 69  
ceps aut alias, cui Summa incumbit  
Potestas, infamiam, in se redundantem,  
possit in civem probum & ho-  
nestum derivare? Cit. Pufendorf §. 10.  
distinguit inter delicta Principis dome-  
stica sive privata, & publica. Quoad  
delicta primi generis existimat, neque  
à Prin-

à Principe honestè postulari, neque à cive præstari posse, ut se pro Principe reum fateatur, ac maculam, quam ille revera contraxit, plausibili sceleris commentitiū prætextu in se recipiat.

70. Quoad delicta secundi generis censet, bonum civem non detrectatum, quin in casu, quō v. g. ex mandato Principis quid fecit, ex quo dampnum in Rem publicam dimanatu-

rum timetur, simulet, se proprio motu talia attentasse: cum hòc modò sulati publice consulere, & simul notam, si quam patiatur, facili manu eluere valeat. Nicolaus Hertius ad Pufendorf cit. l. b. Quam distinctio-  
nem assensu dignam arbitror, si quis alienam sibi culpam imputari patiatur absque mendacio, quod ab intrinseco malum, & ne quidem in extremo pericula concessum sit.

## S E C T I O II.

### De Jure Summæ Potestatis circa Res & Bona Civium.

#### S U M M A R I A.

72. In Regnis patrimonialibus Summa Potestas de bonis Civium liberè potest disponere. 73. In non-patrimonialibus tamen disponere valeret, quantum exigit salus publica. 74. Potestas hoc in sano sensu vocatur dominium omnium. 75. & seqq. Locus S. Scriptura Judith. cap. 3. v. 3. explicatur. 77. Locus aliud Daniel. cap. 2. v. 37. expliceretur. 78. Locus aliud ex Ezech. cap. 46. v. 18. adducitur. 79. Summi Imperantes tempore annona frumenti reclusionem & venditionem justè præcipiunt. 80. & 81. Ut & prohibent exportationem. 82. Nec non alia, publicè utilia mandant. 83. Sancti Imperantes rectè imponunt tributa. 84. Eorum descriptio. 85. & seq. Debentur pro sustentatione Principis & Ministerum. 87. Etiam si Princeps suā culpa redditus suos diffiperasset. 88. Etsi tunc sibi aliquid subruberet senecatur. 89. Debentur etiam propter sumptus extraordinarios, publica utilitas gratia à Princeps factos. 90. Quædam illa militares duras. 91. & seq. Debentur etiam si-

enò belli. 93. Si justum fuerit. 94. & seq. Debentur etiam à Genibus devicti. 96. & seq. Et malo magis à subditis rebellibus. 98. & seq. Ut tamen sit justa, debent esse moderata. 100. & seq. Indicti cum proportione. 102. Non adempta Principi facultate, tamen aut alterius eximendi. 103. & seq. Ecce applicari in usum & finem, ob quem præficia sunt. 105. De omnium obligatione remissione. 106. Rectigalium exactio antiquissima. 107. Describantur. 108. Dividantur in terrestria & aquatilia. 109. Offenditur aquitas terrestrium. 110. Nec non aquatilium cum insuminibus; 111. & seq. cum in mari. 113. Major causa ad maritimam quam stocasitatem requiratur. 114. Agitur de quantitate rectigalium, quando merces importantur. 115. Excipienda sunt merces, ad viuum necessaria. 116. & seq. Agitur de quantitate, quando merces exporeantur. 118. In petuntur faciliter prestantur. 119. Samovia ex D. Chrysostomo refertur.

#### §. I.

### Quid Summa Potestas circa Res & Bona Subditorum per Legem disponere valeret?

72. **A**nte omnia hic discriminē est statuendum inter Summam Potestatem in Regnis patrimonialibus, & non-patrimonialibus. In Regnis patrimonialibus, in quibus, ut loquitur Pufendorfius de J. N. lib. 8. cap. 5. §. 1. Princeps sibi ipsi quasi cives fecit, ac primus earum rerum, quas Civitas complectitur, dominium sortitus est, non id modo Potestatis habet, quod ex Imperio per se fluit, sed & quod quis paterfamilias habet in suo patrio. P. SCHMID. JURISPR. PUBL. UNIVERS.

monio. Et ideo, si dominium hoc illibatum servaverit, cives sua non aliò tenebunt jure, quam quō servi quondam Romæ peculia sua obtinebant; sic ut eorum possessio sit mere precaria, arbitrio Principis, quandounque visum fuerit, revocabilis.

In Regnis non-patrimonialibus, cum 73 Principi absoluta & vera proprietas in rebus subditorum non constet, repetenda est regula ex num. 13. tantum scilicet ei Potestatem concedi, quantum exigit Salus Publica, velut in varijs locis  
B b b

eis indicat; & docet Grotius, puta in lib. I. cap. I. §. 6. & lib. 2. cap. 14. §. 7. et seqq. & cap. 21. §. 11. & lib. 3. cap. 20. §. 10. Qui enim se sive in Civitatem contulerunt, non hoc ipsò dominium in res sibi proprias à se abdicarunt, sed Potestati solum Civili eas subjecerunt, ut juxta boni publici rationem & exigentiam de illis statuere valeat. Pufendorf d. l. §. 3. Quæ Potestas, quocunque nomine compelletur, si modò in sensu mox dato capiatur, non moror: possum enim cum Hornio, longam hinc disputationem texente in lib. 2. de Civitat. cap. 4. etiam dominium eminens vocare, quod emineat supra dominium privatorum, illudque sibi substernat & subordinet ad omnem usum & utilitatem, quam expedit felicitas & incolumenta Republicæ. Pufendorf d. l. §. 7. 75 Quod autem affertur ex libro Judith. cap. 3. vers. 3. ubi Syriæ, Mesopotamiæ, Libiæ, & Ciliciæ Populi in Rege Nabuchodonosore jus amplissimum agnoverunt hiscè verbis: omnis Civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes & colles & campi. Et armentaboum, gregesque ovium, & caprarum, equorumque & camelorum, & universæ facultates nostre & familie in conspectu tuo sunt, sint omnia nostra sub Lege tua: id sanè denotat spontaneam horum Populorum dedicationem in manus & Potestatem Nabuchodonosoris, non Regiò sed tyrannicò jure volentis omnem terram suo subjugare Imperio, velut ipse fatetur d. lib. cap. 2. vers. 3. Cujusmodi dedicatio constituit Civitatem planè irregularem, herilem nempe, quæ patrimoniali adhuc rigidior & durior est: quia de causa memorati Populi d. cap. 3. vers. 2. ad Holofernem, Principem exercitus, dixerunt: melius est, ut viventes serviamus Nabuchodonosori Regi Magno, & subditi sumus tibi, quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostraræ damna patiamur. & vers. 5. Nos & filii nostri servi tui sumus. Veni nobis pacificus Dominus, & utere servitib nostrarib. 77 sicut placuerit tibi. Quod insuper adducitur ex Daniele cap. 2. vers. 37. ad eundem Nabuchodonosorem dicente: tu Rex Regum es, & DEUS Caeli Regnum, & fortitudinem, & Imperium,

& gloriani dedit tibi: & omnia, in quibus habitant filii hominum & bestie agri: bohucres. quoque Cœli dedit DEUS in mani tua, & subditione tua universa constituit; aut juxta mox datam explicationem intelligendum, aut verius de Potestate Civili, quam habent Reges & Principes in omnes res, humano dominio subjectas, exponendum; nullâ verò ratione de dominio proprietatis absoluto accipiendum: alioquin vehementer reclamat ipsa Sacra Scriptura, veluti relucet ex lib. 2. cap. 4. num. 20. & seqq. & textus sat luculentus extat apud Ezechiem cap. 46. vers. 18. ut non accipiat Princeps de possessione Populi, oppressione deturbandos eos de jure possessionis ipsorum, de jure suo possessionem tradat filiis suis, ut non dispergatur Populus meus de jure possessionis sue. Resumantur dicta in lib. 1. cap. 4. num. 1. & seqq. & dicenda infra à num. 140.

Vi Potestatis hujus, prout à nobis explanata est in num. 73. possunt Imperantes statuere I. ut ingruentis annonæ tempore privatorum granaria referentur, ac frumentum, ibi reconditum, publicè venum justè exponatur pretiò. Nam, ut loquitur Lampridius apud Simancam de Republ. lib. 8. cap. 22. cùm erit annonæ difficultas, „Præfectus Urbi cogere debet frumenti dominos, ut (excepto eō, „quod ipsis & eorum familiæ necessarium esse videbitur) reliquum cœteris civibus publicè vendant: quod „ut commodiūs fiat, compellendi „sunt frumenti possessores, ut illud „profiteantur: qui verò aliquid occultaverit, aut pluris, quam æstimatum sit, vendiderit, utpote violator Legum & hostis universæ Rei publicæ, severissimè puniendus est. II. ut, si frumenti aliarūmve rerum defectus advertatur, aut timeatur in provincia, nullus quidpiam ad extraneos deportare præsumat: unaquæque enim Respublica, & qui Reipublicæ membrum est, eō collimare debet, ut ipsa potius, quam alia & extranea, rerum necessiarum abundantia sublevetur. Et licet apud extraneos, quam cives, magis lucrum ex distractione hujus aut alterius rei sperari queat; meminisse tamen oportet memo-

memorabilis effati Imperatoris Justinianni l. un. §. 14. Cod. de Caduc. tollend. quod communiter omnibus prodest, id privatæ cuius cuncte utilitati præferendum est. III. ut excolantur prædia, & ad frugem reducantur; modus statuatur luxui ac

prodigalitati; ac denique, quidquid ad res & bona augenda pertinet, propiciatur, &, quidquid econtra ad ea diminuenda vergit, intermittatur: de quibus & similibus Legibus eruditè scribit Pufendorf d. lib. 8. cap. 5. §. 3.

## S. II.

### Qualiter Tributa imponenda aut pendenda sint?

UT Summa Potestas agnoscatur ut talis, pro infallibili tessera omni fere tempore tributa ex bonis subditorum fuerunt præstata juxta Divinum Oraculum ad Rom. 13. vers. 5. & seqq. ibi: subditi estote &c. ideo enim & tributa præstatis. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributa &c. Accedunt textus alii ex lib. 2. Reg. cap. 8. vers. 2. lib. 3. cap. 4. vers. 6.

Sunt autem tributa nihil aliud, quam penitentes aut contributiones publicæ, seu, ut describit Pufendorf d. cap. 5. §. 4. merces, quam singuli pendunt Civitati pro defensione salutis & bonorum suorum, & ad tolerandos, qui hinc requiruntur, sumptus; & hoc ipso ex natura ipsius Imperii debentur: siquidem, cum societas humana sit Naturæ, omnia necessaria ad ejus conservationem erunt de Jure Naturæ: igitur ad conservationem & bonum commune Reipublicæ poterit Rex justè à subditis pecuniam exigere. S. Thomas lib. 3. de Regim. 2.

Princ. cap. 11. Unde non inficte Cicerio pro L. Manil. tributa nuncupavit ornamenta pacis & subsidia belli; ac Tacitus Annal. 13. 50. 2. dissolutionem Imperii instare docuit, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuantur. Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 6. cap. 6. num. 5. Grotius lib. 1. cap. 2. §. 7. n. 12. Sotus de J. & J. lib. 3. q. 6. art. 7.

In specie verò tributa justè indicuntur I. pro congruenti ac decenti sustentatione Principis & Ministrorum Reipublicæ, sive bona propria, hunc in fine deputata, deficient; aut, quæ olim assignata fuere, non sufficiant: nihil enim æquius aut laudabilius est, quam eos, qui se suaque ex integro Reipublicæ commodo devovent, publicis sumptibus honorare. Ideo D. Thomas cit. l. nova, inquit, qualitas

suis stipendiis unquam, & quoddam Jure Naturæ unusquisque de suo labore debet reportare mercedem, ut probat Apostolus in Ep. I. ad Corinth. binc est, quod licet Principibus à suis subditis tributa & annuos census percipere. Unde, cum Apostolus in ea Epistola, que est ad Romanos, probasset, omne dominium à DEO esse provisum, tandem perfuadet, eisdem retribuere pro labore: ideo, inquit, & tributa præstatis, Ministri enim DEI sunt, in hoc ipsi servientes. Hæcque tributa exigendi causa non cessat, etiamsi Princeps suâ culpâ, nempe luxu, luxuriâ, prodigalitate, injustitiâ belli bona Coronæ seu redditus, ad suam sustentationem ordinatos, contra ius & justitiam graviter delinquendô dissipasset: quamdiu enim Princeps est, atque Principis officiô, curâ, & sollicitudine fungitur, juxta Divinum & Naturale præceptum dignus est stipendiô; manetque semper & indistinctè verum ipsius Increatæ Veritatis oraculum Matth. 22. Reddite, que sunt Caesaris, Cesari. Card. de Lugo de J. & J. disp. 35. sed. 2. n. 19. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 33. dub. 6. n. 48. ubi tamen notabile temperamentum subjicit Molina de J. & J. tr. 2. disp. 667. n. 5. ita disserens: debere tunc Principem contentum esse mediocribus sumptibus; &, si progressu temporis deveniret ad abundantiam, id est, meliorem fortunam, debere populis resarcire, quod suâ culpa fecit illos plus insumere &c. Clariss. P. Söll de Tribut. p. 2. cap. 2. n. 87.

II. tributum licet exigitur, quotiescumque Princeps publicæ securitatis, utilitatis, aut necessitatis gratiâ sumptus quosdam extraordinarios facit, veluti quando Regnum aut provinciam à latronibus, mare à piratis, urbem ab incursione hostili, patriam à contagione vel similibus malis defendit

dit, aut liberat. Pelzhoffer d. cap. 6. n. 5. Quò pertinet, quod monumentis consignavit Doctorum Angelus de Regim. Princip. cit. lib. 3. cap. 11. ars, inquiens, imitatur naturam, & ea non deficit in necessariis; ergo neque ars: sed inter omnes artes ars vivendi est melior, ut probat Cicero in Tūsculanis questionibus, eò quod cæteræ artes ordinantur ad ipsam: ergo in necessariis Regni Rex non debet deficere, sed potest supplere omnem defectum ad Regnum conservandum: & ideo potest 90 legitimas exactiones facere. Quodsi tamen hujusmodi causa securitatis, necessitatis, aut publicæ utilitatis postmodum cessaverit, cessat etiam facultas repetendi tributum: cum nihil sit naturalius aut justius, quam ut, causa cessante, cesseret effectus. Sotus de J. Et J. lib. 3. quest. 7. art. 7. Molina d. l. disp. 667. num. 1. Pelzhoffer cit. loc. sub num. 2. Nisi, ut Molina limitat in num. 6. tributum foret in perpetuum impositum ex pacto, cum subditis initō ratione cuius Princeps pro certa annua recognitione in se v. g. suscipit defensionem patriæ, maris, & civitatis, quocunque incursu vel irruptione hostili impugnetur. Videatur Clariss. P. Alanus Pfeiffer de Restitut. part. 2. disp. 5. art. 6. §. 3. q. 2.

91 III. tributum jure petitur titulō belli, quod, quia sumptuosum est., magnōque apparatu & impensis constat, absque subsidio geri nequit, ex vulgato jam Taciti effato 4. Hist. 74. 2. neque quies Gentium finē armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia finē tributis baberi queunt; cui succinit D. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 74. ibi: ad hoc tributa præstamus, ut propter necef- 92 saria militi stipendum præbeatur. Unde Justinianus in sua Nov. const. 8. cap. 10. §. 2. profitetur: inevitabilis est tributorum ex- actio: quia militares expensa magnā indigent diligentiam, & non possunt citra pecunias hæc agi. Et Justinus const. 149. cap. 2. in Novell. impossibile est, ait, ut tributis non illatis Respublica conservetur: militares namque copiae, assignatō fibi salario inde percepit, hostibus resistunt, & civitates agros que defendunt, & que à collatoribus contribuantur, partim in ipsis, partim propter ipsis inserviuntur & impendantur; nobis autem prorsus nihil inde preter istarum re-

rum caras babere contingit. Supponitur autem, bellum, quod movetur, justum esse: nam, qui bellum injuste movet, non tantum peccat, & subditos finē titulo gravat, sed etiam ad restitutionem omnium damnorum, 93 ipsis causatorum, in conscientia obligatur: effectus enim injusti belli sunt injusti. Grotius lib. 3. cap. 10. §. 3.

IV. tributo legitimè subjiciuntur gentes, bellō justō devictæ: cum enim victori in bello justo licet in viatos liberiū agere, nec tantum nocentes vitā exuere, sed etiam provinciam devastare, ac prædia & bona sibi suoque patrimonio addicere; licebit quoque de bonis & prædiis, devicto populo ex gratia concessis, onus annuæ contributionis imponere, vel ad vindicandam injuriam, sibi perperam irrogatam; vel ad resarcienda damna, per bellum causata; S. Scripturā sic permittente, & probante Deuteronom. 20. vers. 10. ibi: si quando accesseris ad expugnandam Civitatem, offeres ei primam pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, ac serviet sub tributo. Grotius lib. 3. cap. 15. §. 6. Schiara Theolog. Bell. lib. 1. difficultat. 15. num. 6. & citati ibidem. Quamvis Molina d. tr. 2. disp. 674. n. 1. requirat, ut spectatis omnibus circumstantiis, tributum sit commensuratum damnis, & sumptibus, in bello factis, nec non culpa devictorum.

V. ex eadem vel majori causa tributis ex æquo gravantur subditi, rebels, seditionis, & contra Principem aut Rempublicam insurgentes: sicut enim per facinus tam enorme ipsissimum bonis, quin & aliquando vitā possunt exui; ita & collecta quādam, relictis ex clementia bonis, mulctari valent. Less. de J. Et J. d. lib. 2. cap. 33. dubit. 6. num. 49. Card. de Lugo de J. Et J. disp. 36. num. 22. & alii, quos citat & sequitur Clariss. P. Söll de Tribut. cit. p. 2. cap. 2. num. 89. tum ut memoriam habeant admissi sceleris, & consideratione. mulctæ ab ausibus nefariis absterreantur; tum ut vires, quibüs ſæpe redundunt audacieores ad delinquendum, acciduntur; tum ut damnorum aut expensarum, si quæ fieri debuerint, compensatio recipiantur.

Ne

98 Ne verò tributorum exactio justitiae limites excedat, debet observari moderamen, & ultra vires aut necessitatē hujusmodi præstatio non imponi; dum, qui nimis emungit, elicit sanguinem. Proverb. cap. 30. vers. 33. Oportet enim, monente ita Ferō in cap. 22. Matth. Principes, si Christiani sint, ac gravissimam DЕI vindictam incurrere nolint, attendere, ne supra modum gravent ac opprimant plebem: cùm ipsum Numen Opt. Max. prohibuerit in Lege Veteri, ut, cùm Populus Regem constituerit, *non multiplicet sibi equos*; quō verbō, ex mente cit. Feri, omnes inutiles impensae prohibentur, propter quas Populus gravatur, ita ut, qui contrarium facit, injustè faciat, atque ad restitutionem teneatur. Oportet Principes rememorare, quod ex Cominæ conquiritur Illustr. Pelzhoffer cit. l. num. 3. magna est quorundam iniquitas, qui, nullā necessitate coacti, pecuniam pro sua libidine imperant, & amplum alunt satellitium, ut miseram multitudinem in metu contineant; eamque deinde pecuniam temerè & voluptuariè profundunt nullō cum Republicæ bonō, & de quotidianis sumptibus nihil remittunt, assentatorum semper stipati turbā. Certe Tiberius Cæsar apud Sueton. Tranq. cap. 32. Præsidibus, onerandas tributō provincias suadentibus, rescripsit: *boni pastoris esse, tondere pecus, non degubere*; & Tacitus Annal. 4. 72. 2. suadet, ut moderatio servetur, ne grandia nimis sint tributa, sed modica, pro copia scilicet aut *angustia rerum*; & Lipsius Civ. Doctr. lib. 4. cap. II. num. 67. odit Principem, qui pernas ita incidit, ut nequeant renasci: indeque argutè ingeminat: *carpe, carpe, nisi facis, jure insurgent* & clamabunt: *sibi quoque duos Deos adesse, paupertatem* & imponentiam. Deinde observanda est proporcio inter personas, ad tributum solvendum obstrictas, tantaque singularis imponenda portio, quanta facultatibus & viribus sui patrimonii correspondet: qui enim pluribūs abundat opibūs, plura in Republicæ, à qua majori indiget protectione, subsidium conferre potest & debet. Molina disp. 668. num. 1. Pelzhoffer d. lib. 6.

P. SCHMID JURIS PR. PUB. UNIVERS.

cap. 6. n. 2. Pufendorf cit. lib. 8. cap. 5.

§. 6. Itaque nec per bonam maiorem gratiam Princeps hunc sublevarē, illum premere debet. Lipsius d. lib. 4. cap. II. num. 104. ut enim sol & dies omnibus in commune nascitur; sic debet Princeps & incommoda aut commoda ciuitatum non divellere, sed omnes eadem aequitate continere. Vix credas, ubi iniquitas, quantum angantur, infida humano ingenio inuidia, ut pari dolore aliena commoda ac suas injurias metiantur. Tacitus I. Histor. 8. 2. Lipsius d. l. num. 105. & seq. Quin autem Princeps ex justa causa possit unum aut alterum eximere ab obligatione solvendi tributum, haud licet hæsitare, præsertim si damnum, quod exinde sentit communitas, quatenus onus, uni aut alteri ablatum, reliquis accrescit, aliunde compensetur. Nam & in aliis Legibus, à se latis, Princeps ex justa causa dispensandi facultatem obtinet. Petra de Pot. Princ. cap. 32. dub. 2. num. 9. Schiara Theol. Bell. lib. I. difficult. 12. num. 15. Clariss. P. Alanus Pfeiffer de Restitut. p. 2. disp. 5. art. 6. §. 3.

q. 4. Adhæc obligatur Princeps, vel 103 alius, tributa recipiens, ut ea præcisè applicet in usum & finem, in quem indicta & præstata sunt: quippe æqualis est in justitia, tributa sine justa causa exigere, vel ea, ex justa causa ab initio exacta, ad usum aut finem illicitum impendere. Vasquez & Azor apud & cum P. Söll de Tribut. p. 2. cap. 2. q. 2. num. 82. Adeoque non licet privatum elargiri, quod avidius de Republica sumat. Tacit. 2. Histor. 84. 5. Neque ex plere biantes in magna fortuna amicorum cupiditates. Idem ibid. I. 12. 4. Neque per delicias aut sumptus pecunia illudere. Idem ibid. 2. 94. 5. exemplò Alexandri Romani, qui aurum & argentum raro cuiquam nisi militi divisit: nefas esse, dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas suorumve converteret id, quod Provinciales dedissent. Lipsius cit. lib. 4. cap. II. n. 98.. Qualis & quanta de reliquo sit obligatio solvendi tributa in foro conscientiæ tradunt cum Jureperitis Theologi; quos inter consuli possunt Molina de J. & J. tr. 2. disp. 674. Clariss. P. Engel p. m. ad tit. Decretal. de Constitut. num. 46. Clariss. D. P. Alanus Pfeiffer de Restitut. p. 2. disp. 5. artic. 6. §. 2. & 3. §. III.

Ccc

## §. III.

## Quā ratione Vectigalia exigi &amp; præstari valeant?

106 **V**ectigalium usus non minus quam tributorum jam ab antiquissimis temporibus, veluti testatum facit Grotius *de J. B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 14. num. 2.* invaluit, & quoad exactiōnem ex parte Imperantium ac præstationem ex parte subditorum & aliorum, æquiparatur tributo à Jure tum Naturali tum Divino per textum Apostoli ad Roman. 13. ibi: *reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal;* hōc ferè solō inter tributum & vectigal observatō discrimine, quod tributum peti soleat & debet tantū à subditis, aut qui bona in provincia tributum exigentis habent sita; vectigal autem tam à civibus quam extraneis, locum vectigalem transēuntibus, petivaleat. Est enim vectigal, describente Molina *tract. 2. diff. 662. num. 1.* tributum, quod solvitur ob asportationem aut exportationem rei alicujus, vel ob transitum, aut propter venditionem, vel contrahendum aut actum alium: & consequenter, si extranei merces v. g. importent in aliquam provinciam, aut per illam transeant, vectigal pendere tenentur. Videantur laudati Theologi in *num. 105.* & addantur Sotus *de J. & J. lib. 3. q. 6. art. 7.* Lessius *de J. & J. lib. 2. cap. 33. dubit. 1. & 8.*

108 Vectigalia autem duplia sunt, *terrestria,* quæ à personis aut mercibus, terrestri itinere commēantibūs, exiguntur; & *aquatilia,* tum fluviatica, tum marina, quæ petuntur à personis aut mercibus, ratisq[ue]t navis beneficio per flumina aut maria in- & aechi coniunctis. Vectigalium terrestrium æquitas demonstratur ex eo, vel quod agris persæpè detrimentum per oneraria plaustra inferatur, sumptuque sit opus ad vias muniendas; vel quod pontes, ob rivos aut flumina intercurrentia facere & reparare necessum sit; vel quod commoditas in itinere viatoriis & mercibus procuretur; vel quod Princeps aut Respublica securitatem transēuntibus præstet; vel quod Civi-

tas modicam saltem recognitionem non injustè petat à mercibus peregrinorum, quas patitur per suam dititionem immediate transire, non erectā stapulā, ratione cuius cives ejus poterant lucrum capere. Grotius *d. lib. 2. cap. 2. §. 14. num. 1. & seqq.* Pufendorf *lib. 3. cap. 3. §. 7.* Vectigalium aquatilium justitia non equidem difficultatem patitur in fluminibus, quæ cùm non raro suis exundationibūs & arrosionibūs agros vicinos subruant, ac subinde aggeribūs coerceri debeat, non iniquum est, ut in solarium horum damnorum modici quid solvatur à vectoribus, uti discurrit *cit.* Pufendorf. At in fretis seu mari difficultas inde videtur enasci, non quod mare secundūm principiā Grotii sit positivè liberum (contrarium enim alibi probatum dedimus) sed quod transitus navium, quando sunt inermes, ad res innoxiae utilitatis *ex lib. I. cap. 1. num. 84.* referatur; quæ tamen paritate, à vectigali terrestri emutuatā, facile dispellitur, dicendō, quod, sicut æquitati non repugnat, ab iis, qui lucrum ex transitu per nostrum territorium quærunt, et si innoxia sit utilitas, aliquam portiunculam detrahere; ita justitiae neutquam aduersetur, etiam ab aliis, qui lucrum ex transitu per nostrum fretum sectantur, parum aliquid accipere. Pufendorf *cit. l. Ziegler de Jur. Majest. lib. 2. cap. 7. §. 13.* Böhmer *in Introduc. ad Jus Publ. part. spec. lib. 2. cap. 9. §. 20.* Nihil addendō, quod, si à Domino maris sumptus aliqui sint faciendi ob signa constituenda, notanda brevia, vitandos scopulos, aut ignes, qui nocturno navigantium cursui deserviant, alendos, piratas repellendos, portus muniendos & reparandos, jus petendi vectigalis nemini non patet. Etsi citatus Pufendorf fateatur, vectigal maritimum, cùm in communi estimatione longè sit odiosius quam terrestre, moderatè & citra avaritiam tractandum; posseque à non paucis absque negotio tales affiri

ferri rationes, unde se ab isto vectigali exemptos prætendant.

<sup>114</sup> Cum eodem Authore lib. 8. cap. 3. §. 5. de vectigalium quantitate ulterius ita discurrendum est. Aut merces aliquæ noviter in provinciam importantur; aut ab ea exportantur. Si importentur, nec tam necessitati, quâm potius luxui & superbiæ deserviant, gravius quâm cæteræ res vectigalibus onerari possunt: partim quia, ut docet Huber de Jure Civitat. lib. 3. sect. 3. cap. 1. num. 16. & seq. solæ res exoticæ ac non-necessariæ quondam vectigalibus fuerunt subjectæ: partim quia sic luxus & superbia refrænatur: partim quia homines locupletes, qui plerumque talibus mercibüs utuntur, majorē gabellam facilius quâm alii non-locupletes pendunt: ut verè dixerit Simanca de Republ. lib. 9. cap. 24. incommodum hic sentire tantum eos, quorum fortunæ id ferre possint; nec ob hanc jacturam ad inopiam redigendos, sed fortasse reddendos esse frugaliores, ut pecunia jactura morum bona sarcatur.

<sup>115</sup> Quòd si verò necessitati ac quotidiano victui deserviant, aut omnino à vectigali liberandæ, aut non nisi in casu necessitatis leviter onerandæ sunt: cum in tali circumstantia gravius patiantur pauperes, quâm divites; nec Respublica lucrum ex sudore pauperum elicere cupiat. Lessius d. lib. 2. cap. 33. dubit. 7. n. 50. & seq. Ziegler de Jurib. Majest. d. l. cap. 9. §. 2.

<sup>116</sup> Si exportentur merces extra provinciam, ponderandum est, utrum expediat Reipublicæ, eas exportari, necne. Sinon expediat; vectigalia haud illicite possunt intendi, quatenus avari eucliones non ita proclives fiant ad lucre, cum incomodo Comunitatis ca-

ptanda. Sin autem expediat; ve-<sup>117</sup> ctigalia non tam intendi quâm minui oportet, ne cum Reipublicæ damno lucrum nimium ad paucos & privatos transfundatur. Debet tamen ob ocu-los semper observari celebris sententia Alexandri M. qui, cùm audisset, longè plus vectigalium à civitatibus au-ferri posse, dixit: *olitorem odi, qui radicius berbas excidat.* Lipsius d. cap. II. n. 67.

In quibus verò rebus præstan-<sup>118</sup> dum sit vectigal, nihil ex ratione vel Authoribus determinatum ad-vertor. Pecunia quidem res om-nium commodissima videtur, ut-pote quâ merces, quarum diminutio gravior est dominis, quasi redimuntur; at absolutè loquendo potest etiam ex mercibus ipsis aliqua portio detrahi, nisi planè talis sit indolis, ut, si aperiatur aut minuatur, merces ipsa deterior reddatur; quemadmodum accidit in vino aut cerevisia: caveri enim vix potest, ut, si aquâ repleantur vase, vi-num non fiat spurcum aut debile; &, si repleantur, non fiat acetum, ait Zieglerus d. l. cap. 10. §. 3.

Cæterum de vectigalium solutione<sup>119</sup> notabilis est sententia D. Chrysostomi in Epistol. ad Rom. bomil. 23. cùm vectigal Regi damus, nunquid tanquam prospicienti, nunquid tanquam præsidenti, cur a tuitionis-que mercedem solventes? Atqui nihil illi solvissimus, nisi ab initio utilem nobis talem fuisse Prefecturam cognovissimus. Verum propterea ab antiquis temporibus communis omnium sententia Principes à nobis sustentari debere, visum est, ob id, quod sua ipsorum negligentes comunes res curant, universum-que otium ad ea impendunt, quibus non solum ipsi, sed & que nostra sunt, salvantur. Plura de vectigalibus, eorum modô & men-sura legere erit apud supra cit. Huber.

### S E C T I O III.

#### De Jure Summae Potestatis quoad Jura Civium.

##### S U M M A K I A.

120. *Declaratur, quanam iurabic in disceptationem venient.* 121. *Subjacent illa quoad determinacionem Summa Potestatis.* 122. *Ratione alienationis.* 123. *Conditionis.* 124. *Traditionis.* 125. *Effectus Civilis.* 126. *Ficti donatio.* 127. *In quibus casibus nihil agitur con-*

- tra Ius Naturale.* 128. *Concordatur nobiscum Hornius.* 129. & seqq. *Summa Potestatis potest inhabilitare civiles ad acquitrenda iura.* 132. *Excludere ab occupatione locorum desertorum.* 133. *Via publica.* 134. *Mineralium.* 135. & seq. *Non obstante l. 3. Cod. de Metall.* 137. *Iure ab*

*ab occupatione thesauri.* 138. Ferarum animalium. 139. Es eorum, que in fluminibus reperiuntur. 140. Pro tibernis & aquis saluaribus nil accipere licet. 141. & seqq. Jus, subditis semel acquisitum, citra iusticiam nequit auferri. 144. Excipiant causas necessitatis &

utilitatis publica. 145. & seq. Ubi tamen dominum, quod particulares persona sustinuerunt, resarcendum erit. 147. & seq. Quidquid contra opponat Hornius. 149. & seq. Litera moratoria non iustè in certis circumstantiis concedantur. 151. Quia jus creditoribus per eas non admittit.

## §. I.

*Quid possit Summa Potestas circa Jura Civium  
quoad determinationem?*

120 **P**er Jura Civium hic præcipue denotantur ea, quæ fluunt ex jure proprietatis, seu jure stricto, quō quisque habet alterum sibi obligatum ad faciendum aut omittendum aliquid in suum præcise commodum; nempe jus ad rem, & jus in re, cujus species sunt dominium, servitus, pignus, possessio: cuiusmodi jura aut statim cum humano genere suum acceperunt exordium, aut cum rerum divisione, si postmodum secuta fuisse supponatur, invaluerunt, dum, ubi semel rem quampliam aliquis fecit suam, de ea pro suo libitu suumque in commodum disponere poterat. Pufendorf *de J. N. lib. 4. cap. 4. §. 5. & seqq.*

121 Quō tamen non obstante, cum ipsa societate Civilis penes Regentes & Imperantes semper remansit Potestas, juri proprietatis, & præsertim dominio quoad subjectum sibi Populum suos ponendi terminos, ac liberam aliquin dispositionem certis Legibus circumscribendi. Quemadmodum enim Summæ Potestati subordinantur personæ & res; ita & subordinantur jura circa res aut personas, possuntque ex causa modificari, determinari, restrin-giaut ampliari. Pufendorf *lib. 8. cap. 5. §. 3.* Exempla si arcessere lubeat ex Legibus Romanis, ea pene sunt innu-  
mera.

122 Sic enim, qui perfectus rerum suarum est dominus, subinde illas alienare, & in aliud transferre penitus prohibetur, uti constat in pupillis & minorenibus. Interdum apponitur dominio certa conditio, sub qua & non aliter acquiri & retineri potest, uti contingit in pacto legis commisso-

riæ, addictionis in diem &c. aut modus, quō non servatō dominium resolvitur. Aliquando dominium <sup>124</sup> absque traditione vel possessione aliqui confertur, uti patet in hereditate, legato, rebūs, Ecclesiæ relicti; cum tamen ex se & natura sua dominium ex præcedenti traditione comparari soleat. Nonnunquam dominium <sup>125</sup> planè nullum sortitur effectum, sed longō vel longissimō tempore dormit, & in suspenso manet, sicuti evenit in rebus dotalibus, circa quas uxori, quādiu matrimonium durat, planè nihil operari valet, etsi domina sit. Aliquoties dominium in aliquem transiisse seu decernitur seu fingitur in ordine ad certos effectus, velut evenit in bonæ fidei possessore, qui, quādiu bona fides non destruitur, pro domino habetur. Qua sanè in re nihil agitur contra Jus Naturæ, sed libertas dominii, quoad determinationem & effectus individuales, Summæ Potestati relata, per Leges Civiles varie circumscribitur. Et in hoc intelle- <sup>126</sup> *de Civit. lib. 2. cap. 4. §. 9. n. 5. & 6.* quod sola Majestas sit in Republica, quæ modos transferendi dominii constituit, quibus alligatur subditi dispositio & quod in istius manu sit, novas acquirendi proprietatem figuræ introducere, pristinas immutare, atque adeò coercere dispositionem privatam, aut novis Legibus circumscribere; quod dispositio privatorum nihil valeat sine dispositione Principis, hæc autem illi omnem suam substantiam largiatur, tandemque possit planè evertere.

## §. II.

§. II.

*Quid Summa Potestas decernere valeat circa Jura  
Civium quoad acquisitionem?*

**129** **S**ummæ Potestati congenitum esse, ut cives & subditos ad acquirendam aliquam jura possit inhabiles reddere, ostendit vel sola servitus, libertate naturali privans, juriumque civilium fervos faciens incapaces, consensu Gentium introducta, atque à Jure Civili diversimodè informata. Ratio est: quia Jus Naturæ nihil in individuo determinat, sed negativè tantum se habet circa res acquirendas, & jus acquirendi: determinatio igitur est penes Summam Potestatem, quæ pro personarum, rerum, locorum, ac temporum varietate tum de rebus acquirendis tum de jure acquirendi varias ordinationes concipere potest, absque eo, quod in Jus Naturæ impingat, aut juri privatorum inferat injuriam. Grotius lib. 2. cap. 2. §. 5. Ziegler de Jurib. Majest. lib. 2. cap. 14.

**130** **E**st nempe jus, primum acquirendum, non jus perfectum, aut alieni ita appropriatum, ut propriè spectet ad ipsius patrimonium; sed magis est spes juris, eaque fallax & lubrica; & consequenter citra metum injustitiae, præsertim ex causa rationabili, per Summam Potestatem sufflaminanda. Böhmer *Introduct. in Jus Publ. part. spec. lib. 2. cap. 10. §. 11. & 12.*

**131** Ex hac conclusione & ejus ratione sequitur I. cives Reipublicæ sine injuria excludi ab occupatione locorum desertorum, ac sterilium, montium, palodium, sylvarum: quia antecedenter non spectant ad singulos, ut jus ad ea quæ situm habeant; sed, quia à nemine adhuc occupata fuisse supponuntur, potius ad ipsam Rempublicam vel Principem pertinent. Böhmer d. l. §. 17. Et hinc liberum est Summæ Potestati, velutne illa loca in statu solitudinis relinquere, aut unitantum & alteri iub obligatione certi canonis excolenda concedere. Stryck de Jure Principis subterraneo cap. 4. n. 27. & seqq. vol. noviss.

**132** Sequitur II. à dominio viæ publicæ privatos omnes ritè arceri: quandoꝝ P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

quidem etiam in Jure Civili via publica quoad proprietatem extra commercium privatorum est, ejusque cura ob communem, quam omnibus præbet, utilitatem nemini alteri, quam Principi justiùs tribuitur. Portugal de Dotation. Reg. lib. 3. cap. 3. num. 1. Hornius de Civitat. lib. 2. cap. 3. §. 6. num. 1. Ziegler de Jurib. Majest. lib. 2. cap. 17. §. 10.

Sequitur III. cives à juribus subterraneis & mineralibus, puta auro, argento, ære, ferro, sale &c. licetè excludi: siquidem ejusmodi mineralia & subterranea neque in primæva rerum divisione positivè comprehensa; neque cum fundis, in quibus nascuntur, ad eorum possessores universim translata, sed quasi in libertate & communitate naturali relicta fuisse censentur. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 5. num. 5. Böhmer d. l. §. 19. Clatiss. D. P. Coelestinus Mayr de J. & J. q. 7. art. 2. n. 1. Nec obest, quod in l. 3. Cod. de Metall. jus fodiendi mineralia sub lege certi redditus seu canonis metallici omnibus indultu fuerit; quin & in l. 9. §. 2. & l. 13. §. 5. ff. de Usufr. & l. 7. §. 13. ff. Soluto matr. ejus generis fodinæ domino fundi seu fructuatio expressè addicantur: enim verò id de Jure Romano duntaxat procedere, neutiquam verò ad Gentes & Nationes alias, apud quas Jus Romanum spontaneò usu receptum non fuit, extendi, plerique attestantur: etiam etiam Jure Feudali, apud Germanos multum valente & vigente, in sit. 56. lib. 2. inter Regalia consummatæ legantur. Molina de J. & J. tr. 2. diff. 54. num. 1. & 2. Hornius d. l. §. 8. num. 1. Portugal d. lib. 3. cap. 12. n. 10. Ziegler d. lib. 2. cap. 19. §. 12. & seqq. Stryck. de Jure Princip. subterraneo cap. 1. à num. 21. cit. volum. noviss.

Sequitur IV. non agi perperam à Summa Potestate, quando per Legem publicam impedit, ne inventor thesauri, sive inveniat in loco publico, sive in privato, quidpiam juris acquirat. Covarr. in reg. peccatum. p. 3. §. 2. D d d num. 4.

num. 4. Molina de J. & J. d. tr. 2. disp. 56.  
num. ult. Nam, quidquid desuper Jure Civili dispositum fuerit, thesaurus non est pars fundi aut portio illius, sed magis accensetur bonis derelictis, quorum jus utique Princeps sibi reservare non prohibetur. Böhmer §. 21. Ad datur Grotius lib. 2. cap. 8. §. 7.

138 Sequitur V. à Summa Potestate, subditis jus venandi non injustè prohiberi: nam feræ bestiæ, sive terrestres, sive volatiles, sive aquatiles sint, neutquam sunt pars fundi aut ditionis, ubi morantur, sed dicuntur esse res nullius, ac in naturali libertate existentes: proindeque, antequam capiantur & occupentur, nemo jus in illis quæsumus obtinet: & hinc, si captura & occupatio per Legem ex justa causa prohibeatur, nemini injuria irrogatur; conformiter SS. Paganis Daniel. 2. vers. 37. ubi Propheta ad Nabuchodonosorem dixit: *omnia, in quibus habitant filii hominum & bestie agri: volucres quoque Cœli dedit DEUS in manu tua, & sub ditione tua universa constituit.* Sotus de J. & J. lib. 4. quæst. 6. artic. 4. Molina d. tr. 2. disp. 46. & seqq. Portugal de Donat. Reg. d. lib. 3. cap. 8. à n. 44. Grotius lib. 2. cap. 8. §. 5. Böhmer cit. l. §. 13. Stryck de Jure Principis aereo cap. 4. à num. 19.

139 Sequitur VI. in fluminibus, quæ aliunde non solent acquiri privatis, Summam Potestatem rectè sibi ap-

propriare jura fluviatilia, nempe jus insularum, jus alvei, jus alluvionis, jus pontis, jus lapillorum & gemmarum &c. Quæ enim Jure Civili quoad hoc sancta fuere, non obligant Civitates & Republicas exteræ, quibus liberum est, hæc Naturæ dona & opera aut sibi reservare, aut subditos in aliquod participium assumere. Böhmer d. l. §. 22. Huber. de Jure Civit. lib. 2. sect. 4. cap. 4. *per tot.*

Planè à fontibus acidulis, thermis <sup>140</sup> salutaribus, aquis & aliis liquoribus mineralibus, ad salutem hominis ex beneficio DÆI ordinatis, Summæ Potestati non licere, quempiam repellere, aut pensionem aliquam pro solo usu exigere, contra Klockium de Arario. lib. 2. cap. 13. num. 1. tradunt Besold. in Thesaur. pract. verb. Metallische Bäder/ & Stryck d. l. de Jure Princip. subterr. cap. 4. num. 31. & seqq. cùm enim Supremus rerum Opifex non ad compendium unius aut alterius sed communem omnium hominum utilitatem ejusmodi salutares latices & undas producere soleat, meritò timendum est, ne, si lucrum & quæstus inde queratur, ex justa vindicta exarescant: id quod in nonnullis Germaniæ thermis accidisse, ut, exacto pretiō evanuerint, &, sublatâ hâc exactione, rursus manare & fluere inceperint, testes sunt citati Authores.

### S. III.

#### *Quid Summa Potestas possit circa Jura Civium jam quesita quoad ablationem?*

141 Jura civibus jam acquisita quoad proprietatem nequeunt ipsis à Summa Potestate citra gravissimam injuriam auferri: siquidem Lex non Humana solum sed etiam Naturalis & Divina, quam æquè Princeps ac subditus observare obligatur, vetat, alicui suum auferri, sive per astutiam sive per violentiam aut alium modum contingat; sicut in *Jurisprud. Canonico-Civ.* lib. 1. tr. 1. cap. 1. à num. 95. abundè probatum fuit. Exigit præterea officium ipsius Principis, ut, qui cives, in

unum coetum sese assiciantes, eorumque res & jura in suam tutelam recipit, non ipse raptorem, aut lupum agat, loco pascuorum oves excoriandô: ne inde injuriarum nascatur occasio, unde Jura nascuntur, ut sapienter proloquitur Imperator in l. meminerit b. Cod. Unde vi. Utque jam supra in lib. 2. cap. 4. à n. 6. <sup>143</sup> & in hoc cap. à num. 8. & n. 73. ostensum est, non datur in Principe vel Republica Potestas tam excelsa aut diffusa, quæ nullis Legibus constringatur, quæcum rebus & juribus subditorum

pro sua voluptate disponat: quae contentiunt omnes, quotquot tijustique amantes ex saniori ratio lumine Summas Potestates dimentur. Latè Portugal de Regis Dona n. lib. 2. cap. 2. à num. 10.

Quòd si tamen Reipublicæ necessitas aut communis utilitas efflagitet, jura privatis auferri, ut toti Civitati consultum ac prospectum sit, jam in num. 13. § 73. concessi, de personis, & rebus privatorum tunc pro exigentia boni publici statui ac præcipi posse: quale judicium quoque de quibuslibet juribus, uni vel alteri de populo competentibus, ut ea saluti communi sacrificent, ferendum est. Grot. de J. B.

§ 45. Et P. lib. 2. cap. 14. §. 7. Et 8. Verum tamen, ne hæc ipsa limitatio Juris & æquitatis limites transiliat, res aut iura, ab aliquibus in usum, securitatem, aut commodum Universitatis cessa, à reliqua parte proportionali contributione resarcienda vel compensanda sunt. Grot. cit. l. Boëcler ibid. Ziegler de Jurib. Majst. lib. 1. cap. 4. num. 14. in 146 fin. cum num. seqq. Dictat quippe cùm æquitas tum æqualitas, imò jubet, ut damnum, quod quisque Reipublicæ causâ sustinuit, servatà inter omnes proportione dividatur, iisque, quibus aliquid de bonis ac juribus decessit, reliquorum, quorum res ac bona vel stabilita vel intacta manserunt, contributione resarciantur. Quòd autem

Hornius de Crvit. lib. 2. cap. 4. §. 20. & Vitriarius ad Grot. d. l. q. 12. existimant, strictò jure non esse necessitatem faciendæ compensationis: quia Rex jure suò utitur, nec minus ex eminenti dominio de rebus privatorum ad utilitatem publicam disponere vallet, quam paterfamilias in utilitatem suæ familie; Guilielmo van der Muelen ad Grot. d. l. non immeritò mirum apparet: partim quia eminenti dominio, qualitercunque sumatur, hæc conditio primitus annexa fuisse videatur, ut, si casu quodam unus aut alter in commodum publicum rebüs suis cedere fuerit obligatus, ex publico resarcitionem accipiat: partim quia pri mæva civium voluntas erat, ut dam-

na & emolumenta communia inter ipsos sint æqualia: partim quia non solum iniquum, sed etiam injustum est, suum cuique non tribuere, eique, qui Reipublicæ causâ per jaeturam rerum suarum non mediocres fecit expensas, nihil restituere aut retribuere velle. Videatur ipsum Author citatus.

Possitne Summa Potestas literas 149 moratoria concedere, quarum vigore debitores, qui citra culpam propriam ex infortunio aut temporum calamitate obærati sunt, contra suos creditores, quod minùs ab iis intra certum tempus molestari & urgeri possint ad solutionem, defendantur? Vel ideo in præsenti non ineptè queritur, quod creditoribus jus, ex pacto quæsum, hòc modò videatur auferri. Si tamen Authores hac in parte consulam, vix non unò ore tales literas asseverant esse licitas. Nam, quia creditores ipsum ex charitate tenentur exspectare, usquedum debitores ad feliciorem sortem eluctentur; inde que misericordia erga pauperes & indigentes magnopere à SS. Literis inculcatur Exod. 22. vers. 25. Levit. 25. vers. 35. Et seqq. Eccles. 29. vers. 1. & passim: neutquam inconveniens est, ut debitores contra lævitiem creditorum Principis clementiæ protegantur. Idque èd majori cum facilitate in præxin deduci potest, quò clariss est, jus creditorum hæc viâ non auferri, sed tantùm differri, & quidem non sinè proprio ipsorum commodo: cùm enim debitores pro eo tempore, quod rescripta moratoria petunt, ad solvendum minùs potentes esse supponantur, concessa ad annos aliquot v. g. quadriennium aut quinquennium dilatio auget debtoribus & facultatem & voluntatem, per industriam & frugalem œconomiam interea tantum æris congregandi, quantum expungendis debitis ex toto vel ex parte sufficiat. Videatur Guilielm. Anton. de Freundeberg de Rescriptis moratoriis, ubi hanc materiam prolixè distinctè, eleganter, & funditus præ aliis Authoribus pertractat, præsertim titul. 5. conclus. 6. per tot.

## C A P U T IV.

De Jure Summæ Potestatis circa Judicia,  
Contractus, & Successiones Hæreditarias.

**J**uri, quod Summa Potestas habet in vitam, res, & jura civium, Jus aliud, quò scilicet potitur circa Judicia, substituo: vix enim alibi Summæ Potestatis authoritas majori cum energia dignoscitur, quam in tribunalibus, ubi Jus dicitur, justitia administratur, & Imperium in tota sua latitudine exercetur. Addo Contractus, & Successiones Hæreditarias, veluti præcipua & frequenterissima negotia, propter quæ homines privati aut sponte ad Judicium provocant, aut inviti in Jus vocantur.

## S E C T I O I.

## De Judiciis.

## S U M M A R I A.

1. *Judicia sunt necessaria.*
2. *Quia nemo sibi jus dicere valeret.*
3. *Sed à Potestate Publica expetare debet.*
4. *Præprimis autem à Summa Potestate.*
5. *Vel alia, eidem subordinata.*
6. *Ubi tamen extrema provocatio reservari solet.*
7. *Antiqui Germani uebantur duello.*
8. & seqq.  
*Quorum tamen consuetudo improbarunt.*
11. & seq.  
*Vtis privata est prohibita, etiam si à Judice denegetur justitia.*
13. & seqq.  
*Anc causa, quam quis fecerit, ab ipso probari nequeat.*
16. & seq.  
*Aliud est, quando periculum in re vera fieri.*
18. *Aliud item est, si causa concernat Summos Imperantes.*
19. *Qui tamen subinde aliorum consilio rem controversam submittunt.*
20. *Alioquin à vi semper abstinentur erit.*
21. *Ad quælibet Judicium eocurrunt alter, reus, & Index.*
22. *Judex debet procedere secundum alia publica.*
23. *Non autem juxta scien-*

- tiam privatam.*
24. & seq. *Pratorquam si privatim aliquem scias innocentem.*
26. *Teneret judicare secundum Leges.*
27. *Ecclesie Summus Princeps.*
28. *Nisi causa publica aliud suadet.*
29. *Exemplum ex Lehmanno refertur.*
- 30 & seq.  
*Instantia quadam diluitur.*
33. *Ubi nihil in Legibus diffinitione reperiatur, proceditur ex ratione Naturali.*
34. *Tenetur quoque Judex procedere secundum opinionem probabiliorem.*
35. *Si utrinque sit aequalis probabilitas, operes transacti non divolucionem suadent.*
36. *Vel etiam imperare.*
37. & seq. *De personis aliis, ad Judicium concurrentibus remissive.*
39. *Explicatur ordo processus naturalis, & adscititus.*
40. & seqq. *Ille in omni judicio est necessarius.*
43. *Iste remitti potest.*
44. *De ordine procedenti apud Romanos.*
45. & seq. *Quintus ordo se expeditior, naturalis an adscititus?*

## §. I.

## De Judicii Necessitate; &amp; iudicandi facultate.

**J**udicium in qualibet Republica, quam maxime necessarium esse, ut nempe causæ, inter cives controversæ, authoritate publicâ discutiantur, Jurisperitorum omnium una vox & definitio est: ex quo enim hominum multitudo in Civili societate coaluit, partim ex naturali dissentendi proclivitate, partim ex innata habendi cupiditate, evitari non potuit,

2  
quin altercationes & lites sœpiusculè excitentur; nec tamen expediens erat, quemquam sibi jus in causa propria dicere, dum ex una parte in causa hujusmodi cœcutire, nec quid licet, sed magis quid nobis conveniat, perspicere solemus; ex altera parte inter duos litigantes quivis victoriam sibi adscribere, &c, si amicabiliter id, quod suum existimat, consequi nequit, vi & violentia

3 lentiā extorquere consuevit: idcirco communis pacis, tranquillitatis, & iustitiae necessitas postulavit, ut exorta inter subditos litigia non ab ipsis litigantibus, sed à Potestate Publica, quæ solentes & contrumates ad rectum & æquum compellere valeat, dirimantur. Quamobrem non est, ait Ictus Paulus in l. 176. ff. de R. J. singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus factandi. Et Rex Theodosius apud Cassiodor. lib. 4. var. Epistol. 4. ait: Legum repertæ est sacra reverentia, ut nihil manu, nibil propriis ageretur impulsu: quid enim à bellica confusione pax tranquilla distat, si per vim litigia terminantur? Et vim vocant Leges, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit l. 13. ff. Quod metu causa. Pulchre & egregie Clariss. D. Franciscus Josephus Herz in novissima tractatione de Magistratu Rom. Germl. lib. 1. cap. 1. §. 1. n. 1.

4 Hæc autem juris dicendi judicandi facultas nulli aptius adscribitur, quam Summi in Republica Potestati, utpote cuius est, Leges non tantum ferre, sed etiam secundum Leges judicare; neque consulere solum aut deliberare de rebus communibus, sed etiam de privatis justitiæ administrare. Indeque tam Aristoteles lib. 4. Polit. cap. 4. inter partes administrandas Republicæ judicia posuit; quam Thucydides inter signa Summi Imperii Judiciorum Summam Potestatem numeravit. Grotius lib. 2. cap. 25. §. 8. n. 1. & lib. 1. cap. 3. §. 6. num. 1. Et 2. In modo teste Hesiodo

Hoc uno Reges olim sunt sine creati,  
Dicerejus Populis iniquaque tollere facta,

5 Etsi nil referat, an, qui Supremam habet Potestatem, velut per seipsum judicare, an judicandi facultatem aliis concedere. Nam hodie quidem plenique tum sua Dicasteria tum constitutos in iis Judices ordinare consueverunt; olim vero non pauci Principes officio Judicis fungebantur, prout de Augusto refert Suetonius lib. 2. quod ipse jus dicerit assidue Et in noctem non unquam; si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam donsi cubans; & de Constantino

P. SCHEMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Magno, quod omni hebdomade unum diem ad causas audiendas sederit, narrat Boecler ad Lipsium Civ. Doctr. lib. 2. cap. 11. n. 8. Si tamen munus judiciale aliis committatur, oportet, ut Summa Potestas jus extremæ provocationis sibi reservet: nam, et si privilegiò aut præscriptione subditi acquirere possint, ne ab eorum sententiis appelletur, quam ut semper aliqua ab eis sit provocatio; per supplicationem scilicet aut alium modum. Nam, ut ab aliquo nullâ ratione possit provocari, cum persona subditi repugnat, ac proinde ad Summum Imperium aut partem ejus pertinet; ut loquitur Grotius lib. 2. cap. 4. §. 13. Atque hæc extremæ provocationis reservatio apud Romanos & præcipuum Regiæ Majestatis symbolum, & amissæ in Populo libertatis manifestum indicium erat, velut notat Clapmar. lib. 1. de Arcan. Rerumpubl. cap. 19. Plura de hoc argumento in nostra Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. tr. 2. cap. 4. à num. 523.

Legimus quidem, apud nonnullas Gentes, & ipsos quoque Germanos, etiam ad fidem jam conversos, dubias controversias aliò modò & mediò, ac plerumque singulari pugnâ seu duellô fuisse diremptas. Vellejus Paterculus lib. 2. Historiar. Sed hæc consuetudo, tanquam Juri Naturali refractaria, meritò improbatur ab Hubero de Jure Civit. lib. 3. sect. 2. cap. 1. n. 4. Nihil enim ad justitiam consequendam minus conductit tali remedio, quod gladium facit Judicem, cumque dat victorem, non qui jus potius sed majorem gladiandi peritiam habet. Licet Thrasius in suis annotat. ad cit. loc. lit. q. existimet, Veteres non admisisse ejusmodi pugnas, quam ubi factum esset occultum, ita ut vel actor actionem vel reus exceptionem suam probare non potuerit: quæ ipsa tamen excusatio, ceu DEO & Naturæ injuriosa, pridem à SS. Canonibus in tit. de Purgatione vulgari fuit abrogata. Et hinc Theodosius Rex, Gothos suos corriganter, removete, inquit, consuetudines, abominanter molitas: verbis ibi potius, non armis. causa tractetur: ne plus intentio civilis rapiat, quam bella consumant. Scuta in hostes erigant, non in parentes, hoc est, con-

Eee

congeneres & cives suos. *Cur ad monum. urbiam recurritis, qui venalem Judicem non habetis? Quod opus est homini lingua, si causam manus agit armata?* Cassiodorus. 3. var. 23. § 24. apud Nicolaum Hertium vol. 2. to. 1. part. 1. cap. 4. §. 7.

<sup>11</sup> Grotius quidque d. libr. I. cap. 3. §. 2. num. 1. cessare existimat Judicium, si vel Judex planè nullus habeatur, uti contingit in locis desertis; vel si subditi Judicem non audiunt, aut Judex cognitionem aperte reje-  
<sup>12</sup> cerit. Sed Huberus id minimè probat d. cap. I. num. 4. asserens, magis esse, ut ad Superiores Potestates eō casu sit recurrendum, à quibus si remedium non adhibeatur, ferendam Summæ Potestatis injuriati potius quam ad bellum profiliendum. Cui libenter assentior, ubi supponitur, Civitatem adhuc in suo vigore persistere, neque in statum libertatis naturalis relapsam esse. Ceteroquin verissima manet Ciceronis sententia lib. 3. de L. L. nihil exitiosius esse Crvitatī, nihil tam contrarium Legibus, nihil minus civile & inhumanum, quam composita & constituta Republicā quidquam agi per vim.

<sup>13</sup> Idem Grotius lib. 2. cap. 7. §. 2. n. 2. veriorem dicit sententiam, cessare Legem de Judiciis, si jus quidem certum sit, sed simul moraliter certum, per Judicem juris exple-  
<sup>14</sup> mentum obtineri non posse, puta quia defi- ciat probatio. At bene reponit Gro- tio Hertius de Different. Jur. in Statu Nat. & advent. sect. 2. §. 14. vol. 2. to. 3. num. quam moraliter certum videtur, per Judicem jus obtineri non posse, nisi prius res in Judicium ducatur, & de sufficientia probationis cognoscatur. Porro si, actore non probante, reus justè absolvatur, quomodo contra ju- stè absolutum actor sibi jus dicere justè poterit, ita ut non aut de vi, aut de fa-  
<sup>15</sup> ctō teneatur? Adhac sunt aliae pro- bationes, si non per testes & instru- menta, certè per iusjurandum, quod vel litigans litiganti vel etiam Judex interdum defert; sunt & alia litis com- ponendæ remedia. Quæ omnia, si frustra fuerint, satius est, DEO rem committere, quam poenam furti aut violentiæ in foro externo mereri.

<sup>16</sup> Securior est alia limitatio, à Grotio, cit. lib. I. cap. 3. §. 2. num. 1. adducta, ubi

expectari. *Judex non potest sine certo peri- culo aut damno.* Nam Jure Naturali in continenti se suaque defendere licet, & in Jure Romano receptum est, quod creditor debitorem fugientem, & se- eum ferentem pecuniæm sacer, &c. quantum debet, ejdem afferre possit. l. 10. §. 16. l. pen. inf. ff. Que in fraud. cre- ditor. quam Legem Bohemerus in <sup>17</sup> Inq. traduct. ad Ius Publ. univers. part. speck. lib. 2. cap. 7. §. 6. non Romanam & Ci- vilem sed Naturalem appellat, quasi Naturalis libertas in statu Civili cate- bus tantum ad Judicia sit restricta, qua- tenus per hæc idem obtineri potest, quod in statu Naturali per vim obtu- neri debebat. Consentit Huber. d. l. num. 3.

Certissima insuper exceptio est in <sup>18</sup> Summo Imperante, qui, cum Judi- cem Superiorem, cui obtemperet, non agnoscat, sibi metus dicere non prohibetur: aut quia pro Principe major stat præsumptio, quod in cau- sa propria, quam suo cum subdi o, controversiæ haberet, stateram justi- tiae præoccupatâ mente in suam par- tem inclinare nullò modò desideret; aut quia credibile est, fore, ut, ad vi- tandam partialis animi censuram, non ipse judicet, sed fidos Consiliarios pro Judice quasi seligat; aut quia conditio Summæ Potestatis exigit, æquæ suum ac aliorum esse Judicem. Quod con- fert dictum Marci Aurelianij Impera- toris: *Magistratus quidem ipsos de priva- tis, Principes de Magistratibus, DEUM autem de Principe decernere.* & judicare, Subinde tamen Magni Principes, simi- stri aliorum judicii umbram quoque evitaturi, ex spontanea voluntate vel Collegio Prudentiū, vel arbitris cau- fas proprias committant ventilandas, prout ostendi in *Jurispr. Canonico-Civ.* lib. I. tr. 1. cap. I. n. 181. de Leone III. Pontifice Maximo, Legatos Cæsaricos, in accusatione contraria facta in Judi- ces diligente; de Imperatore Romanorū, in A. B. cap. 5. §. 3. in suis cau- sis judicium Comitis Palatini Rhenu agnoscente, aliisque Regibus Euro- paëis. Extra hos casus invariatus <sup>20</sup> perstat Ciceronis effatum pro Sextio: *inter hanc vitam perpolitam humanitate & illam immanem nihil tam interest, quam Jus atque*

et que vix. Horum utrō uti nolimus, pl̄terō est utendum. Vim volumus extingui? Jus valeat, excesso eſt, id est Judicia, qui-

bus omnia Jus continetur. Judicia dispi-  
cent aut nulla sunt? Vix dominetur, ne-  
cessē eſt.

## §. II.

## De Personis, ad Judicium concurrentibus.

**A**d quodlibet Judicium tres per-  
sonas principales concurrere,  
Actorem, Reum, & Judicem, in  
proprietate est. Actor causam, quam  
putat justam, proponit, & justitiam,  
sibi desiderat administrari. Reus cau-  
sam, contra se motam, defendit, aut  
negandō prorsus intentionem actoris,  
aut commodam exceptionem oppo-  
nendō. Judex, inter utrumque me-  
dius, utriusque merita discutit, &  
penes quem invenerit Jura fortiora,  
victorem pronuntiat.

**P**rincipium igitur in judicando mu-  
nus est Judicis, qui, ne deviet à trami-  
te recti & aequi, juxta communiora &  
saniora principia, in Jurisprud. Canoni-  
co-Civil. lib. 2. tx. 1. cap. 2. a. n. 25. uber-  
tim explicata, tenetur I. juxta acta &  
actitata publica procedere, &, quem  
exinde noverit reum, condemnare;  
quem autem deprehenderit inhocen-  
tem, absolvere, velut arguitur ex  
Deuteron. cap. 17. vers. 6. ibi: *in ore  
duorum vel trium testium peribit, qui inter-  
ficietur.*

Quæ vero ex privata tan-  
tum scientia cognovit, ea censentur  
esse occulta, de quibus Judex in foro  
humano non judicet, juxta illud, *bo-  
no videt ea, que parent, DEUS autem in-  
tinetur cor.* cap. sicut 33. cap. tua nos 34. in  
f. cap. ult. de Simon. nec quicquam in con-  
trarium faciente, quod Principis Su-  
premi testimonium plurium testimo-  
nio p̄z - aut æquivaleat: quippe quod  
solum usuvenit in materia, non aliun-  
de, quam ab illius Potestate absoluta  
unicè dependente, qualis v. g. est forma  
testamenti faciendi. Si tamen in causis  
tam criminalibus quam civilibus Judex  
privata scientia aliquem sciat innocentem,  
qui nihilominus ex depositionibus te-  
stium videtur esse nocens, in hoc ca-  
su innocentem condemnare, & æquum  
dicere, quod iniquum & injustum est,  
oppidō durum ac difficile appetit.  
proindeque Judex Supremus, aut alius,

ad nullam fortè judicati rationem red-  
dendam obstrictus, debet stare pro  
innocente; Judex autem inferior, cu-  
jus decisa Superioris arbitrio subsunt,  
aut causam à se abdicare, aut officium  
testis obire obligatur, &, si hoc effi-  
cere nequeat, itidem ad absolutionem  
innocentis devenire compellitur. Huber lib. 3. de Jure Civit. sect. 2. cap. 1. n. 22.  
Quam nostram opinionem suō ac-  
cessu novissimè firmavit Clariss. D. P.  
Benedictus Schmier ad lib. 2. Decretal.  
de Gent. Et re jud. num. 9. & Clariss. D.  
Franciscus Josephus Herz de Magistra-  
tu. Romanor. Germ. lib. 2. cap. 1. tit. 2. à  
num. 29. Quò spectant infallibilita S. 25  
Scripturæ dicta & decreta Exodi 23.  
vers. 1. Et seqq. non suscipias vocem men-  
daciū, nec junges manum tuam, ut pro im-  
picio dicas falsum testimoniū. Non sequeris  
turbam ad faciendum malū, nec in Judicio  
plurimorum acquiesces sententie, ut a vero  
devies. Mendacium fugies. Infontem Et  
justum non occides: quia aversor inipiū.

II. tenetur judicare secundum Le- 26  
ges circa casum & causam, quæ hic &  
nunc discutitur, authoritate Summæ  
Potestatis promulgatas: quia per Le-  
ges id unicè intenditur, ut secundum  
illas actiones humanæ dirigantur, &,  
si aberrasse deprehendantur, ad orbittam  
reducantur. Unde D. Ambros.  
serm. 20. in Psalm. 113, bonus Judex, ait,  
nihil ex arbitrio suo facit, sed juxta Leges  
Et Jura pronuntiat, statutis Juris obtemperat,  
non indulget propriæ voluntati 65c.  
Sed, sicut audit, ita judicat; Et, sicut se  
habet negotii natura, decernit: obsequitur  
Legibus, non adversatur; examinat merita  
cause, non mutat. Discriben equi-  
dem facit Böhmer in *Introduct. ad Jus  
Publ. part. spec. lib. 2. cap. 7. §. 22.* inter  
Summum Principem & Judicem sub-  
alternum, quod hic ad Leges præcisè  
sit astrictus; ille vero ex justa causa  
ali quando possit sententiam ferre,  
prout salus publica & alia circumstan-  
tiæ

28 tiae postulant. Verum hæc ipsa tum explicatio tum subiuncta ratio, quod ista fiant ex plenitudine Potestatis, quatenus Princeps omnia ad salutem Reipublicæ, neglectis etiam Legibus positivis, aecommodare valet, satis indicat, allegatum discrimen non discordare à nostro placito, in *præc. cap.* frequentius insinuatò, quod nempe Summa Potestas ex causa necessitatis & utilitatis publicæ jus uni adimere.

29 & alteri adjicere queat. Etsi exemplum, quod ex Lehmanno in *Cron-Spirensi lib. 5. cap. 109.* refert Böhmer de Rudolpho I. Imperatore Austriae, non videatur ad rem facere, dum sententiam pro auctore mercatore, qui marsupium 200. marcharum cauponi in depositum dederat, contra cauponem, velut reum & negantem, tulit, veritate artificiosum in modum elicitâ.

30 Si dicas: Summam Potestatem Legibus solutam, indeque inferenda sententia Legibus alligatam non esse. Contra est, quod, si ex Legibus publicis jus aliquod proprietatis civibus sit acquisitum, veluti si ob testamentum imperfectum hæreditas penes hæredes ab intestato manserit, Princeps palmarem injustitiam committat, si extra casum necessitatis aut utilitatis publicæ jus ita quæsitum, ac v. g. hæreditatem, hæredibus ab intestato jam appropriatam auferat, & hæredibus, in testamento imperfecto scriptis, conferat: quod luculenter agnovit *J. C. T. us in l. 23. ff. de Legat. 3.* asserens, inverecundum esse, ex imperfecto testamento legata vel fideicomissa Imperatorem vindicare; subiuncta ratione: *quia decet tan-ta Majestati, ea servare Leges, quibus soluta esse videtur;* ipseque Imperator Justinianus in §. ult. *Quib. mod. testam. infirm.* profitetur, se tabulas, non legitime confessas, in quibus hæres institutus erat, neutram probaturum.

31 Ut proinde sententiam aliquorum, existimantium, in Supremis Dicasteriis Judices Legibus positivis adstrictos non esse, universim probare nequacum. Interim, si Legibus positivis in obveniente negotio nihil dispositum inveniatur, *Judex ex Naturali ratione & prudenti suo arbitrio,* cui alias multa sunt relinquenda,

rem decidere obligatur. Böhmer *d. l. sub §. 36.*

III. tenetur *Judex non ex qualibet opinione, verosimili aut probabili, sed magis in Jure & æquitate fundatâ, seu verosimiliori & probabiliori judicare:* quandoquidem *ex dictamine justitiae Jus suum cuique tribuere, & consequenter, ubi Jus fortius & manifestius suffragari conspicit, id suâ sententia comprobare obstringitur.* Et, si neutri parti Jus magis assistere, sed utriusque æqualiter favere appareat, non poterit *Judex ipsiis Legibus faventior esse, ac in unam, quæ præplacuerit, propendere, sed divisionem, transactionem, compromissum, aut formam suadere debet; veluti factô suâ præiverunt Imperatores Tiberius & Justinianus in §. ult. *Inst. de Vulgari substit. & Julianus in l. 40. ff. de Hæred. instit.** Imò, si partes transfigere contumaciæ recusent, possunt illæ à Judice, saltem Supremo, ad transactionem compelli, præsertim ubi periculum armorum alteriusve mali gravioris imminet; aut non vanè metuitur, ne intra longiores judicialis discussionis moras partes se invicem consumant. *Erl. de Jure Princip. exercit. 8.*

De personis aliis, ad Judicium sœpe adhiberi solitis, puta Advocatis, Procuratoribus, Notariis &c. vel ideo nihil occurrit memorandum, quia de Jure Naturali vel Gentium sunt prorsus accidentariæ & arbitrariæ, neque ab omnibus Gentibus ad disceptationem judiciale assimi consuetæ; ut notum est de Advocatis, quos, licet magnoperè extollant Imperatores in *l. 14. Cod. de Advocat. diversor. Judicior.* attamen multæ Nationes averfatæ sunt: de Danis enim testatur Böhmer *cit. cap. 7. §. 31.* quod etiamnum, remotis causidicis, ipsimè causas suas propontant; de Germanis ex *Floro. lib. 4. cap. 12. n. 37.* Et seqq. narrat, tam intollerabiles ipsis causarum patronos fuisse, ut post cladem à Varo acceptâ potissimum in illos sevierint; quoad Romanos autem Tacitus *Annal. lib. 11. cap. 5. 2.* ita scribit: *nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quam Advocatorum perfidia, adeò ut Samius insignis Eques Romanus quadringentis nummorum millibus Sui-* *lio*

lio (Advocato) datis, & cognitâ prævaricatione ferro in domo ejus incubuerit; & cap. 6. 3. refert verba Sili Consulis, quod, quomodo vis morborum pretia me-

dantibus, sic fori tabes pecuniam Advocatis ferat. Quam relationem in præjudicium Insignium Causidicorum cedere nolim.

### S. III.

## De Ordine & Processu Judiciario.

**O**rdo & processus judiciarius vel est Naturalis, vel Adscititus. *Naturalis* est, quem Natura prescribit, consistens tantum in partibus Judicij substantialibus, sine quibus scilicet causa dubia recte ritèque discuti aut decidi nequit. *Adscititus* est, qui à Summa Potestate pro sua Civitate liberè ordinatur, habens admixtas tum formulas, tum solennitates, tum dilatationes, Juri Naturali neutiquam cognitas. Ordo Naturalis indiscriminatim in omni Judicio debet observari: adeoque in primis ad instantiam actoris citandus est reus à suo proprio Judice, cui nempe ratione domicilii aut alias subjectus est: nam absque citatione reus nec audiiri nec defendi potest: at juxta Senecam in *Medit.*

*Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, E quoniam licet statuerit, haud aequus fuerit.*

**Auditò** dein reò, ac intentionem actoris inficiante, devenitur ad probations & exceptiones, eum in finem tendentes, ut Judicii dere controversia fides concilietur; sciatque, num reum ab actione & causa liberum pronuntiare, an vero condemnare debeat.

**42** **D**emum Judex, ubi de causa sibi constat, concipit, ac promulgat sententiam, eamque mandat executioni, nisi Judex sit inferior, & ab ipso ad Superiorum pro reformatu sententia provocetur. Atque hæ sunt partes Judicij substance, Jure Naturali desiderata.

Ordo Adscititus observatur tantum in illis tribunalibus, pro quibus à Summa Potestate in sua Civitate fuit præstitutus; ita tamen, ut, qui Summum Imperium tenent, neutiquam ejusmodi constitutionibus judiciariis alligentur, possintque vel per se causam de plano, sola veritate facti inspecta, dirimere, vel etiam aliis, ut crita strepitum & figuram solennis Judicij cognoscant, delegare. *Gall. Pract. Observat. lib. 1. obseru. 42. n. 1. § 2.*

Quis ordo procedendi quondam in veteri Romanoru Republica præscriptus fuerit, recenter explanavit Clariss. D. Herz *civ. th. de Magistrat. lib. 1. cap. 4.* Quis ordo in Romano Imperio cum Jure Civili tum & Canonico successerit, in *Jurisprud. nostra Canonico-Civil. lib. 2.* tríplici tractatu per longum expōnere conatus sum. Modò, si quærere lubeat, quidnam præstantius & utilius sit, præcisè ordini & processu Naturali insistere, vel etiam legalem & adscititum in Civitatem invenire? Tam expeditè non dixerim. Id vero vix à quopiam negandum opinor, ordinem Naturalem, quo simpliciorem, eo faciliorem, ac non tantum indagandæ veritati sufficientem, sed etiam diuinuendis sumptibus & recessandis ac terminandis litibus accommodatorem fore: ex qua ratione etiam apud nostros Germanos, usque dum Jus scriptum erat cognitum & receptum, continuò viguit teste Lehmanno in *Chron. Spirensi lib. 4. cap. 21.*

## S E C T I O . II.

### De Contractibus & Commercii.

#### S U M M A R I A.

47. Distinguuntur inter contractus futuros & presenticos. 48. Quoad contractus futuros Summa Potestas subditos potest inhabiles reddere ad comp. P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

trabondam. 49. As certas formas & differentias praescribere. 50. Effectum illorum in foro interno & externo varie immutare. 51. Non FFF

non & iuramento in his casibus irritare, in quibus  
irritantur contractus. 52. Quoad contractus  
de præterito, illos, si rite facti non sunt. Summa  
Potestas declarat nullos. 53. Rite acti factos  
debet manutene. 54. & seq. Incertum vero  
restitucionem in integrum concedit. 56. Cova-  
ruias in hoc casu negat, iuramenti adjecti rescis-  
sionem ad Summam Potestatem Civilium pertinere.  
57. Affirmat Melius & alii, quoniam rationes  
adducuntur. 58. Agitur de iuramento, quod  
præstare Summi Imperantes. 59. Contractus  
perissim locum habent in commercio & mercato-  
ra. 60. Cujas iniuria Summa Potestas insti-  
tuit moneta & monimas. 61. Erigit mon-  
opolia. 62. & seqq. Ad quo tamen iusta causa  
requiriuntur, & hoc recusat. 63. Causa  
innatur. 66. Erigit quoque jus kapula. 67.  
Quod tamen ratus fieri debet. 68. In contra-  
ctibus & commerciis Summa Potestas determinat

monstrans & pondera. 69. Ex moribus Gen-  
tium; & 70. S. Scriptura. 71. Ac diversa  
rationes. 72. & seq. Determinas etiam rerum  
prezia. 74. Quo accurate servanda sunt. 75.  
Cudit & curat monetam. 76. & seq. Rationes,  
cur jus monendis spectat ad Summam Potestatem,  
agglomerantur. 78. & seqq. In pecunia non  
tantum confidatur forma, sed etiam materia.  
83. Hornius pacem, qualcumque materiam  
assumi posse. 84. & seq. Grotius & alii requi-  
runt materiam solidam & usilem. 86. Liborum  
quidem est, cum externis habere commercia. 87.  
At ubi semel monetas est receperas, reineri  
debet. 88. In casu necessitatis, si fias moneta ex  
materia frusta & inutili, tantum est familiariter  
valis. 89. Exemplum Friderici II. 90. & seq.  
Monatio moneta non pender ex uno arbitrio  
Summa Potestatis. 92. Ad eam justa desidera-  
tur causa.

## S. I.

Quid Summa Potestas statuere valeat de Contra-  
ctibus Subditorum?

47. **C**ontractus seu pactum (inter  
quæ vocabula de Jure Natu-  
rali nulla prorsus differentia  
intercedit) in ordine ad Sum-  
mam Potestatem duplice considerari  
potest; vel in futurum, quando  
necdum est celebratus; vel de præ-  
terito, quando jam celebratus fuisse sup-  
ponitur. Quoad contractum in fu-  
turum Summa Potestas I. iusta ex  
causa suos cives & subditos ad paciscen-  
dum, contrahendum, & promitten-  
dum inhabiles efficere potest: si enim  
vel ætas adeò tenera, aut sexus adeò  
fragilis, aut mores adeò decocti vi-  
deantur, ut communiter homines ejus  
ætatis, sexus, vel conditionis aut vim  
promissionis perfectè non capiant, aut  
periculum, quod varias ob circum-  
stantias non statim primò se prodit ob-  
tutu, accurate non prospiciant, exi-  
gentia recte & prudentis gubernatio-  
nis suadet, ut per Legem Publicam ad  
promittendum vel absolutè vel sine  
assistantia curatoris aut manuductoris  
reddantur inhabiles. Grotius libr. 2.  
cap. II. §. 5. num. 2.

49. II. potest contractum à pacto, &  
ipsos contractus inter se distinguere,  
singulis certam formam, figuram, so-  
lennitatem præscribere, & quidem  
cum periculo nullitatis aut rescissio-  
nis, ubi aliter, quam Leges præci-

piunt, actum fuerit: nam eadem fa-  
lubris directionis ratio postulat, ut  
non quælibet promissio agnoscatur in  
foco pro legitima, præterquam si Le-  
gibus & voluntati Legislatoris, vigi-  
lem semper oculum ad omnia Civita-  
tis negotiagerentis, commensuretur.  
P. Engel ad tit. *Decretal. de Constitution.*  
n. 52. Clariss. D. P. Ambrosius Ziegler  
in tract. de Pact. & Contract. quest. I. §. 5.

III. potest contractui pacto suo se  
valor & effectus, alioquin connatura-  
lis, videlicet obligatio in foco inter-  
no & externo, interdum penitus adi-  
mi, subinde verò aliquatenus dimi-  
nui, ac una obligatio tolli, altera in  
suo statu relinqui. Sic enim ( si lu-  
beat in declarationem assumere Juris  
Romani sancita ) in pacto, quod ajunt,  
nudo datur quidem obligatio natu-  
ralis, stringens conscientiam, sed non  
efficax in foco externo, in quo pro-  
missor ob simplicem & nudam pro-  
missionem conveniri nequit. Sic in  
contractu, ex metu aut dolo inito,  
utraque obligatio, naturalis & civilis,  
oritur, sed actio, coram Judice insti-  
tuenda, fit inefficax per exceptionem  
metus aut doli, à debitore seu pro-  
missore oppositam. Id quod pari  
discursu & ratione, ex regulis bonæ  
administrationis deducta, confirmatur,  
quatenus uno tempore multiplicatio  
obli-

obligationum expediens, aliò tempore & occasione incommoda appetit. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 17. à num. 19. & Aa. citati.

¶ 1. IV. quod in illis casibus & materiis, in quibus Respublica potest irritare pacta & contractus, possit etiam juramenta, quæ ius firmans adjecta sunt, in consequentiam irritare juxta Molinam de J. & J. tr. 2. disp. 144. n. 13. Quemadmodum enim finis politicus nonnunquam irritationem pactorum & contractuum sive ipsò Jure sive per sententiam exigit; pariter quoque per indirectum & in consequentiam irritationem juramenti potest exigere: cùm in ordine ad forum conscientiae parum esset, absolvit quempiam ab obligatione justitiae, si remaneret vinculum Religionis. Molinam sequuntur Lessius de J. & J. d. lib. 2. cap. 42. n. 55. & ss. Sanchez, Palaio, & alii, quos refert & recipit Clariss. P. Franciscus Schmalzgruber ad lib. 2. Decret. tit. 24. num. 102. & seqq.

¶ 2. Quoad contractus de præterito, seu actu jam celebratos & absolutos, interest, an ritè & juxta Leges sint celebrati; an secus. Si hoc; Summa Potestas illos declarat nullos, &c., si quid eorum occasione ad alterum pervenerit, restituere jubet. Si illud; Summa Potestas nequit contractum validum annulare, sed, quia contrahentibus jus exinde partum & comparatum est, extra necessitatis aut utilitatis publicæ casum, ratificare & conservare tenetur; nisi pena, ob delictum in contractu admissum statuta, aliud exposcat. Pufendorf lib. 8. cap. 10. §. 7.

¶ 3. Evidem in integrum restitutio subinde conceditur à Principe non tantum in casibus, jam antecedenter per Legem publicam expressis, puta ex capite minoris ætatis, dolii, metus, lassionis enormis &c. sed etiam generaliter, quotiescumque justa causa videbitur, prout constituit Jus Romanum in tit. ff. & Cod. Ex quibus causis major. ipsique Prætori Romano, velut Magistratu non Supremo sed subalterno, hanc facultatem indulxit. Verum, quia haec justa causa semper in Naturali fundatur æquitate, quod nempe vel

injuria alterius compaciscentis interveniat, vel quis non suâ culpâ sed innocenter & inculpatè lœsus fuerit; Princps nihil in hoc passu contra Jus Naturale decernit, sed potius id explicat, ac, quod æqualitati consonum est, declarat, omniaque ita moderatur, ut quilibet in statum pristinum, in quo constitutus erat ante contractum, reponatur.

Num verò Suprema Potestas Sæcularis in simili hypothesi, in qua rescindit vel irritat contractum, possit etiam juramentum, majoris roboris gratiâ actui superadditum, rescindere vel irritare? Dubium facit Covarruv. in relect. cap. quatuor pactum part. I. §. 3. à num. 27. ubi, relatis pro utraque parte diversis Doctorib⁹, concludit, eam facultatem non ad Laicos sed ad solas Potestates Ecclesiasticas pertinere. Verum Molina cit. disp. 149. num. 12. qui adstipulantur Sanchez, Pax Jordanus, Hauboldus, Laymannus, & alii apud & cum Clariss. P. Francisco Schmalzgruber cit. l. num. 101. scribit, se non dubitare, quin, si Covarruvias attenisset ad sua fundamenta, sine ulla controversia sententiam contrariam amplexatus fuisset. Fundamenta autem Molinæ sunt: tum quia discrimen non modicum est inter juramentum, DEO & homini præstitum, cùm juramentum, immediatè DEO præstitum, unicè versetur circa materiam spiritualiæ, & virtutem Religionis, in quam nemini Potestas est data, quam DEI Ministris & Vicariis in Spiritualibus; juramentum verò, homini præstitum, versetur circa materiam ex se indifferentem, promissionem scilicet, in gratiam hominis factam, circa quam Potestas Politica pro exigentia boni publici disponere valet: tum quia per relaxationem aut irritationem ejusmodi juramenti non tollitur reverentia, DEO Opt. Max. debita, sed tantum solvit obligatio, debita homini, ac ejus utilitatem & favorem principaliter respiciens: tum quia, si ille, in cuius gratiam aliquid jurato fuit promissum, remittere potest hanc promissionem directè, & indirectè juramentum; ratio non apparet, cur non etiam Potestas Summa temporalis, quæ

quæ directè potest irritare eandem præmissionem, etiam indirectè juramentum irritare valeat.

58 Obiter hic adnotandum censeo, quod post Grotium lib. 2. cap. 14. §. 3. notavit Pufendorfius lib. 8. cap. 10. §. 4. haud quidquam licere Regi, juramentum proprium, validè conceptum, nullòve infectum vitiò, rescindere,

eo tantum obtentu, quod quædam suorum subditorum juramenta eidem liceat rescindere. Nam, quæ hōc modō rescinduntur, iam anteà hanc conditionem in se habebant: nō Superior nobuerit: atqui nullam posse contrahi obligationem, si quis suo arbitrio reservaverit facultatem non præstandi, in aprico est.

## S. II.

### *Quid Summa Potestas disponere possit circa Subditorum Commercia?*

59 Contractus maximè locum sortiuntur in commercio & mercatura: ex eo namque, quod merces & importentur in Civitatem & exportentur, subditi quotidianam habent occasionem, tam inter se quam cum extraneis, divitissimodè contrahendi, cum ea, quæ sibi necessaria aut utilia sunt, comparandō; tum alia, quæ inutilia vel omnino superflua judicantur, distrahendō. Ut autem commercia, & mercatura, quam Baldus apud Ansaldum de Ansaldis in tr. de Commercio & Mercatura disc. gen. n. 4. quintum Rei publicæ elementum appellavit, florent, nec tamen Respublica detrimentum inde patiatur, Summa Potestas

60 I. instituere potest non solum mercatus, quibus aut singulis aut certis per hebdomadam diebus res venales publicè venum exponantur à civibus & incolis; sed etiam nundinas solennes, ad quas extraneis cum suis mercibus advenire, easque vendere liceat, concessò Privilegiò, ne pro eo tempore ob debita civilia, antecedenter contracta, detineantur aut molestentur. Ziegler de Jurib. Majestat. lib. 1. cap. 24. per tot. Ansaldus ab Ansaldis cit. disc. gener. num. 20. & seqq.

61 II. erigere potest monopolia, atque vel certis personis, cum aliarum exclusione, jus mercaturæ concedere, vel etiam facultatem, certas artes profitandi, merces fabricandi, eas intra aut extra provinciam vehendi, non nisi aliquibus ex Civitate indulgere: quamquam enim monopolia graviter interdicantur ab Imperatore Zenone in-

I. un. Cod. de Monopol. quod libertas commerciorum per ea magis sistatur, quam promoveatur; rerumque necessarium comparatio frequenter ex unius aut alterius hominis avara manu pendeat. Textor in Synopsi Jur. Gen. cap. 13. num. 35. Nihilo rāmen minùs occursere possunt motiva non levia, quæ monoplia ab omni nævo & noxa absolvant. Molina de J. & J. tract. 2. disp. 345. num. 3. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 21. num. 148. Grotius lib. 2. cap. 12. §. 16. D. ab Andlern Constat. Imp. verb. Monopoliū. num. 3. Nam, cum mercantibus peregrinis appортандis, ob ingentes, qui fieri debent, expensas, non omnes & singuli de Civitate, sed tantum aliqui pares sint, injuriā neminā facit Princeps illius Civitatis, qui solis civibus, merces illas suō impendio afferentibus, jus vendendi permittit: ne cæteroquin commodum, quod ab ipsis magno cum periculo & sumptu constitutum est, alii gratis percipiāt. Pufendorf de Jur. Nat. lib 5. cap. 5. §. 7. Adhæc, si cuilibet liceret, omnia & omnibus vendere, facile continget, ut ex defectu lucrī nemo ferè adesset, qui etiam res vulgares, & vitæ sustentandæ necessarias, ex aliis remotisque locis suo cum dispendio accerferet; sicque, dum unus alteri lucrum interceptipit, omnes esurire vel cogantur. Ziegler de Jurib. Majest. d. lib. 1. cap. 47. §. 3. Præterea, qui novam artem invenit, Reipublicæ pro pacis aut belli tempore salutarem, utique dignus est, ut eam ipse & ejus hæredes privativè quoad alios in perpetuum aut

aut ad certum tempus exerceat: cum etiam in pluribus Europæ Civitatibus certa quædam præstissime oporteat, qui mercaturam aut opificium aliquod colere vult; nec sufficiat, ejus negotii solam obtainere scientiam. Pufendorf d. §. 7. Ansald. ab Ansald. de Commercio & Mercatur. cap. 26. num. 22.

65 Semper tamen Summae Potestati cāvendum & prospiciendum erit, ne monopolæ ex nimia ditescendi aviditate pretium ultra iūs & æquum augent, &, dum ipsi soli facultates suas instruunt, tota communitas sensim emungatur. Lessius d.l. n. 149. Grotius d. §. 16.

66 III. introducere potest ius, ut vocant, stapulæ, cuius virtute merces, alio ex loco advectæ, detinentur, eō

fine, ut vel certius solvantur vectigalia; vel mutentur vehicula aut navi-gia; vel publicè venum exponantur. Pufendorf de J. N. & G. lib. 3. cap. 3. §. 6. Ziegler d. lib. 1. cap. 42. S. 1. Tex-tor cit. l. num. 34. Quia verò liber-<sup>67</sup> tas commerciorum hōc jure non pa-rum restringitur, ideóque à Guisielmo van der Muelen in Comment. ad Grot. lib. 2. cap. 2. §. 13. num. 5. fortiter im-pugnatur; ad ejus legitimam subsisten-tiam requiritur, ut rariū & non pro-miscuè concedatur; nec mercatores aut fidem de pretio habere, aut mi-nus pretium, ac quō ipsimet merces compararunt, acceptare, aut alias damnosam sibi negotiationem subire cogantur. Ziegler ib. §. 5. Schweder in Intr. ad Jus Pub. part. spec. sect. I. cap. 20. n. 9.

### §. III.

## Quid Summa Potestas ordinare valeat circa rerum mensuram, pondus, pretium, & monetam?

68 IN contractibus & commerciis, ad servandam æqualitatem, nec non evitandas fraudes, plura occurunt, circa quæ Summa Potestas officium suum interponere debet. Sic enim I. eidem incumbit, de uniformi pondere & mensura providere, quatenus hōc modō res illæ, quæ non nisi per ponderationē vel ad mensurationem solent in humanum venire commer-cium, tutò æstimentur, &, quotquot circa res hujusmodi contrahere volunt, pro majori securitate & sinceritate non aliò pondere vel mensura utantur: hoc enim plerisque Gentibus, Atheniensibus, Hispanis, Gallis, Anglis, & præcipue Romanis, ut patet ex l. penult. in pr. Cod. de Defensor. Civit. l. 1. Cod. de Ponderat. lib. 10. in more positum erat, ut ponderis ac mensu-ræ certitudo authoritate publicâ statuatur, omnesque subditi huic statuto obtemperare teneantur; appro-bante & simul imperante sic Legisla-tore Divinô Levit. cap. 19. vers. 35. ibi: nolite facere iniquum in iudicio, in mensura magna, in regula, in pondere, in men-sura parva. Statera justa, & æqua sint pondera, justus modius, æquisque sextarius.

P. SCHMIER JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

Deuteron. 25. vers. 14. & 15. ibi: non ha-bebis in sacculo diversa pondera, majus & minus: nec erit in domo tua modius major & minor: pondus habebis justum & ve-rum, & modius æqualis & verus erit tibi, ut multib tempore vivas super terram, quam Dominus DEUSTUUS dederit tibi. Mich. 6. vers. 11. ibi: nunquid justificabo stateram impiam? & sacculi pondera dolosa? In quibus divites ejus repleti sunt iniquitate. Nicolaus Myler ab Ehrenbach in Metro-logia cap. 1. per tot. Quod autem, Summae Potestati hoc ius præcipue conveniat, ratio non una est: partim quia universim curare obstringitur, ut procul omni fraude & fallaciâ promoveantur commercia: partim quia spe-cialiter in observantia certi ponderis & mensuræ sita est tranquillitas Rei-publicæ: partim quia uniformitas in hiscerebus non potest ab aliò, quam cui tota Civitas parere necessum ha-bet, cum intento effectu introduci. S. Thomas de Regin. Princ. lib. 2. cap. 14. Myler in d. Metrolog. cap. 2. per tot. Kni-chen Oper. Polit. lib. 2. p. 1. cap. 12. th. 6. num. 5.

II. incumbit determinare rerum pretia, non quidem universaliter, sed quoad

G g g

quoad illas, quæ ad victum & amictum magis sunt necessariæ, puta frumentum, panem, vinum, cerevisiam &c. Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 14. num. 3. Molina de J. & J. tract. 2. disp. 364. num. 1. Ziegler d. lib. 1. cap. 46. §. 2. nam quia talibus rebüs nemo carere potest, sed, velit nolit, de iis sibi suæque familiæ tenetur prospicere: 73 authoritate Imperantium opus est; vel quia insatiabili dardanariorum, propolarum, & ejus furfuris hominum cupiditate plerumque ita excrescerent pretia, ut pauperiores ne quidem haberent, quô necessaria sibi comparent: vel quia æqualis mercium æstimatio non tantum multifarias lites submovet, sed etiam facilitatem humanæ negotiationis promovet: vel quia propter diversimodam circumstantiarum, in quibus æstimatio crescit & decrescit, congeriem nemo securius pretium determinat, ac Summa Potestas, cuius est, mercium copiam, inopiam, utilitatem; nec non labores, expensas, & pericula, in illarum comparatione sustinenda, gnaviter expendere, iisque publicam æstimationem conformare. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 21.

74 num. 7. & 8. Casu quô autem authoritate legitimâ certum pretium fuerit determinatum, illud consistit in indivisibili, neque citra peccatum injustitiae aut venditoribus licet, merces suas carius vendere, aut emptoribus fas est, minori pretiō venditores invitos defraudare. Molina d. l. n. 2. Lessius n. 9. & 12. Sotus de J. & J. lib. 6. q. 2. art. 3.

75 III. incumbit, monetam seu pecuniām, tanquam instrumentum contractibus & commerciis oppidò necessarium, tum cedere, tum curare: quia enim priscis temporibüs mortales, contrahere volentes, ad summam redigebantur angustiam, nec aliam ferè conventionem, quām permutationem, celebrare poterant; & nihilo minus in ipsa permutatione sœpius accidebat, ut, cum tu habeas, quod ego desiderem, ego invicem habeam, quod tu accipere velis, electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, eaque materia forma publica percussa

76 usum dominiumque non tam ex substantia præbet, quām ex quantitate, nec ultra merx utrumque sed alterum pretium vocatur, ut accommodè differit JCtus Paulus in L. i. in pr. ff. de Contrab. empt. Cur vē-76 rò nemini alteri, ac Summam Potestatem habenti, aut, qui ab ea speciale privilegium accepit, facultas cūdendi curandique monetam adscribi possit, rationes plures suggerit S. Thomas de Regin. Princ. cit. lib. 2. cap. 13. tum quia numisma est verum ornamentum Regis & Regni, quatenus eō repræsentatur imago Regis, juxta illud: cuius est imago hæc? Dicunt ei: Cæsar. Matth. 22. vers. 20. tum quia, in quantum moneta est regula & mensura rerum venalium, in tantum monstratur excellētia Principis, ut videlicet imago ipsius sit in nummo regula hominum in suis commerciis: tum quia numisma cedit in proprium commodum Principis, quatenus per ipsum mensurantur tributa & exactiones. Quibus rationibus adjungi potest, quod, tametsi materia, ex qua formatur pecunia, privatorum quoque commercio subfit; valor tamen publicus, qui potissimum in humano spectatur commercio, nequeat ab alio, quām qui Maje-77 state præditus, vel ab ea privilegiatus est, imponi: quippe cūm debeat esse universalis, obligans & obstringens omnes, quotquot in Civitate contraherere, justumque pretium in conventionibus, præsertim emptione, venditione, aut solvere aut recipere cūpiunt. Hornius de Civitat. lib. 2. cap. 6. §. 2. num. 1. & 2. Ziegler de Jurib. Majestat. lib. 1. cap. 49. §. 7 & seqq. Portugal de Donat. Reg. lib. 2. cap. 20. num. 10. Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 6. cap. 1. n. 3.

Tria solummodò hīc in quæstio-78 nem veniunt; primum est: an in pecunia consideretur sola forma, seu impressio imaginis, nominis, insignium, aut characteris publici cūm valore impositio, absque materia? Secundum: qualis materia ad pecuniam sit adhibenda? Tertium: an valor pecuniae ex libero Summi Imperantis arbitrio minui vel augeri possit?

Ad primum respondendum puto, 79 materiam quoque in considerationem esse deducendam. Siquidem, ut constat

stat ex textu Pauli in n. 75. citatō ad sublevandam permutationum difficultatem inventa est materia, cui forma publica fuit impressa: consequenter non sola forma, sed etiam materia præstat id, cujus gratiā primitus erat introducta pecunia. Quòd autem in eodem textu dicatur, pecuniæ usum non tam ex substantia, quām ex quantitate metiendum esse; materiae considerationem non penitus excludit, uti nec pietatem ab homine removet, qui ipsum non tam ex pietate quām scientiā commendandum esse enuntiat. Quin, ut probè ex Vinnio observat Ziegler cit. l. §. 14. idēq; quantitatis mentionem facit JCtus, quòd pecunia sit ex censu rerum fungibilium; quā, cūm in commercium humanum non aliō mediō trahantur, quām consideratā quantitate, indequē mensurari, ponderari, vel numerari debeant; magis ex quantitate, quām ex materia spectantur, eāque ratione speciebus & corporibus in Jure Rōmano oppo-

nuntur. Accedit, quòd commercia, quā Juris Gentium suō modō sunt, haud aliter ac per pecuniam, quā sit integra, proba, atque adeō ex materia certi ac intrinseci valoris & ponderis conflata, propagari queant: cūm forma & valor extrinsecus non nisi in propria cujusque Imperantis Republica æstimetur. Qua de causa apud Romanos olim nummorum ponderatores, qui Triumviri Monetales appellabantur, deputati sunt juxta l. 2. §. 30. ff. de Orig. Jur. l. 2. Cod. de Ponderat. auri lib. 10. Venetiquaque & Lusitani nec non & Germani Judices ac Inspectores supra monetam constituerunt. Portugal cit. cap. 25. num. 43. Et seqq.

83 Ad alterum Hornius cit. cap. 6. §. 3. num. 2. ita respondet: cūm totum negotium ab arbitrio Superioris dependeat, non à natura, liberum omnino est, designare materiam, quā pretii non mensurineat. Opinione hæc omnia constant: & auri, argentique nobilitas ab eo fonte fluit. Nihil peccasse arbitrator in politicas regulas Principes, qui ex corio chartave nummos fabri-carunt; quemadmodū de Tartaris memorant, & aliis Pöpolis, qui sc̄ōr-teis atque testaceis nummis usi sunt.

At Grotius lib. 2. cap. 12. §. 17. asserit, 84 materiam debere talem esse, ut per se minimè flectatur, cujusmodi in genere æstimabilium sunt aurum, argentum, æs, quā ferme tantundem ubique & semper valent. Eoque respxisse creditur, tum Aristoteles libr. 1. Polit. cap. 9. ubi materiam nummi voluit esse ex numero rerum utilium: quia, si nummi materia prorsus inutilis esset, nemo prudens pro suis rebus eam acciperet; tum Paulus in d. l. 1. in pr. de Contrab. empt. ubi publicam & perpetuam æstimationem in pecunia desideravit: perpetuitas namque æstimationis fundamentum habet in materiæ perpetuitate, quatenus ex se edacitati temporis & consumptionis resistit. Ziegler d. cap. 49. §. 15. ubi ad 85 mentem & intentionem Aristotelis d. cap. 9. addit, materiam, ut sit utilis, debere esse tractabilem, ac posse circumferri, condi, liquari, cogi, duci, cudi, figurari, verberari, durare tandem in his omnibus minimō sui detrimentō; quā posterior conditio separat nummum à frugibus, aliisque rebus omnibus, quā utiles quidem sunt, non tamen hōc modō tractabiles.

Evidem non diffiteor, Principem, 86 cuius subditi nulla cum exteris fovent commercia, pro sua libera voluntate in locum monetæ argenteæ vel aureæ, plumbeam, stanneam, aut ferream; contra morem antiquum, de quo testatur Huberus de Jure Civit. lib. 3. scđ. 3. cap. 2. §. 3. introducere posse: at, ubi 87 semel aureus argenteusve nummus in proba & ab intrinseco valente materia est receptus, absque grandi Reipublicæ dāmo non poterit abrogari: cūm & publicè intersit, illibatam integravē conservare monetam, quatenus unusquisque subditus certam rerum suarum æstimationem inire valeat; & singulorum utilitas in eo vertatur, ut, quia in se & communi æstimatione metalla inter se differunt, argentum æri, & aurum omnibus antefertur, metallum inferius auro & argento æquivale non permittatur. Ziegler d. cap. 49. §. 17. Guilielm. van der Muelen ad Grotium d. lib. 2. cap. 12. §. 17:

Admitto quoque, in casu necessita- 88  
tis & indigentiae publicæ ex quavis materia,

teria, etiam fluxa & fragili, charta, corio, cortice, quin & in minori pondere aut bonitate monetam confici posse; sed eâ lege, ut, cessante necessitatis angustiâ, in vicem nummi similitudinarii nummus verus & probus substituat, ac damnum, communatati illatum, pro re nata resarciantur: quemadmodum ab Imperatore Friderico II. laudabiliter factum memorat Ziegler *cit. cap. in §. 22.* & seqq. & ita faciendum esse, non obscurè declarat Innocentius III. in *cap. quanto de Juris.* ubi reprehendit Regem Arrogoniæ perinde ac ipsius Consiliarios, quod juraverit irrequisitô Populô, ad certum tempus conservare monetam patris sui, quæ circa ejus mortem justo pondere erat defraudata; quem textum ad propositum allegat Doctor Angelicus *de Regimin. Princip. d. lib. 2. cap. 13.*

**90** Ad tertium contra *cit. Hornium §. 7.* resp. mutationem monetæ, sive concernat valorem intrinsecum, sive extrinsecum, ex nudo Summae Potestatis beneplacito haud pendere. Pelzhofer *cit. lib. 6. cap. I. n. 4.* & seqq. Quandoquidem non tantum speciale quid videtur in quacunque mutatione, ut ea sine consensu subditorum non fiat, quatenus in commerciis ingens detrimentum subire possunt, velut ex *cit.*

*cap. quanto cum S. Thoma arguitur;* sed etiam ratio, ex hucusque dictis & repetitis derivata, non sinit, ut, qui in pecunia numerata majoris valoris jus quæsitum habet, illô defraudentur, ac, qui hodie v. g. in centum aureis quadragesimos numerat florenos, cras trecentos duntaxat habeant. Sive enim tantum demat Princeps de ipsis corporibus nummorum, sive de valore corundem, utrobique jus, quod in pecunia æstimatum habet subditus, aufert, utrobique facultates ejus invertit, & pauperiorem reddit. Covarruv. *de Veter. Numismat. Collat. cap. 7. num. 6.* Portugal *cit. l. de Donat. cap. 25. num. 16.* Ziegler saepe *cit. cap. 49. §. 13.* Si tamen justa suffragetur causa, puta, quod aut materiae raritas ac nobilitas augmentum monetæ suadeat, aut ejusdem vilitas ac ignobilitas diminutionem exposcat; præcipue verò si necessitas publica ob pecuniæ penuriam valoris incrementum efflagitet, unanimem sententiam esse, dicit Portugal *d. l. num. 19.* quod Summa Potestas se solâ valorem immutare valeat: quia, ut ille scribit ex Horat. Montan. Reges in materia monetarum sunt Ministri Juris Gentium, secundum quod æqualitas servanda est juxta temporum & rerum vicissitudines. Concordat Covarruv. *ubi supra.*

## S E C T I O III.

### De Successione Hæreditaria.

#### S U M M A R I A.

- 93.** *Propositus quæstio de origine testamentorum.*  
**94.** & seqq. Recensentur multiplices rationes, ex quibus concludi videtur, testamenta originaliter non provenire ex Jure Naturali. 98. & seqq. Ostenditur in contrarium, qualiter dominio infra facultas disponendi in tempore mortis. 100. & seqq. Declarantur duo loca S. Scriptura, Gen. 24. & 47. 103. In confirmationem assumentur duplex locus alius Gen. 27. & 15. 104. & seqq. Adducuntur paritas inter donationem & testamentum. 106. Exponitur moralis unius voluntatum ex parte testatoris & hæreditis. 108. & seqq. Summa Potestas in sua Civitate testamenti factiones penitus abolere potest. 111.

Nec tamen per hoc liberis & creditoribus praedicator. 112. & seqq. Ant salutis anima. 114. & seqq. Potest etiam testamenti præscribere certam formam. 116. Et rursus istam formam tollere. 117. & seqq. Potest etiam hæreditatem hæreditibus instituisse, tanquam indignis, auferre. 119. Successio ab intestato pariter ex Jure Naturali descendit. 120. & seqq. Nisi ut conjecturâ voluntatis, & primò vocat liberos. 122. & seqq. Deinde alios propinquos. 124. & seqq. Summa Potestas ordinem ab intestato determinare & declarare valet. 126. Dummodo liberis manus salva legitima. 127. Quæ etiam natus ex damnato coen negari non debet.

S. I.

- An Successio ex testamento suam vim & efficaciam  
habeat à Summa Potestate Crvili?

39 **V**ix quidem in Jure Romano  
ulla est materia, vel subtili-  
tate magis acuta, vel diffi-  
cilitate magis circumsepta,  
vel quæstionum intercurrentium mul-  
titudine magis intricata, quam illa de  
Successione Hæreditaria, tam ex testa-  
mento, quam ab intestato: ad no-  
strum tamen institutum unam tantum  
& alteram disceptationem huc trans-  
ferre statui. Et quidem primâ fronte se  
offert quæstio satis spinosa de origine  
testamentorum & ultimarum volun-  
tatum, in eo sita, an valor ultimarum  
dispositionum, quarum effectus con-  
fertur in tempus mortis, vim suam à  
sola Potestate Civilis & Politica for-  
tiantur; an econtrà dominio suâpte  
natura hæc insit virtus, ut dominus  
de re sua non tantum disponere possit  
pro tempore vitæ, sed etiam pro tem-  
pore mortis, quod dominium exspirat?

40 Pufendorf de Jur. Nat. lib. 4. cap. 10. §. 4.

& seqq. contra sententiam, quæ dispo-  
sitiones ultimas ex Naturali efficacia  
dominii convalidat, jam in *Jurisprud.  
Canonico-Crivi lib. 3. tr. 4. part. 1. cap. 1.  
an. 22.* propugnatam, atque à Clariss. D.  
P. Benedicto Schmier ad lib. 3. *Decret.  
tit. 26. num 9.* & Clariss. D. Josepho  
Adamo Ayblinger ad tit. *Inst. de Testam.  
ordinand. p. 1. n. 6.* receptam, varia pro-  
ponit dubia. I. Neutquam videtur  
esse necessarium, ut dominium in se  
contineat facultatem disponendi circa  
res suas in casum mortis, sed sufficere,  
si quis tamdiu, quamdiu in vivis est,  
rerum, quæ vivis duntaxat hominibus  
inserviunt, dispositionem habeat.

II. Antiquissimi Patres & Protoparenti-  
tes nostri, ut ultima mandata obser-  
varentur, suos jurejurando obstringea-  
bant, ut patet ex libro Genes. cap. 24.  
vers. 2. & 3. item cap. 47. vers. 29. quod  
argumentum est, eorum, qui rebus  
humanis exempti sunt, voluntates ul-  
timas impunè negligi posse. III. Licet  
dominio ea concedatur virtus, ut ali-  
quis de bonis suis disponat in gratiam

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

alterius pro tempore vitæ, & effectus  
conferatur in tempus mortis; atque ex  
eo non ineptè defendantur testamen-  
ta Patriarcharum, imminentे jam fa-  
tō, in præsentia eorum, quos bono-  
rum successores esse volebant, con-  
dita; nihilominus, ut talis dispositio  
fiat in vita, sitque revocabilis ad ulti-  
mum usque spiritum, nec hæredi, qui  
sæpe procul abest, & factam in sui fa-  
vorem dispositionem ignorat, jus ali-  
quod sed spem duntaxat, eamque fal-  
lacem, conferat, cum dominio pug-  
nare videtur. IV. Aliás in transla-  
tionibus jurium ab uno ad alterum ex  
natura rei necessarium videtur, ut con-  
fensus ejus, qui transfert, cum alterius,  
in quem translatio fit, consensu simul  
& eodem tempore coëxistat, ac velut  
uniatur: in hac autem hypothesi us-  
que adeò necessarium haud est, volun-  
tatem testatoris ac hæredi uniri, ut  
etiam inter mortem illius & hujus adi-  
tionem intervallum temporis interce-  
dere queat.

55 Sed in promptu sunt responsiones, 98  
quibus isthæc dubia resolvantur. Ad  
I. nihil obest, etiamsi dominio facul-  
tas disponendi in eventum mortis non  
dicatur necessariò inesse: sufficit enim,  
quod ejus naturæ non repugnet, imò  
ex ipsa ejus natura dimanet; sicuti non  
est necessarium, ut, qui dominus est  
rei, possit illam oppignorare vel do-  
nare, etsi facultas oppignorandi &  
donandi naturaliter ex dominio deri-  
vetur. Quamobrem Plutarchus, cùm  
dixisset, à Solone permisam civibus  
testamenti factionem, addidit: effi-  
cit, ut res cuique suæ propriæ & in pleno  
dominio essent. Grotius lib. 2. cap. 6. §. 14.  
Imò necessitatem hanc in dominio  
non tantum colligo ex divisione re-  
fum, ob pacem generis humani inel-  
evitabili ex necessitate introductā: cùm  
in supposito contrariæ opinionis bona  
post mortem cujusque domini fierent  
vacantia, & sic primæva illorum com-  
munio cum jure libere præventionis  
H h h &

97

98

99

& occupationis rediret; sed etiam ex instinctu & obligatione Naturali, quâ & animæ nostræ, quam sanâ & sanctâ fide credimus immortalem, per dispositiones pias, post illius è corpore discessum, in effectum deducendas, omni meliori modô consulamus; & liberis, quos relinquimus, saltem alimenta, ne pereant, cum efficacia assignemus; & familiæ nostræ eisque, à quibus beneficia recepimus, suam benignitatem rependamus; & creditoribus nostris, quibus in vita non satisfecimus aut satisfacere potuimus, ex residuis post fata bonis reddamus, quod debemus. Hinc verè Quintilianus in declamat. dixit: *poteſt grave vi-deri etiam iſpum patrimonium, ſi non integrum legem habet,* &c, cùm omne jus nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus. Muelen ad Grotium cit. l.

<sup>200</sup> Ad II. legimus quidem in *Genesi* d. cap. 24. vers. 2. &c 3. Abrahamum seniori ex servis suis mandâsse sub jureamento: *ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananeorum, inter quos habito, ſed ad terram cognationem meam profici-ſcaris,* & inde accipias uxorem filio meo Isaac &c. Legimus quoque, Jacobum *Genesi* 47. v. 29. juratò suum filium Joseph obligâsse, dicendô: *facies mibi miſericordiam & veritatem, ut non ſepelias me in Aegypto, ſed dormiam cum Patribus meis,* & auferas me de terra hac, condasque in

<sup>201</sup> sepulcro majorum meorum. Verùm hæc duo exempla non pertinent ad ultimas voluntates seu testamenta, de quibus impræsentiarum agimus: quippe cùm allegati Patriarchæ ibidem de suo patrimonio nullam ordinationem fecerint, ſed factum duntaxat, ab aliis præstandum, ſibi juratò stipulati fuerint. Et, ſi in ultimis etiam voluntatibus testator hæredem sub obligatione jurisjurandi ad implementum aut nostris temporibûs obstringeret, aut jam inde in primis mundi ſæculis obstringere voluiffet, tam parum inde conficeretur, ad effectum testamenti opus esse jurejurandô, quâ parum convincitur, ad effectum contractûs aut actûs inter vivos juramentum esse necessarium, efto ſæpiſſimè juramen-<sup>202</sup> ta pro ſervanda fide exigantur. Ut

taceam, ab Isaaco Patriarcha primo-genituram in favorem Jacobi filii ſui ordinatam *Genes. 27.* nec abſimilem dispositionem ab Abrahamo in gratiam servi Eliezeri *Genes. 15.* intentam fuiffe, ſi ſinè liberis decessiffet, absque eo, quòd in uno aut altero loco quid-piam de juramento ſupponatur.

Ad III. cùm ex ipso dominio fluere <sup>104</sup> videatur potestas, rem ſuam alteri do-nandi, tam irrevocabiliter, quâm re-vocabiliter, reservatò interim plenissi-mô fruendi poſſidendique jure; fluit etiam potestas, de rebus ſuis teſtandi, reservatò ſibi revocandi, fruendi, ac poſſidendi plenissimô jure; ſicuti le-gitimô diſcurſu concludunt Grotius lib. 2. cap. 6. §. 14. num. 1. Vitriar. *ibid. queſt. 19.* Kulpifius *ibid. §. 4.* Quòd <sup>105</sup> autem hæres nonnunquâm absens aut ignarus ſit testamenti, in ſui commo-dum erecti, cedit emolumento teſtatoris, qui, ſicuti non vult egere, quândiu in vivis eſt, ita voluntatem extre-mam hæredi non ſemper manifestat, ne ſpem improbam antevertat, ac priùs in vitam quâm bona teſtatoris graſſetur. Muelen ad Grot. cit. l.

Ad IV. non obſtantē, quòd inter <sup>106</sup> voluntatem teſtatoris ac hæredis de-clarationem notabile temporis inter-vallum intercedat, potest tamen utriusque voluntatis unio in morali æſtimatione intervenire, quatenū teſtator in ultima voluntate non-revo-catâ perſeverare, eamque hæres per aditionem hæreditatis agnoscere, & comprobare præſumitur. Id quod in aliis quoque jurium translationibûs evenire, ac ſi quis v. g. rem ſuam al-teri emendam obtulerit, ille poſt ali-quod tempus demum voluntatem ſuam declarare, & ſic uterque morali nexu colligari poſteſt.

Resolutis hisce dubiis, non igno-rans, quod Plinius Junior apud cit. Grotium cap. 7. §. 3. edixit: *defunctorum voluntatem intellexiffe, pro jure eſt:* in ſemel statuta assertione firmiter perſevero, & affero, teſtamentorum vim & efficaciam originaliter à Jure Naturali provenire, neque ad ſuī ſuſtentaculum adjutoriō Civilis Po-teſtatis indigere.

## §. II.

## S. II.

*Quid Juris Summæ Potestati sit circa Successionem ex testamento?*

**108** **T**Ametsi ex dictis §. 1. virtus & energia testamenti deducatur. ex assistentia Juris Naturalis seu primæva dominii proprietate, Potestas Summa nihilo seculi amplam circa testamenta facultatem obtinet. Comprimis enim testamenti factionem in sua Civitate generatim abolere valet: siquidem Jus Naturæ non præcipit, ut testamentum condatur, sed tantum id, si legitimè fuerit conditum, fovet, eique vim transferendi dominium.

**109** confert; quô nihil remorante, Summa Potestas testamenta penitus abrogare, nec unum tantum vel alterum in particulari ad testandum impotem efficere, sed prorsus testamenti factionem abolere valet: quemadmodum & alias facultates, ex Jure Naturali permissivo cæteroquin oriundas, incommodum Civitatis infringere, & circumscribere valet; ut dictum in cap. 3. num. 129. Huberus de *Jure Civit.*

**110** lib. 2. sct. 6. cap. 6. §. 18. Nec desunt historiæ & exempla, dum apud Athenienses ante Solonis tempora vim nullam habebant testamenta; apud Longobardos de bonis feudalibus dispositio testamentaria non concedebatur; apud Germanos Veteres, ut perhibet Tacitus de *Morib. German.* cap. 20. 6. bæredes successoresque sui cuique liberi, & nullum testamentum erat.

**111** Quòd si putes, hâc ratione nec liberis, nec animæ, nec creditoribus sufficenter esse prospectum; resp. liberis aut creditoribus vel ideo ad abundantiam esse prospectum, quòd, ubi facultas testamenti deficit, subintret successio ab intestato, ac propinquiores defuncti, & inter hos primò loco liberi ad hæreditatem vocentur, cum onere tamen & obligatione, ut æs alienum, quô sine hæreditas in considerationem haud venit, ante omnia

**112** expungant. Quoad salutem animæ existimabunt forsitan aliqui, qui à sarcis avitæ alieni sunt, non esse quidpiam de illa curandum: quandoquidem nec

flammas piaculares, per quas reliquæ peccatorum non-mortaliū; in hac vita nequidem ad condignitatem expurgatæ, penitus expurgentur, & excoquantur, admittunt. Verùm, sicuti **113** cum S. Matre Ecclesia Catholica & Apostolica verissimum sentio, quod scriptum extat 2. *Macbab. cap. 12. v. ult.* *sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, ut a peccatis solvantur;* pariter, ne quis per Legem Civilem impediri queat, quòd minùs in ultima voluntate animæ suæ per dispositionem piam recordari possit, intrepidè assero juxta alibi defensa, nempe in sæpe cit. *Jurisprud. Canonico-Civil. lib. 3. tract. 4. p. 1. cap. 3. à num. 13.*

Deinde Summa Potestas testamen- **114** to certam formam ac solennitates præscribere potest, ut, iis non adhibitis, testamentum corruat, & ad hæredem, in illo scriptum, nihil perveniat. Portugal de *Donation. Reg. lib. 3. cap. 16. num. 3.* Et quidem, ut nullus dubito, in utroque foro, adeò ut ne quidem in conscientia quid recipere vel retinere valeat, si Legislator ita voluerit, ac hæredes ab intestato testamentum insolenne impugnaverint; sicuti in cit. *Jurisprud. cap. 2. num. 43.* docui, mihique consentiunt Clariss. D. P: Ambrosius Ziegler de *Pact. & Contract. q. 13. §. 5.* Huber. d. lib. 2. sct. 6. cap. 6. §. 17. Idem namque in æstimatione morali est, aut nullum facere testamentum, aut tale, quod à Legge totaliter est improbatum: cum meritò, quidquid contra Legem irritantem fit, pro infecto reputetur.. Eleganter Pufendorf lib. 4. cap. 10. §. 7. & 8.

Has ipsas tamen solennitates **115** Summa Potestas, si libuerit, remittere, tollere, vel augere potest; prout in Jure Romano permulta testamenta sunt privilegiata, v. g. patris inter liberos, confectum in expeditione militari, Principi vel Judici oblatum &c. de quibus in citat. *Jurisprudent. cap. 3. per tot.*

<sup>117</sup> Super hæc neutiquam repugnat, quin Summa Potestas aliquos capiendæ hæreditatis faciat incapaces, aut hæreditatem hæredi, cæteroquin cum omnibus solennitatibus instituto, auferat, casu quo per delictum se fecerit indignum, ut emolumenntum ex liberalitate testatoris capiat; velut de facto sic disposuit Jus Civile Romanum tam in ff. quam in Cod. sub tit. de his,

que ut ab indignis &c. Ut tamen major habeatur ratio hæredum ab intestato quam fisci, si non justitia, saltem æquitas postulat: cum sub bono Principe fiscus causam non bonam foveat. Videatur Portugal d. l. lib. 2. cap. II. & num. 64. ubi illam questionem, an dispositiones ultimarum voluntatum authoritate Principis convelli queant? Insigniter deducit.

vid: Schreder: part. I. cap. 14. §. 4.  
Cstruv: in Syntag. d. L. cap. 26. §. 64.

### S. III.

## Quid Summa Potestas peculiare habeat circa Successiones ab intestato?

<sup>119</sup> Successio ab intestato testamentum tacitum vocatur à Grotio lib. 2. cap. 7. §. 10. num. 2. tanquam ex voluntatis conjectura desumptum. Ejus naturalem originem esse, docet ibid. §. 3. & probat ex eo: quia dominii ea vis erat, ut domini voluntate transferri in alium posset, etiam mortis causâ, acretenta possessione, ut supra diximus: si quis ergo voluntatis suæ nullam edidisset testationem, cum tamen credibile non esset, ejus cum mentis fuisse, ut post mortem suam bona occupanti cederent, sequebatur, ut ejus esse bona inteligerentur, cuius ea voluisse defunctum, maximè erat probabile. Creditur autem in dubio id quisque voluisse, quod æquissimum atque honestissimum est: in hoc autem genere prima est causa ejus, quod debetur; proxima ejus, quod, et si non debetur, officio congruit.

Congruit verò summoperè, ut etiam (ita discursum suum promovet Grot. d. l. §. 5. num. 2.) citra auxilium Legis Civilis, prima bonorum successio liberis deferatur: quia creduntur parentes illis, ut corporis sui partibus, non tantum de necessariis, sed & de his, quæ ad vitam suavius honestiusque transigendam pertinent, quam uberrimè voluisse prospectum, ab eo maximè tempore, quò ipsi rebūs suis frui non possent. Ratio Naturalis, inquit Paulus JCtus in l. 7. in pr. ff. de Bonis damnat. quasi Lex quedam tacita liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocandō. Nec enim

(ait Sanctior Paulus 2. ad Corinth. 12. vers. 14. ) debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filii. Pufendorf de J. N. lib. 4. cap. II. §. 1. 2. & 3. Conferantur, quæ impressa sunt sæpe cit. Jurispr. Canon. Civ. lib. 3. tr. 4. p. 2. à num. 17.

Proximum locum ex mente Quintilia ni in declamation. à testamentis babent propinquai: & ita, si intestatus quis ac sine liberis deceperit. Non quoniam utique justum sit, ad hos pervenire bona parentum defunctorum: sed quoniam relicta & velut in medio posita nulli proprius videntur configere. Scilicet, ut meminit Cicero lib. I. Offic. optimè societas hominum conjunctioque servabitur, si, ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur. Et, ut dixit S. Ambrosius, etiam illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias. Grötius cit. lib. 2. cap. 7. §. 9. & 10. Pufendorf d. cap. II. §. 13. & seqq.

Quia verò hæc succedendi ratio à Jure Naturæ haud præcepta, sed tantum permissa est: quia insuper ratione præsumptæ voluntatis plures oriri possunt altercationes, præsertim si illi, qui alias defuncto sunt gradu proximi, eidem aversi aut ingrati fuisse arguantur: quia etiam in modo succedendi, ubi plures in successione concurrunt, sitne in capita vel in stirpes? dubitationibus multis janua aperitur: hinc Summæ Potestati circa successionem ab intestato, quoad personas, modum, & quotam multa reservantur, quæ pacis & concordiae causâ explicatiæ regulâ & ordine dirigantur, digeran-

rantur, determinenturque. Pufendorf d. cap. II. §. 18. Ex quo prove-  
nit, ut inter ipsos liberos saepe fiat di-  
stinctio, nec æquali omnes forte gau-  
deant, sed masculi foeminis, illegiti-  
mis legitimi, primogeniti secundoge-  
nitis, corpore valentes debilibus aut  
mutilatis præferantur, velut accedit  
in feudo, fideicommisso, & aliis suc-  
cessionibus. Grot. d. cap. 7. §. II. n. I.

126 Et 2. Quamquam in tali prælatione  
semper observari oporteat, ut liberis  
sua legitima portio remaneat salva; non  
quidem simpliciter & quoad certam  
quotam (sic enim à Summæ Potestatis  
constitutione pendet) sed quoad ali-  
mentaria necessaria: nam filium vel filiam  
alere, patrinecessa est propter ipsam Natu-

ram, prout afferit Justinianus l. ult. Cod.  
de Bon. que lib. §. pen. eoque sensu juxta  
Plutarchum liberi hereditatem ut fibi debi-  
tam exspectant: ideoque dispositio, quæ  
filius excluditur, impia dicitur à Sallu-  
stio. Grotius d. cap. §. 4. n. I. Et 2. Pufen-  
dorf d. l. §. 4. Et 7. Gletle 2. part. Pand. q. 10.  
n. 29. Et seqq. Factum exinde, ut, cum 127.  
Leges Romanæ tantò odiò in liberos,  
ex damnato coitu procreat, exar-  
descerent, ut ne quidem alimenta illis  
decerni permitterent, à SS. Canoni-  
bus ex Christiana pietate fuerint cor-  
rectæ in cap. cum baberet de eo, qui duxit  
in matrem. quam polluit Et c. Grot. ibid.  
num. 3. Vitriar. ibid. quest. 10. Muelen  
ibid. in Comment. Henniges, Boecler-  
rus, & alii.

## C A P U T V.

### De Jure Summæ Potestatis circa Officiales, & Officia Publica.

**C**um omnis ratio Et institutio vita adjumenta hominum de-  
sideret juxta Ciceronem lib. 2. Officior. in pr. illa certè, quæ  
Rempublicam moderatur, aliquot administrationis red-  
dendique Juris socios exigit. Philo lib. de Creat. Princip.  
Nec enim Princeps suā scientiā cuncta complecti; nec unius mens san-  
tæ molis capax esse potest. Tacit. Annal. lib. I. cap. II. num. 2. & lib. 3.  
cap. 69. num. 2. Assumat itaque in partem curarum alios, ut mones  
idem Tacit. d. l. I. cap. II. n. 3. certus, magna negotia magnis adjuto-  
ribus egere; raroque eminentes Viros non magnis Administris ad  
gubernandam fortunam suam usos esse. Lipsius Civil. Doctrin. lib. 3.  
cap. 2. num. 10. Et 12.

## S E C T I O I.

### De Officiis & Officialibus Publicis in genere.

#### S U M M A R I A.

1. Varieas Officiorum publicorum indicari. 2.
- Eorum institutio & definitio spectat ad Summam  
Potestatem. 3. Cujus ratio expoptr. 4.
- & seqq. Ad Officia promovendi sunt digni. 7.
- Et idonei. 8. An extranei sint removendi?
9. An dignior preferendus sit digne? 10. & seqq.
- An officia possint vendi? 14. & seqq. An gratis  
exspectativa de officiis necdum vacantibus con-  
cedi valeant? 16. In Officiali consideratur ancho-

P. SCHMID. JURISPR. PUB. UNIVERS.

- ritas. 17. & seqq. Qua consistit in extenso  
splendore & decore. 22. Ac diversimode exhibi-  
bitur. 25. Tam intra quam extra territorium.
26. Etiam officio jam deposito. 27. Considera-  
tur præterea in Officialibus potestas. 28. Qua  
subordinatur Summa Potestati. 29. & seqq.  
Nec habetur privativè, sed cumulativè. 32.  
Quiescit, praesente Principe. 33. & seqq. Expi-  
rare, eodem revocatio. 35. Mortuorum Officiali.
36. Nisi

36. *Nisi ex meritis parentum filii conferatur.*  
 37. *Ante possessionem officii non debet exerceri.*  
 38. & seq. *Non facilè casus erit, quod licetis Officiales, alium substituere.* 40. *Officialis obligatur ad diligentiam.* 41. & seq. *Ad fidelicatem.*  
 43. *Ad reddendas rationes sua administrationis.*  
 44. & seq. *Discutetur quaestio, an, si unius rebus plures sint Officiales constituti, unus pro alio teneatur?* 48. *Distinguitur controversia, merito & quantum ex facto Officialis teneatur Summa Potestas?* 49. *Ex facto fine mandato non tenetur.*  
 50. *Nisi recipaberit, aut lucrum senserit.* 51. *Ubi quid gestum ex mandato speciali, obligatur Summa Potestas?* 52. *Non item, si mandatum fuerit generale, praeponam ubi quid agitur ex*

*officii necessitate.* 53. & seq. *Quando adest mandatum publicum & secreta, illud attendatur.* 55. *Ex facto illicito extra officium nulla consurgit obligatio.* 56. & seq. *Ex facto tali intra officium consurgit obligatio, quando Summa Potestati culpa impunari potest.* 58. *Secus, ubi culpa non est.* 59. *Eadem ferè resolutio docet de non-facto, si quaestio concernat subditos.* 60. *Si quaestio versatur de Principe, quidam ei negligentiam Officialium volent esse damnosam.* 61. & seqq. *Melius distinguitur inter ius aquifimum, & acquirendo, ut quoad posterius Officialium sacerdia Principi damnoosa censeatur, non vero quoad prius.* 64. *Tempore immemoriandi amittuntur omnia iura alii quaestio.*

## S. I.

### Quales assumendi sint ad Officia Publica, & à quo?

**O**fficia Publica in quavis Republica sunt varia. Aliquā dignitatem habent annexam & præminentiam, quā ceteris, in gradu inferiori positis, quoad titulum, habitum, sessionem &c. præferuntur. Nonnulla consistunt in nuda administratione rerum temporaliū, bonorum, ad Cameram Principis spectantium, aut operum & negotiorum militarium. Multis annexa est Jurisdictio, interdum ampla, interdum restricta. Huberus de *Jure Civit.* lib. 3. sect. 1. cap. 5. à num. 8. Adamus Keller de *Officiis Juridico-Politic.* lib. 2. cap. 1. Dependet enim verò tota hæc res ab arbitrio Summæ Potestatis, cuius est, instituere munera publica, conferre dignitates, tribuere nobilitatem, impertiri Jurisdictionem, & personas ad isthac munia deputare. Hornius de *Civit.* lib. 2. cap. 7. §. 1. n. 1. & seqq. Portugal de *Donation.* Reg. lib. 2. cap. 13. num. 1. & seqq. adeò quidem, ut qui citra Summæ Potestatis indulgentiam officium aut imperium aliquod publicum sibi arrogat, ex LL. Romanis reus criminis læsæ Majestatis proclametur l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. Et ratio est: quia Officiales Publici assumuntur tanquam Ministri, Vicarii, & Adjutores in partem sollicitudinis, quæ Summæ Potestati ex officio incumbit: ideoque non possunt ab alio, quam ipsa Summa Potestate ad simile munus destinari. D. Christianus ab Ising p. m. de *Promot. Honor.* cap. 2. &c. 1.

Debet autem Summa Potestas in promotione Officialium Publicorum ante omnia attendere, ut dignos & idoneos præficiat. Per dignos intelligo tales, qui virtute honestate, morum ingenuitate, operum claritate aliis præferri aut præfici meruerunt; de quibus in Lege Divina Exodi 18. vers. 21. scriptum legitur: provide de omni plebe viros potentes. & timentes DEUM, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam; & constituite ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui judicent populum omni tempore. Nempe ut Plato ait in *Alcibiad.* virtute prius ornatus ipse debet esse, quicunque non fibit tantum ac suis sed Reipublicæ etiam & ius, que ad eam spectant, imperaturus est. Et lib. 1. de *Republ.* necesse est, inquit, malum animum male imperare atque curare, bonum verò hec omnia benefacere. Quin imò Lamprid. in *Alexandr.* cap. 65. confidenter asserit, meliorem esse Rempublicam & propè tutiorem, in qua Princeps malus sit, et in qua mali Principis administratio: siquidem unus malus potest à pluribus bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno, quantumvis bono, ulla ratione superari. Per idoneos non alios significo, ac qui probè intelligunt ea, quæ munus, ad quod evehuntur, exigit, facere. Verè enim cecinit Claudianus lib. 1. de *Laudib. Stilicon.*

Partitum singula quemque  
Nobilitant, bunc forma decens, bunc ro-  
bur in armis,

Hunc

*Hunc rigor, bunc pietas, illam solertia  
Juri,*

*Hunc soboles castique tbori.*

Et ideo cuicunque Officio non qualēcunque, sed qui illud administrare novit ex scientia & experientia propria, præponi; dumque ille ad civilia, sic ad bellica, naturā aptior, ut explicat Plutarch. in Polit. præcept. cap. 41. quemque pro sua capacitate & habilitate promoveri convenit. Idem ib. cap. 40.

De illa quæstione: an exteri & peregrini ab Officiis Publicis universim removendi sint? Scribunt omnes fere Politici, eamque in thesi & regulariter cum affirmatione defendunt, uti vindendum apud Mylerum ab Ernbach in sua *Hyparchologia* cap. 6. §. 4. & seqq. Etsi non credam, Summam Potestatem, ubi leges fundamentales haud obstant, præcisè ad indigenas assūmendos obligari; præsertim si qualitatibus & dotibus, ad Officium dignè gerendum desideratis, careant, aut alia ratio suadeat, aliquos exterorum ad Aulas & Curias advolare. Idem ib. §. 19. Böhmer part. spec. lib. 2. cap. 6. §. 16.

Quodsi dignus ac idoneus cum digniore vel magis idoneo concurrat, communior pars DD. sentit, dignorem ac magis idoneum esse præferendum: justitia namque distributiva respicit in communium honorum ac munerum distributione ad qualitates & merita personarum, eumque, quem excellere ac præminere conspicit, cæteris antefert. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 32. num. 15. item num. 20. & seqq. Myler *Hyparchol.* d. cap. 6. §. 37. Ertl de Jur. Princip. exercitat. 25. qui duo posteriores aliquot exceptiones ab hac regula subjiciunt.

Num verò Summæ Potestati liceat, Officia Publica vendere? Disputari solet ab Eruditis; quorum tamen major numerus, loquendō de Jure Naturali, transit in affirmativam, dummodo sequentes conditiones observentur, ut nempe primò vendantur dignis; secundò pro pretio moderato, ne emptores excessum pretii repetant ab innocentibus; tertio ut accedat justa & gravis causa, publica scilicet necessitas & tenuitas ærarii. Less. de J. & J. d. lib. 2. cap. 32. à num. 25. Ertl

cit. loc. exercit. 19. Braun de Magistratu cap. 7. §. 5. num. 2. Clariss. D. Franz in sua *Jurisprud. Element.* ad tit. de Empt. & Vendit. num. 46. Ratio communiter assignatur, quod Officia Publica sacerularia, cùm pretiō sint æstimabilia, & liberæ Summæ Potestatis dispositioni subdita, venditionem non refugiant. Portugal de Donat. Reg. lib. 2. cap. 14. num. 2. & seqq. Quiatamen, observante Cicerone lib. 2. Offic. male seres babet, cùm id, quod virtute effici debet, tentatur pecunia; & rariùs accidit, ut in Officiorum nundinatione conditiones anteà positæ accurate serventur, nec major ad opes & nummos, quam prærogativas & merita, respectus habetur. D. ab Ising de Promot. Honor. cap. 3. à num. 82. Idcircò cit. D. Braun post alios censet, eam practicè discurrendō ut plurimum iniquam esse. Hinc probè Claudianus de III. Consulatu Honorii:

*Emitur sola virtute Potestas;*

*Et de Laudibus Stilonis lib. 2.*

*At primùm scelerum matrem, que semper  
babendō*

*Plus sitiens patulis rimatur faucibus  
aurum,*

*Trudis avaritiam: cuius fœdissima nutrix  
Ambitio, que vestibulis foribusque Po-  
tentib*

*Excubat, & pretiis commercia poscit  
bonorum,*

*Pulsa simul: nec te gurses corruptior evi-  
traxit ad exemplum, quod jam firmave-  
rat annis*

*Crimen, & in Legem rapiendi verterat  
usum.*

Id quoque in disceptationem venit, possitne Summa Potestas gratias, ut vocant, exspectativas ad Officia Publica concedere; &, casu quō fuerint concessæ, an quidpiam juris accipienti tribuant? Nec enim desunt, qui pri-  
mum negant, potissimum ob periculum voti captandæ mortis, uti proli-  
xè ostendit Myler ab Ehrenbach d. *Hyparchologie* cap. 3. §. 1. & mult. seqq. al-  
terum affirmant ex ratione, quod ver-  
bum Principis deceat esse mansurum,  
velut apud cit. Authorem §. 32. & seqq.  
reperi est. Verùm invertenda est;  
hasta, &c, quod Summa Potestas à nul-  
la

la Lege prohibeatur, decretum super Officio nondum vacante impetriri, omnino tenendum: quippe cum periculum improbi voti non proximum, sed remotum solummodo censeatur, neque ex bonitate concedentis sed pura impetrantis malitia proveniat: econtra, quod hujusmodi decretum absolute nequeat revocari, nullo modo admittendum: quia promissio fu-

turi Officii per se loquendō non transit in pactum, sed manet in terminis gratiæ, facitque nudam animi propensionis contestationem, & sic promissario ius strictè dictum non tribuit. Portugat de Donat. Reg. d. lib. 2. cap 13. à n. 62. Böhmer part. spc. lib. 2. cap. 6. §. 18. & seq. Puto igitur, hanc gratiam esse revocabilem instar privilegii, de quo in cap. 2. à num. 62.

## §. II.

### *De Authoritate, Potestate, & Obligatione Officialium.*

<sup>16</sup> IN Officiali, ritè constitutō, tria præcipue consideranda sunt, authoritas, potestas, obligatio. Authoritas, sicut Imperantium & Imperiorum est fulcrum, ita Officialibus Publicis, quibus dat animam, & spiritum, cumpromis est necessaria. Myler ab Ehrenbach <sup>17</sup> d. Hyparcholog. cap. 8. §. 1. Consistit autem authoritas potissimum in externo splendore & honore, Officialibus ab iis, qui ipsorum directioni aut gubernationi subsunt, exhibendō: quā in re Cicero de Legib. lib. 3. nec verō, ait, ut obtemperent, sed etiam, ut eos colant, diligentque, præscribimus; & Richter Aximat. Polit. 19. dicit: *Respublica, in qua nec Legibus nec Magistratibus honor habetur, diu salva esse non potest.* Et ratio est: vel quia, qui Publicis Officiis præficiuntur, repræsentant personam Principis aut Reipublicæ, cuius nomine & iussu præsunt; consequenter, cùm Principi aut Reipublicæ maxima debeat reverentia, Officiales quoque Publici honore peculiari sunt prosequendi, dum, ut idem Cicero advertit lib. 1. *Offic. proprium munus Magistratus est, intelligere, se gerere personam Civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere:* vel quia, si prædicti sint honore, suum officium confidentius, contra metum offensionis privatorum, exequi possunt, ut innuit Tacitus <sup>18</sup> 13. Annal. 29. 2. ibi: *Claudius questores rursus imposuit, iisque, ne metu offensionum segnius confulerent, extra ordinem honores promisit:* vel quia, ut scribit Cassiodorus in Epistol. Princeps, si Magistratus, quos elegit, revereri non curat, se quoque

minus reverendum facit, ex quo, si Populus Principis membra in Magistratibus parviperdere didicit, ipsum quoque Principem paulatim contemnere affuescit. Myler d. L. §. 14. 21. & 22. qui etiam in §. 2. & seqq. eruditè ostendit, Officiales ab ipso quoque Principe, seu ab iis, à quibus constituti sunt, honorandos esse, tum ex ratione mox datā in num. præced. tum quia honor Ministrorum refunditur in ipsam personam Principalem: tum quia Ministri non nihil participant de Summa Potestate juxta Epistolam D. Chrysostomi ad Theodorum, ubi, quando Regem, ait, videmus frequenti satelliti Palatinū adequantem, si qui illi proxime coherent, consiliū & Majestatis ejus participes judicamus.

Porrò juxta cit. Mylerum §. 15. & seqq. honor exhibetur Officialibus à subditis tum salutatione; quō sensu Cicero objectit Pisoni in Orat. contra ipsum: *quis te aditu, quis ullō bonore, quis denique communi salutatione dignum putet?* tum osculō manus juxta illud Plutarchi: *simul omnes precabantur Cæsarem, manus attingentes, & pectus ac caput osculantibus;* tum capitibus elevatione scūpilei depositione, de qua Seneca Epist. 65. si Consulem videro, aut Preceptorem, omnibus, quibus honor solet adbiberi, faciam; equū desilam, caput adaperiam, semitā cedam: quamquam in hoc consuetudo locorum spectanda sit. Exhibitetur etiam non in loco solūm propriō, sed etiam in alieno: cùm, licet Jurisdictionem, quis extra territorium suum exercere nequeat, honorari tamen ubique possit & debeat, ob characterem, quō Principem

cipem aut Rempublicam repræsentat.  
 26 Myler 4. l. §. 17. Exhibitetur præterea, tam durante Officiō, quām eō depositō; & hoc in memoriam præhabitæ dignitatis aut præminentiz, ut scribit cum Baldo Myler 4. l. §. 18. vel certè in grati animi significatio nem pro meritis, à Ministro tempore suæ administrationis sibi comparatis; sicut in Italia passim Officialibus, suō munere functis, in signum honoris & commendationis officii dari per Communitates & Dominos terrarum vexilla cum insignibus & armis ipsorum, vel alia monumenta & paramenta, testatur idem §. 28.

27 Potestas, quam habent Officialles Publici, dignoscenda est partim ex Officio, quod gerunt; partim ex voluntate & concessione altioris ac Summae Potestatis, cuius arbitrio relictum est, & Officia instituere, & potestatem majorē aut minorem conferre. Hinc omnis facultas, ait Grotius lib. 1. cap. 4. §. 6. n. 1. quæ est in Magistratibus, Summe Potestati ita subiicitur, ut, quidquid contra voluntatem Summi Imperantis faciant, id defectum sit eā facultate, & pro actū privato habeatur. Pariter, qualemcunque potestatem Administrī acquisiverint, eam non habent privativē, seu cum exclusione Summae Potestatis: huic enim liberum manet, aut negotium, cæteroquin cum Officio concessum, per se expedire; aut alteri cuidam illud expediendum committere; aut aliquem adjutorem & collegam adjungere; idque invitī etiam Officialibūs, ut docet Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 2. cap. 6. §. 14.*  
 30 Nam, ex quo Summa Potestas quosdam eligit in participationem munerum publicorum, nihil de plenitudine Potestatis, quā circumquaque ambitur, perdit; nihil sibi decedere, non manus ligari patitur. Et quamvis Imperantium voluntas in constitutione Officialium, si fiant ex more, hæc sit, ut in casibus ordinariis concreditam sibi potestatem exequantur; attamen hæc semper inest tacita conditio, nisi aliud postmodū Imperantibus placuerit, aut aliter pro Reipublicæ salute expedire visum fuerit. Ex quo ulterius  
 P. SCHMID. JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

Evenit I. ut, si Princeps ad locum, 32 ubi suos constituit Officialles, deve nerit, illorum potestas conqviescat, nisi ab eo aliter fuerit ordinatum: quemadmodū, ubi sol lucet, reliqua sidera splendorem non emittunt. Ertl de *Jure Princip. exercit. 10.* Evenit II. 33 ut, si Officialis displicerit Principi, illum cæteris paribūs ab Officio penitus amovere valeat: quidquid enim sit de illa Politica quæstione, sitne melius, Officialles habere perpetuos, an temporales? De qua inter alios agit Kellerus de *Offic. Politico - Jurid. lib. 2. cap. 3.* illud indubitatum est, quòd Princeps Officialē suscipiendō vinculum insolubile non contrahat. Covarruv. *pract. quest. cap. 9. num. 1.* Portugal de *Donat. Reg. lib. 2. cap. 13. num. 115.* quamvis sine causa id fieri non debere, defendat idem *num. 117.* Et, si quid querelæ 34 de Officialibus afferatur, non anteā sunt amovendi, quām desuper auditū fuerint: nam, si ullibi, certè in hisce personis, quæ frequenter ex ipso, quod fideliter præstant, obsequio multos sibi conciliant æmulos, observandum est, ut audiatur & altera pars. Kellerus 4. cap. 3. ubi recitat vulgatos versiculos:

Qui facilis credit, facilis quoque fallitur  
idem,  
Stulti sunt, qui pro certis incerta sequuntur,  
Et qui pro dubiis, quæ sunt manifesta, relinquunt.  
Judicium non fer, nisi sint prius ambo locuti.

Evenit III. ut, si moriatur Officialis, 35 nulla sit obligatio, filium aut nepotem substituendi: quia, si nec patri quidem in Officio jus quæsitum esse supponatur, quomodo jus aliquod ad filium transmittet? Silendō, quòd idoneitas, patrem concomitans, non semper in filium transfundatur: ut enim Poëta Italus canit,

*Non sicut in ramos ex imo slipte succus  
Influit, in libros sic orta parentibus ipsis  
Descendit virtus.*

Kellerus lib. 3. cap. 2. Contraria tra dit Portugal de *Donat. Reg. lib. 2. cap. 13. num. 15.* & seqq. nec tantum injustitiam afficeret  
 K k k

asserit committi, quando parentibus, bene meritis, alii quām filii in Officio substituuntur; sed etiam substitutionem, tanquām subreptitiē impetratam, pronuntiat nullam. Cuitamen ex Publicistis vix alius & aliter subscribet, acsi obligationem justitiae in obligationem honestatis, ob grandiora merita subinde in conscientia stringentem, commutaverit.

37 Num Officialis statim, ac nominatus est ad Officium gerendum, actus, eidem connexos, exercere valeat, dubitare licet? Respondeo tamen cum Mylero sāpe cit. Hyparcholog. cap. 6. sub §. 36. num. 106. & cap. 8. §. 30. aliisque, ibidem relatis, non sufficere solam nominationem aut decretum, nisi etiam possessionem seu administrationem acceperit: quia Officialis, ut talis, non tam à nominatione, quām effectu ipso, seu actuali administratione judicatur; soletque possessio tum in aliis rebus, tum signanter in munib⁹ publicis jus, quod antehac tantum erat in potentia, ad actum redigere.

38 Affinis quæstio est, utrūm Officiales Publici in suis Officiis alium ad certum aut incertum tempus substituere valent? In hac verò vix aliquem in thesi de negativa dubitaturum existimo: quandoquidem in Jure privato etiam clarè statutum & receptum est, in iis casibus, ubi eligitur personæ industria, substitutioni locum haud esse: in Officiorum autem collatione principalem respectum ad personæ qualitatem & fidem haberi, in propatulo 39 est. Myler cit. l. cap. 21. §. 1. & 2. In hypothesi tamen multæ formantur exceptiones, ut videre licet apud hunc Authorem §. 5. & seqq. è quibus non alias pro legitima possum agnoscere, præterquām quæ substitutionem admittit in casu, quō facultas substituendi expressè fuit concessa: eō quod muniorum publicorum tam constitutio, quām conservatio, usus, & exercitium ex sola voluntate constituentis vigorem & efficaciam sortiatur.

40 Obligatio quorumlibet Officialium summatim ad tria reduci potest. I. ad diligentiam, assiduitatem, & sollicitudinem circa ea, quæ cuique muneri

conveniunt: ita enim ipsamet S. Scriptura monet 2. Paralipom. 19. vers. 7. cum diligentia cuncta facite: in diligentia namque (ut advertit Osorius lib. 4. de Regis institut.) omnium artium, & disciplinarum, & Officiorum laus, & ut ita dicam, vita consistit: si enim diligentiam removeris, jacebunt omnia, & quasi veteri no consopita in tenebris & caligine delitescent. II. ad fidelitatem: cum enim, qui alteri confert Officium, ejus fidem peculiariter elegerit, oportet, ut ille expectationi de se factæ correspondeat, & procul omni fraude vel simulatione, quod sui muneris est, fideliter exequatur, dignumve se faciat laude æternæ Veritatis Matthæi 24. 45. fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Et hanc ob causam in plerisque Regnis & Regionibus Officialis cūjuscunque generis ab initio suscepit in uneris juramentum fidelitatis præstare tenentur, velut de Romanis passim testatur Livius; & de Romano Imperio statuit Imperator in constit. Nov. 8. cap. 7. quia, ut proloquitur Cicero lib. 3. Officior. juramentum quasi pignus quoddam & arrha fidei est, ut quasi nullū vinculum ad adstringendam fidem Majores acrius excogitare potuerint. Keller. de Offic. Juridico - Polit. lib. 2. cap. 2. III. ad reddendas rationes de administratione aut functione peractâ, nec non damna, quæ quis Summæ Potestati dolô vel culpâ intulit, resarcienda: aliena siquidem negotia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpâ vacuum est, ait Constantinus in l. 21. Cod. Mand. Legantur Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 32. num. 16. Mylerus in Hyparcholog. cap. 17. & seqq.

Quid autem, si eidem Officio plures Officialis fuerint præfecti, tenebuntur unus pro alio, Collega pro Collega, damnum ob socordiam aut culpam causante? Distinguendum arbitror, an omnes in solidum absque distinctione vel assignatione partium ab initio fuerint deputati; an cuilibet certa pars aut quota administrationis fuerit assignata? Priore casu plures Officialis considerantur per modum unius, quasi consocii & correi; consequenter, quod ab uno neglectum admitti-

mittitur, omnes operat, veluti de Jure Romano rescriperunt Imperatores, cùm Antoninus in l. i. Cod. *Quod quisque ord. lib. II. ibi: et si duobus simul cura pecuniae Civitatis, non tamen separatis portiobibus, mandetur, singuli non virili portione, sed in solidum Republicae obligantur;* tum Titus Antoninus in l. II. in pr. ff. ad Munic. ibi: *Magistratum Officium individuum*

**46** *Et periculum est commune.* Posteriore casu, cùm Officialis revera sint plures, ac sua cuique portio sit commissa, non video, quâ ratione unus pro alio satisfacere cogendus sit, prout indicat Im-

perator Gordianus in l. 2. §. si verò Cod. d. t. *Quod quisque ordine.* Myler cit. l. cap. 23. §. I. Et 13. qui tamen in §. 14. tum de-47 mum unum pro alio conveniri posse admittit, quando Respublica neque ab hæredibus, neque à fidejussoribus, neque ab iis, qui fortè jus conferendi Officium ex privilegio aut consuetudine habuerunt, suum consequi potest: quod sanè, præscindendò à Legibus Civilibus, Juri Naturali, quô extra materiam societatis culpa suos tenet Authores, non adeò consentaneum fore existimo.

### S. III.

## De Obligatione Summae Potestatis ex facto & non-facto Officialium.

**48** **F**requenter in quæstionem & contentionem deducitur, utrum ex facto aut non-facto Officialium Summa Potestas aliquam obligacionem subeat? Hæc ut ritè discutiatur, oportet quoad factum distinguere inter licitum & illicitum. Factum licitum, quod concernit, id ab Officiali subinde præstatur cum mandato Summae Potestatis; interdum sive man-  
dato. Si præstetur sive mandato (idem est, si limites excedat mandati) nulla consurgit obligatio: obligaciones namque ex Naturali simul & Civi-  
li Jure non fuerunt inventæ, ut quis alterum alteri, prorsus invitum aut soignarum, obstringere valeat; nisi aut factum præcedens successu temporis ultronea ratihabitione confirmetur, aut lucrum exinde pércipiatur: quoniam contra Naturam est, ait Tullius de Offic. lib. 3. ex hominis incommodo suum augere commodum. Grotius lib. 2. cap. 10. §. 2. n. 1. & lib. 3. cap. 22. §. 3. Si præstetur cum mandato, & quidem speciali, prout Administris ut plurimum in Officiorum susceptione quædam specialia committi, aut certæ agendorum regulæ præscribi solent, Summa Potestas non minùs obligatur, ac si factum illud in propria persona gessisset: cùm ea, quæ per alium facimus, ipsi met fecisse censeamur Pufendorf de J. N. lib. 3. cap. 9. §. 1. & ibi Nicolaus

Hertius in not. Et hactenùs verum judico illud brocardicon: acta & gesta Administrorum haberi pro gestis & actis Dominorum. Myler ab Ehrenbach Hyparcholog. cap. 10. §. 14. Ubi verò mandatum est generale, ac cum hac vel simili clausula datum: *dass er soldhem ihm übertrauten Amt der ge- stalten vorstehen sollte / wie es einem auf- richtigen getreuen Diener gegen seiner ho- hen Obrigkeit in Beförderung dero Be- stens und Abwendung dero Schadens ge- bühret / Summa Potestas tunc solum obligatur ex facto Ministri, si quædam egerit ex necessitate Officii, utpote quæ sola & non alia in mandato gene- rali comprehensa fuisse præsumuntur:* cùm, qui vult finem, media quoque, ad finem necessaria; non item alia, illuc haud conducentia aut pertinen- tia, voluisse credatur. Grotius d. lib. 3. cap. 22. §. 4. num. 3.

Planè si Minister alicujus Principis, mandatum publicum quoad certa ne- gotia exhibere possit, occultam nihilo- minùs & priori contrariam instructio- niem habeat, tenebit negotium, & Principem obligabit, dummodò juxta formam, in mandato publico præscri- ptam, celebretur. Grot. d. §. 4. num. 1. Nam, ut Pufendorf d. l. §. 2. accom- modatè scribit: manifestis mandatis „ obstringo me tertio, quocum con- trahendum, ad ratihabenda ab Ad- „ K k k 2 „ mini-

„ministro suo gesta ; per arcana au-  
„tem mandata obstringo Admini-  
„strum, ne ab iis discedat : quæ, ubi  
„transgressus fuerit, mihi tenebitur  
„ad id, quod intererat, à mandato  
„meo non fuisse discessum; tertio ta-  
„men obligor ad id, quod ab isto fuit  
„actum : citra hoc enim nihil cum  
„Administrō posset agi, cùm semper  
„metuendum esset, ne ab apertis  
„mandatis arcana discreparent ; sic  
„que prætextus facilior foret, omnia  
„per Administrum conclusa subver-  
„tendi. Itaque, qui fidem publicam  
alterius, in tabulis authenticis prostan-  
tem, sequitur, æquissimō titulō petit,  
ea servari, quorum observantia inibi  
disertè promissa fuit.

55 Factum illicitum admitti potest ex-  
tra vel intra seu circa Officium Mini-  
stri. Admissum extra Officium non  
onerat Summam Potestatem: utpote  
cùm mandatō careat, ac Principem ne-  
que repræsentet, neque obliget, præ-  
terquam si, ut dictum in num. 50. illius  
ratihabito aut participatio lucri ac-  
cesserit. Admissum intra vel circa  
Officium interdum redundat in Prin-  
cipem; aliquando Principem non at-  
tinget. Illud evenit, si Principi possit  
imputari culpa, vel quòd ab initio sci-  
verit, Officiale, à se deputandum,  
non esse hominem frugi, peritum, di-  
ligentem, fidelem, aptumve ad exe-  
57 quenda Officii sui negotia; vel quòd,  
cùm ab initio crederet, se virum bonū  
elegisse, posteà intelligat, se fuisse de-  
ceptum, nec tamen Officiale negli-  
gentem, fraudulentum, aut ignarum  
ignavumque amoveat: ejusdem enim  
noxæ reus est, qui damnum dat per se,  
vel per suos, quos scivit aut scire de-  
buit, alteri nocituros, per textum in l. 23.  
in f. ff. de Minor. ibi: *imputari debet hoc  
Domino, quòd tali commisit sua negotia.*  
Grotius lib. 2. cap. 17. §. 3. Myler cit l.

58 §. 20. Hoc accidit, ubi culpa Prin-  
cipi nequit imputari, fortè quòd bonā  
fide suos Officiales elegerit, de negli-  
gentia aut socordia, postmodum in  
Officio subsecutā, nihil audiverit, aut,  
quamprimum resciverat, corrigere &  
emendare studuerit: nam, ubi nulla se  
exserit culpa, nulla pariter exstat obli-  
gatio, resaciendi damnum, aliena

culpā intentatum. Less. de J. Et J. lib. 2.  
cap. 32. num. 20. Conferatur Stryck  
in *Dissert. Francofurtens. de Obligat. Prin-  
cip. ex facto Min. cap. 3. per tot. Vol. novo.*

Agendō jam de non-facto Officia-  
lium & Ministrorum, qui, quod debe-  
bant, non fecerunt, sed diligentiam ac  
industriam, ad quam tenebantur, omi-  
serunt, varii variè; ego autem ita di-  
cendum opinor. Si quæstio movea-  
tur de subditis aut aliis, damnum ex  
negligentia Officialium passis, reassumo  
priorē distinctionem ex num. 56. eodem  
que casu Principem ad resarcitionem  
obligo, quando aliqua culpa ipsi  
imputari potest: quia in utraque hy-  
pothesi eadem occurrit ratio. At, 60  
si quæstio vertatur de ipso Principe, ex  
tempore aut socordia suorum Ministro-  
rum damnificatō, citatus Mylerus  
cum pluribus aliis videtur indistinctè  
Principem ad damnum patienter fe-  
rendum obstringere: tum quia scientiam &  
patientiam Officialium non  
minùs nocere putant Principi, quam  
scientia vel patientia procuratoris no-  
cet Principali: tum quia alia est ratio  
culpæ in committendo, quam in omit-  
tendo, adeò ut culpa prioris generis  
admissa à mandatario præjudicet do-  
mino, non item culpa posterioris ge-  
neris. Mihi autem cum Stryckio 61  
cit. *dissertat. cap. 4. num. 23. Et seqq.* ac  
*num. 39. Et seqq.* arridet nova distinc-  
tio; vel enim Princeps per negligentiam  
Officialium amittit jus actu quæsitum,  
v. g. venationem, punctionem, juris-  
dictionem, longō tempore non exer-  
citam; vel excluditur à jure, primū  
quærendō v. g. hæreditate aut legato.  
In jure quæsito, cùm Princeps certet 62  
de damno, melioris conditionis esse  
apparet, nec damnificari posse ex Of-  
ficialium desidia. In jure quæren-  
do, cùm certet de lucro, tantum fa-  
vorem haud meretur. Atque hōc 63  
modō servari Naturalem æquitatem,  
constat ex eo, quòd Principem ex cul-  
pa omissionis, se tenente ex parte Of-  
ficialium, neque damnum incurrire,  
neque locupletiorem fieri permitta-  
mus.

Planè si tempus in memoriale præterla-  
batur, intra quod nec Princeps nec Offi-  
ciales illius usi fuçint jure, actu compe-  
ten-

tente, sed illud eodem tempore supponatur fuisse exercitum à tertio, absque ulla trepidatione assero, non - usum seu omissionem & socordiam Officium præjudicare Princi: quippe cùm tempus immemoriale, suffragante bonâ fide & possessione continuâ,

præscriptionem operetur, sive Dominus, contra quem præscribitur, scientiam juris præscripti habuerit, nec ne, juxta verissima & communissima principia, quæ cit. Stryck n. 35. obiter duntaxat attingit. Recapitulentur dicta in lib. 2. cap. 2. num. 199. & seq.

## S E C T I O II.

### De Consiliariis.

#### S U M M A R I A.

65. Inter Officiales Summa Potestatis primò loco ponuntur Consiliarii. 66. & seqq. Eorum necessitas exponiatur. 69. Debet esse probi. 70. Et rerum hominumque peritos. 71. & seq. Maxime vero eorum, quæspectant ad manus suum, intelligentes esse. 73. Consiliariorum ius consistit in dando suffragio. 74. & seq. Quod per se loquendò tantum est consilivum. 76. Etsi per specialia pacta aut leges possit fieri decisum. 77. & seqq. Recensetur prerogativa Consiliariorum ex Jure Romano. 81. Qua ratione ex-

era Romanum Imperium finè effectu sunt. 82. Munus Consiliariorum est satis grave. 83. Obligant ad veritatem & sinceritatem. 84. Ad libertatem. 85. Ad silentium. 86. Ad iustitiam. 87. An Consiliarius, non - rogatus, aliquando suum consilium ulcero subministrare obligatur? 88. An Consiliarius consilio abesse possit, ne teneatur in materia delicata suum vorum manifestare? 89. Fit & solvitur instantia. 90. & seq. An Consiliarius puniri possit ab finistrum evanustum, ex consilio secundum?

#### S. I.

### De Necessitate, Qualitate, & Varietate Consiliariorum.

65. **I**nter Officiales & Adjutores Summae Potestatis Lipsius Civil. Doct. seu Politicor. lib. 3. cap. 3. num. 8. primò loco recenset Consiliarios: utpote cùm Consiliō, velut re inter homines, ex testimonio Aristotelis Rhetoric. ad Alexandr. cap. 1. circa medium divinissimā, stent Regna, urbes, dominus. Siquidem Natura mortalium hoc quoque nomine prona & finistra dici potest, quod in suo quisque negotio bebetior est, quam in alieno. Turbida sunt Consilia eorum, qui sibi suadent. Obstet metus, aliis cupiditas, nonnunquam naturalis eorum, quam cogitaveris, amor. Consiliō, non impetu, opus est. Curtius lib. 7. cap. 4. Inde que jam antiquissimis saeculis Consiliarios ab Imperatoribus fuisse adhibitos, probat Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 2. sect. 1. tb. 6. num. 1. hortante id ipsammet Sapientiā: ne sis sapiens apud temet ipsum Proverb. 3. vers. 7. custodi legem atque consilium: & erit vita animae tuae, & gratia fauibus tuis. ibid. vers. 22. Nempe omne honestis Consiliis robur: finē quibus, quamvis egregia, invalida sunt. Ta-

cit. 1. Histor. cap. 38. 2. Ego, ait Salustius in Orat. 2. ad Cesar. de Republ. Ordin. multa legendō, atque audiendō, compéri, omnia Regna, Civitates, Nationes usque è prosperum Imperium habuisse, dum apud eas vera Consilia valuerunt: ubique gratia, timor, voluptas ea corrupere, post paulo imminutæ opes, deinde ademptum Imperium, postremo servitus imposita fuit.

Præfatus Lipsius d. loco in Consilia-rios cupit assumendos I. fidos seu probos - juxta Tacitum, in Agricol. 19. 3. dicen-tem: optimum quemque fidelissimum puta. Quod autem probi Consiliarii deside-rentur, rationem pandit Ferus in Acta Apost. nihil utilius, inquiens, Reipublicæ est, quam prudentes & pios habere Consiliarios. Non satis est, ut docti sint, nisi & DEUM timeant. Anima justi aliquando magis vi-det vera, quam septem spectatores. Pius homo, et si unus sit, tamen aliquando totum Populum à perditione conservavit. II. 70 rerum hominumque peritos, seu morum animorumque provinciæ gnos. Ta-cit. d. Agricol. 19. 1. Unde non exte-ros, non advenas temere vocando

censet: cùm Cicero lib. 2. de *Orator*. doceat, ad *Consilium*, de *Republica* dandum, caput esse, nosse *Rempublicam*; nec juvenes optat, qui molles & etate fluxi dolis haud difficulter capiantur, teste *Sallust*. in *Catil.* cap. 14. sed senes, quibus corpus, annis infirmum, ingenium sapientia validum sit. Idem *ibid.* cap. 6. Ampliores qualitates post cit. *Lipsium laconicè & nervosè* describit *Joannes à Kockier de Surlet* in *Thesaur. Politicor.* aporism. lib. 3. per tot.

<sup>71</sup> Cùm verò magna sit varietas Consiliariorum, dum aliqui sunt *Intimi*, quibus arcana Principis committi solent; alii sunt *Aulici*, qui plerumque in causis, ad forum contentiosum spectantibus, jus dicunt; alii *Camerales*, penes quos est consultare de redditibus Cameræ, seu ærario Principis; alii *Militares*, ad negotia militaria tam dirigenda quam curanda deputati: præprimis cuique Consiliario necessaria est illarum rerum notitia, quarum

gratiâ in consultationem adhibetur. Idcirco Alexander Severus, ut narrat <sup>72</sup> *Lampridius*, hanc consuetudinem omnino laudabilem habuit, ut, si de Jure aut negotiis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si verò de re militari, milites veteres, & senes bene meritos, & locorum peritos, ac bellorum & castrorum, & omnes literatos, & maximè eos, qui historiam nôrant: requirens, quid in talibus causis, quales in disceptatione versantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum Gentium Principes fecissent. Sumpfit forsitan hunc morem à Platone in *Lacbes*. qui dicebat, opere *Consultorem ante omnia examinare*, num ad eam rem curandam peritus esset, cuius gratia deliberatur. Quod etiam suadet *Plutarch.* in *Polit.* ex ea ratione, quia hoc modò negotia in equilibrio stabunt, neque existet emulatio inter eos, qui diversis subnixi virtutibus & facultatibus, laudem querunt.

## S. II.

### De Juribus & Prærogativis Consiliariorum.

<sup>73</sup> **J**ura Consiliariorum in genere tam accuratè, prout deceret, adstrui non possunt: quandoquidem in nudo stat Principis beneplacito, quid & quantum juris aut integro Consilio aut singulis Consiliariis tribuere velit. Interim, ex ipso nomine & Officio Consiliarii dimanat jus suffragii in re, ad deliberandum seu consultandum sibi proposita; quod tamen suffragium ex natura sua non est decisivum, sed merè consultivum, nec tenetur Princeps, etiam unanime votum suorum Consiliariorum ex necessitate amplecti, sed retinet libertatem naturalem, statuendi & decernendi, quidquid libuerit: non enim eâ intentione alios ad Consilium vocat, ut Summa, quam in gubernatione Reipublicæ habet, Potestas ad certos cancellos restrin-gatur, sed ut, auditis & ponderatis aliorum votis & opinionibus, majori cum circumspectione & prudentia, quæ disponenda videbuntur, disponat.

<sup>74</sup> **C**ertè Sapientis Princeps est, examinare

*Consilia*, & non citò faciliter credulitate ad falsa prolabi. *Seneca* in *Epiſt.* Nec semper expedit, unitantum vel alteri aures accommodare: cùm interdum Sapientissimi fallantur; & contemptus hominio det optimum *Consilium*. *Isocrates* in *Paneth.* Ergo Principis arbitrio relinquitur, an hujus aut alterius, aut nullius Consilium amplecti cupiat; licet de cætero in numero ipso sit quiddam magnum collatumque *Consilium*, quibusque singulis judicii parum, omnibus plurimum. *Plin. lib. 7. Epistol. 17. Joan. à Chokier in citat. Thesaur. Politicor. lib. 4. cap. 1.* Quin verò per *Capitulationes* aut *Leges* fundamentales Summa Potestas eatenùs circumscribi possit, ut quosdam in Consiliarios assumere, & juxta majora aut unanimia vota concludere, ac conclusa servare obligetur, nemō dubitat.

Multas prærogativas Consiliariis dat <sup>77</sup> *Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 2. sect. I. cap. I. th. 8.* sed omnes ex Jure Romano petitæ sunt: videlicet, quæd I. crimen læse

læsa Majestatis in Consiliarios Summæ Potestatis ( saltem Intimos ) committatur per l. 5. Cod. ad L. Jul. Majest. & rationem ibidem subjunctam, quod censeantur esse pars Corporis Imperatorii,  
 78 quod II. liberentur à potestate patria per textum in l. ult. in fin. Cod. de Qua-  
 drienn. præscript. l. ult. Cod. de Decurionib.  
 79 quod III. immunes reddantur ab one-  
 ribus & munieribus publicis, cuiusmo-  
 di sunt tutela & cura, hospitatio militum,  
 collectæ, tributa, & similes im-  
 positiones publicæ juxta Doctores  
 apud cit. Knichen sub num. 3. allegatos;

quod IV. à quæstione seu tortura exi- 80  
 mantur arg. l. 8. Et l. 10. Cod. de Dignit.  
 Et l. 11. Cod. de Question. quia pro iis  
 stat magna virtutis & integratatis præ-  
 sumptio, sicque cessat fraudis & doli  
 suspicio. Possunt itaque Consiliarii 81  
 in Imperio Romano hujusmodi præ-  
 rogativas in usum & praxin deducere;  
 extra Imperium, ubi Leges Romanæ  
 tanto in pretio non habentur, Leges  
 & consuetudines particulares erunt  
 investigandæ: ubique enim singulari-  
 bus gaudent privilegiis, quos Princeps  
 à Consiliis habet.

### S. III.

#### De Consiliariorum Obligatione.

82 **S**uadere Principi, quod oporteat, multi laboris esse, Tacitus memini-  
 nit l. Histor. 15. 7. irrumpt enim, ut  
 ait ibid. 6. adulatio, blanditiæ, pessimum  
 veri affectus venenam sua cuique utilitas:  
 ex quo infero, non parvam Consilia-  
 83 riorum obligationem esse. Obligan-  
 tur enim l. dare Consilium cum veri-  
 tate & sinceritate, prout nempe vident  
 in animo, & sentiunt in conscientia. In  
 omnibus consultationibus, neque gratiam  
 spectandam, neque odia, sed eam unum-  
 quemque sententiam dicere debere, quam ipse  
 optimam censeat, Tullii monitum est  
 apud Dion. lib. 44. Improbi procla-  
 mantur à Tacito II. Annal. 34. 2. qui  
 veri copiam non faciunt, sed suspensa, Et,  
 quod ducantur, inclinatura respondent.

84 Obligantur II. suffragium suum ex-  
 plicare cum libertate, respectu perso-  
 narum, affectu privatō, spe acquiren-  
 di, metu displicendi penitus sepositō:  
 nam proditor est veritatis, qui non liberè  
 promuntat veritatem, aut non liberè defen-  
 dit. D. Chrysostomus relatus in cap.  
 nolite caus. II. q. 3. Et melius est, pro veri-  
 tate pati supplicium, quam pro adulatione  
 consequi beneficium. D. Augustin. in cap.  
 nemo d. caus. Et quest. 3. Malumque fa-  
 cinus, ex judicio Sallustii de Republ. ord.  
 Orat. 2. admittit, qui incommode Rei-  
 publicæ gratiam sibi conciliat. Imò, quis-  
 quis metu cuiuslibet Potestatis veritatem oc-  
 cultat, ex sententia prælaudati S. Au-  
 gust. lib. I. de Civit. DEI cap. 9. iram DEI

super se provocat: quia magis timet bomi-  
 nem, quam DEUM.

Obligantur III. de cunctis, quæ in 85  
 deliberationem deducta vel conclusa  
 fuere, strictum tenere silentium: quod  
 enim Poëta cecinit,

Eximia est virtus, prestatre silentia rebus,  
 At contra gravis est culpa tacenda  
 loqui;

Id maximè convenit Consiliariis: cùm,  
 testante Polybiô lib. 9. primum preci-  
 piuusque, quod ad felicem Consilii exitum re-  
 quiritur, sit filere; nec quidquam pro-  
 ficit salubria Consilia, si, antequam ad  
 opus prodeant, prodantur; nec res  
 magnæ sustineri possint ab eo, cui tacere gra-  
 ve est. Curtius lib. 4. cap. 6.

Obligantur IV. ante oculos habe- 86  
 re justitiam, ne quid consulant, DEO,  
 Reipublicæ, aut proximo damnosum  
 aut injuriosum: alioquin, si damnum  
 aliquod ex Consilio, quō Princeps  
 movetur ad factum aut non-factum,  
 tertius quispiam sentiat, perinde Con-  
 siliarius ac Princeps ad compensatio-  
 nem tenentur. Lessius de J. Et J. lib. 2.  
 cap. 13. num. 16. Grotius lib. 2. cap. 17.  
 §. 7. & cap. 21. §. 1. num. 2. in not. quid  
 enim interest inter suasorem facti Et proba-  
 torem? Cicero Philipp. 2. Hæc sati-  
 obvia & plana sunt. At

Dubium videripotest I. num Con- 87  
 siliarius aliquando non-rogatus Do-  
 mino suo Consilium ultrò subministra-  
 re obligetur?

*Responsio Kelleri de Offic. Juridico-Polit. lib. 2. cap. 2.* cōque teste Doctiorum est, in rebus magni momenti, postulante necessitate, obligatum esse, dummodo, examinatis ante circumstantiis, prudenter existimaverit, suum Consilium vix non certò profuturum esse: nam magna pars Consilii est in tempore: Consilia enim rebus aptantur, res ipsæ feruntur, inò volvuntur: ergo Consilium sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis, sub manu, quod ajunt, nascatur oportet. Seneca Epistol. 71. Quid quæque nox aut dies ferat, incertum est; punctò sepe temporis maximarum rerum momenta vertuntur. Liv. dec. 1. lib. 3. cap. 11. Nullum proinde cunctationi locum esse in eo, quod non potest laudari, nisi per otium, ait Tacit. 1. Histor. 38. 4.

88 Dubitari videtur II. an Consiliarius, qui scit, materiam, in Consilio tractandam, ita comparatam esse, ut ei salvâ conscientiâ assentiri nequeat; citramiam causam possit abesse Consilio?

Resp. cum cit. Kellero negative: Ratio est: quia, si Consiliarius in tali circumstantia compareret in Consilio, posset suò suffragiò impedire, ne malum, quod timebat, eveniat: adeoque, si emaneat, & malum accidat, à culpa vix excusabitur; juxta Ciceronem lib. 3. de Legib. Senatori, qui nec aderit, aut causa aut culpa est; & propterea Cato, ut refert Plutarchus, Senatum; quoties haberetur, accessit, veritus, ne quid se absente per gratiam fieret.

89 Neque existimes, unius vocem aut contradictionem nullius roboris fore, quando prudenter licet prævidere, cæteros omnes iniquæ conclusioni assensuose esse: nam viva vox, & ratione munita contradic̄tio magnæ est efficaciaz, tantæque virtutis, ut, qui etiam perversa conceperunt dogmata, in-

aliā aliquando trahantur sententiæ. Quæ ratio Juris Romani Conditores movit, ut, ubi plures sunt arbitri, arbitrium, uno absente, à reliquis uniformiter conclusum, valere non permiserint: quia potuit præsentia ejus (qui abfuit) trahere eos (qui præsentes fuerer) in ejus sententiam. Ulpianus in l. 17. §. ult. ff. de Recept. qui arbitr.

Dubitari videtur III. an Princeps<sup>90</sup> Consiliarium punire, vel compensationem ab eo valeat exigere, qui quidem bonâ fide Consilium dedit, quod tamen ex eventu sinistro, antehac non præviso, Principi nocumentum intulit? At negativam opinionem semper reputavi certam, non tantum ob regulam Juris Civilis in l. 47. ff. de R. J. quod Consilii non fraudulentii nulla sit obligatio; sed etiam ob rationem Naturalem: quia & Principi liberum fuit, Consilium acceptare vel respuere; & Consiliarius non potuit evictionem spondere, seque obstringere ad eventum futurum, qui non in sua erat potestate; sed à casu, sorte, aut interdum ab homine non subdito dependet; veluti maturè ponderavit Sallustius in Republ. ord. Orat. 2. ad Ces. sub initium ibi: neque de futuro quisquam callidus satisque prudens est; quin etiam sepe prava magis quam bona Consilia prospere eveniunt, quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat. Unde Lipsius lib. 3. cap. 8. <sup>91</sup> num. 16. arcanum monitum Principi suggerit, ut nec bona Consilia præmissis afficiat, ne quis spe adipiscendi à vero deflectat, & præteranimi mentem aliquid ad gratiam loquatur; nec mala suppliciis: nam, ut Regie Rex Darius apud Curtium lib. 3. cap. 8. ad suos purpuratos loquitur: nemo stolidum consilium capite luere debet: defuturi sunt enim, qui suadent, si male suafisse periculum sit.

### S E C T I O III. De Magistratibus & Judicibus.

#### S U M M A R I A.

92. & seqq. Exponitur necessitas, assumendi Magistratus & Judices. 96. De Jure Romano fuit discrimen inter Magistratus & Judices. 97. Hic promiscue sumuntur. 98. Affiguntur aliqua descriptio. 99. Attinguntur eorum varie-

- tas. 100. Exemplum Romana Civicaeis allegatur. 101. Quod alii Civitatis in uno nequit accommodari. 102. Dividuntur in maiores & minores. 103. & seq. Requiruntur in ipsis notitia Favis. 105. Eorum officia indicantur. 106. Ex-

106. Explicatur Imperium. 107. Habent...  
potestare iudicandi & exequendi. 108. Inter-  
dum ipsis competit Jurisdictio criminalis. 109.  
Sub qua tamen jus aggravandi non comprehen-  
ditur. 110. Debet ipsis obtemperari sub reatu  
culpa. 111. Quandoque præstatur illis homo-

gino. 112. Magistratus & Judices obligan-  
tur ad misericordiam. 113. & seqq. Præcipue ad iusti-  
tiam. 115. & seqq. Et ad vitandam avaritiam.  
117. & seqq. An possint exigere manera? 121.  
& seqq. An possint acceptare, qua spente offe-  
runtur?

S. I.

De Magistratum ac Judicium Necessitate,  
Discrimine, & Qualitate.

92 **N**on ultima sed prima ferè Summæ Potestatis cura sit, oportet, ut Magistratus & Judices designet. Hoc enim non solum indicat Philosophorum Princeps lib. 4. Polit. cap. 14. ubi omnium Reipublicæ administranda formarum tres statuit partes; unam, quæ de Republica consultat; alteram, quæ in Magistratibus versatur; tertia ad Judices spectat; sed ultra jam dicta de necessitate Judiciorum in cap. 4. à n. 1. deducitur ex eo: 93 quia Summa Potestas neque omnibus subditis & locis adesse, neque omnes subditorum causas audire, neque omnes controversias per seipsum terminare valet: Magistratus igitur & Judices constituere debet, qui ejusdem Summæ Potestatis nomine imperium & judicium vel ubique vel certis in locis & partibus administrent; 94 exemplò Magni Hebræorum Imperatoris, Moysis, agnoscens & confidentis Deuteron. I. vers. 10. non possum solus sustinere vos; & vers. 12. non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus, ac iurgia; eaque propter vers. 13. petentis: date ex vobis viros sapientes &c. 95 Unde idem Aristoteles d. l. cap. 15. concludit: multis Praefectis Civilis societas eget: & Tiberius ad Senatum Romanum perorat: se in partem curarum ab illo vocatum, experiens didicisse, quam arduum, quam subiectum fortuna regendi cuncta onus: proinde in Civitate, tot Illustribus Viris subnixa, non ad unum omnia deferent; plures facilitus munia Reipublicæ sociatis laboribus executuros. Tacitus I. Annal. 11. 3. & 4. Ziegler de Jurib. Majest. lib. 1. cap. 29. §. 1.

96 Magistratus & Judices inter se, spe-  
ctato Jure Romano, quo ad nomen  
& rem diversos; in effectu tamen Of-  
ficium Magistratus & Judicis (si peda-  
- P. SCHMID. JURISPR. PUBL. UNIVERS.

neum excipias) plerumque in eodem subiecto conjuñctum fuisse, nullus ambigo: quandoquidem, qui Magistratum gerebat, de causis & personis, ad ditionem seu Jurisdictionem suam spectantibus, haud dubiè judicare poterat: id quod inter alia conjicitur ex I. 3. ff. de Jurisdict. ubi mixtum Imperium, quō resplendebant Magistratus, dicitur esse, cui Jurisdictio, seu potestas cognoscendi & jus dicendi, inest. Et, si res ista in præfato Jure Romano difficultatem haberet, Jure nostro Publico Universali haberet nullam: cūm ex ratione hujus Juris Imperium, Jurisdictio, totumque Jus dicentis Officium convenient. Huberus de Jure Civit. lib. 3. sect. 1. cap. 6. n. 3. Quam obrem Magistratum unā cum Judice hic accipio, talesque personas hisce nominibūs designare volo, quæ à Summa Potestate fuerunt assumptæ cum facultate, vel in tota Civitate, vel in certa Regione, urbe, pago suas vices obeundi, imperandi, jus dicendi redendique, & iustitiam in causis litigiosis administrandi. Cum qua loquendi ratione consonat definitio Magistratus, à Mylero ab Ehrenbach Hyparcholog. cap. 1. §. 5. hōc tenore concinnata: est Praefectus Societatis Civilis, cui à Majestate, aut ab eo, qui publicā regendi Potestate pollet, sub certo salario, concessa est facultas, de negotiis Reipublicæ cognoscendi, judicandi, imperandi, & ratiocinia curandi, ad utilitatem regendæ Reipublicæ, ut ipsum Imperantem in oneribus Regiminis sublevet.

Magistratum discrimin in quavis 99  
Civitate permagnum esse potest: sicut enim diversæ sunt causæ & materiæ, quæ Magistratum industriae concreduntur; puta majores, minores, ci-  
viles,

M m m

viles, criminales, politicæ, militares, pecuniariæ &c. ita & diversi Magistratus & Judices juxta libitum Summorum Imperantium constitui possunt.

<sup>100</sup> In testimonium serviet vel sola Urbs Urbium, & Civitas Romana, in qua ingens Magistratum numerus, & non parva erat eorum differentia; velut constat ex L. 2. ff. de Orig. Jur. Et omnium Magistratum, quam novò & exactò commentariò dilucidavit Clariss. D. Herz in jam supra laudato tract. de Magistratu Romano - Germ. lib. I. per tot.

<sup>101</sup> Sed, ut sœpe notatum, ab iis, quæ Romanorum institutis accidebant, argumentum ad alias Civitates earumque Regimen haud tutò formatur: recteque animadvertisit Hornius de Civit. lib. 2. cap. 7. §. 2. n. 5. si hic in universum aliquid pronuntiaretur, facile suboriri posse confusionem, descendenti ad particularem Reipublicæ formam: Romanæ Reipublicæ splendorem plures decepisse, ut eam, tanquam perpetuam ideam Civitatum, in Politicis delinearent; nec discernerent particularia illa & temporaria in <sup>102</sup>stituta ab universalibus. Si tamen de qualibet Republica discurrere allubescat, Huberus de Jure Croit. d. lib. 3.

sed. I. cap. 5. num. 21. Et seq. Magistratus dividit in maiores & minores. Majores vocat, qui Summæ Reipublicæ, vel integris provinciis præfunt. Minores nominat, qui in municipiis & modicis Jurisdictionibus, minorisque momenti functionibus versantur. Alias divisiones, apud ipsum videndas, consultò prætereo.

Inter qualitates, in Magistratu de- <sup>103</sup>sideratas, hic solam Juris notitiam pro illa Regione vel Ditione, cui præponitur, attingo; nam futurus Judex operam dare debet, ut Legum constitutiones ante omnia dicat, Et mente firmiter teneat. Plato lib. ult. de LL. Siquidem unusquisque ea rectè judicat, que cognoscit, atque eorum bonus Judex est: unusquisque igitur rem bene judicat, qui in ea eruditus est. Aristoteles lib. I. Ethic. cap. 3. aliis I. ad Nicomach. Et sane, si Judex est, qui Jus <sup>104</sup>dicit, quò pactò ab eo Jus dici possit, qui Jus ignorat? Bonus Judex, ait D. Ambrosius, nihil ex arbitrio suo facit, sed juxta Leges Et Jura pronuntiat. Quod volunt itaque, ut Judices Jurisperiti non sint, bi procul dubio velle videntur, ut Jura Et Leges pessum eant, Et imperitorum bonum libidine male cuncta gerantur. Celsiodor. lib. 8. variar.

## S. II.

### De Potestate & Officio Magistratum seu Judicum.

<sup>105</sup> Potestatem & Officium Magistratum Aristoteles cit. lib. 4. Polit. cap. 15. in tribus constituit, nempe in consultando, judicando, Et imperando. De consultatione magis agunt. Politici, quam Publicistæ. De judicio jam actum est in cap. 4. sect. I. De Imperio, quod Magistribus magis proprium esse, quam illa superiora, id est, consultatio & judicium, dixit l. cit. Aristoteles, non tam facile sermocinamus, quod illud varium, nec omnibus Magistribus ubique locorum sit idem & æquale; agnoscente Philosopho in cit. cap. cum dixit: non eadem Potestatis esse genera, quemadmodum nec eadem est ejus, qui exercitui præfet, potestas, atque ejus, penes quem arbitrium est, de rebus in foro contractis disceptandi. Ziegler de Ju-

rib. Majest. cit. lib. I. cap. 24. §. 5. Et 21. Huber. d. cap. 5. num. 22. Loquendo tamen in genere congruenter asseri posse, existimo, quod, sicuti Summa Potestas & Imperium ex lib. 2. cap. I. num. 10. est facultas moralis, ab omni Superiore independens, Civitatem gubernandi, & actiones civium ad felicitatem communem dirigendi; ita & Potestas seu Imperium, quod reperitur in Magistribus, sit ejusmodi facultas participata, dependens, ac Summæ Potestatis subordinata, vi cuius vicariò nomine universam civium multitudinem, aut certum hominum genus, aut coetum aliquem particularem, saltem quo ad peculiares quasdam actiones & functiones, gubernare, & ad communem beatitudinem pro-

movere valet ; quæ facultas, perh  
bente Zieglerò d.l. §.9. *Jurisdictio* ap  
pellatur. Ex quo

<sup>107</sup> Sequitur I. Magistratibus ex Officio suo cōpetere non solum potesta  
tem judicandi, sed etiam potestatem  
exequendi, cogendi contumaces, cos  
que coērcendi : cūm, cui Jurisdictio  
data est, ea quoque concessa esse vi  
deantur, sinè quibus Jurisdictio expli  
cari non potest, inquit Javolenus in  
*L. 2. ff. de Jurisdict.* Qui autem faculta  
tem dirigendi, jubendi, aut vētandi  
sortitus est, etiam vim cogendi &  
coērcendi habeat, necessum est : quia  
*Jurisdictio finē modica saltem coērcitione*  
*nulla est*, ait Paulus in *L. ult. de Offic. ejus*,  
*cui mand. est Jurisdict.* Myler ab Ehren  
bach *Hyparchol. cap. 1. §. 13.*

<sup>108</sup> Sequitur II. Magistratibus nonnun  
quam etiam jus in vitam & corpus ci  
vium indulgeri ; quod aliàs Jurisdictio  
criminalis, Imperium merum, & Po  
testas gladii cum animadversione in  
homines facinorosos nuncupari con  
suevit. Tuncque jus inquirendi, fe  
rendi & exequendi sententiam, simul  
indultum esse, ex primū dictis non  
dubito, nisi quid exceptum aut limita  
tum fuerit per textum bonum in *L. 2.*

<sup>109</sup> *§. 23. ff. de O.J.* Exceptum autem

crediderim esse jus aggratiandi, utpote  
quod supra Leges est, nec alteri com  
petit, ac qui Legibus solutus Legem  
statuere & solvere potest. Hornius d.  
*lib. 2. cap. 7. §. 4. num. 3.*

Sequitur III. Magistratibus non <sup>110</sup>  
tantùm in foro externo sub metu poe  
nz, sed etiam in foro interno sub rea  
tu conscientiæ obtemperandum esse :  
quippe cūm Vicarii quidem sint Pote  
statis Supremæ in terris per Mylerum ab  
Ehrenbach *Hyparchol. cap. 2. §. 7.* sub  
Vicarii tamen Infinitæ Majestatis in  
Coelis, ut insinuat D. Petrus *I. Epistol.*  
*cap. 2. vers. 13.* subjecti estote omni humanae  
creature propter DEUM : sive Regi, quasi  
præcellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo  
missis ad vindictam malefactorum, laudem  
vero bonorum.

Sequitur IV. homagium, quod <sup>111</sup>  
alioquin Summa Poteſtati in ſignum  
ſubjectionis præſtatur, ſuō modō  
etiam Magistratibus præſtari poſſe &  
ſolere: nam, quia ex *num. anteced.* ſub  
diti tenentur obedire Magistratui, nil  
obſtat, quod minùs obedientiam jura  
tò promittant; ſervatò tamen ordi  
ne, ut inferioribus Poteſtatiibus non  
niſi ex voluntate Superioris, tacitā  
vel expreſſā, pareatur. Ziegler d. *L*  
*§. 15.*

### §. III.

## De Obligatione Magistratum & Judicium.

<sup>112</sup> **Q**uantò amplior est Poteſtas Ma  
gistratum & Judicum, tantò  
gravior est ipsorum obligatio.  
Dicta de illa non pauca ſunt in *cap. 4.*  
*num. 22.* & ſeqq. Dicam hīc breviter,  
quod Josaphat Rex *2. Paralipomen. 19.*  
*vers. 6.* Judicibus, per ſingula loca de  
nominate, dixerat: *videte, ait, quid*  
*faciatis : non enim hominis exercetis judi*  
*cium ſed Domini : & quodcumque judica*  
*veritis, in vos redundabit : ſit timor Do*  
*mini vobis ; & cum diligentia cuncta*  
*facite : non enim eſt apud Dominum DEum*  
*noſtrum iniquitas, nec personarum acceptio,*  
*nec cupidio munerum.* Colligitur exin  
de I. Judicem & Magistratum ad mul  
tas virtutes, præcipue tamen ad iuſti  
tiam, obligari. Sic enim & Moyses

suis Judicibus, tum tribunis, tum cen  
turionibus ſtrictim præceperat *Deu*  
*teron. 1. vers. 16.* quod *justum eſt, judecate :*  
*sive civis fit ille, ſive peregrinus.* Nulla  
erit diſtantia personarum, ita parvum audie  
tis, ut magnum : nec accipietis cujusquam  
personam, quia *DEI judicium eſt.* Quò <sup>114</sup>  
ſpectat etiam Ciceronis præceptum  
*lib. 2. Officior.* hi, qui *Rēpublicam tue*  
*buntur, inprimis operam dabunt, ut Juris*  
*& Judiciorum equitate ſuum quisque teneat,*  
*ut neque tenuiores propter imbecillitatē*  
*circumveniantur, neque locupletibus ad ſua*  
*vel tuenda vel recuperanda obſit invidia.*  
Quà ex cauſa *Egyptiorum Reges ex ſua*  
*ipsorum Lege Judices adjurabant, ne quid*  
*injuste, etiamsi Rex imperaret, iudicarent.*  
Plutarch. in *apophtegm. Grecor.*

115 Colligitur II. nullum quidem vi-  
tium à Magistratibus & Judicibus non  
esse vitandum: quia, monente Plu-  
tarcho in *Politic.* *vulgus mores, vitam,*  
*actiones, & consilia omnium eorum, qui*  
*Reipublice præfunt, curiosè rimari atque*  
*introspicere solet, etiam si hoc altè admodum*  
*obtegas, & tanquam velamen obnubas &*  
*abdas; attamen avaritiam, &, quæ ex*  
hac matre progerminat filia, acceptio-  
nem munerum, quia *excœcant oculos*  
*Sapientum, & mutant verba justorum.*  
*Deuteron. 16. vers. 19. & Exod. 23. v. 8.*  
severiori censurâ notari, ac gravio-  
ris poenæ comminatione castigari in  
aliis S. Scripturæ locis, videlicet.  
*Isiae I. vers. 23. & seqq. Micheæl. 3. v. 11.*

116 & seqq. *Job. 15. vers. 34.* Nec enim,  
ait Plato in *Politicis*, *tanquam ad nundi-*  
*nas & lucella eundum est tis, qui sibi gubern-*  
*nacula Reipublicæ committi volunt, quem-*  
*admodum Stratoclem illum & Dromoclidem*  
*accipimus, solitos sese mutuo ad messem au-*  
*ream invitare: sic enim jocō tribunal &*  
*curiā appellare confueverant.* Quin, ut  
Cicero loquitur lib. 2. *Officior. habere*  
*questui Rempublicam, non modò turpe est,*  
*sed sceleratum etiam & nefarium.*

117 Quæres tamen I. an nunquàm li-  
ceat Magistratui vel Judici, à partibus  
exigere munera?

Resp. I. Quando Judex aut Magi-  
stratus non habet stipendium à Po-  
testate Publica seu Republica, cuius mu-  
nera fungitur, licet petit à partibus  
munera. Ratio est: quia labor, in  
gratiam partium impensus, remune-  
rationem meretur, etiam si labor pitus  
& sanctus fuerit per cap. 45. *cauf. 12.*  
*quest. 2.*

118 Resp. II. Quando Judex aut Magi-  
stratus stipendium habet, non tamen  
operæ & laboribus correspondens,  
potest similiter à partibus aliquid in  
supplementum efflagitare. Ratio est:  
quia, ut servetur æqualitas, operæ sti-  
pendium coæquetur, oportet.

119 Dixi: *non tamen operæ & laboribus*  
*correspondens.* Nam accidere potest,  
ut salarium sit commensuratum labori  
& industriæ, nec tamen Judicis seu  
Magistratūs ejusque familiæ sustenta-  
tioni sufficiens: in hac autem contin-

gentia neque Potestas Publica, neque  
partes quidpiam ex justitia subministra-  
re tenentur.

Resp. III. Quando Judex, congruô 120  
salarîo provisus, facit aliquid indebi-  
tum, ad quod non tenetur ex Officio,  
non prohibetur aliquid supererogato-  
rium rep̄oscere; velut ipsimet SS. Ca-  
nones in cap. statutum 11. §. insuper de  
Rescript. in 6. approbare videntur. Ratio  
est: quia, quod indebitum est, non  
gratis fieri debet, sed compensatio ex  
jure rigoroso potest sollicitari. Largè  
& accuratè D. Joannes Balthasarus  
Braun de *Magistratu* cap. 5. §. 3. à num. 7.  
cum quo conferantur Molina trad. 2.  
de J. & J. disp. 83. à num. 10. *Lugo de J.*  
& J. disp. 37. à num. 125.

Quæres II. an Judex aut Magistra- 121  
tus ab ipso Naturali & Divino Jure pro-  
hibeatur acceptare munera, sponte à  
partibus oblata?

Ventilat hanc quæstionem mox al-  
legatus Braun à n. 19. itaque cum Lu-  
gone & Haunoldo resolvit, ut, si mu-  
nera in ea sint quantitate, quæ, attentis  
circumstantiis, moraliter loquendô  
de se ut plurimùm inducent perversio-  
nen judicii, trahantque voluntatem in  
vota & desideria offerentium, ab ipso  
Naturali & Divino Jure, juxta textus  
in num. 115. & seqq. citatos, censeantur  
prohibitæ: sunt enim aut causa pec-  
cati, aut proxima peccandi occasio.  
At, si munera sint leviora, aut ejus 122  
quantitatis, ut, expensis omnibûs, nec  
intellectum corrumpant, nec volun-  
tatem inflectant, quò magis extra li-  
mites justitiae excurrat, altioribûs his-  
ce Juribûs eorum acceptatio, ubi spon-  
te offeruntur, interdicta non appareat.  
Prudenter tamen memorati DD. & 123  
alii insinuant, talia & tanta Officialibus  
Publicis, cuiuscunque sint gradûs &  
conditionis, stipendia & salario esse  
constituenda, ut, defectu honestæ su-  
stentationis, non extimulentur, aut  
ex publicis redditibus occultâ sibi com-  
pensatione prospicere; aut justitiam  
exponere venalem; aut partibus in-  
ferre gravamen. Myler ab Eh-  
renbach *Hyparchol. cap. 13.*  
§. 3. & seqq.

# LIBER IV.

## Juribus Summæ Poteſtatis quoad Civitates exteræ.

**P**ræcipua Summæ Poteſtatis Jura, quorum uſus & exercitium pertinet ad Civitatem, in libro antecedente, quantum euidem ſuceptæ materiae limites admittebant, oculis & animis exposita fuere. Succedunt alia, nec inferiora Majestatis Jura, quæ potiſſimum concernunt exterorū, nec intra ſed extra Civitatem propriam in actum & executionem deducuntur. Inter hæc principatum tenet Jus Belli, Pacis, Fæderum, Legationum; de quibus Politicorum Auspex lib. 4. cap. 14. Summam autem, inquit, Poteſtatem habet ea pars, quæ de Bello & Pace, & de Societate, & de Fæderibus &c. consultat. Hæc Jura tractim & ordinatim diſpeſturus, inscribo

### C A P U T I. De Jure Belli.

**S**ummæ Poteſtati Jus Belli cognatum eſſe, in ipſo Jurisprudenciaz Romanæ uerbulo, ſeu præfatione Institutionum, doceſt Imperator, quando dicit: Imperatoriam Majestatem non ſolum Legibüs armatam, ſed etiam armis oportet eſſe decoraſam; jamque olim inſinuavit Livia ad Auguſt. apud Dion. Caſſ. lib. 55. inquiens: in hoc Principatus iuſtitutos eſſe, ut ſaluti ſubditorum conſulatur, ne invicem aut ab exteris injurias accipient: ideoque Ci- cero i. de Offic. in omni, iuſſit. Republi- ca maximè conſervanda ſunt Jura Belli. De Jure hoc, & antiquis & noſtriis temporibüs tanto- perè frequentatō, juvat laxare calamum, &c, quā ratione Bellum iuſtitui, aut finiri debeat, quidve in eo licitum aut illicitum ſit, ob argumenti magnitudinem & amplitudinem per multa folia diſſerere.

# S E C T I O I .

## De Natura, Diversitate, & Origine Belli.

### S U M M A R I A .

1. *Belli descriptio quoad nomen & rem ipsam.* 2. *Est status seu conditio duorum aut plurium.* 3. *Per vim certantium.* 4. *Quà tales sunt.* 5. & seqq. *Discretiuntur, an necessariae, hinc descriptio addere Supremam Potestatem, aut extraneas, contra quos bellazur?* 9. *Prima Belli divisio in publicum, privatum, & mixtum.* 10. *Eius brevis defensio.* 11. & seqq. *Longa & fortis impugnatio.* 16. & seqq. *Discutitur, an Bellum antiquorum & primorum certantium sit dicendum privatum, an publicum?* 18. & seqq. *Quà ratione bodiedum aliquod Bellum inter homines segreges aut familiias separatas publicum aut privatum nuncupari queat?* 20. *Altera Belli divisio in solenne & minus solenne.* 21. *Ad solenne requiritur Authoritas publica;* 22. *Ex dominario.* 23. & seqq. *Illens ratio.* 25. *Quasi fiat Summa Potestati, facta censeretur toti Populo & sociis.* 26. *In Bello offensivo absolute est necessaria.* 27. *Aliás est finis effectibus Juris Gentium.* 28. *In defensivo non defidoratur.*
29. & seqq. *Quò modo interponatur, nihil intorbet.* 31. & seqq. *Tertia Belli divisio in offensivum & defensivum.* 33. *Offensivi subdivisi.* 34. *Quarta Belli divisio in justum & injustum.* 35. & seqq. *Bellum utrinque potest formaliter esse justum.* 37. *De via ordinaria non potest esse materialiter ex utraque parte justum.* 38. & seqq. *An id vià extra-ordinariâ fieri possit?* 40. & seqq. *Bellum defensivum ipsi humano generi coarctum & licitum est.* 42. *Contra Bellum offensivum ratio dubitandi moveri potest.* 43. & seqq. *Vero, illà non obstante, latè demonstratur, id quoque licitum est.* 47. *Quò sensu Bellum ad Jus Gentium redditatur?* 48. *Potest Bellum esse Juris Naturalis, esto non statim in actu futuris exercitum ab exordio mundi.* 49. *Utī & de aliis Juris Natura capiibus constat.* 50. *Adducunt exemplum Abrabe Genes. 14. cap. 51. Declaratur, quòd Bellum non aduersetur Legi Divina nova.* 52 & seqq. *Ostenditur, licitum esse, contra Turcas & Saracenos pugnare.*

### S. I.

#### *Quid sit Bellum?*

**B**Ellum, licet non unam nominis originationem habeat, ut bellè ostendit Franciscus Bonbra in *Arte Belli & Pacis lib. I. disc. I. à num. 3.* utpote ab aliquibus derivatum à bello seu bono, quòd pacem pro fine respiciat; ab aliis desumptum à bellua, quòd belluarum sit, in mutuam cædem exardesceré; à multis, & nominatim à Grotio de J. B. & P. lib. I. cap. I. §. 2. num. 2. dictum ex veteri voce duellum, quasi certamen inter duos; attamen ab omnibus ferè quoad rem ipsam æqualem in modum definitur, quòd sit status per vim certantium, quà tales sunt. Ita laudatus Grotius d. §. 2. num. I.

2. Dixi I. *status:* non enim ipsum certamen seu actualem conflictum, oppugnationem, vastationem &c. desideramus ad essentiam Belli, utpote quod intentari vel continuari potest, et si in actu & factō ipsō nihil hostile geratur; sed statum duntaxat requiremus, id est, conditionem certam duorum aut plurium, hostilia contra se

machinantium; seu durationem aut tractum temporis, quòd dissidentes inter se vel ad pugnam, pro occasione instituendam, vel ad vim, contra se intentam, studiosè retundendam aut cludendam sunt parati. Gronov. in not. ad Grot. d. l. num. 5. Hinc Philo II. de Legib. special. apud cit. Grot. in suis not. lit. a. verissime scripsit: *hostes non solum existimantur, qui jam navali aut terrestri prelio certant, sed pro talibus habendi & qui machinas admovent portubus aut mœnibus, etiam si nondum pugnam incipiunt.* Servius quoque ibid. ait: *Bellum est tempus omne; quòd vel præparatur aliquid pugnae necessarium, vel quòd pugna geritur. Prælum autem dicitur conflictus ipse Bellorum.*

Dixi II. *per vim certantium.* Certatur enim non solum in castris, sed etiam in rostris, in pulpitis & licæis, in foro de re controversa; sed absque vi & violentia: at certamen per vim & violentiam, quà inferuntur, & propulsantur injuriæ, non alibi quām in palestra Martiali suscipitur. Quod bene agnoscent Cicero I. de Offic. duo statuit genera

gēnra decertandi, alterum per disceptationem, alterum per vim. Gronov. d. l. n. 4.

Dixi III. quā tales sunt; id est, quantum inter se certant, aut actiones, certamini convenientes, exercent aut meditantur: ut excludantur actiones aliae, quae planè ad Bellum non pertinent, & tamen interdum à certantibus exercentur. Gronov. d. l. num. 6. Guilielm. van der Muelen ad Grot. d. §. 2. num. I.

Quidam existimant, addendum definitioni Grotianæ authoritatem Supremæ Potestatis; aut extraneos, contra quos Bellum geritur, exprimendos esse. Clariss. D. P. Joannes Bapt. Eberth SS. Canonum in hac Universitate Professor emeritus de Bello cap. 2. §. 1. num. 5. & 6. Quibus equidem

contrarius haud sum; & cùm Bellum privatum à num. II. eliminare paratus sim, majoris claritatis aut integritatis gratiā facile possum definitionem ita efferre: *Bellum est status per vim concertantium, quā tales sunt, inter eos, qui Summum Imperium tenent, susceptum.* Sicuti verò 7 Grotius cit. l. num. 3. putavit, de justitia Belli nil esse memorandum in ejus descriptione, quod etiamnum in hac disputatione queratur, sitne aliquod Bellum justum, & quodnam Bellum justum sit? sic aliis forsitan persuasum 8 erit, citra præjudicium & periculum nullitatis omitti posse mentionem Supremæ Potestatis, dum, ut statim patebit, adhuc dubitatur, an omne Bellum auctoritate publicâ geri debeat?

## S. II.

### Quotuplex sit Bellum?

**P**rimam Belli maximèque necessariam partitionem Grotius d. lib. I. cap. 3. §. 1. num. 1. statuit, quod aliud sit privatum, aliud publicum, aliud mixtum. *Publicum* dicit, quod *Authore eō geritur, qui Jurisdictionem habet*, id est, Summam Potestatem, prout Grotii Commentatores interpretantur. *Privatum* appellat, quod *aliter*, hoc est, à privato in privatum, à latrone in viatorem movetur. *Mixtum* pronuntiat, quod *una ex parte est publicum, ex altera privatum*; nempe quod privatus molitur contra Summam Potestatem, aut, qui Majestate gaudet, contra privatum. Partitionem hanc operosè tuetur Muelen in comment. ad cit. cap. 3. §. 1. num. 1. &c, quantum adverto, ex hoc capite potissimum, quod, ubicunque status est aliquorum, per vim concertantium, ibi reperiatur Bellum: & consequenter, cùm inter privatos detur certamen violentum, quō unus alteri rem suam armatā manu conatur auferre, & hic rem illam quāvis arte marteque privato (& quidem justè, veluti à nobis concessum est supra in lib. 3. cap. 4. num. 16.) defendere nititur, vim vi repellendō; Bellum privatum haud ne-

gari queat: idque mixtum effici possit, si aggressio & resistentia fiat inter personam publicam & privatam. Sed, 11 nī fallor, longè plures sunt, qui Bellum privatum, saltem in Statu Civili, in quo versamur, non nisi impropriè & abusivè Belli nomine insigniri arbitrantur: tum quia effectus, qui Bellum consequuntur, non alteri, ac quod publicum nuncupamus, convenient, ut paulo infra ostendemus: tum quia, 12 si privati inter se dimicant, aut rixa aut duellum est; &, ubi contra Principem insurgunt subditi, rebellio & seditio censetur; &, ubi Princeps aut Magistratus contumaces ac refractarios acriori disciplinâ sub jugum revocat, actus Imperii & justitiae vindicativæ exercetur: tum quia Bellum ex 13 Doctorum & vulgi sensu vertitur inter hostes; ille autem, adnotante Cicerone Philipp. 4. *hostis est, qui habet Rem publicam, curiam, aerarium, consensum & concordiam civium, & rationem aliquam, si res ita tulerit, pacis & fœderis; reliqui, etiamsi exercitus habeant & milites, atque Imperatores se ferant, non pro hostibus sed pro latronibus & Spartaciis sunt habendi: tum quia jus Belli gerendi exigit, ut 14 proprio ex judicio possit suscipi, quo usque*

que & quādiu visum fuerit; & civibus id solum indultum est in periculo inevitabili, nec ulterius, quā id fuerit depulsum: tum quia controversiae bellicæ aliter, quā pactō & pace, vix terminantur; inter privatos autem nec pactō nec pace opus est, sed auctoritate Superioris omnia complanantur, &c, ubi etiam cives inter se aut cum extraneis in concordiam redierunt, Magistratui integrum est, injuriam vindicare, quæ rixæ causam præbuit. Pufendorf d. J. N. lib. 8. cap. 6. §. 8. Becman. ad Grot. d. L. Ziegler ibid. & de Jurib. Majest. lib. 1. cap. 33. §. 25. Et seqq. Illustr. D. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 9. cap. 4. num. 1. Et 4.

**16** Quod verò Grotius sèpe cit. cap. 3. §. 1. num. 1. inf. supponat, Bellum privatum antiquius esse publico, se non percipere, fatetur citatus Muelen. Rationem dat: quia, si Bellum privatum referatur ad Statum Naturalem, ubi homines segreges in familias congregari coeperunt, simulacrum erat alicuius Civitatis & Statū Civilis, quō paterfamilias ita domesticum imperium erga suos exercuit, ut contra exteriores, respectu quorum nec subjectionem nec subordinationem agnoscebat, omnia facere potuerit, quæ Gentis respectu Gentis aut alterius Reipublicæ competunt; & sic non minus Bellum publicum gerere, quā modò

**17** Civitas gerit contra Civitatem. Verum, tametsi nolim à Bello publico id, quod in Statu Naturali Capita familiarum sustinebant, excludere: ut pote cùm eorum Regimen & Imperium ad Civile quāproximè accesserit; attamen, quia etiam in statu præfato extiterunt & existere potuerunt homines, nulli familiæ adscripti, nulliusve potestati etiam domesticæ subjecti; illi profectò ad mentem & intentionem Grotii Bellum non publicum, sed privatum suscipere dicebantur, quando ab aliis in corpore vel bonis impetiti se suaque defendere conabantur: cùm persona publica cum veritate nequeat appellari, quæ non aliud, quā suum individuum curat & conservat. Relegantur, si non pigeat, dicta in lib. 1. cap. 1. à num. 35.

**18** Quodsi hodieum reperiantur ejus

generis homines, sibi solis viventes, & ab omni Superiore independentes, non abnuo, quin, si quam concertationem per vim instituant, Bellum privatum, aut, si Principi v.g. litem moveant, Bellum mixtum nominari queat: sin autem integræ familiæ, pagi, aut vici fuerint, ita ut adjustam Civitatem quidem non sufficient, nemcum tamen aliquem & subordinationem inter se habeant, qualis est in statu familiæ, concertatio per vim, si quandoque surrexerit, jure Belli publici non incepè censeri poterit: aut enim, qui primus aut princeps est talis familiæ aut pagi, representat personam quasi-publicam; aut ipsa familia seu pagus instar Republicæ, quantum ad sui conservationem, consideratur. Molina de J. Et J. to. 1. tract. 2. disp. 100. n. 6. ubi ita in Brasilica Regione contingere testatur. Quod autem à Statu hoc Naturali, aut Civili imperfecto ducatur argumentum ad Civilem perfectum, jam cit. l. à n. 24. salubriter cautum & prospectum volui.

Bellum publicum à Grotio d. lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 1. ulterius dispescitur in solenne & minus solenne. Ad Bellum *solenne* ex Jure Gentium Grotius duo requirit; primum, ut geratur utrinque auctore eō, qui Summam Potestatem habeat in Civitate: deinde, ut ritus quidam adsint, inter Gentes recepti. Quoad primum jam à num. 11. probatum est, Bellum propriè dictum non esse, nisi geratur ab habentibus Summum Imperium. Portugal de *Donation*. Reg. lib. 2. cap. 26. n. 4. Et seqq. Quoad alterum, ritus scilicet, largiore dissertationem instituit Grotius lib. 3. cap. 3. & in §. 5. examinat actum principalem, denuntiationem scilicet & inductionem Belli (quā aliud diffidationem appellant apud Portugallum d. l. n. 33. alii clarigationem vocant apud Grot. d. l. §. 7. n. 1.) quatenus opus sit, ut publicè decernatur, & simul ut decretum adversæ parti significetur, ejus amicitiae & societati renuntietur, ipsaque certior reddatur, nil nisi hostile deinceps sibi exspectandum esse. Cujus ratio est: partim ut appareat, non coecò impetu, aut more latronum in Bellum nos velle pro-

**prorumpere**, sed, post maturam deliberationem id hostili animō & stylō querere, quod ab amico amicē con-  
24 sequi non poteramus: partim ut is ipse, qui Bellō impetratur, justum temporis intervallum habeat, quō consultare possit, quidnam inferenti Bellum respondere, num ei satisfacere, an vero anticipitem Belli aleam experiri velit: haud aliter atque in judiciis reo denuntiatur intentio auctoris, unāque spatiū ei ad deliberandum indulgetur, num judicio contendere vel cedere malit. Vitriar. ad Grot. d.lib.3. cap.3. q.9. § II.

25 Atque hujus denuntiationis non equidem ea est necessitas, ut omnes & singuli, quorum amicitiae nuntius remittitur, nominatim præmoneantur, sed hōc ipsō, quod Bellum sit denuntiatum habenti Summum in Populum Imperium, censetur indictum omnibus ejus subditis & sociis. Grot. d. cap.3. §.9. ubi ex Liviana hist. allegat responsum Collegii Fecialium, Ætolos, cùm Antiocho se palam adjunxissent, 26 ultrò sibi Bellum induxisse. In Bello autem offensivo tam strictè requiritur, ut tantū illi censeantur hostes, qui nobis aut quibus nos publicè Bellum discernimus; ceteri, verò latrones aut prædones sint, veluti tradit Pomponius in l.118. ff. de V.S. & Ulpianus in l.24. ff. 27 de Captiv. § postlim. Et ideo, sicut capti à latronibus aut prædonibus non fiunt servi capientium, ut dicitur in cit. l.24. &l.14. §.2. ebd. tit. ita nec capti à Belligerantibus, qui denuntiationem publicam non præmisserunt. l.21. §.1. d.t. Portugal cit. cap. 26. n.36.

28 In Bello econtrà defensivo, ubi vis vi repellitur, quamquām laudabilis & honesta sit denuntiatio; Ælianus tamen apud Grotium d. cap.3. §.6. sub num.1. ex Platone ait, Bellum non à caduceatore, sed à Natura indici. Vitriar. d.l. q.5. Henniges ad Grot. ibid. quia, dum alias injuriam nobis contrafas & jus irrogat, tanquam injustè provocati & lacefitti, justè easdem propulsamus, non exspectatà ulteriori dilatatione aut admonitione. Et sic intelligo verba Ciceronis lib.1. Officior. dicentis, nullum Bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut deinceps.

P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

tatum ante sit & indictum. Conferatur Clariss. D. Stapff de Majest. cap.5. §.8.

Quō autemmodō denuntiatio bel-  
licia fiat, nihil referre puto. Nam, et si Romani certum habuerint Collegium, quod *Feciales* constituebant, ad tractatus Belli, Pacis, Foederum &c. ex professo institutum; unumque ex *Fecialibus* destinaverint, qui hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum, quibus facienda erat denuntiatio, ferret, & non minùs tribus puberibus præsentibus diceret: quod *Populi priscorum Latinorum, hominesque prisci Latini adversus Populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod Populus Romanus Quiritium Bellum cum priscis Latinis jussit esse, Senatusque Populi Romani Quiritium censuit, consensit, consivit, ut Bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, Populusque Romanus Populis priscorum Latinorum, hominibusque prisci Latinis Bellum indico, facioque; hastā post hæc dicta in fines eorum emissā.* Livius dec.1. lib.1. cap.13. Etsi, 30 inquam, apud Romanos ita fuerit; attamen, quin solennis indictio fieri possit etiam per alium nuntium, literas, libellos publicos ( quos manifesta appellant ) aut etiam tubicinem, dubitandum haud est: non enim ex Jure Gentium quidpiam hic definitum, sed cuiusvis ferè Populi moribús modus denuntiandi specialis erat receptus; nec plus requiritur, quam ut animus bellandi signō externō sufficenter indicatur. Vitriarius ad Grot. d.lib.3. cap.3. q.8. Bonbra in *Arte Belli* § Pacis lib.1. disc.10. à num 8. D. Stapff cit. L. §.12.

Ex dictis in num.26. § 2. seqq. eruitur 31 alia Belli divisio, quā dispescitur in Defensivum, & Offensivum. *Defensivum* est, quō defendimus, & retinere laboramus, quæ nostra sunt contra eos, qui nos lædere, nostra intercipere, aut ea perdere conantur. *Offensivum* ( alias aggressivum seu vindicativum dieitur ) est, quō extorquemus debita, quæ nobis abnegantur, aut injustè nobis erepta recuperamus, cautionemque imposterum quærimus contra illum, qui priores nos læsit. Pufendorf de J. N. § G. lib.8. cap.6. §.3. Quocum Authore 32 notan-

OOO

notandum, non semper offensionem ex parte illius factam intelligi, qui prior in aciem processit, sed favorem defensionis interdum ab illius stare partibus, qui primus alteri infert arma: si quis enim repentinis & vagis incurribus aliquoties à vicino suo fuerit vexatus, non offendere sed defendere censendus est, si poste à justum exercitum congregaverit, & vicini fines invaserit: sicut & ille defensionis jure videtur uti, qui de hostili invasione jam certus, hostem suā celeritate prævenit, & opprimit, dum ille adhuc in apparatu militari est occupatus. Justin. 2.3. 12. Buddeus *Philosophie pract. part. 3. cap. 4. §. 8.*

33 Belli offensivi duplex genus assignat Molina *de J. Et J. to. 1. tr. 2. disput. 102. num. 4. Et 5.* Unum est, quod infertur ad ultionem sumendam de injuria, formaliter illatā, sive deinde simul recuperentur, quæ nobis ablata vel damificata sunt, sive non. Alterum est, quando præcisè queruntur, quæ aliqui ablata sunt vel debita, & ab alio per ignorantiam invincibilem seu inculpabilem detinentur, sique injuria tantum est materialis. Discriben patebit infra in sect. 4. num. 271.

34 Supereft adhuc alia Belli distinctio in justum & injustum. Bellum *justum* hic dicimus non ex forma vel solennitate, quā etiam justum testamentum, aut justas nuptias denominamus, veluti observat Grotius lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 1. sed justum dicimus ex causa iusta, quā, qui Supremam habet Potestatem, movetur ad arma capeſſenda; sicut ex adverso *injustum* pronuntiamus ex causa iusta, quā etiam, qui cæteroquin in Civitate Summus est, ad militandum stimulatur. Quō sensu D. Augustinus, relatus in cap. 2. caus. 23. q. 3. iusta Bella definivit, que

*ulciscuntur injurias, si qua Gens, vel Civitas, que Bellò petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est.*

Possitne verò Bellum ex utraque Bellantium parte justum esse? Trita quæſtio, atque à potioribus sequenti cum distinctione resoluta est, ut, si Bellum consideretur formaliter, nempe quoad opinionem & animum Bellantis, utinque justum esse valeat; securus, si spectetur materialiter seu quoad rem ipsam, de qua certatur. Ratio est: quia hostium uterque potest esse in bona fide, & opinari, se justam bellandi causam habere; quemadmodū uterque litigantium in judicio potest in bona versari fide, & credere, se justè litigare: quandoquidem actio formaliter seu quoad operantem justa dependet ex ejus fide, conscientia, & dictamine rationis. At quia de via saltem ordinariā non contingit, ut res, super qua certatur, spectet æqualiter ad utrumque Belligerantem; Bellum reipsā & materialiter loquendō non erit utrinque justum. Ita Grotius lib. 2. cap. 23. §. 13. n. 1. Et 2. Dux de via saltem ordinariā: nec enim implicat ex mea & multorum sententia, circa unam eandemque rem dominium penes duos in solidum existere, ac provinciam v. g. pagum, aut districtum aliquem eō pactō duobus legatum aut donatum esse, ut uterque dominium in solidum habeat, datō jure præventionis. Quamquam in hac quoque contingentia perfacile quilibet sibi dominium privativè, & cum alterius exclusione afferere, sique si neuter condominium agnoscere, sed unus alterum exturbare velit, uterque injustus Bellator esse possit. *Arduum* scilicet est, eodem loci concordiam Et potentiam esse. Tacitus 4. Annal. 4. 2.

### S. III.

## Undenam Bellum trahat suam Originem?

40 **B**ellum defensivum humano generi coævum, ipsique Juri Naturæ quasi insitum esse, vix quispiam in dubium vocabit. Nam, ut

Cicero perorat pro Milone, non modo *justum*, sed etiam *necessarium* est, cum vi vis illata defenditur. Jurisconsulti Romani quoque favorem defensionis à Natura

Natura commendatum fuisse, constanter tenuerunt: nam Florentinus in l. ut vim 3. ff. de J. & J. ait: *Jure (uti que Naturali) hoc evenit, ut, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.* Cajus in l. itaque 4. in pr. ff. ad L. Aquil. adversus periculum, inquit, *Naturalis ratio permitit se defendere.* Ulpianus in l. *Pretor* 1. §. 27. ff. de Vi & vi armata dicit, *vim vi repellere licere, Cas-  
sus scribit, idque ius Naturā comparatur: apparet autem ex eo, arma armis repellere licere.* Revolvantur, quae extant in lib. 1. cap. 1. à num. 35. nec oblivioni tradatur, quod Jephē Ammonitarum Regi *Judic.* 11. v. 27. exprobravit: *non ego pecco in te (quia nempe defendebat, quod possederat) sed tu contra me male agis, indicens mibi Bella non justa.*

**42** Bellum offensivum Juri Gentium originaliter adscribunt non pauci, nisi tum authoritate Hermogeniani in l. *ex hoc Jure* 5. ff de J. & J. tum ratione, quod Bella vix initium sumere potuerint ante, quam Gentes fuerint multiplicatae, rerum communio desierit, ac meum & tuum, frigidum illud verbum, innumeraque, ut loquitur D. Chrysostomus in *Orat. de S. Philogon.* gignens **43** *Bella*, inceperit. Quod tamen ex ipsa Natura etiam Bellum offensivum sit licitum, cum multis aliis adstruunt. Molina de J. & J. tr. 2. disp. 99. num. 7. Clariss. D.P. Ludovicus Babenstuber antehac Theologiae tam Scholasticæ quam Practicæ apud nos Professor summoperè depraedicandus in *Ethica supernaturali* tr. 5. disp. 6. art. 4. n. 2. Clariss. D. P. Ebberth de *Bello* cap. 3. §. 1. tract. 5. Grotius lib. 1. cap. 2. §. 1. & 2. Pelzhoffer *Arcan. Stat.* lib. 9. cap. 1. n. 3. quia Juri Naturæ contentaneum est, non tantum se & sua, dum actu fit invasio vel aggressio, manutene & conservare, sed etiam post injuriam, jam illatam, post ablata aut erepta bona & jura, post amissam jam possessionem, quod suum aut sibi debitum est, repetere & recuperare posse: nam, teste Cic. de *Offic.* 3. illud *Natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augemus.* Alioquin, si, quod injuste factum aut abstractum est, non liceret vindicare Genti à Gente, Superiorē non recognoscēt,

daretur ansa hominibus pravis, impunè graffandi in vitam, corpus, & bona innocentium, nullaque pax, quies, aut tranquillitas inter Gentes sperari posset. Nam, *si unusquisque nostrūm*, ait Cicero d. l. rapiat ad se commoda aliorum, detrabatque, quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas evertatur, necesse est. Livius certè dec. 1. lib. 9. cap. 2. *justum enuntiat Bellum, quibus necessarium; piaque vocat arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* D. Augustinus etiam non so-45 lùm in textu, jam in num. 34. recitato, sed etiam in multis aliis locis Bellum, justâ causâ subnixum, absolutè probat: siquidem in Epist. 207. ad Bonifacium, prout refertur in cap. 3. c̄ps. 23. q. 1. noli, ait, existimare, neminem DEO placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat Sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis justi. In his erat & ille Centurio, qui Domino dixit: non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Pacem babere debet voluntas, Bellum necessitas, ut liberet DEUS à necessitate, & conservet in pace. Idem lib. 22. contra Faustum, ut perhibetur in cap. 3. d. caus. 23. q. 1. quid culpatur, inquit, in Bello? an quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non Religiosorum. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, imparatus atque implacabilis animus, feritas bellandi, libido dominandi, & si quae similia, bēc sunt, que in Bellis jure culpantur. Concordat 46 cum S. Augustino D. Gregorius lib. 12. Epist. 24. apud Gratianum d. caus. 23. q. 1. cap. ult. ibi: *summa militiae laus, inter alia bona merita, bēc est, obedientiam Republicæ utilitatibus exhibere.* Concordat D. Isidorus lib. 8. Etymol. cap. 1. cit. caus. q. 2. ibi: *justum est Bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causā.*

In quo autem sensu Jus Belli reducatur ad Jus Gentium, optimè declarat Grotius d. lib. 1. cap. 2. §. 4. num. 2. hisce verbis: *Jure Gentium introducta esse Bella, dixit Hermogenianus; quod paulò aliter, quam vulgo accipi solet, interpretandum censeo: nempe ut certa Bellorum forma à Jure Gentium sit introducta, quam formam que habeant Bella, ea peculiares ex O o o 2 Jure*

*Jure Gentium effectus consequantur. De his paulò ante à num. 20. memini. Ampliora dicendi tempus erit infra in sect. 4.*

48 Illud verò non mirandum, quod statim ab initio creati mundi homines conflictum bellicum non instituerint: nam, ut nihil adstruam, hoc ipsum contra Bellum defensivum applicari posse; Bellum non est remedium absolútè necessarium, sed tantum ex ea suppositione, quod quis contra potentiam aut violentiam humanam id, quod ad se spectat, aliter acquirere vel recuperare nequeat: ideoque Juri Naturali mundoque condito potuit esse cœcum quoad jus bellandi; esto ob defectum occasionis multis post annis primū ad actum & exercitium per 49 venerit. Nec enim ad Jus Naturæ necessum est, ut singula ejus capita semper & statim redigantur in actum, sed satis est, quando certis in circumstantiis operationem suam exercent; uti præ cæteris apparet in materia furti, quæ locum non habet, nisi res divisa esse præsupponamus. Conferrunt, quæ & supra à num. 16. observavi; & quod S. Scriptura refert de Abrahamo Gen. 14. nam, esto post diluvium non adeò multiplicata esset Gens humana, Bellum tamen offensivum contra quatuor Reges, qui Sodomam & Gomorrah expilaverant, gessit, Melchisedechô, Sacerdote DEI Altissimi, probante & applaudente d. cap. 14. vers. 19. & seq. ibi: *Benedictus Abram DEO excelsō, qui creavit Cœlum & terram; & benedictus DEUS excelsus, quibz protegente, hostes in manibus tuis sunt.* Quô intellectu etiam David benedixit DEUM Psalm. 143. vers. 1. *Benedictus Dominus DEUS meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad Bellum.*

51 Non me præterit, ex Jure Divino Novo contra licentiam bellandi varia adducil loca; quæ tamen, si vim haberent, aut Bellum defensivum æquè submovent, aut, cùm ad casum præsentem haud pertineant, de consilio tantum concepta, vel de vi & violentiâ privata communiter explicata sunt; ut patet ex Authoribus, in num. 43. allegatis; apud quos etiam videre licet alia testimonia, ex Novo Testamento

petita. Sufficiet, duobus quasi verbis attingere, quod annotavit D. Augustinus contra Faustum lib. 22. in cap. 4. cauf. 23. q. 1. *Neque Joannes (Lucæ 3.) ab armis jubet discedere milites; & Christus (Matth. 22.) tributa Cesari monet reddi: quia propter Bella necessariò militi stipendium præbetar.*

De reliquo non potest dissimulari gravis error Lutheri, docentis, fas non esse Christianis, contra Turcas & Saracenos pugnare, & quidem ex triplici cœque ineptissima causa, quod nempe per ipsos à DEO puniantur fideles, ideoque tam parum ipsis quam Ministro justitiae resistere liceat; quod insuper Christiani, contra infideles hucusque pugnantes, nihil effecerint &c. Schiara Theol. Bell. lib. 1. dist. 31. num. 3. & seqq. Enimverò, ut omittam textus Juris Canonici in cap. dispar. 11. XXIII. q. 8. cap. si de rebus 2. d. cauf. q. 7. contrarium luculententer indicantes; argumentum à majori ad minus hic fortissime stringit, quod, si Christianis vetitum non sit, contra Christianos Bella movere, longè magis licitum sit, in Turcas & Saracenos, velut juratos Christiani nominis hostes, ultore ferrō animadvertere. Sintne verò Turcæ & Saraceni instrumenta DEI, per quæ Christianos compesci velit, nobis aut incognitum est, dum nescimus, an DEO jubente vel tantum permittente contra nos insurgant; aut saltem prohibitum non erit, contra eiusmodi instrumenta, non secus ac contra famem, pestem, aut alia à DEO immissa mala, remedia humana amplecti, sicuti fecerunt Israëlitæ, toties à DEO per Bella infidelium puniti, nec tamen, quod minùs impugnantes oppugnarent, interdicti. Similiter, an Christianorum, arma adversus Mahometanos fortunata an infortunata extiterint, nihil ad rem confert: cùm Belli justitia non ab exitu, sed à jure debeat aestimari; tacendō progressus inexplicabiles, totique mundo stupendos, quos Augustissimus Imperator noster Carolus VI. paucis abhinc annis sub Archistratego incomparabili, Serenissimo Principe Eugenio, contra Ottomannos fecerat. Covarruv. in reg. peccatum p. 2. §. 10. verific.

verfic. prim. Molina de J. & J. tom. 1.  
tr. 2. diss. 99. num. 8. Clariss. P. Baben-

stuber in Ethica super. d. tom. 5. disput. 6.  
art. 4. num. 3.

## SECTIO II.

### De Bellatoribus.

#### SUMMARI A.

56. *Bellum non potest moveri ab alio, ac qui Summā Potestate fulget.* 57. *Auctoritas S. Augustini & aliorum Doctorum.* 58. & seq. *Neque potest geri contra alium, ac qui Majestatem habet.* 60. *Adducitur aliqua limitatio.* 61. *Ex concessione Summa Potestatis etiam inferior Bellum gerere valet.* 62. *Uti & ex consuetudine vel præscriptione.* 63. *An Summa Potestas aliquando teneatur arma capessere?* 64. *In Bello opus est Duce.* 65. *Duces alii primarii, alii secundarii.* 66. *Summi Imperantes non solent personaliter interesse Bello, sed alium substituere.* 67. *Consultans videtur, unum, quam plures deputato.* 68. *De qualitatibus Ducis Supremā remissione.* 69. *De ejus potestate inspicendum mandatum, aut conjectura voluntatis desumenda.* 70. *Concessō sine concessa intelliguntur me-*

*dia.* 71. *Non item ea, qua necessariam conne-  
xionem non habent.* 72. & seq. *Severitas Ro-  
manorum & aliorum in hac materia.* 74. *Ex-  
pedit potius, banc potestatem laxare, quam con-  
stringere.* 75. & seq. *Agitur de Jurisdictione  
militari.* 77. *Necessarii in Bello sunt milites.* 78. & seqq. *Quidam militare prohibentur ex  
Legibus aut moribus, uti fæmina;* 81. *Item  
servi;* 82. & seq. *Nec non Persona Ecclesi-  
sticæ.* 84. *Quibus ramen Ius Naturale  
non obstat.* 85. *Possunt Clerici militare in ne-  
cessitate.* 86. *Contribuere pro Bello.* 87. *Con-  
silium suggerere de Bello justo.* 88. *Alios ad hos  
animare.* 89. *Interesse Bello tanquam Curato-  
res animarum.* 90. & seq. *An teneantur Va-  
salli Ecclesiastici accedere ad militem sui Do-  
mini directi?*

#### §. I.

### De iis, quorum Authoritate Bellum geritur.

56 **S**i reflectere velimus ad num. 19. & seqq. patulum erit, Bellum non nisi inter hostes inveniri, sicque non aliorum auctoritate geri posse, ac qui Summā inclarescunt Potestate, uti sunt Principes Supremi & Reipublicæ liberæ. S. Thomas 2.2. q. 40. art. 1. Ratio verò de iis, qui Bellum movere volunt, ultra jam dicta cit. l. est multiplex: tum quia, qui Bellum molitur, fit Judex in causa propria; nullus autem inferior Judicem in causa propria agere: tum quia vindictam privatam sumere, velut contingit in Bello offensivo, nulli privato concessum est: tum quia tota Civitas per Bellum in periculum conciatur; & ideo omnium fermè Populorum Legibüs cautum esse, testatur Grotius lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 2. ne Bellum geri possit, nisi auctore eō, qui Summam in Civitate Potestatem habeat; velut de Romanis, & Romanorum Imperio subjectis constat ex l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. l. ult. Cod. Ut armor. usus &c. Imò, ut concludit D. P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Augustinus, relatus in cap. quid culpatur 4. causa 23. q. 1. ordo Naturalis, mortalium paci accommodatus, hoc poscit, ut suscipiendi Belli auctoritas atque consilium penes Principes sit. Bonbra in Arte Belli & Pacis lib. 1. disc. 5. num. 6. & seqq. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 9. cap. 4. num. 1. & passim. Huldericus ab Eyben exercitat. de Jure Belli th. 2. lit. d.

In illis quoque, contra quos Bellum instruitur, ratio gemina necessitatem Summi Imperii persuadet: partim quia Bellum est remedium planè extraordinarium, violentum, & periculosum; consequenter, dum quis remedium ordinarium, paratum, ac pacificum amplecti, & contra suum adversarium apud eum, cui subest, pro justitia & satisfactione instare potest, à Bello abstinere, ac judicio contentiousō jus obtinere debet: partim quia actor sequitur forum rei, nec, qui Judex actoris est, hōc ipsō reum judicare valet; cāque propter Princeps aut Republica, ob offensam ab uno vel altero civi particulari alterius Regni

P p p

vel

vel Provinciæ sibi illatam, non suscipit judicium contra reos, sed implorat Judicem & judicium eorum, à quibus offenditam tulit. Molina *de J. & J.*  
 60 *to. I. tract. 2. disp. 100. num. 5.* Si tamen Respublica seu Princeps ac Dominus personæ offendit, factâ prævia monitione, justitiam administrare, ac satisfactionem præstare noluerit, non tam contra malefactores in individuo, quam contra Rempublicam ipsam fas erit, inchoare Bellum, juxta D. Augustinum, jam superius nominatum in *cap. Dominus 2. cauf. 23. q. 2.* ubi justa definit Bella, que ulciscuntur injrias, si qua Gens vel Civitas, que Bellum petenda est, vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est. Casus, huc pertinens, recensetur in Sacra Historia *Judic. 19. & 20.* Bonbra in *Arte Belli & Pacis d. lib. I. disc. 6. num. 29.*

61 Porrò quod aliis, quam Summa Potestate conspicuus, nequeat incipere Bellum, limitationem patitur I. quando inferior aliquis ex concessione aut mandato Summi Principis Belligerendi facultatem accepit: tunc siquidem (adhibeo verba Grotii *lib. I. cap. 3. §. 5. num. 2.*) censendum erit, Bellum geri ex vi Summae Potestatis: nam quod faciendi quis alii jus dat, ejus ipse auctor censetur. Vitriar. ad Grot. *d. l. q. 14.* Clariss. P. Ebberth *de Bello cap. 3. §. 2. num. 11.* Clariss. D. Stapff *de Majest. d. cap. 5. §. 15. & seq.* II. limi-

tationem patitur, quando consuetudine vel præscriptione jus Belli à Magnatibus Regni, Summo Principe inferioribus, acquisitum est: nam eō ipsō, quod Bellum ab humano Jure plurimum dependeat, possitque jus Belligerendi Magnatibus aliis à Summo Principe ex *num. priore* conferri, sequitur, id præscriptione non minus quam consuetudine acquiri posse... Molina *d. l. disp. 100. num. 9.* Victoria in *relect. de Jure Belli num. 9.* Ebberth *d. l. num. 16.*

An Summa Potestas non tantum 6; possit, sed aliquando debeat bellare? Quærer potest; & resp. cum Molina *d. tr. 2. disp. 99.* & aliis, quos nominat & sequitur Schiara *Theol. Bell. lib. I. diffic. 7. num. 8.* affirmativè. Potest siquidem evenire, ut subditi ab externa Potentia graviter vexentur, premantur, aut omnino opprimantur; potest etiam contingere, ut bona, ad Rempublicam aut Coronam spectantia, antehac injustè ablata, facili manu recuperari possint; potest iterum accidere, ut inimicus homo Cœpitatem aut provinciam perversis moribūs aut doctrinis pervertere vel evertere satagat: in quibus & aliis id generis circumstantiis flagitat salus & incolumenta publica, ut Summa Potestas, cuius est, saluti & incolumenti publicæ invigilare, arma corripiat, nocuos propellat, innoxios protegat, defendat.

## S. II.

### De Ducibus Bellicis.

64 **M**ilitarem sinè Duce turbam esse corpus sinè spiritu, dixit Perdicca apud Curtium *lib. 10. cap. 6.* &, ut remiges sinè gubernatore, nihil valere, pronuntiavit Quintilian. *§. 10.* tanti siquidem exercitum esse, quanti Imperatorem, notavit Lipsius *Civil. doctr. lib. 5. cap. 14. n. 3.*

65 Duo autem genera Ducum efformat idem Lipsius, primarios & secundarios. Primarios appellat, qui summae rei imperant, suisque auspiciis & ductu rem gerunt; quales sunt Reges aut alii Principes in suo solo. Secun-

darios vocat, qui Imperant alterius nutu sive jussu imperant. Sed quia 66 Reges & Principes, quorum nutu & jussu Bellum movet, minùs propriè Belli-Ducum nomine veniunt; nec expedit, ut ipsimet prælio aut expeditioni militari intersint: cùm dubiis Bellorum exempti summae rerum & Imperii seipso reservare debeant juxta Tacitum *2. Histor. 33. 3.* nisi totius Imperii statutus aut salus provinciarum in discriminè vertatur. Idem *4. 85. 5.* D. ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Bellum num. 16.* hinc malim cum Francisco Bonbra *de Arte Belli*

*Belli & Pacis lib. 1. disc. 14. num. 5.* per Ducem primarium intelligere personam, à Summa Potestate diversam, quam alias Legatum, & olim Imperatorem, ab imperando dictum, hodie Generalissimum aut Supremum Locumtenentem vocant, cui summa rerum militarium concessa est, ut suo ductu & consiliō Bellum promoveat, omnesque ejus Imperium & mandata revereantur. Grot. lib. 3. cap. 22. §. 1.

67 Et licet ejusmodi Duces primarii non unus sed plures constitui possint; attamen, ut Lipsius notat d. cap. 14. 15. oportet, ut unus omnibus promineat: *semper enim reperies, plurimum nocere & multitudinem Imperantium, & Regimen nullum aut incertum.* Thucyd. 6. 12. 15. Nec de nihilo invaluit adagium: *multi Imperantes perdidere Carinam.* Bonbra d. l. n. 42. D. ab Eyben de J. Belli. th. 7. lib. 6.

68 Notas seu prærogativas Ducis Supremi mox nominatus Lipsius cap. 15. num. 2. & seqq. plures enumerat, nempe scientiam (intellige militarem longo usu combabitam) virtutem, seu corporis & animi vigorem ac probitatem, providentiam, autoritatem, & fortunam. Has tamen, uti & reliquas seu dotes seu officia boni Ducis tum citato Lipsio, tum Politicis aliis, nominatim cit. Francisco Bonbra num. 6. & seqq. Onesandro in strateg. cap. 1. & 2. Joanni à Chokier ib. in not. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 9. cap. 17. & seqq. Contzen lib. 10. cap. 22. & seq. libenter cedo; solamque potestatem, quā instructus est Legatus Bellicus, Juridico-Publi-

69 cæ disquisitioni reservo. Tametsi verò hoc ipsum in genere definitum haud inveniatur, quoisque talis potestas sese extendat: cùm à Summo Imperante sit exspectandum, velitne laxiorem an strictiorem concedere; tenenda nihilominus regula, quam præscribit Grotius d. lib. 3. cap. 22. §. 4. num. 2. nempe, si non constet de mandato ejusve limitibus, sequendum esse, quod conjectura dictat, ut concessum intelligatur id, sinè quo sati commoddè, quæ officii sunt, expediri non posse. Et quia contrariorum eadem est natura, ex priori regula colligitur, ea nullatenus Ducibus esse permissa; sinè quibus officium Ducale commo-

dè potest expediri. Quod enim jam 70 supra in lib. 3. cap. 5. num. 107. adductum fuit, concessâ Jurisdictione, ea quoque censi simus concessa, sinè quibus intento cum effectu nequit exerceri; hic quoque applicatur, &c, concessô Belli-Ducis officiô, totum id, quô sinè vel exercitus dirigi, vel reliqua utiliter peragi non possunt, indultum præsumitur, ne, quod unâ manu permittitur, alterâ rursus auferatur. Econ-71 trâ, cùm interdum non expedit, omnem, quæ Principem comitatur, potestatem in Legatum exonerare, sapienti judiciô concluditur, illa, quæ minùs necessaria ad munus ritè obendum esse videntur, ex eo, quod aper-72 tè non exprimantur, reservata censi. Atque hac in parte tam severi, & ultra, quā credi potest, rigorosi fuerunt Romani, ut, si quid expressè prohibetur Ducibus militaribus, illud transgredi non licuerit, et si spes valde probabilis de bono eventu apparuerit; & sic, ubi vetitum erat, iniire prælium, reportata quoque victoria in damnum victoris cesserit; poenâ nimirum capitis sanctità in transgressores. L. 3. §. 15. ff. de Re milit. Clariss. D. Franz ad tit. Instit. Mand. num. 21. Quod 73 exemplô Epaminondæ & Postumi Tuburtii, quorum uterque suum filium, in hostes contra prohibitionem paternam ruuentem & vincentem, capite puniverat, confirmat Schiara. Theol. Belg. lib. 2. difficult. 23. num. II. Interim, ut Zieglerus ad Grot. cit. lib. 3. 74 cap. 22. §. 4. advertit, rectius Duces Bellici nullis certis mandatis instruuntur, sed ex re capere consilium jubentur. Quemadmodum Romæ, cùm Bellum decretum fuisset, Senatus sibi pacis tantum firmandæ jus reservavit, cætera in Imperatoris potestate erant, dimicare, aut abstiner pugnâ, obsidere urbes, cum obsessis de vita & libertatis incolumente pacisci, solvere ob- sidia & quæ his similia. D. ab Eyben de Jure Belli th. 7. lit. f.

Ex superiori regula in num. 69. deduci-75 tur, Jurisdictionem Legato Bellico necessariam esse, tam in milites gregarios, quā Duces secundarios, & omnes alios, quotquot castra sequuntur. Cūmque accurata debeat esse

disciplina militaris, eoque non solùm vi directivâ sed etiam coactivâ sit opus; Jurisdictio tam civilis quam criminalis, & tanta, quantam Principes in suis habent territoriis, eidem competit, prout ex Cæpolla, Parisio, Farinaceo, & Baldo tradit Schiara d. l. difficult. 25.

76 n. 6. Conferatur, si vacat, tit. in ff. de Re militari: ex quo patebit, quam atrociter puniantur, qui contra militare Leges quoad apparentiam exter-

nam etiam leves tantummodo transgressiones admittunt: nec enim transfugæ solùm, sed &c., qui insistentibus hostibus in exploratione emanent; qui arma emittunt, vel alienant; qui transcendunt valla, aut per murum ingrediuntur castra; qui rem à Duce prohibitam faciunt &c. capite plectuntur. Textus in l. 3. §. 4. 13. 15. 17. ff. d. t. & ibi Juris Civilis Interpretes; signanter D. ab Eyben cit. l. tb. 8. & seq. per tot.

### §. III.

#### *De privatis Militibus.*

77 **B**Ellum ministerialiter per milites, ad hoc specialiter conductos aut evocatos, exercetur: Ducum enim primiorum est gubernare; secundiorum mandata dirigere; militum privatorum pugnare. De his scribit Lipsius lib. 5. cap. 12. num. 1. nec pa sim aut temerè oblatos esse assumendos; castra quoque, quos ad laborem & periculum accipiunt, fastidiosè legere. Seneca Epist. 44. Nam vires Regni & magni nominis fundamentum in prima delectorum examinatione consistunt. Veget. 1. cap. 7. pr. ut eò magis hæc pars cum cura sit habenda.

78 Possunt equidem, attentâ Naturâ, omnes militare, qui ex defectu virium, corporis vel animi, non prohibentur, quales sunt infantes & amentes. Grot. lib. 1. cap. 5. §. 4. nihilominus multarum Gentium Legibus & moribûs multi repelluntur, ut ostendit D. ab Eyben d. l. tb. 10. lit. c. ex quibus sunt foeminæ non solùm propter imbecillitatem sexûs, magis ad colum & culinam, quam galeam & aleam nati; sed etiam propter indecentiam & continuam luxûs & luxuriæ occasionem.

79 Quam in rem non pigebit, audire Severum Cecinam, foeminas non tantum ab armis sed etiam à castris arcentem apud Tacitum 3. Annal. 33. ibi: *baud frustra placitum olim, ne foeminæ in socios aut Gentes externas traherentur. Inesse mulierum comitatui, quæ pacem luxu, Bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus consovertant.* Certè Fridericus I. Impe-

rator severam omnino Legem hac in parte tulit, relatam à Gunthero apud Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 4. cap. 5. tb. 7. sub num. 1.

*Non erit in nostris nobiscum foemina castris,  
Qui reus extiterit, spoliis nudatus abibit,  
Turpiter & naso mutilabitur illa reciso.*

Similiter ex sanctis Romani Juris, ut 81 constat ex l. qui statûs 8. & l. ab omni 10. ff. de Re milit. servi excludebantur à militia, Grot. d. l. vel quia servilis & vilis conditio cum militari non videbatur convenire; vel quia vernæ & mancipia, ceu ignava hominum genera, spiritûs martialis expertia credebantur. Pariter juxta SS. Cano- 82 num decreta personis Ecclesiasticis arma bellica sumere & tractare, graviter est prohibitum cap. non pila 3. & seqq. caus. 23. q. 8. cap. ex multa 9. §. Clericis de Voto. tum quia indecens est, ut, qui victimam incruentam, Agnum scilicet Immaculatum, Supremo Numini quotidie dicant & dedicant, humanum effundant sanguinem, juxta illud Parakip. 1. cap. 22. v. 8. *multum sanguinem fudiisti, & plurima Bella bellasti, non poteris edificare domum Nomini meo, tanto effuso sanguine coram me &c.* tum quia servi- 83 tium Divinum, cui personæ Clericales sunt consecratæ, non patitur illas ad servitium aliud, priorique penitus adversum & contrarium, abstrahi: verèque procedit dictum Apostoli 2. Timoth. 2. vers. 4. *nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus.* Neque 84 tamen

tamen existimes, has rationes tantarum esse virium, ut etiam ex ipso Naturae dictamine Clericis interdicta sit militia: cum, quod indecens aut incongruum est, non statim intrinsecam & indispensabilem involvat turpitudinem: alioquin credibile non esset, Levitas in Testamento Veteri, uti & Machabæos, penes quos erat Sacerdotium & Principatus, aut jussu aut approbatione DEI contra Idololatras dimicasse; aut Clericos in Testamento Novo cum licentia S. Pontificis militare posse, si personis DEO sacratis, armorum usus ex Naturali præcepto fuisse prohibitus. Sylvester v. homicidium 3. q. 6. part. 6. Ebberth de Bello cap. 4. §. I. n. 7.

86 Stante autem hâc bellandi prohibitione, nihilominus personis Ecclesiasticis in gravi necessitate, quando pericitatur Religio aut Patria, licitum est, ad defectum Laicorum, pugnare arg. cap. 2. de Immunit. Ecclesiar. Molina tr. 2. disp. 108. num. 9. Salmanticenses in Cursu Theol. Moral. to. 5. tr. 21. cap. 8. num. 41.

87 Adhæc concessum est hujusmodi personis, ex suis suarumque Ecclesiarum creditibus pro necessitate bellica aliquid subministrare per cap. 4. Et 7. d. t.

88 de Immunit. Eccles. Possunt etiam consilium suggerere de Bello, si iustum appareat, inchoando vel prosequendo cap. 7. 8. 9. Et 10. 17. 18. d. caus. 23. q. 8. Quin & alios, ut Ecclesiam oppressam aut opprimendam contra infideles tueantur, animare, &c. in auxilium invocare valent cap. Maximianus 2. d. caus. q. 3. Multò magis

ad Bellum se conferre queunt Clerici, non pugnaturi, sed officium Clericale cum administratione Sacramentorum, concionibûs, adhortationibûs &c. obituri arg. cap. quicunque 6. v. bis ita respondetur Et seqq. d. caus. Et quest. 8. Conferantur post Doctorem Angelicum 2. 2. quest. 40. art. 2. Ebberth de Bello d. cap. 4. §. 1. à num. 10. Schiara Theol. Bell. lib. 4. difficult. 2.

Quòd si Clerici, seu Prælati seu alii, qui feuda à Principe, Bellum gerente, possident, jubeantur accedere ad militiam; Antonius Olibanus tr. de Juris Fisci cap. 8. num. 3. apud citatum Schiararam lib. 1. difficult. 8. num. 8. putat, Clericis obediendum esse; sed male: nam quia omnes Clerici, cujuscunque sint gradus, sunt destinati ad militiam superioris ordinis; neccalia, quam spiritualia arma à SS. Canonibus exercere permittuntur; fas non est Principi, illos à statu & professione sua ad aliam, prorsus indecentem, abstrahere; nec quicquam faciente feudi, quod possident, qualitate: siquidem ipsimet feudorum conditores luculenter agnoverunt, non posse militem saceruli agere, qui miles est DEI juxta tit. 21. junctō tit. 26. §. qui Clericus. tit. 30. & tit. 36. inf. Feud. 2. Et ideo Clericos noluerunt esse feudorum possessores, præterquam si feuda sint franca, nullaque exigant servitia; aut ubi servitia quidem militaria debentur, per alium tamen, quam vasallum præstari queunt. Engel ad tit. de Feudis num. 24. Schiara d. 4. num. 9. Et seqq.

## SECTIO III.

### De Causis Belli.

#### SUMMARIUM.

92. Ut Bellum sit iustum, iusta causa requiritur.  
93. & seqq. Ratio redditur. 96. Belli causa ab aliquibus dividitur in justificans & suaserians; qua ultima tamen non sufficit. 97. & seq. Refutantur duas opiniones de iusta Belli causa. 99. Scamini in genere injuria. 100. Quomodo est injuria, totumplex est causa Belli. 101. & seq. Explicatur, quoniam remedium competat ob injuriam, neccum factam. 103. & seq. Declarat, quale remedium superfis post injuriam, jam factam. 105. Discremen inter judicia & Bellum. 106. Injuria debet esse gravis. 107. P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

- Si nempe bona notabilis quantitas finit abla: 108. Aut honor contumelie latius; 109. Aut hostibus nostris auxiliū feratur. 110. & seqq. Injuriatus debet habere sufficientes vires ad injuriam propulsandam. 113. & seqq. Debet abesse quicunque Reipublica, cui, qui Bellum moriet, praest, periculum. 116. & seqq. Debet abesse presonis, aliò modò ab injuriance recipiendo congruam satisfactionem. 120. Bellum, iuste inchoatum, iuxta aliquas, obla: etiam satisfactionem, licet prosequi. 121. & seqq. Refellitur haec opinio, & contraria stabiliter. 124. Secundum

Qqq

cundam alios injus*tē* offendenti licet Bellum suscipere, & se opponere. 125. Refutantur & isti. 126. Admetitur defensio solam in casu, quō oblata ab offendente satisfactio non fuit ab offendo acceptata. 127. & seqq. Afferuntur duo exempla, unum ex Historia Sacra; alterum ex profana. 129. Intentio recta equidem ad Belli honestatem merito requiritur; 130. Non autem ad iustitiam strictè dictam. 131. Dissentit Ziegler. 132. Ejus argumento satisfit. 133. Ubi deficit iuria, iusta est Belli causa. 134. & seqq. Sola utilitas, ex Bello speranda, non est iusta causa. 136. & seqq. Nec etiam ius imperfectum, seu obligatio honestatis aut charitatis. 139. & seqq. Aut denegatio petiti matrimonii. 141. & seqq. Aut citalus seu modus acquirendi, in Fere Natura vel Genitio band Fundatus. 143. & seqq. Sicut & mens vicina potentia. 145. & seqq. Enervatur motuum concursum, cum subjunctione abundantis canela. 149. & seqq. Nonnemo admittit iustum Bellum ad servandam inter Gentes & Nationes bilancem. 151. Ostenditur ex adverso, quod hoc opinio coincidat cum priori. 152. & seqq. Adducuntur nova rationes, quibus isthac sententia confringitur. 157. Quando supervenit mala fides, Bellum de prærito pro iusto, in futurum pro iusto reputatur. 158. Exponitur effectus hujus distinctionis. 159. Subjicitur ratio differentia. 160. An sola infidelitas sit iusta bellandi causa? 161. & seqq. Argumenta pro affirmativa in medium adducuntur. 164. Statimur & probatur negativa. 165. & seqq. Confirmatur & roboratur. 167. & seqq. Argumenta pro affirmativa resolvuntur. 170. Limitatur tamen in hereticis & apostatis. 171. Cum solutione cajusdam objectionis. 172. & seqq. Limitatur etiam in infidelibus, Christianorum terras occupantibus, aut verbi Divini prædicationem impeditantibus. 174. & seqq. Discipatur, an denegatio transitus militaris justam bellandi causam prebeat? Et proponuntur motiva affirmandi. 177. & seqq. Plura & vix

non posteriora motiva negandi recensentur. 181. & seqq. Historia de Moysi ex Num. 20. & Deuteron. 2. explanatur. 188. & seqq. Causionum interponendarum insufficientia monstratur. 190. Subjungitur consilium. 191. Mens nostrapanditur. 192. Proponitur controversia alia, an prohibitio libera transvectionis mercium sit iusta bellandi causa? Cum ratione dubitandi. 193. & seqq. Fundamenta non panca pro parte negativa jacintur; cum tacita conservazione rationis opposita. 198. Nostra sententia cum aliqua distinctione refertur. 199. & seqq. Nova disputatio insinuat, an quis pro amico non-fuderet ius bellandi habeat? Cum ratione negandi. 201. & seqq. Eligitur, & multifariè demonstratur conclusio affirmativa. 204. & seqq. Ratio dubitandi medi collitur. 207. & seqq. Iterata questio formatur, an pro alienis subditis contra ipsorum Superiorum interdum pugnare licet? Cum discursu Grotii, stantis à parte subditorum, si iuria sit manifesta. 211. & seqq. Aliorum sententia refertur & probatur. 214. & seqq. Ante Bellum bene perpendendum est negotium, præmitendaque deliberatio. 217. Si causa bellandi certa sit, aut valde probabilis, Bellum decerni potest. 218. Si causa sit dubia tamen spectulari, prædicti resolvi & suscipi potest Bellum. 219. Cum dubio prædicto non licet ad armam profili. 220. Potest tamen illud deponi, si dubitans fuerit in possessione. 221. Quando possessio est panes alterum, putant aliqui, a non-possidente licite peti rei controversa divisionem, & in casu negationis deveniri ad Bellum. 222. & seqq. Sed hoc doctrina rejicitur, eti pro non-possidente sit major probabilitas. 224. Obligatur tamen possessor & ipse reus examinare, & alterius Legatos ad se instruendum admittere. 225. Quando neueror possides, rem dubiam nique simul discere, & manente dubio, dividere aut compensationem iure tenetur. 226. Sublatò dubio, unaquaque pars, rem sibi privative debet exigere, militiam licite resolvit.

## S. I.

## De justis Belli Causis.

**N**on satis est, ut, qui Bellum meditatur, Majestate præcellat, nisi etiam justa bellandi causa suffragetur. Nam, ut nihil memorem, quod iustitia causæ dicatur esse sidus prognosticum, qualis Belli futurus sit exitus; utque nihil adstruam, quod illa in Principe causet fiduciam, in Belli-Ducibus fidem & promptitudinem, in milite alacritatem & spiritum ad quodvis audendum; DEUS ipsem, uti iustum tuetur causam, ita eos, qui iusta corripiunt arma, æternō & im-

placabili propemodum odio prosequitur. Pelzhofer Arcanor. Stat. lib. 9. cap. 4. num. 7. & seqq. Nempe, ut 93 Nicolaus Vernuleus apud Franciscum Bonbra in Arte Belli & Pac. lib. 1. dist. 6. num. 10. perorat: nullum gravius scelus est, nullum detestabilius in orbe malum, quam Bellum iustā causā movere, & in aliorum perniciem armatā manu grassari. Etenim, si homicidia, si furta, si incendia, si adulteria, Divinarum humanarumque Legum authoritate damnantur, quanti criminis, obsecro, reus ille judicandus est,

- est; qui non unum aliquem, sed tot hominum myriades injustō Bellō trucidat? quantō flagitiō se contaminat, qui non domum unam, sed Regiones integras devastat, incendit, libidini, avaritiae, crudelitatique pervias facit? qui in agros solitudinem, in urbes lanienam, in templa Divorum furorem & impietatem inducit? qui sanctissimum justitiae tribunal armis opprimit, qui justos bonorum suorum dominos de possessione deturbat, qui matronarum virginumque pudicitiam insanā militum libidine expugnat, qui Religiosum Divinæ Majestatis cultum impiō & sacrilegō ausu subvertit? Conquerebatur non immerito quondam Sapientissimus Seneca Epist. 96. homicidia compescimus, & singulas cedes? quid Bella & occisorum Gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit. Ex Senatusconsultis Plebisque-sciatis seva excentur; & publicè jubentur vetita privatim. Hæc insania quedam est ruentium in pejus seculorum, quasi vero, quod Leges damnant, id arma excusent, quod scelus in Republica est, in Bello & castris sit virtus. Non Bellum sed latrocinium vocat S. August. lib. 4. de Civit. DEI cap. 6. solâ Regni cupiditate Bella finitimis inferre; non triumphator est, ait cit. Bonbra num. 7. qui provincias aliorum terra marique potentissimō exercitu nequaquam laceffitus premit, sed prædo est, sed publicus grassator. Quam ob causam Alexandrum Magnum Poëta Lucanus prædonem; Seneca vero lib. 1. de Benefic. latronem, quod quietas sine causa Gentes suis armis infestaret, appellârunt.
- 96 Belli causam aliqui distinguunt iustificam & suasoriam. Sed quia, ut recte observat Grotius lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 1. causa suasoria interdum movet sub sola ratione utilis, abstrahendō, an simul justum sit, quod utile creditur: idcirco, ne, dum Bellum justum querimus, ex ipsa, quam præteximus, causa iustum faciamus, non aliam, quam iustificam causam impræsentiarum indagare est animus. Hæc autem qualis sit? Varii varias statuunt regulas. Pufendorf de J. N. & G. lib. 8. cap. 6. §. 3. ita differit: justorum Bellorum causæ ad hæcce capita revocari

possunt; ut nos & nostra servemus, ac tueamur contra alios, qui nos lædere aut hæc intercipere aut perdere conantur; aut ut, si quæ ab aliis nobis ex jure perfecto debentur, afferamus, ubi ultro isti eadem præstare detrectant; aut denique, ut illatorum nobis per injuriam dannorum reparationem obtineamus; cautionemque de non-offendendo imposterum ab eo, qui nos læsit prior, extorqueamus. Buddeus Philos. pract. part. 3. cap. 5. 98. §. 4. docet, Bellum tunc demum iuste geri, si Gens ab alia lædatur, aut læsa fuerit. Silædatur, & statim huic læsioni violenter obviam eat, vocatur defensio. Sin læsa fuerit, & restitutionem damni dati non nisi armis obtainere queat, dicitur iuriæ illatæ reparatio. Grotius lib. 2. cap. 1. §. 1. 99 num. 4. eumque secutus Vitriar. ad d. L q. 4. causam Belli in genere definiunt injuriam, præcedente S. Augustinô, ac, prout habetur in cap. Dominus caus. 23. q. 2. dicente: iusta Bella definiri solent, quæ ulciscuntur iuriæ; & alibi, nempe de Cr. DEI d. lib. 4. cap. 15. iniquitas partis adverse iusta Bella ingerit; comprobante etiam tum Aristotele Apodict. 11. cap. 11. ibi: Bellum sumi solet in eos, qui priores iuriæ fecerunt; tum Cicerone, qui iustitia primum munus esse censuit, ut ne cui quis noceat, nisi laceffitus iuriæ; tum Curtiô, qui lib. 7. cap. 6. justissimos barbarorum appellat, qui armis abstinebant, nisi laceffiti. Quotuplex 100 igitur est iuriæ, quæ jus nostrum violatur, totuplex est Belli causa, atque, ut loquitur Grotius cit. l. §. 2. num. 1. quot actionum forensium sunt fontes, totidem sunt Belli: nam, ubi Judices deficiunt, incipit Bellum. Etenim, quia inter Gentes quæ tales cō ipso, quod Supremæ sint, Judex aliquis aut Superior non reperitur, devenitur adensem, quod jura, respectu quorum inter privatos datur actio, coram Judice movenda, authoritate propriæ per violentam concertationem queruntur, reparantur, aut repetuntur. Muelen ad Grotium d. cap. 1. §. 2. num. 1.

Est autem iuriæ vel necdum facta, 101 vel jam facta. Ob iuriæ, necdum factam, sed prudenter omnino prævisam,

Q q q 2

sam; inter privatos datur aut cautio de damno infecto, si v. g. vicina domus in rimas dehiscat, ac damnum mearum ædium ex ruina subsecutura verosimiliter timeatur; aut interdictum prohibitiorum, ne v. g. vis fiat ei, qui mittitur aut jam missus est in possessionem. Inter Gentes autem & personas, Superiorem non recognoscentes, petitur in simili casu cautio de non-offendendo, &, si denegata fuerit injustè, justè devolatur ad arma; qua de re in §. seq. Ob injuriā, jam factam, inter eisdem Republicæ cives varia dantur remedia: aut enim necdum habemus, quod nostrum est, sive ex jure in re sive ex jure ad rem; tuncque competit vindicationes & actiones reales vel personales, nec non interdicta acquirendæ possessionis; aut jam habemus, quod nobis debetur aut nostrum est, & tunc actiones negatoriæ vel interdicta retinendæ possessiones suppetunt; aut, quod habuimus, per injuriā amisimus, & tunc proditæ sunt condictiones aliaeque personales actiones, uti & interdicta recuperandæ possessionis. Inter Gentes econtrà & personas publicas, non præstitâ satisfactione, in vicem talium remediorum stringuntur arma, ac vel ea, circa quæ nunquam habita jus in re aut ad rem competit, vi extorquentur; vel, quæ modo possidentur, defenduntur; vel, quæ semel possessa fuerunt amissa vel ablata, recuperantur. Quamobrem dixit Seneca de Benefic. lib. 3. *æquissima vox est, Et Ius Gentium præferens: redde quod debet;* & in Fezialium Romanorum formula erat: *quas nec dederunt, nec solverunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, solvi oportuit.* Livius dec. 1. lib. 1. cap. 13. & apud Sallustium legitur: *Jure Gentium res repeto.*

In eo tamen inter judicia privata & Bellum est notabile discrimen, quod ibi liceat etiam actiones poenales instituere, vel ad vindictam publicam agere; econtrà hic poena propriè dicta locum non habeat, dum necessariò Superiorem, à quo infligatur, reposcit, qualis inter æquales, Bellum gerentes, non datur, veluti jam saepe monstratum est. Vitriar. ad Grotium (qui d. lib. 2. cap. 1. §. 2. n. 2. & cap. 20.

§. 38. Bellum poenale admittit) eod. lib. cap. 1. q. 6. Buddeus Philosoph. pract. part. 3. cap. 5. §. 5.

Ut verò sufficiens ad justum Bellum sit injuria, plura requiruntur. I. ut injuria sit palmaris & gravis: quia, sicut ob leve delictum non licet irrogare gravem poenam; ita ob levem injuriā non licet gravem sumere vindictam, ne inter offensam & satisfactiōnem tollatur proportio. Molina 10. 1. tr. 2. disput. 102. num. 7. Huelricus ab Eyben de Jure Belli tb. 5. lit. g. Talis 107 est, si bona notabilis quantitatis, urbes, regiones, provinciæ sint erectæ: nam Livio dec. 1. lib. 1. cap. 13. justum dicitur Bellum, quod propter res nobis erectas, repetitas, & non restitutos suscipitur. Ethæc quidem injuria Bellum justificat, et si tantum materialis fuerit, puta quod res nostræ ab aliis bonâ fide sint occupatæ; sicut in privatis quoque judicis actio licet movetur, esto bonâ fide ab altero possideatur, quod petitur. Molina d. tr. 2. disp. 102. num. 5. Talis itidem injuria est, si honor contumeliosè violetur, uti factum est Davidi ab Hanone Rege Ammonitarum, qui Legatis ejus barbam ad medium mentum ignominiosè raserat, & vestes, turpissimo cum dedecore, usque ad nates præcidit 2. Reg. 10. v. 4. Talis est, si quis 109 hostibus nostris auxilium, robur, aut suppetias ferat: hunc enim non mindus quam hostes ipsos ferrò aggredi licet, exemplò eisdem Davidis, qui Syriæ Populum, & qui inhabitabat Damascum, Adarezeri Sobarum Regi subfidiū ferre nitentem, cum cæde viginti duorum millium sub jugum & tributum misit. 2. Reg. 8. vers. 5. Et 6. Conferatur D. Pelzhofer Arcanor. Stat. lib. 9. cap. 4. à num. 9. Clariss. P. Babenstuber Ethic. supernat. tr. 5. disp. 6. art. 4. num. 6.

II. debet injuriatus pollere vi- 110 ribus & facultatibus, injuriā propulsandi: cæteroquin non solum ad Bellum inutiliter ac propria cum ja- stura proruet, sed etiam Rempubli- cam in grandia pericula & damna conjiciet. Ut proinde Tusculani, vi- dentes suas vires Romanis impares, omnia prius sustinere, pacemque de-

poscere, quām bellare maluerint. Li.  
111 vius dec. 1. lib. 6. cap. 15. Ipsa pro-  
fectō Veritas Incarnata apud D. Lu-  
cam cap. 14. necessarium existimat, ut  
Rex, adversūs alium Regem iturus  
ad arma, priūs computet sumptus,  
hunc in finem necessarios, ac expen-  
dat, *an possit cum decem millibus ei occur-  
rere, qui cum viginti millibus venit ad se?*  
Molina sēpe cit. tr. 2. disp. 102. num. ult.  
Schiara Theol. Bell. lib. 1. difficult. 4. n. 10.  
112 qui etiam in num. 9. ait: si inter Sum-  
mum habentes Imperium aliquem  
adesse crederem, adversūs hostes abs-  
que necessariūs viribus bellaturum, li-  
benter eirepeterem, quod apud Thu-  
cydide extat. *Quidquid inopinum acci-  
dere potest in Bello, priusquam sumas, con-  
sidera, ne nostris temporib[us] renovetur,*  
*quod de Thebanis, qui Alexandri Mace-  
donis tempore vixerunt, scribit Diodorus*  
*Siculus: animi spiritu forti magis quām*  
*prudente internectionem patrie accersive-  
runt.*

113 III. debet abesse quodcumque Rei-  
publicæ, cui Belligerans imperat, peri-  
culum: esto enim Bellum ex Jure Gen-  
tium censeatur esse justum, dummodò  
Gens una fuerit ab altera injustè la-  
cessita; nihilominus ex Jure Naturali,  
quò Caput Reipublicæ salutem cor-  
poris attendere, & magis hanc, quām  
propriam commoditatem, honorem,  
aut gloriam præ oculis habere tene-  
tur, nequit Bellum censi justum,  
quod cum notabili Reipublicæ detri-  
mento conjunctum est. D. Thomas  
2. 2. q. 40. art. 1. Molina cit. disp. n. ult.  
Schiara d. lib. 1. difficult. 39. n. 8. & seqq.  
Clariss. P. Babenstuber Etbice supernat.  
tr. 5. disp. 6. art. 4. num. 10. Pelzhofer

114 d. l. num. 24. Indeque Imperantes,  
antequām Bellum moveant, ex Jure  
Naturæ hoc moderamen emutuare  
tenantur, ut, cùm Bellum securitatis  
publicæ stabiliendæ gratiâ suscipere ob-  
ligentur, illam non perimant. Böh-  
mer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers.*  
part. spec. lib. 2. cap. 1. §. 6. 7. & 8. ubi  
narrat de Ludovico XI. Rege Galliæ,  
quòd noluerit vindicare injurias, sibi,  
dum Aurelianorum Dux fuerat, im-  
pactas, sed suasoribus Belli graviter  
responderit: *non decere Gallorum Regem*  
*injurias Ducis Aurelianensis vindicare.*

P. SCHMID JURISPR. PUB. UNIVERS.

Et sic intelligo, quæ habet Xenophon 115  
in *Hist. Græca*: *Sapientum est, ne ob gra-  
ves quidem causas Bellum suscipere;* cui  
non absimile est, quod dixit Apollo-  
nius apud Philostratum: *ne ob magnas*  
*quidem causas Bellum capiendum.* Nempe  
Octaviani vox erat: *Imperatori bono*  
*non quicquam minus, quām temeritatem con-  
gruere;* satis celeriter fieri, quidquid com-  
mode gereretur; *armaque, nisi majoris emo-  
tamenti causa, nequaquam esse movenda,*  
*ne compedio tenui, jacturā gravi, petita vi-  
ctoria similis sit bambū aureb pīscantibus,* cu-  
*jus abrupti amissione detrimentum nullū ca-  
pitare lucrū pensari potest.*

IV. debet abesse spes omnis, ab in- 116  
juriante congruam satisfactionem re-  
cipiendi. Nec enim, qui læsus est in-  
justè, justè mox inchoabit Bellum, sed  
paulisper exspectare debet, an pars læ-  
dens satisfactiona sit, nec ne: si-  
quidem, cùm duo sint genera decertandi,  
unum per disceptationem, alterum per vim;  
cùmque illud proprium sit hominis, alterum  
belluarum: *confugiendum est ad posterius,*  
*si uti non licet superiore.* Cicero i. de Officio.  
Atque hoc difficultatem non habet, 117  
quando Bellum nondum est coeptum:  
*cum in eum, qui jure agere & satisfacere pa-  
ratus est, nefas sit, Bellum sumere, tanquam*  
*in injurium.* Lipsius Civil. Doctr. libr. 5.  
cap. 4. num. 15. Idque in Sacris tabu- 118  
lis Hebræo Populo præceptum legi-  
tur Deuteron. cap. 20. v. 10. ibi: *si quan-  
do accesseris ad expugnandam Civitatem,*  
*offeres ei primū pacem. Si receperit, &*  
*aperuerit tibi portas, cunctus Populus, qui*  
*in ea est, salvabitur &c. si autem fœdus*  
*inire noluerit, & caperit contra te Bellum,*  
*oppugnabis eam.* Laudaturque me- 119  
ritò justitia Romanorum, quòd ne-  
mini Bellum denuntiaverint, nisi per  
Feciales seu Legatos priùs postulaf-  
sent, damnum sibi illatum resarciri:  
quòd negatò, demum Bellum suscipie-  
batur. Paulus Busius lib. 3. de Republ.  
cap. 3. num. 5. At, ubi Bellum, non 120  
oblatā vel datā ab injuriante satisfa-  
ctione, jam coeptum esse supponitur,  
Cajetanus & Bannez apud Schiaram  
lib. 1. diffic. 40. n. 5. existimārunt, Bel-  
lumgerenti non esse prohibitum, Bel-  
lum prosequi; sicuti Judici non est  
prohibitum, procedere contra reum,  
etiamsi satisfacere cupiat. Hæcta- 121  
men

R r r

men paritas nullatenus faveat aut hisce Doctoribus, aut doctrinæ, ab eis traditæ : siquidem & Judex in civilibus nequit amplius contrarecum procedere, quando, post litem jam motam, ad satisfactionem se obligat, cessante tuoc fine, cuius gratia judicium erat suscepsum; consequenter & Princeps Bellum, jamjam inchoatum, contra hostem continuare nequit, quando post intervallum satisfacere serio desiderat, Belli fine, hoc est, injuriae repa ratione, jamjam adimpleto. Itaque cum communiori &, ut dicit Vitriarius ad Grotium lib. 2. cap. I. quest. ult. æquiori placito concludendum, pacem & satisfactionem, quocunque tempore ab hostibus oblatam, esse acceptandam, si modò per illam securitati publicæ non præsenti solùm sed etiam futuræ sufficienter prospetum sit: quem in finem, ut scribit Böhmer cit. l. 2. cap. I. §. II. solent exigi cautiones, quas vulgo *guarantias* vocant, quæ si oblatæ, & tales fuerint, ut nulla ex causa respui possint, & nihilominus Victor Bellum continuare desideret, ex postfacto & malè consulit Reipublicæ, & præterea incipit fieri aggressor. Consentit Schiara cit. l. num. 6. multosque pro se allegat, nominatim etiam Molinam to. I. tr. 2. disp. 103. num. ult. qui tamen Author circa finem adjungit, moraliter esse impossibile, ut talis satisfactio pro injuria post Bellum jam commissum præstari valeat, qualis de justitiæ rigore potest exigi; ideoque ex rigore justitiæ Belligerantem non obligari, ab armis abstinere.

Quodsi jam has omnes conditiones ad causæ justitiam concurrere, Bellumque justè ab offendo Principe moveri supponamus, aliquos docuisse refert Grotius d. lib. 2. cap. I. §. 18. num. I. quod Princeps injustè offendens adversus offensum justam defensionem suscipere, seque opponere valeat, quasi scilicet periculum sit, ne plus sumatur vindictæ, quam injuriae fuerit acceptum. Quæ tamen sententia, nescio, an alicujus Viri Sapientis assensum mereatur: cum exinde sequatur, Bellum utrinque semper justum esse, atque ab eo, qui justè invaditus,

justè resisti posse: metu, qui prætexitur, cum rei incertæ sit, neutiquam excusante aut jus dante ad reciprocam vim exercendam; quemadmodum nec metus, ne plus æquò condemnetur aut puniatur, reo vel debitori jus tribuit, Judici aut Ministris, se capere aut condemnare volentibus, per vim resistendi. Verior igitur, & fortassis certa est sententia ejusdem Grotii in num. 2. etiam à Vitriario ib. q. 32. Muelen ibid. in Comment. recepta, Regem aut Populum, qui læsit alterum, teneri læso ad satisfactionem, nec posse salvâ conscientiâ prius ad arma de properare, quam si satisfactio præstata, aut saltem oblata, non autem à læso fuerit acceptata. Exemplum, ad propositum valde accommodatum, duplex afferri potest. Unum ex Sacra Historia 4. Reg. cap. 18. & cap. 19. ubi Ezechias ob ruptum foedus, quod ejus majores cum Rege Assyriorum inivere, Bellô petitus, agnoscit peccatum, Regisque arbitrio mulctam permittit; poste à tamen Bellô iterum laceritus, vim hostium repellit, & DEO fauore victoriam reportat. Alterum exemplum eruitur ex Historia Romana apud Livium dec. I. lib. 9. cap. I. ubi Samnitum Imperator Pontius Herennii filius, postquam Legati, ad dedendas res missi, pace infectâ redierunt, dixit: *expiatum est, quidquid ex fœdererupto irarum in nos cœlestium fuit.* Satis scio, quibusunque Diis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res, quæ à nobis ex fœdere repetitæ fuerant, iis non fuisse cordi, tam superbe à Romanis fœderis expiationem spretam: quid enim ultra fieri ad placados Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus? Res hostium in preda captas, que Belli jure nostræ videbantur, renasimus; authores Belli, quia vivos non potuimus, perfundtos jam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxe remaneret penes nos, Roman portavimus: quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitrâs fœderis debeo; quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum Judicem feram? Neminem neque Populum neque privatum fugio. Et infra: *Justum est Bellum Samnites, quibus necessarium;* Et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.

An

129. An recta intentio necessaria sit ad justitiam Belli? Sciscitari licet.

Resp. tamen negativè. Quantumvis enim Bellum, quod ex sinistra intentione, odio, aut cupidine gloriæ vel divitiarum suscipitur, culpâ non vacet juxta textum S. Augustini, jam supra citatum: *nocendi cupiditas, ulcisciendi crudelitas, imparatus atque implacabilis animus., hec sunt, que in Bellis jure*

130 *culpantur*: hòc tamen non remorante, potest Bellum manere justum in ordine & linea justitiae, quando causa bellandi justa suffragatur; sicuti justa est actio, à privato contra privatum coram *Judice* competenti instituta, et si ex odio aut invidia intentetur, dummodò jus agendi ex parte actoris supponatur. Covarruv. in *relect. cap. peccatum part. 2. §. 9. num. 2.* Molina *tr. 2. disp. 107. num. 2.* Clariss. DD. Baben-Stuber *cit. l. num. 11.* Ebberth *de Bello cap. 6. §. 3. num. 13.* Et seq. Grotius *lib. 2.*

*cap. 22. §. 17. num. 3.* Vitriar. *ibid. q. ult.*

Muelen in *Comment.*

Dissentit eatenùs Ziegler ad *Grot. 131 d. lib. 2. cap. 1. §. ult. vers. bonam causam* Et c. ut credat, ad *injustitiam Belli nihil interesse*, an quis contra charitatem aut *justitiam* delinquat; putetque, non minus *injuriam facere*, & ad *restitutionem* obligari, qui delinquit contra charitatem, ac qui contra *justitiam* impingit. Sed perperam. 132 Nam, ubi jus alterius rigorosum & strictè tale, seu, ut aliàs loqui amat, Grotius, *jus perfectum* non violatur, neque vera committitur *inuria*, neque obligatio facienda *restitutionis* consurgit. Atquì dum contra charitatem peccatur, jus alterius rigorosum & strictè tale seu perfectum non violatur: consequenter *inuria* non admittitur, nec obligatio oritur ad *restitutionem*. Sed de hoc iterum mox in *num. 136.*

## S. II.

### De injustis Belli Causis.

133. Quæ Belli causæ sint injustæ, cognosci potest ex causis justis, hactenùs explicatis: *rectum enim obliqui est index.* Grotius *d. lib. 2. cap. 22.*

§. 4. Et ideo, cùm in genere justa dicatur causa, quæ supponit gravem *injuriam*, quam sinè periculo totius *Reipublicæ* vindicare licet; è converso *injusta bellandi causa* est, ubi nulla vel levitantum occurrit *inuria*, vel quæ sinè pernicie totius *Civitatis* reparari nequit.

134. In specie pro causa *injusta* est habenda I. sola utilitas, ex Bello sperata, aliàs ratio Belli seu *raison de Guerre* appellata, vi cuius omnia, quæ libent, aut Bellum gerenti commodum afferrunt, licere putant Pseudo-Politici, statuentes nempe cum multis Regibus, ut ait Plutarchus apud Grotium *d. lib. 2. cap. 22. §. 4. num. 1.* duo nomina *Pacis & Belli*, tanquam nummos, quibus non utuntur ad id, quod iustum est, sed quod expedit. Quasi-verò *jus omne* sit in gladio (velut olim Romanis Galli opposuerunt apud Li-

vium *dec. 1. lib. 5. cap. 20.*) ac humano cum sanguine, uti cum nummis, ludere, & solius cupiditatis satiandæ gratiâ aliorum bona diripere permisum foret; cùm tamen Seneca *de Clement.* asseveret: *possum dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati sevitia est: possumus insaniam vocare: nam varia sunt genera ejus,* Et nullum certius, quam quod in cœdes hominum Et laxationes pervenit. Vid Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 9. cap. 4. num. 20.* Et seq.

II. jus imperfectum, quod nempe 136 non fundat obligationem *justitiae*, sed honestatis aut charitatis: nam, ubi jus perfectum ac rigorosum, fundans obligationem *justitiae*, non subest, locum non potest habere *inuria*, ceu principalis & unica bellandi causa. Grotius *d. cap. 22. §. 16.* Pufendorf. *lib. 3. cap. 3. n. 5.* Et seqq. Muelen ad *Grot. d. l. Vitriar. ibid. q. 11.* Clariss. D. Stapff *de Maiestat. cap. 5. §. 27.* Buddeus *Philosoph. pract. part. 3. cap. 5. §. 14.* Non secus, ac 137 privatus contra privatum nequit actionem in *judicio* proponere contra pri-

privatum, qui non ex jure stricto, sed honestatis tantum aut charitatis legge quidpiam facere aut omittere te-  
138 nebatur in gratiam alterius. Nec enim beneficium, sed contractus est, si quis alteri ex gratia, ab eo accepta, obligetur; &c, ut loquitur Seneca lib. 3. de Benefic. cum res honesta sit, referre gratiam, definit honesta esse, si necessaria est; neque gloria res est, gratum esse, nisi tu-  
tum est, ingratum fuisse. Ziegler ad Grot. d. §. 16. diversus, ut opinor, à sé ipso per ea, quæ in n. 131. & seq. dicta sunt. Quo ex capite ab eodem Grotio Bellum enuntiatur injustum, quod Romanis in Ptolomæum Regem Cypri, tanquam ingratum, apparârunt. Grotius in not. ad Grot. d. l. num. 51.

139 III. denegatio matrimonii, propter quam Darius Persarum Rex Scytharum Regi, quod filiam suam eidem nuptui tradere nollet, Bellum intulit, Scythiam cum septingentis hominum millibus ingressus, ut narrat Justinus lib. 2. cap. 5. verum à nemine propterea laudem, quin imò pro laude improperium tulit, & meritò: quia liberum cuique est, & nuptias petere, & petitas abnuere, absque eo, quod una vel altera pars aut petendò aut abnuendò alteri contumeliam affricet;  
140 nihil dicendò, causam matrimonii privatam censeri, ut, si nequeat cum hac vel illa persona ad effectum deduci, totus inde Populus per Bellum gravari, onerari, ac molestari non possit. Grotius d. l. §. 7. Böhmer cit. lib. 2. cap. 1. §. 6. sub lit. x: Muelen ad Grot. d. l. ubi negat, mulierum penuriam Romanis fuisse justam causam, illas à finiti mis rapiendi, licet anteà connubia petiissent.

141 IV. modus seu titulus acquirendi dominium, in Jure Naturæ vel Gentium haud fundatus, puta, si Populus in alieno territorio solum ex eo capite sedem figere intendat, quod solum, in quo habitaverat, immite, insalubre, aut infœcundum sit: non enim fas est, alienum territorium, ab aliis jam occupatum, invadere, aut invitis illis, quorum interest, ibidem sedem ponere. Grotius d. l. §. 8. Eapropter Tacitus 4. Historiar. 73. 6. de Veteribus Germanis agendò, scribit: eadem

semper causa Germanis transcendendi in Gallias libido atque avaritia, & mutuanda sedis amor, ut relictis paludib[us] & solitudinibus suis, fœcundissimum hoc solum possiderent. Idem est, si quis titulò in-  
ventionis sibi cupiat subjugare provinciam, noviter quidem detectam, sed jam anteà ab incolis possessam: quia inventio est modus acquirendires, quæ nullius sunt, non quæ actu à posseſſoribus tenentur, etiamsi propter perversos mores, idolatriam, aut ingenii hebetudinem vel digni non videantur tali possessione, vel minus habiles, ut dona Naturæ, à DEO concessa, in usum sibi accommodent. Molina tom. I. tract. 2. disp. 105. num. ult. Grotius d. l. §. 9. Vitriar. ibid. q. 4.

V. metus vicinæ potentiae, quæ, si 143 nimium accrescere videatur, nocitura timetur. Nam fateor quidem cum Grotio lib. 2. cap. 1. §. 17. in consultationem de Bello & hoc venire, non sub ratione justi, sed sub ratione utilis: ut si ex alia causa justum sit Bellum, ex hac causa prudenter quoque suscepimus judicetur. Sed, ut vim pati posse ad vim inferendam justribuat, ab omni æquitatis ratione abhorret. Ita vita humana est, ut plena securitas nunquam nobis constet. Adversus incertos metus à Divina Providentia, & ab innoxia cautione, non à vi præsidium petendum est. Ita Grotius; cui tur-  
matim ad stipulantur omnes, quot-quot in hac materia ad manus yenerunt, Theologi & Juristæ, Schiara-  
libr. I. difficultat. 9. à num. 9. Vitriar. ad Grot. d. lib. 2. cap. 22. q. 3. Ziegler ibid. §. 5. Muelen ibid. in Comment. Böhmer ubi supra in part. spec. lib. 2. cap. I. §. 9. Buddeus cit. part. 3. cap. 5. §. 24. Pufendorf libr. 2. cap. 5. §. 6. & libr. 8. cap. 6. §. 5. Huberus de Jure Civit. lib. 2. sect. 4. cap. 4. §. 33. & 2. seqq. Clariss. D. Stapff de Majest. cap. 5. §. 25.

Evidem haud necessum est, ut quis 145 primum exspectet idem, ac tamdiu pacis otia continuet, usque dum vici-  
nus, bellicò apparatu apprimè instru-  
ctus, grandi cum exercitu imparatum adoriatur; sed meminisse, opus est, 146 non id à nostra prohiberi sententia; quin potius; si morali certitudine con-  
stet non tantum de potentia, sed etiam de

de animo nocendi, admittimus, posse quem cōdem modō sese ad Bellum parare, ac prius cautionem de non-of-fendendo à vicino exigere, quā recu-satā, non prohibetur Bellum intenta-re, & adversarium suum, si videatur esse conveniens, prævenire. Grotius d. lib. 2. cap. 22. §. 5. num. 1. & 2. Huber-

<sup>147</sup> rus d. l. §. 33. At verò, ut quisunque metus affinis potentiajus det ar-ma stringendi, hoc est, quod nega-mus: nec enim metus noster jus vi-cini, quod habet adversum nos, ne ar-mis nostris injuste laces-satur, tolit; & cūm non aliō quām defensionis jure vicinum, cuius vires & arma formida-mus, impetere possimus, aggressio, vel talis ejus certitudo, quā in morali materia locum habet, præcedat, opor-

<sup>148</sup> tet. Muelen cit. l. Etsi foederum usus vel maximè huc serviat, ut nempe cum amicis in eum eventum, quō quis vicinæ potentiaj se timet subjugan-dum, de mutuo auxilio ferendo præ-viam conventionem ineat. Böhmer d. §. 9. Knichen Oper. Politic. lib. 2. part. 4. sect. 2. tb. 9. q. 1.

<sup>149</sup> Disquiri nunc posset, an justis bel-landi causis accensendum sit æquili-brium potentiarum? Disquirendi occa-sionem movet D. Joan. Jacob. Leh-mann in sua *Trutina seu Bilance Europeæ*, ubi unicè laborat, ut æquilibrii nece-sitatem persuadeat, & in casu, quō potentior Respublica vel Princeps Re-bus publicis aut Principibus minus po-tentibus de sua amplitudine quidpiam cedere vel abdicare recusat, Bellum esse licitum demonstret. Ita enim in cap. 2. §. 4. discurrit: Bilanx seu æqui-librium Europæ est institutum Gentium, quō dominia & Imperia Sum-morum Principum ac Populorum, magnā potentiaj instructorum, ita li-mitantur, ut proportio virium, quan-tum conservatio Gentium requirit, observetur, & sic ipsa tranquillitas Gentium externa & conservatio lo-cum inveniat; seu ne vires illorum in-damnum aliorum nimis augeantur, & sic tranquillitas publica Gentiumque conservatio impediri aut everti pos-sit &c. Addit in §. 29. eum, qui in-stitutum æquilibrii evertere conatur, omnibūs mediis revocandum; si hæc

P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

non admittat, Bellō adigendum esse; subnequit in §. 27. ut Bellum facilius geratur, requiri, ut quorum interest, omnes vel plerique, saltem vicini, Im-perantes atque Gentes necessarios Belli conferant sumptus, habitâ tamen ra-tione vel virium, vel utilitatis inde ex-spectandæ proportione.

Verū, si bene memini, hæc bellan-di causa non differt à priore, nisi solā verborum immutatione. Nam me-moratum æquilibrium præcipue fun-datur in metu, ne, si quis Monarcha vel Populus ad amplioris potentiaj fa-stigium sublimetur, minores Princi-pes aut Respublicæ pedetentim suppri-mantur, aut in ordinem redigantur. Itaque non minùs injustum erit Bel-lum, quod ex solo æquilibrii, inter Nationes servandi aut introducendi, prætextu apparatur, quām injustum est alterum, ex solo excrescentis po-tentiaj timore suscep-tum. Ut enim justa reddatur defensio, invasio præ-cedere, vel moraliter certa esse debet. *Futurum in incerto est*, ait Thucydides; *nec quemquam oportet eō commotum inimi-cias sumere, non jam futuras, sed certas*. Malè profecto res ageretur cum Re-gibus & Principibus, si, quod Regnum aut Principatum vel ex lege successio-nis, vel iustō Marte, vel aliō legitimō modō dilataverint, auxerint, locu-pletarint, minorum Gentium Diis aut Regulis id, quod accrevit, cedere, aut invasionem hostilem exspectare debe-rent; longēque felicior esset parva Ci-vitas, quām amplum Imperium, quod illa accessionibūs gaudere, istud solā diminutione discripi posset: id quod planè contravenit dicto S. Augustini lib. 4. de Civit. DEI cap. 15. ibi: *belligare, & per domitis Gentibus dilatare Re-gnum, malis videtur felicitas, bonis necessi-tas. Sed quia pejus esset, ut injuriosi justio-ribus dominarentur, non incongrue dicitur etiam ista felicitas.* Certè, cūm DEUS Opt. Max. statim in prima terrarum divisione, post diluvium factā, nil mi-nūs, quām adæquationem ad libram & stateram, intenderit, dum Nemro-dus illicò cæteris præcellens cœpit esse potens in terra. Genes. 10. vers. 9. fecitque principium Regni Babylon ibid. vers. 10. at-que in quatuor Monarchiis, sub my-  
Sss

stica statuæ figura Divinô consiliô Daniel. cap. 2. adumbratîs, semper una Gens præ cæteris viribûs & potentia eminuerit : quis crediderit, Legem Gentium esse, ut Monarchiæ & Regna trutinæ seu bilanci subjiciantur ?  
**354** Cùmque Regnorum constitutio & distributio ex dictis in libr. 2. cap. 1. à num. 107. pertineat ad solum DEUM, qui juxta D. Augustinum cit. l. lib. 5. cap. 21. nec judicîo, nec qdutoriô deserit genus humanum, ac quando voluit, & quantum vohuit, Romanis Regnum dedit : quis sibi persuadebit, dispositionem de Regnis (quæ cæteroquin ab eodem DEO non transferuntur de Gente ad Gentem, nisi propter injustitiam) esse in arbitrio hominum, easque ditiones aut regiones, quæ justo advenerunt titulô, eô tantum ex capite justis possessoribus auferri posse, quod ex Superum beneficio potioribûs facultas tibûs abundant ? Nihil jam memoro, partitionem Regnorum, pro statuendo æquilibrio, esse negotium, cuius evenitus nullô unquam sœculô sperandus est. Nam, ut Gentes, terris, institutis, moribûs, animis, affectionibûs inter se dissitæ & dissidentes, in certo loco convenient ; cuiuscunque facultates & opes examinent ; de Bello, contra potentiores communiter gerendô, consentiant ; talem denique excrescentis potentiae sectionem & separationem faciant, quæ omnium placi & cupidini arrideat ; ante Calendas Græcas, ut ajunt, vix accidet.  
**156** Id solùm adverto, æquilibrii inventionem, remedium pejus malô futurum ; statumque pacificum, quem in primo mox libr. cap. 1. à num. 16. naturalem esse adstruxeram, infelici metamorphosi exinde in Bellum perpetuum fore transmutandum ; nullâ.

jam habitâ seu deliberatione seu inquisitione de causæ justitia : quod enim D. Augustinus lib. 4. de Civit. DEI cap. 6. grande latrocinium vocavit, inferre Bella finitimus, & inde in cætera procedere, ac Populos sibi non molestos soldâ Regni cupiditate conterere & subdere ; hoc planè non amplius probrosum sed virtuosum censi deberet.

Restat videndum, quid Juris sit, quando Bellum ab initio justâ fulciri causâ videbatur ; postea verò detecto errore, ejus injustitia fit manifesta ? Distinctione inter tempus præteritum & futurum res optimè componitur, si nempe de præterito Bellum habeatur pro justo ; & in futurum pro injusto reputetur. Cujus distinctionis effectus est, quod neque damna antecedenter, quamdiu bona fides subfuit, illata resarciri, neque fructus & emolumenta, quæ interea obvenerunt, restituvi vel compensari debeant, si nihil extet aut formaliter seu in natura, aut æquivalenter seu in locupletatione. Ratio autem sic distinguendi est, quod etiam in aliis rebus & causis, qui bonâ fide possidet aut exercet jus aliquod, eâ postmodum resolutâ, teneatur quidem fructus, post fidem bonam jam deficientem perceptos, restituere ; non verò alios, qui antehac percepti sunt, nisi adhuc in natura vel in lucro supersint, uti jam in mea Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 3. tract. 2. cap. 6. à num. 106. ostendi ; observatô tamen discrimine inter Jus Naturale & Civile, cuius posterioris privilegiô ib. num. 112. possessorem etiam dominum illorum fructuum, ex quibus durante bonâ fide ditior evasit, pronuntiavi. Conferatur Schiara Theolog. Belg. libr. 1. difficultat. 34. à num. 5.

### S. III.

#### De Causis Belli dubiis.

**160** **S**unt & aliae Belli causæ, de quibus dubitari potest & solet, sintne justæ, vel injustæ ? Et quidem Dubitatur I. an sola infidelitas per se sit sufficiens, ut Principes Christiani

terræ infidelium occupare, eosque interficere valeant ?

Dubium hoc movent, & affirmativè decidunt non infimi subselliæ Doctores, sed Primarii SS. Canonum Exposito-

sitores, nempe Hostiensis, Panormitanus, Antorius de Butrio in cap. quod super de Voto & Voti redempt. multique citati à Covarruv. in relect. cap. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 10. num. 1.  
 161 Ratio est: partim quia in S. Scriptura id apertè permittitur, non solum. Math. 21. vers. 43. ibi: auferetur à vobis Regnum DEI, & dabitur Genti, facienti fructus; sed etiam Ecclesiast. cap. 10. vers. 8. ibi: Regnum à Gente transferetur propter injusticias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos: partim quia Populo Hebreo expreßè licuit, terras & provincias infidelium invadere, resistentes occidere, suoque jugo submittere, sicut in pluribus locis Testamenti Veteris conspicitur, speciatim in lib. Deuteron. cap. 2. per tot. lib. Josue 163 cap. 3. vers. 10. & seqq. partim quia Magnus ille Pontifex Gregorius lib. 1. Registr. Epist. 73. allegatus in cap. si non ex fidei 49. caus. 23. q. 4. summoperè laudat Gennadium Exarchum Africæ, quod Bello infideles lacerret, ut apud eos, in potestatem redactos, posset prædicari & propagari fides Christiana.  
 164 Verūm negativè resolvunt Innocent. ad eit. cap. quod super his de Voto & Voti redempt. Covarruv. d. l. num. 2. Sotus de J. & J. lib. 5. q. 3. art. 5. Molinato. 1. tr. 2. disp. 106. concl. 1. Ebberth de Bello cap. 6. §. 1. num. 7. Schiara lib. 1. difficult. 27. à num. 6. Ratio est: quia infideles, quā tales, sunt capaces dominii tum Jurisdictionis tum proprietatis, non minùs ac fideles: profluit enim hæc capacitas ex Jure Naturæ & Gentium, cuius omnes homines, ratione prædicti, participes æstimantur. D. Thomas 2. 2. q. 10. art. 10. Quamobrem in Sacris Paginis tum Novitum Veteris Testamenti, à DEO & Verbo Incarnato; nec non à Prophetis & Apostolis fideles Principibus infidelibus obedire, reverentiam exhibere, tributa pendere, eaque, quæ Principibus fidelibus alioquin conveniunt, facere jubentur. Ergo non possunt infideles quā tales seu ex sola infidelitatis causa Bello impetri, suōque dominiō privari; vel maximè huc quadran- te dictō Evangelicō: reddite, quæ sunt Cœsaris (etiam infidelis, qualis tunc erat) Cœsari, & quæ sunt DEI DEO.

Confirmatur: quia, si liceret infide- 165 libus ob solam infidelitatem inferre arma, & auferre Regna, id præcipue fieri deberet ex fine conversionis & dilatationis fidei Christianæ: at neque Principes neque Pontifices aut Patres Christiani unquam agnoverunt, talem conversionem & fidei dilatationem armis evinci posse, prout patet ex statu & consuetudine primæ Ecclesiæ, & docet Apostolus 1. Corinth. cap. 5. vers. 12: exclamans: quid mibi de his, qui foris sunt, judicare? Nam eos, qui foris sunt, DEUS judicabit. Ibid. vers. 13. Qua de causa etiam Alexander II. Pon- 165 tifex in cap. si dispar. 11. caus. 23. quest. 8. fatetur, in illos demum infideles justè pugnari, qui Christianos persequuntur, aut ex urbibus & propriis sedibus expellunt. Fatentur quoque Imperatores Honorius & Theodosius in l. Christianis 6. Cod. de Pagan. quod Judæis ac paganis, quietè degentibus, nihilque tantibus turbulentum, Legibusque contrarium, non audeant manus inferre, Religio- nis autoritate abusi.

Atque hæc resolutio, cui impensè 167 patrocinatur Doctor Angelicus cit. l. q. 10. art. 8. mihi neutquam ingrata est; cique non adversantur textus de trans- latione Regnorum in num. 161. allati: quippe cùm ista non cuilibet in terris Principi collata, sed soli DEO, qui est Rex Regum & Dominus Dominantium, reservata sit; veluti notatum in num. 154. Neque etiam adversa- 168 tur, aut oblitus facultas, subjiciendi terras infidelium, Hebreo Populo specialiter à Divino Numine concessa: etenim non omnes infidelium terræ Israëlitis fuerunt assignatae, ut constat ex d. Deuteron. 2. vers. 9. & ubi conces- sio noscitur facta, illa est instar privilegii specialis; specialiter indulti, nec potest, absque nova Superni Regis indulgentia, ad alios Principes & Populos extendi. Similiter nec elogium 169 D. Gregorii, adscriptum Gennadio, ad- versatur: hic enim arma non movit in infideles, sed in hæreticos & apo- statas à vera fide, non quietè degentes, sed Legis Evangelicæ prædicationem impedientes, atque hòc modò suffi- cientem contra se bellandi causam præbentes. Et hinc ex sensu & sen- tentia

tentia laudati S. Doctoris d. art. 8. ad-  
structa resolutio

- 170 Limitatur I. in hæreticis & apostatis: si enim semel Ecclesiæ januam per Baptismum ingressi, ac postea rebelles effecti contra Ecclesiam insurgant, utique per Principes Orthodoxos, tanquam Ecclesiæ Advocatos & Protectores, armatâ quoque manu, si commodum videbitur, compelli pos-  
sunt ad frugem; quô sensu commu-  
niter intelligitur illud *Luce 14. vers. 23.*  
*compelle intrare;* & concordant textus  
in cap. quis nos caus. 24: q. 4. cap. de Judeis  
Dift. 45. l. nemo. Cod. de Pagan. l. quicun-  
que Cod. de Hæretic Quòd autem  
fides non dicatur esse necessitatis, sed  
voluntatis, proindeque non cogenda,  
sed suadenda, olim quidem erat opini-  
o D. Augustini, velut ipse confite-  
tur apud S. Thomam d. art. 8: in resp.  
ad I. eam tamen imputavit, non contradicentium verbis, sed demonstrantium  
superatus exemplis: *Legum enim terror*  
(verba sunt S. Augustini) *ita profuit,*  
*ut multi dicant: Gratias Domino, qui vim-  
cula nostra disrupt. Dereliquo, sicut vo-  
vere est voluntatis, reddere autem necessi-  
tatis; ita accipere fidem est voluntatis, sed  
tenere eam acceptam est necessitatis.* Et ideo  
hæretici sunt compellendi, ut fidem teneant.  
Dicit enim D. Augustinus ad Bonifac. Co-  
mit. ubi est, quòd isti clamare consueverunt,  
liberum esse credere, vel non credere, cui  
vix Christus intulit? Agnoscant in Paulo  
prius cogentem, & Christum postea docen-  
tem. Ita S. Thomas d. l. in resp. ad 3. Quæ  
verò cautelæ hic necessariæ sint, expo-  
nit D. Pelzhoffer Arcanor. Stat. lib. 7.

- 172 cap. 2. Limitatur II. in infidelibus,  
Christianorum terras occupantibus,  
aut Christianos à vera fide revocanti-  
bus, aut Verbi Divini prædicationem  
protervè impeditibus: quin enim  
Reges & Principes Christiani ex eodem  
Advocatiæ titulo pro S. Matre  
Ecclesia & illius filiis ac membris gla-  
dium stringere valeant, apud me nullus  
dubitacioni locus est: quandoquidem  
non solum Ecclesia liberam à  
DEO facultatem accepit, in toto orbe  
prædicandi Evangelium. *Marci ult.*  
*vers. 15.* sed & jus habet, ne sui filii &  
membra à vera fide abstrahantur, aut  
terræ Christianorum sub jugum & ty-

rannidem infidelium detrudantur; proindeque Christianorum Proce-  
rum & Magnatum auxiliō contra infidelium molimina est defendenda; exemplò Virorum Machabæorum, pro Lege DEI veraque Religione contra Gentiles generosè certantium, prout legitur passim in libris Macha-  
bæorum, signanter lib. I. cap. I. v. 44.  
collegerunt exercitum, & percusserunt pec-  
catores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua; & cap. 2. vers. 58. accingi-  
mini, & estote parati in mane, ut pugnetis  
adversus Nationes has, que convenerunt  
adversus nos, disperdere nos & sancta no-  
stra: quoniam melius est nos mori in Bello,  
quam videre mala Gentis nostra & Sanctorum.  
Videantur post Covarruviam 173  
in relect. cap. peccatum d. p. 2. §. 10. n. 3.  
& Molinam d. l. disp. 105. Schiara lib. I.  
difficult. 32. ànum. 5. Pelzhoffer d. lib. 7.  
cap. 5. & lib. 9. cap. 4. num. 9. Bonbra in  
Arte Belli & Pac. lib. I. disc. 6. num. 27.  
ubi refert tum Damhuderum & Bo-  
cerum, docentes, Bellum, quod Pon-  
tifex vel Imperator suscipit pro defen-  
sione Fidei Catholice ad arcendos &  
fugandos Turcas, Saracenos, & simi-  
les Fidei nostræ inimicos, iustum vo-  
cari; tum Gailum lib. I. de Pace publ.  
cap. 4. num. 40. dicentem: Bellum om-  
nium maximè, quod geritur contra in-  
fideles Turcas, perpetuos Christianæ  
Fidei hostes, iustum & licitum esse.

Dubitatur II. sitne denegatio tran- 174  
situs militaris per alienum territo-  
rium justa bellandi causa adversus de-  
negantem?

Grotius lib. 2. cap. 2. §. 13. Covar-  
ruv. in reg. peccatum p. 2. §. 9. sub n. 4.  
Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 4. sect. 2.  
tb. 9. num. 2. Schiara lib. I. difficult. 10.  
num. 6. & plures, ab his nominati, vi-  
dentur in affirmativam totò animo  
propendere ex sequentibus fundamen-  
tis I. quia terræ & flumina, & si qua  
pars maris in proprietatem alicujus  
Populi venit, patere debent his, qui  
transitu opus habent ad causas justas:  
dominium enim introduci potuit cum  
receptione talis usus, qui prodest his,  
illis non nocet; ideoque censendum  
est, authores dominii ita introducere  
voluisse; de quo pacto actum in lib. I.  
cap. I. num. 81. II. quia in Sacra 175  
Histo-

**Historia Num. 20. vers. 16. & seqq. & Num. 21. v. 21. & seqq.** memoriae proditum est, Moysen, cum transeundum haberet per alienos fines, & primò Idumæorum, posteà Amorrhæorum Regem pro transitu requireret, factâ promissione, quod viâ regiâ incedere, ad vineas & prata privatorum non accedere, ac, si quâ re fuerit opus, pretiô redimere velit, hisce Regibus, postulata abnuentibus, Bellum indixisse: & justè, ut arguit D. Augustinus super Num. q. 44. *innoxius enim transitus denegabatur, qui jure humane so- cietatis æquissimô patere deberet.* III. quia, per cuius territorium postulatur transitus, is contra multitudinem transeuntium militum exceptionis metum non rectè objicit: jus enim transeuntis metu objicientis non tollitur; &, si quidpiam prudenter timeatur, cautiones adhibere licet, videlicet ut divisionis manibûs ac successivô tractu copiæ transmittantur; ut inermes sint; ut impensâ transeuntium milites conscribantur, qui repagulum insolentiaz objiciant; ut obsides in securitatem constituantur.

**177 Vitriar. ad Grot. d. lib. 2. cap. 2. q. 32. Gronov. in not. ibid. num. 64. Ziegler ibid. Muelen ebd. l. in negativam sunt prioniores.** Quantumvis enim transitus innoxius per alienas ditiones per se loquendô pullulet ex Jure Naturæ libertatis, uti in cit. lib. 1. cap. 1. num. 81. admissum est; attamen, quod ei, qui Bellum contra tertium gerit, jus sit, exercitum per vicinos & alienos fines ducendi, non usque adeò certum est: nam Philippo Macedoni, sub praetextu statuæ Herculii in ostio Istri erigendæ, paratum accessum per Scythiam petenti, Rex Atheas armatum exercitum fines ingredi se negavit passurum.

**178 Justin. 9. 2. Cæsar**, cum in Galliam tenderent Helvetii, dicerentque, sibi esse in animo, sinè ullo maleficio per provinciam Romanam iter facere, rogarentque, ut ejus voluntate sibi facere liceret, respondit, *se more & exempli Populi Romani non posse iter ulli per provinciam dare, &c., si vim facere conarentur, prohibiturum.* Cæsar lib. 1. **179 de Bello Gall.** Publius Africanus, cum de exercitu Romano, in Asiam

adversus Antiochum per Macedoniam transferendô, deliberatum esset, ad fratrem ait: *iter, quo d. insistis L. Scipio, ego quoque approbo, sed totum id vertitur in voluntate Philippi,* Regis scilicet Macedonum, qui translationem illam impedire poterat. Livius dec. 4. lib. 7. cap. 7. **Hæc & plura similia exempla adducit cit. Gronovius, & circa finem subjungit:** Turcæ hodie petunt innoxium transitum à Cæsare per terras ejus ad oppugnandos Venetos; an quisquam erit tam stultus & malus Consiliarius, ut audeat dicere Cæsari, petere illos jus, quod nostrô metu non tollatur; petere, quod est Juris Naturæ, quodve nullô, etiam Religionis praetextu, possit negari? Et quid, si exercitui transeunti hoc ipsam, quod terunt, solum videretur amoenius, quam solum patrium, ac verificaretur, quod legitur *Judic. 18. v. 10. videmus terram opulentam & uberem: nolite negligere, nolite cessare: eamus & posse deamus eam: nullus erit labor?* Scimus enim, saepe in subsidium vocatos, & intra fines admissos exterros auxilium in perniciem vertisse, neque ullis patet, ullis execrationibûs deterret ipso tuisse à facinore, ut fidem datam servarent: proindeque tutum non appetat, tot hospites in suas aedes admittere, ut ab ipsis ipsem paterfamilias expelli valeat. Et nunquid idem territorium, quod transit miles amicus, facile commutari potest in quem & sedem Belli, si nempe hostis, contra quem transitus sollicitatur, aut ipse transitum quoque pro se efflagitet, aut, ne alteri concedatur, insistat, aut in loco transitus vel propè transeuntem hostem exspectare vel invadere comminetur? Neque tollitur difficultas, ait Pufendorf de J. N. & G. lib. 3. cap. 3. sub §. 5. si quis dicat: transitum esse dandum, ubi justò Bellò alter peccatur; negandum, si injustum ei fiat Bellum.. Nam neque ista dijudicatio semper est satis expedita; & temerarium habetur, ultrò se duobus armatis velut arbitrum interponere, & tantam litem suam facere. Transitu igitur, alterutri concessò, concedens vel ipse subjugari, vel, quia alterius hostem suum facit, Bello implicari, Ttt vel

vel ab utroque molestari, vel saltem commercio, antehac cum hoste florenti, privari potest.

185 Quod ex Historia Sacra refertur de Moysè & ejus exercitu, quoad primum factum *Num. 20. v. 16.* & seqq. non transitum duntaxat Moyse Rex Edom negavit, sed, ut narratur *ibid. vers. 21.* *& seq.* *egressus est obvius cum infinita multitudine, & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos;* ne tamen Moyses arma armis opposuit, sed ab eo divertit, longoque flexu inconcessos fines circui-

186 vit. Alterum factum non causa sed occasio duntaxat Belli nominari debet: cum enim Amorrhæi inter septem Populos damnatos forent, quorum terras Israëlitis Supremus rerum omnium Dominus anteā donaverat *Deuteron. 2. vers. 24.* & *Josue 3. vers. 10.* transitum omnino petendi, ac, illō negatō, Bellum intentandi jus habe-

187 bant. Tacendō, quod non tam Hebræi ad arma primi venerint, quam Sehon Rex Amorrhæorum, de quo *Num. 21. vers. 23.* & seq. scriptum est: qui concedere noluit, ut transiret Israël per fines suos: quin potius, exercitu congregato, *egressus est obviā in desertum, & venit in Jaso, pugnauitque contra eum.* A quo percussus est in ore gladii, & possessa terra ejus ab Amon usque Jeboc & filios Amon.

188 Quod attinet ad cautiones, utantur illis, ait Gronovius, qui aliter non possunt: at, cui ad negandum vires sunt, eum ego memorem esse jubeo, saxe caudorem quoque captum esse: memorem, nullō jure quemquam cogi, qui liber sit, ut invitus Dominum accipiat, aut, ubi Dominus, parem: qui autem armatum intra fines recipit, cum vel Dominum vel parem accipe-

189 re. In specie de illa cautione, ut positis armis transire jubeantur, advertit Pufendorf *d. lib. 3. cap. 3. sub §. 5.* illam à viris militaribus vix impetrandam fore, à quibus postulare, ut arma deponant, ita accipitur, *quasi manus abscederentur;* quod de Numantinis Florus dicit *lib. 2. cap. 18.* Quemadmodum & illa cautio, ut impensa transfeuntis is, qui transitum concedit, sibi idonea præsidia concedat, sumptuosa nimis videtur, quæque multum tem-

poris requirit. Itaque tutissimum 190 fuerit (infert idem Author *d. l.*) ubi citra magnum nostrum incommodum fieri possit, transitum denegare & prohibere. Sin vires prohibendi defuerint, aut fortè ipsi eam per causam gravi Bello simus implicandi, patientiam nostram alteri obtentu necessitudinis facile excusabimus.

Ex rationibus, in utramque partem 191 adductis, patet, transitum militarem, ab uno pétitum, & ab alio negatum, non facilè justi Belli causam fore, nisi tales ponamus circumstantias, ut is, à quo transitus petitur, nullum omnino metum probabilem habeat, neque ab exercitu transeunte, neque ab illo, in cuius territorium transitus iste destinatur; cujusmodi circumstantiae valde sunt rarae, saepiusque accidit, quod refert Plin. in *Panegyr.* quād diffimilis nuper alterius Principis transitus, si tamen transitus ille, non populatio fuit, cùm abactus bos pitum exerceret, omniaque dextrā levique perusta & attrita, ut si vis aliqua vel ipsi illi barbari, quos fugiebat, incederent.

Dubitatur III. sitne prohibitio liberae transvectionis mercium per provinciam justa bellandi causa adversus prohibentem?

Si Grotium sectari lubeat, pro causa Belli standum est. Siquidem is *cit. lib. 2. cap. 2. §. 13. n. 5.* pro re indubia tradit, non tantum personis, sed & mercibus transitum deberi: eò quod societatis humanæ servandæ gratiâ nemini jus sit impediendi, quod minus Gens quæque cum quavis Gentis commercium collat; nec cuiquam id damno cedat, dum etiam, si cui lucrum speratum, sed non debitum, decedat, id damni vice reputari nequeat. Quō præmissō, & concessō, sequela videtur esse manifesta, injuriam eum facere, qui transportationem mercium impedit, Belloque justam causam offerre. Verum hæc Grotii doctrina nec omnibus, nec absolutè placet: quandoquidem humanæ societatis quidem interest, commercia ut plurimum esse libera; sed, ut hæc vel illa Gens à commercio certarum Gentium excludatur, iniquum reputari non debet. Sic enim ipse Grotius infra in §. 20. dicit,

cit, ad sua vendenda non æquum jus esse omnibus, & importare merces quasdam licere, quasdam non; & in cap. seq. §. 15. n. 2. refert, in foedere secundo Poenorum cum Romanis cautum, ne hi ultra pulchrum promontorium, Massiam & Tarsicum, prædas agerent, mercatumve irent. Sic etiam Livius dec. 5. lib. 5. cap. 25. memorat, inter leges, quas Æmilius Paulus Macedonibus devictis imposuit, hanc fuisse, *ne conubium neve commercium agrorum edificiorumque cuiquam extra Regionis sue fines esset; & sale in vendo uti vetuit.* Quin et si commerciis sua concedatur libertas; attamen, ut merces aliae, ac quæ ad vitæ sublevationem sunt necessariae, liberè permittantur transvehi, Jus nullum imperat. Nam, ut nihil subjiciam de mercibüs, ad luxum instruendum maximè comparatis, quæ, si ad terras vicinas apportentur, eadem illas contagione inficiunt: etiam aliae merces, ex quibus transeuntes aut transvehentes lucrum querunt, non injustè in nostra traditione sistuntur & detinentur: præterquam enim, quod, ut discurrat Pufendorf cit. lib. 3. cap. 3. §. 6. frequens. commeatio peregrinorum nostræ Civitati quandoque noxia aut suspecta esse queat; quid obstat, quod minus nostri cives id lucrum vendicent, quod peregrini transeuntes capiunt? Quippe cum illis utique magis favere possimus, quam istis. Et quamquam damnò propriè dicto non afficiamus, si mercibus etiam gratis transitum concedamus; neque injuria nobis fiat, dum intercipitur lucrum, quod itidem nobis patebat: nihilominus, cum ne tertius quidem ille jus habeat, nos ab isto lucro excludendi, quare non proximi nobismetipsis sumus, & lucrum illud in nos avertamus? Id quod fieri potest, si merces istæ non nisi interventu nostrorum ci- vium inter duos Populos, quibus nos interjecti sumus, commeent. Ac sanè ( ulterius differit Pufendorf ) nisi hæc ratio admittatur, non video, quomodo excusari possint stipulæ ( jam supra in lib. 3. cap. 4. num. 66. concessæ ) & alia jura, quibus merces sistuntur, & ad certum forum trahuntur, atque exteris non immēdiatè inter se, sed in-

terventu civium, commercia exerce-re conceditur. Ejusdem animi sunt Gronov. ad Grot. d. lib. 2. cap. 2. §. 13. num. 76. Vitriar. q. 35. Beclman ib. in not.

Pensatis omnibus, dicendum arbitrator, non solum mercibus, ad alienam vitam destinatis, sed & aliis, ex quibus lucrum ( citra luxūs periculum ) capit, liberum transitum deberi, nisi ille, per cujus territorium transportantur, ipsem talibüs mercibüs abundet, suamque utilitatem præ exteris apud Gentes vicinas aut remotas procurare intendat, veluti sat luculenter tradit Guilielmus van der Muelen ad Grot. d. cap. 2. §. 13. num. ult. adeoque justo Bello causam subministrari posse, si in hisce casibus neque per dominos eorumque substitutos, neque per cives nostros ad suum terminum liberè provehi sinantur.

Dubitatur IV. utrum quis justam bellandi causam ex eo tantum capite prætendere valeat, quod amicuum, Bello involutum, conspiciat, esto cæteroquin nec foederatus nec in auxilium sit vocatus?

Ratio dubitandi est: quia ex n. 98. unica bellandi causa est injuria, ab eo, contra quem Bellum est gerendum, illata. Sed in statu præsentis quæstionis supponitur, amico de militari cursu fortè deliberanti, nullam injuriam fuisse illatam ab eo, qui Bellum contra amicum de facto gerit aut instruit. Deficit idcirco justa bellandi causa; eaque sub amicitiæ pallio neque suppleri neque contagi potest: etenim amicitiæ vinculum non ligat unum magis quam alterum, &, dum concedit, ut assistam v. g. Sempronio, non admittit, ut offendam Titum, cognatione, quam Natura inter homines constituit, haud ferente, ut cum unius detimento alteri succurram. Sed non attentâ hâc dubitandi ratione

Concludendum est cum communi Theologorum & Jurisperitorum, Bellum pro amico, injustè ad arma provocato, citra præviā implora-tionem aut confoederationem geri posse. Molina tr. 2. disp. 105. n. 3. Schiara lib. I. difficult. 11. num. 5. Grotius lib. 2. cap. 25. §. 5. & seqq. Vitriar. ibid. q. 7. & 8. Muelen ibid. D. Stapff de Majest. Tit. 2 cap. 5.

*cap. 5. §. 19. Et 20. Ratio est: quia non tantum amicitia, sed inter Christianos maximè charitas exigit, ut proximo, in necessitate constituto, opitularem dexteram porrigamus: siquidem, teste Senecā de tra lib. 1. cap. 7. homo in adiutorium mutuum generatus est, ipsumque juxta Democritum decet, *injuriam oppressos pro viribus defendere*; hæcque fortitudo, que per Bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est.* S. Ambros.

*203 de Offic. lib. 1. cap. 27. Oportet igitur, ut Aristoteles Rhetor. ad Alexandr. cap. 3. loquitur, *injuriam passos pro seipso arma capere, sive pro cognatis et beneficis, itemque sociis, injuriā affectis, auxiliari.* Quo in puncto laudatur Abraham, quod Loth fratrem suum ab hostibus captum armatā dexterā liberarit. Gen. cap. 14. Laudantur præterea inter multos præstantissimi Francorum Herœs, Pipinus Rex, & Carolus M. Imperator ipsius filius, qui, ubi viderunt Italiam, & ejus Principes, præcipue Romanum Pontificem injustè oppugnari Bellō, turbari, spoliari, ingenti cum exercitu depressam innocentiam exercent, ac, cæsis fugatisque hostibus, pacem & tranquillitatem restituerunt. Schiara d.l. num. 7.*

*204 Ad argumentum contrarium, quod injuria prærequiratur ad justitiam Belli, responsio in promptu est. Injuria namque & hic adesse supponitur, quatenus amicus, velut alter ego, aut injuriam, amico impactam, in se diminare existimat; aut timet, ne injuriam admittat in amicum, si, quem injustè cernit impeti, non juvet: nam, teste Tullio 1. Officior. Pythagoras in amicitia volebat effici, ut *unus fiat ex pluribus*; &c, ut ipse docet, qui non defendit, nec obſtitit, si potest, *injurie, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat; nec est amicus, qui amico non subvenit*, ut vult S. Augustinus tr. 4.*

*205 de Amic. cap. 26. Nec obest, quod amicitia vinculum utrinque liget, æqualiter: ligat quippe æqualiter, quāndiu manet utrobius amicitia: at ubi constat, unum ex amicis contra alterum in apertum odium exarsisse, tertius utique magis obligatur, amicum innocentem quam nocentem*

defendere: cùm etiam, si quando pri-<sup>206</sup> vatus contra privatum insurget, eique vitam adimere parat, ego, cætero-quin utrique bene affectus, utique magis obligor, oppressum, non attentō periculō mortis ex parte invasoris, succollare, quām opprimentem: hic enim luit, quod meruit; ille à malo, quod non meruit, eximitur.

Dubitatur V. sitne justa Belli causa <sup>207</sup> pro alienis subditis, ut ab eis arceatur Imperantis injuria?

Grotius d. lib. 2. cap. 25. §. 8. num. 2. *Et seqq. favet subditis, Bellumque pro iis suscepsum, non injustum afferit, si modò manifesta sit injuria, velut si quis Busiris, Phalaris, Thrax, Diomedes ea in subditos exerceat, quæ æquo nulli probentur: nec enim jus humanæ societatis ex eo, quod Princeps suā potestate in subditos abutatur, præclusum erit. Quā ratione <sup>208</sup> in Maxentium & Licinium Constantinus; in Persas alii Romanorum Imperatores arma coeperunt, aut capere minati sunt, nisi vim à Christianis Religionis nomine arcerent. Et licet <sup>209</sup> Bellum inferiorum in Superiores non omnium calculō comprobetur, de quo infra in lib. 5. non tamen, sicut Grotius judicat, inde sequetur, non posse pro ipsis ab aliis arma sumi: nam, quando actioni cuidam impedimentum ponitur duntaxat personale, non reale, potest uni licere, quod alteri ex sua persona est prohibitum; ut patet in pupillo, cuius persona judicium non capit, & tamen pro eo tutor aut alias rectè litigat. Cū ergo impen-<sup>210</sup> ditum in subdito oppresso, quod minus adversus Superiorem bellare valeat, non oriatur ex re seu causa, ut pote quæ in subdito & non - subdito æqualis est, sed tantum ex personæ qualitate, in alios non - subditos non transeunte, consequaneum est, alios non prohiberi, arma pro subditis accipere. Grotio consensum accommodat ejus Commentator van der Muelen, in ea tamen hypothesi, quā Princeps aliquis aut Respublica ab affictis & oppressis cīvibus pro suppetiis imploratur.*

Huic opinioni non aliter subscri-<sup>211</sup> bunt Pufendorf lib. 8. cap. 6. §. 14. in f.

Zic-

Ziegler ad Grot. d. §. 8. Vitriarius *ibid.* q. 9. quām si versemur in talibus circumstantiis, in quibus ipsi sicut subditis contra Superiorem adensem devenire licet. Siquidem ab exordio Societatum Civilium Rectoribus cuiuscunque Civitatis speciale quoddam jus in cives ac subditos concessum fuisse prudenter creditur, quod neque ab illis neque ab aliis ullō modō violari possit. Ut adeò impedimentum, quod Bellum submovet, non tantū ex persona sed re ipsa & causa Summi Imperii descendat, quatenus id planè ab omnibus independens est in suo usu, & neque à subditis neque non-subditis in actu secundo sufflaminari potest. Nihil dicendō, quod Bellum tale sit acerbius omni malō, per Bellum aliquin submovendō, ex quo Busiris ille aut Phalaris ex metu potentiae externae ab incepta barbarie non cessabit, sed ad atrociora senvientis animi seu argumenta seu instrumenta magis magisque inflammabitur, ipsosque subditos, ut differit Ziegler, contra assumptum defensorem in aciem educet. Quæ sententia nostris principiis magis propinqua & propria est.

Dubitatur VI. liceatne Principi, de Belli justitia dubitanti, Bellum instruere?

In hoc articulo nemini non exploratum, & extra dubium est, nulli Principi vel Reipublicæ in consulto in arma proruendum, sed negotium Belli, tanquam inter cætera maximè periculum & momentosum, sagaci consilio, providâ prudentiâ, & maturâ deliberatione prius ad rationis & justitiae lantem appendendum & ponderandum, quam in effectum deducendum esse: quippe cum Princeps vel Respublica, jus Belli cæteroquin habens, ob Supremam in terris Potestatem Judicem in causa propria tunc agat; & quæstio non tantum de causa Belli hic vertatur, sed de integris sœpe provinciis, de bonis & juribus, publicis ac privatis, de vita & salute plurimorum hominum, disceptetur, ut superius in num. 92. seqq. observavi. Quamobrem Romani Veteres non nisi consulto Collegi Ficialium, ad id institu-

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

to; Imperatores verò Christiani vix nisi auditis Episcopis Bella suscipiebant, ut, si quod esset, quod Religionem posset injicere, ejus monerentur, prout scribit Grotius lib. 2. cap. 23. §. 4.

Quodsi præmissâ instituendi Belli disquisitione, causa bellandi videatur certa, aut valde probabilis, Bellum licet decernitur: tametsi enim ex opinione minùs probabili in concursu opinionis probabilioris, pro altera & adversa parte militantis, ad arma confugere haud liceat, prout contra Azorium, Suarezium, Sanchezium egregiè probant Théologi Salmanticenses in *Curso Theol. Moral.* to. 5. tr. 21. cap. 8. num. 22. eò quod in re tam ardua, ac salutem corporis, animi, bonorum, ac Regnorum concernente, non licet Judici sequi minùs probabilem sententiam; attamen, quin, deficiente certitudine, quæ in moralibus disciplinis tam frequenter haberi nequit, sicut in Mathematicis, ut docet Aristoteles 2. *Etic.* 1. ad Nicom. sufficiat opinio in se valde probabilis & respectu alterius oppositæ probabilior (abstrahendō à possessione contraria, de qua in n. 222.) haud ambigo: cùm etiam in causis privatis, quantumcunque graves fuerint & momentosæ, Judici permisum sit, juxta talem sententiam judicare. Itaque mecum sentire existimo Clariss. P. Babenstuber *Ethica supernet.* tr. 5. disp. 6. art. 4. n. 8. Schiarum *Theol. Bell.* lib. 1. difficult. 2. n. 2. Sin, expensis omnibus, tum rationibus, tum autoritatibus & consiliis Virorum Sapientum, Belli justitia adhucdum videatur dubia, refert, an dubium illud sit speculativum, an practicum. Si dubium speculativum sit, id est, Belligerans quidem in thesi & in genere fluctuet de Belli honestate ob argumenta seu intrinseca seu extrinseca, parti adversæ fayentia, in hypothesi tamen & actu ipso existimet, in hisce circumstantiis sibi non esse vetitum, ad gladium decurrere: utpote cùm nitatur sententia, Virorum proborum & doctorum assensu dignissimâ, nempe probabiliori; recte & justè in campum Martium descendit: quia cum dubio speculativo, quod actus humanos ut plurimum comitatur, stare potest certi-

U u u tudo

tudo moralis de operationis honestate; veluti communiter tradunt Moralistæ. Si dubium sit *practicum*, appellans super ipsum exercitum & suffictionem Belli, quādiu non depositur, Bellum illicitè suscipitur: quia operari cum dubio pratico de honestate actionis est idem, ac periculo peccandi se exponere; & consequenter, qui non depositō dubiō practicō Bellum incipit, periculo peccandi contra justitiam se exponit, ac hōc ipsō peccatum injustitiae committit, juxta illud Apostoli ad *Roman. 14. v. 23. quod non est ex fide, id est, ex judicio practicè certo de bonitate actionis, peccatum est.* Quò confert illud Tullii lib. 1. *Off. bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites, equum sit an iniquum.* Potest autem dubitans practicè dubium facile discutere, quando est in possessione juris aut rei, de qua inter Bellantes contenditur: in dubio namque melior est conditio possidentis, non tantū ex Humano sed etiam Divino & Naturali Jure, & tamdiu quis in possessione manuteneri debet, quādiu ab adversario evidens illius injustitia probari nequit. Grotius d. l. §. II. At quando non est in possessione, non tam facile dubium practicum exui poterit; perpendendum tamen erit, utrūm possessio sit penes adversarium, vel apud neutrum. In priore casu Victoria in *relect. de Jure Belli à num. 27. & Suarez de Charit. disp. 13. de Bello sēct. 6. n. 2.* absolutè tenent, eum, penes quem est major verisimilitudo seu jus probabilius ad Regnum v. g. ab alio posse sum, tentare posse, ut Regni possessionem consequatur; Bannez autem, Ledesma, & alii apud Theologos Salmanticenses. *Theol. Moral. cit. to. 5. tr. 21. cap. 8. n. 25.* putant, quòd, si major probabilitas sit, rem controversam aut Regnum pertinere ad eum, qui non possidet, ac qui possidet, non-possessor à possessore divisionem pro quantitate debiti exigere, &c. si nequeat intentum suum consequi, justum Bellum adorare valeat. Sed Molina to. 1. tr. 2. *disp. 103. num. 8.* Castropalaus to. 1. tr. 1. *disp. 2. punto 7. num. 5.* pluresque, quos allegant & sectantur laudati Theologi Salmanticenses d. l. *num. 24. Et 26. Ion-*

gè verius existimant, nedum Bellum absolutè locum habere, sed & divisionem, tanquām injustè petitam, justè negari posse: quoniam, manente dubiō, melior est conditio possidentis, ac proinde nec totum nec partem tenetur extradere, quādiu possessionis injustitia manifestè non probatur; sicut in judicio privato is, qui rem possidet, in dubio ad cessionem aut divisionem adigi non poterit, etiamsi causa petitoris cæteroquin verosimilior videatur, usquedum manifesta injustitia ostendatur. Quare iniquus esset ad- 223 versarius, concludit *cit. Molina*, si in eo eventu Bellum moveret; restituereque teneretur damna omnia, quæ cō Bellō daret: quia nempe major etiam probabilitas ex possessione alterius partis, quæ in dubio fortissimam Juris præsumptionem & assidentiam habet, hic & nunc practicè supprimitur. Debet nihilominus possessor 224 & ipse rem diligenter examinare, utque modō convenienti examinetur, curare & permittere, idque etiam admissis Legatis alterius partis, si opus esset; &, si hoc nollet, injuriam faceret partipenti, & hoc ipsō nomine Bellō invadi posset. Clariss. P. Babenstuber ubi supra *num. 8.* In poste- 225 riore casu (cui similis est casus, quō quis possessionem, alterō contradicente, occupavit. Muelen ad Grot. d. lib. 2. cap. 23. §. II. Et 12.) unusquisque alteri suas rationes communicare, ac missis hinc inde Legatis, rerum experientiā & prudentiā præditis, inter se procul omni fraude & technis conferre tenentur, ut pateat, an non unus alter in suo jure potior & solidior sit; & casu quō etiam in istis circumstantiis manent dubii, medium aliud non supereft, quām divisio, aut, ubi res divisionem non capit, æquivalens compensatione: cùm alias quoque Judex rem verè dubiam non possit uni adjudicare, sed potius eam inter actorem & reum partire, vel saltem, ubi divisio fieri nequit, æquivalentem compensationem urgere obstringatur; &, si alterutra pars in divisionem consentire nolit, iniqua secundūm Grotium d. cap. 23. §. 12. erit censenda; sicque locus est Bello, quō jus, per divisionem

nem negatum, striktō gladiō quæratur. Molina *d.l. n.n. 10. & II.*

226 Planè si, depositō dubiō, unaquaque pars arbitretur, sibi uni privativē rem deberi, suadendum quidem esset, ut transactione amicabili, vel compromissione in arbitros, vel forte lis dirimatur, eoque sensu intelligo Grotium *d. lib. 2. cap. 23. §. 8. 9. & 10. & testi-*

*monia tam Philosophorum quam aliorum Virorum Prudentum, ibidem copiosè allegata. At necessitatem, ut ejusmodi pacata media suscipiant, non agnosco cum eodem Molina *num. II.* quia quælibet pars, cum in suo ordine sit Suprema, in proprietate causa jūdicare, &, quia jus suum liquidum credit, id sibi adjudicare potest.*

## S E C T I O IV.

### De Effectibus Belli inter Hostes.

#### S U M M A R I A.

227. Ex effectibus Belli respectu hostiam primus est *jus occidendi.* 228. & seqq. Cuius iustitia ostenditur. 230. & seqq. Hostes quinam sint, declaratur. 231. Hostium ramen numerò quoad facultatem occidendi non veniente infantes. 233. Fama. 234. Nisi & ipsa pugnant. 235. Persona Ecclesiastica. 236. Agricola. 237. Mercatores. 238. Abhorrenses ab armis. 239. Qui jam capiti sunt. 240. Aut vitam salvam fore pati. 241. Dederentes se victori. 242. Qui pugnant, Bellum esse justum, si parca jam sic victoria. 243. & seqq. Omnes innocentes. 245. & seqq. Declaratur Grosius, quod sensu recentiaras personas iure Belli occidi posse docuerit. 248. Rejicitur in hoc passu *jus talionis.* 249. Ut & incusso terroris. 250. Ac pertinacia in refrendo. 251. & seqq. Hostem interficere non licet, immisso persecutore, qui ei sit obligans. 254. Lices autem per talens, qui nullò modò est obligatus. 255. & seqq. Esto, si deprehendatur, graviter luat. 257. & seqq. Iure Gentium non est permittum, hostem venenò interficere. 259. Aut arma venenata usurpare. 260. Aut fontes venenò inficere. 261. Alter effactus Belli est jus in res & bona hostilia. 262. & seqq. Quando injuria hostium ramen est materialis, nihil occupare licet, nisi quod suum est, sibique debetur. 263. Alind est, si injuria sit formalis. 264. Hec plerumque subest. 265. Ac inter moras Belli accrescit. 266. Lices dirnere arces & turbes, quantum exigit necessitas bellica. 267. & seqq. Sine necessitate non licet. 269. Res, qua hostium non sunt, capi nequeunt. 270. Possunt autem capires, ad subditos, etiam innocentes, spectantes. 271. Esi differentia sit inter res nocentium & innocentium. 272. Iure Gentium amplior est licentia circa res hostiles. 273. & seqq. Indicatur, quandonam res immobiles & mobiles Iure Gentium consenserunt occupatione bellicâ acquisita. 276. & seqq. Ius Gentium plura in foro externo quam interno concedit. 278. Ius Naturale loco pugnoris admisit plura occupare, quam debeantur. 279. Res mobiles indistinctè videntur fieri capientium. 280. & seqq. Plurimi concedunt, etiam qua Belli iustè capiantur, transire in dominium capien-

- ti. 283. Adversum dogma plurimis argumentis & instanciis invadetur. 284. & seqq. Respondens quadam Adversariorum interclusio. 291. Ad paritatem concordiam respondetur. 292. Concludunt pro hac posteriori sententia. 293. & seqq. Textus Iuris Romani explicantur. 295. & seqq. Objectio, ex communione rerum desumpta, refutatur. 298. & seqq. Tenuis prasumpta donationis conservatur. 301. Illis, cuius autoritate Bellum geritur, omnia acquirentur. 302. Debetur ramen etiam aliis, quorum interest, propicere. 303. & seqq. Et interdum in milites aliquid distribuere. 306. Distinctio inter res mobiles & immobiles quoad acquisitionem adscribitur Iuri Romano. 307. De Iure Naturae non attenditur. 308. & seqq. Aliiceat, integrum Civitatem in pradam dare militibus? 310. & seqq. An liceat, capere & diripere res sacras? Curatione dubitandi. 312. & seqq. Diversimode probatur, id per se loquendò non licere. 315. & seqq. Res sacra non subjacent Postulati Saculari. 317. Afferitur in eam resonabilis Historia ex Didaco Saredra. 318. Persona Ecclesiastica, Belli se immiscentes, rebus suis temporalibus spoliari possunt. 319. Res autem Ecclesiarum solomonmodo ad interim occupari. 320. Ipsa Ecclesia interdum indirectè possunt oppugnari. 321. Et adhuc magis, quando incaecillantur. 322. Tertius Belli effactus est jus in captivos, cum dominio ex parte capientis; & serviente ex parte captivi. 323. Et suò modò cum iure in vitam. 324. Ratio introducta servitatis. 325. An immediatè proveniat ex capena? 226. & seqq. In Bello iusto captivo fugere non est concessa. 328. Secus est in Bello iusto. 329. Sicne & in Bello dubio. 330. & seqq. Explanatur textus in cap. si Episcopus de supplenda neglig. Prelat. in 6. 332. & seqq. Servitus inter Bellatores Christianos sublata est. 334. Non item, si Christiani militent cum Turcis. 335. Christianis, in captivitatem Turcicam redactis, non est prohibitum fugere. 336. & seqq. Belli effactus est etiam Imperium in vires. 338. & seqq. Quod ramen apud Christianos non poterit esse hereditate. 340. & seqq. De Iure Naturae Imperium

peritum Civile vitiis plerunque remanet. 342.  
¶ seqq. An Rex captivus statim amittat Imperium? 344. Ab possit occidi à capiente? 345.  
¶ seqq. An vultor circa Religionem possit aliquid immutare? 348. Postliminium est recompensatio prioris statu. 349. Aliud dicitur à revertendo, quando captivi revertuntur ad suos. 350.  
¶ seqq. Cui post pacem, in quonib[us] de captiuis convenit, locus non est. 353. Aliud dicitur à recipiendo. 354. Qua circa illud obrimenta singularis, obtinens etiam de universo. 355. Pto-

ya de postliminio remissivo. 356. Moderni capitvi in Bello liberantur à captivitate vel permutatione, vel soluzione lycii. 357. & seqq. Ejus quantitas non est definita. 359. Non tam nimirum intendi debet. 360. Variare potest pro varietate personarum. 361. Perdendum est ex sa Summis Imperantibus. 362. Ab omnibus personis ubique capis. 363. Exceptis Ecclesiasticis. 364. Dimissi sub conditione non sumendi arma nequeunt ad eam convolare.

## §. I.

## De Jure occidendi Hostes.

**E**ffectus Belli, si justum fuerit, alii sunt respectu hostium; alii respectu subditorum. Respectu hostium primus est jus occidendi, omnesque ex adverso sive in conflitu, sive in oppugnatione, sive in defensione dimicantes, aut impeditentes, quod minus, qui Bellum gerunt, suum finem ac condignam satisfactionem obtineant, vitam spoliandi. Molina de J. & J. d. to. I. tr. 2. disp. 122. num. 2. Clariss. P. Babenstuber d. tr. 5. 223 disput. art. 4. n. 13. & 20. Cùm enim concessò fine censeantur etiam concessa media, finè quibus finem assequi non licet; plerunque verò finem Belli seu condignam satisfactionem assequi non licet, absque eo, quod hostes, satisfactionem negantes, ac justæ violentiæ injustè resistentes, interimere concessum sit, consequens est, jus occidendi hostes in Bello justo inustum 229 non esse. Idque pro sua eruditio- ne variis testimoniis confirmat Grotius lib. 3. cap. 4. §. 5. num. 1. tum ex Græcorum proverbio in tragœdia Euripidis: *purus profecto est, quisquis hostem occiderit*; tum ex Cicerone pro Dejotaro: *tibi verò inimicus cur esset, à quo cùm vel interfici Belli lege potuisset, Regem se & filios suos constitutos esse meminisset?* tum ex eodem pro M. Marcello: *nam cùm ipsius victorie conditione jure omnes occidissimus, clementia tuae judicio conservatis sumus*; tum ex Josepho de Bello Judæo: *pulchrum in Bello occumbere, sed Belli jure, id est, vitam adimente viatore.*

230 Hostium verò nomine non tantum comprehenduntur illi, qui actu sunt in armis, aut qui Principis, Bellum

moventis, sunt subditi, verū omnes, qui intra fines hostiles versantur, aut moralem cum hoste connexionem habent. Grotius d. l. §. 6. ex ipso belandi formula apud Livium passim hoc ostendens, ibi: *hostis fit ille, quique intra praefidia ejus sunt*: quandoquidem & isti hostem juvare, ac Belligeranti damnum inferre possunt. Licet inter 231 eos, qui subditi sunt hosti, & inter alios in eo sit discrimen, quod illi, ubicunque deprehendantur, sive in solo proprio, sive in solo Belligerantis, sive in solo nullius (non tamen in solo pactato alicujus tertii) interfici valeant, ut pote quibus Bellum unà cum Summo Imperante indictum esse censemur; isti econtrà non aliter ferro subjaceant, ac si inter hostes commoretur. Grotius d. §. 6. & §. 8.

Eximuntur tamen ab hostili perse- 232 cutione, qui quidem subditi, sed imbelles, imbecilles, ac inermes sunt, puta I. infantes, quos zetas, judicii incapax, excusat, tam ex præcepto Legis Veteris Deuteron. 20. vers. 14. ibi: *percuties omnē, quod generis masculini est, in ore gladii, absque mulieribus & infantibus*; quam ex usu & more Gentium mansuetiorum: *arma enim habemus* (verba sunt Camilli apud Livium dec. I. lib. 5. cap. 15.) *non adversus eam ætatem, cui etiam, captis urbibus, parcitur, sed adversus armatos*; & alibi ait Livius: *à qua ætate etiam hostes irati abstinerent*. Grotius lib. 3. cap. 11. §. 9. num. 1. & 2. Molina cit. tr. 2. disp. 119. num. 2. & 4. ubi rectè advertit, infantes infidelium non posse occidi ex metu, ne crescente ætate sectentur vestigia parentum: quia

quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. II. foeminæ, quas se-  
xus ruditis insciusque ferri ferro subtrahit; velut patet ex citato textu Sacro; & insinuat tum Alexander Magnus apud Curtium lib. 5. cap. 11. cum captivis & foeminis gerere Bellum non soleo: armatus sit oportet, quem oderim; tum Darius Rex d. lib. cap. 10. finge, inquiens, justum intulisse te Bellum; cum foeminis ergo agere debueras? Et alias apud Tacitum profitetur, neque adversus foeminas, sed palam adversus armatos Bellum se tractare.

234 Grotius d. l. num. 3. Exceptiones multas videre est apud Beermannum in not. ad Grotium d. l. quarum una est, si foeminæ tumultui bellico causam dederint; altera, si, contra sexus verecundiam, aut virili loricâ vestiantur, aut inter pugnantes deprehendantur. III. Personæ Ecclesiasticæ & Religiosæ, quibus, cùm arma tractare nequeant, armorum violentiâ parcendum, prout ab omnibus ferè Gentibus observatum esse, deducitur ex 1. Reg. cap. 10. vers. 5. & 10. nec non cap. 19. vers. 18. & seqq. Plutarcho, & Strabone apud cit. Grot. §. 10. num. 1. & 2. cap. 2. de Treuga & Pace. ubi Ca-

235 nonistæ. IV. agricolæ, quos, teste Diodoro Siculô apud cit. Grot. §. 11. etiam Indi relinquebant intactos, tanquam in commune utiles; idipsum facientibûs Corinthiis, Megarensibûs, Cyrrô Rege, ac Belisariô, quorum ultimus agricolis ita parcebat, ac tantam pro illis curam gerebat, ut eo Duce nulli un-

236 quam eorum vis illata fuerit. V. mercatores d. cap. 2. de Treuga & Pace, per quos Grotius d. l. §. 12. non tantum intelligit illos, qui temporariam in hostico moram agitant, sed etiam subditos perpetuos, quorum vita pariter ab armis est aliena; sicut & opificum atque artificum ea est conditio, ut pacem

237 ament, non Bellum. VI. universaliter omnes, quorum vitæ genus abhorret ab armis, dum juxta Livii effatum jure Belli in armatos repugnantesque cædes; & alias ex Jure Naturali & Divino edoceantur, fontes tantummodo puniendos,

238 239 insontibus parcendum esse. VII. capti: utpote cùm pudor & æqui respectus vetet, ne capto vitam adimamus, ut ait Pirhus apud Senecam. Sicut enim

P. SCHMID JURISPR. PUB. UNIVERS.

bellanti & resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia jam debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timeretur. D. Augustin. Epist. 1. ad Bonifac. Unde Eliseus Propheta Regem Samariæ affatur: neque enim eos cœpisti gladio tuo & arcu tuo, ut percutias.

2. Reg. 6. v. 22. VIII. vitam salvam 240

pacientes, ac offerentes, se arma positos, si fides detur, vitam & libertatem salvam fore, sive in prælio, sive in obsidione fiat. Molina d. l. disp. 122. num. 7. Grotius §. 14. num. 1. ubi inter alia dictum Sopatris affert: moris est, in Bellis servare supplices. IX. deden-

tes se victori, nullâ quoque conditio-  
ne de vitæ securitate adjectâ: nam truci-  
cidare deditos, sævum pronuntiavit Ta-  
citus Annal. 12. 17. 2. idque contra jus  
Belli, contra jus ac fas pugnare, censuit  
Livius apud Grotium §. 15. Textor in  
Synopsi cap. 18. num. 18. X. qui ve-

241 rosimiliter adducuntur ad Bellum ex opinione probabili, quod recte & ju-  
stè geratur, vel quod ignorantia in-  
culpabili laborent; vel quod ex obe-  
dientia Principis sui arma corripere sint  
coacti: hos enim, victoriâ jam acquisi-  
tâ, interficere, nefas dicit Molina d. l.  
n. 5. quia nulla præcessit culpa, mortis  
suppicio proportionata. XI. omnes 243  
innocentes, quorum vita Divino Nu-  
mini reservata, nec unquam, ut dire-  
ctè adimatur, Republicæ humanæ po-  
testas fuit concessa; et si indirectè pos-  
sit adimi, quando videlicet finis Belli  
non potest aliter obtineri, v. g. in ob-  
sidione urbis, in qua concessum est,  
globos injicere, aut ignem subjicere,  
non obstante, quod permulti inno-  
centes ibidem versentur, & occiduntur.  
Molina d. l. disp. 119. num. 7. qui tamen  
in cit. disp. 22. num. 3. aliud concludit de 244  
nocentibus, qui prudentis arbitrio cri-  
men morte dignum admiserunt: hos  
namque, partâ jam victoriâ, rebûsque  
in tuto constitutis, interfici posse, vi-  
detur exinde deduci, quod victor ha-  
beat partes Judicis, possitque malefa-  
ctores commeritò suppliciò afficeré.

Non me latet, Grotium in cit. lib. 3. 245  
cap. 4. §. 9. & seqq. vix non alia docui-  
se, quod scilicet personæ, hucusque  
enumeratæ, jure Belli possint occidi;  
multis eam in rem sententiis & exem-

X x x

plis

**246** plis in medium allatis. Verumtamen Grotius per jus Belli non intelligit præceptivum aut permissivum in eo sensu, quod ejusmodi occisio licita, sed tantum quod tolerata vel impunis à Gentibus fuerit agnita: forte quia noluerunt hostili furori metas pone-re, quas in tanta nocendi proclivitate observare difficultimum foret, ne Bellum ex Bello nasceretur. Guilielm. van der Muelen ad Grot. d. cap. 4. §. 9.

**247** Et cap. II. §. 9. De cætero qui in infantes, foeminas, inermes, captos &c. usque ad internacionem exarserunt, apud Gentes moderationes pessimè semper audierunt, ac infame sibi crudelitatis, fævitiae, ac immanitatis nomen pepererunt. Ziegler ad Grot. d. lib. 3. cap. 4. §. 9. Et seq. Buddeus Philosoph. pract. p. 3. cap. 8. §. 4.

**248** Sunt alii, qui personas enumeratas tunc saltem acerbius tractari concedunt, si talio exigatur; si terrore sit opus; si pertinacius restitutum sit. Tex-tor in Synopsi Jur. Gent. cap. 17. num. 23. Verum hos solidè refutat Grotius d. lib. 3. cap. 11. §. 16. Nam talionis jus haud admittit Natura in illos, qui non deliquerunt; & quamvis videantur esse pars communitatis delinquentis, attamen quoad poenam mortis, cuius innocentes succedanei non fiunt, in singulos ob aliorum noxam animadvertisse posse, jam supra in lib. 3. cap. 3.

**249** à num. 23. negavimus. Utilitas quoque, ex hostium terrore in futurum sperata, tanta non est, ut facultatem occidendi concedere valeat: dantur siquidem alii & plures modi, audaciam ac temeritatem hostilem castigandi; & hoc ipso cædes hominum, cum ad finem Belli tunc necessaria non esse re-

**250** putetur, prohibita est. Similiter pertinacia in resistendo non tam supplicium quam præmium ob virtutem, etiam in hoste laudandam, promeretur: ut hinc Alexander Macedo, cum in oppido quodam puberes omnes, quod acrius se defenderint, interfici jussisset, visus sit Indis bellare latronum more; eamque famam reveritus Rex victoriâ clementius uti coepit. Grotius d. l. §. 16. num. 4. notans in n. 5. multò minus cædem fieri justam ex dolore propter acceptam cladem,

sicut Achillem, Æneam, Alexandrum amicis suis sanguine captorum aut se dedentium parentâsse legimus.

An hostem præterea liceat interfice-  
re immisso percusso? Trita, & fortè ab omnibus æqualiter definita est quaestio. Refert nimirum, an, qui immittitur, fidem suam obligaverit hosti tacite vel expressè, cujusmodi est subditus, vasallus, miles juratus, receptus in tutelam &c. an verò nullâ obstringatur fide. Priore casu nefas est, immittere percussorem, non minùs quam agere percussorem: sicut enim **251** Jus Naturæ & Gentium vetat, ne, qui peculiari nexu fidem alteri debet, eam in perfidiam convertat; ita, qui perfidorum utuntur operâ, atque, ut fidem fallant, sollicitant, in Gentium & Naturæ Jus peccant; quemadmodum **252** Alexander Dario emphaticè exprobavit apud Curtium lib. 4. cap. 1. impia Bella suscipitis; Et, cum habeatis arma, licitamini hostium capita. Et mox: qui ne Belli quidem jura in me servaveris. Et iterum cap. 11. ad internacionem mibi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussores veneficius. Clariss. D. Stapff de Majest. cit. cap. 5. §. 33. Et **253** 34. Posteriori casu nihil occurrit, quod percussorem aut percussionem remoretur: quia, si justa sit Belli causa, non interest, ubinam locorum & cuius ministeri, militis aut alterius, ad hoc conducti, manu interimatur hostis; satisque percussorem excusat illa Mutii Scævolæ, purpuratum Regis Porsenæ pro Rege per errorem obtruncantis, sententia: hostis hostem occidere volui: Livius dec. 1. lib. 2. cap. 7. Et tametsi, **254** qui tale quid machinati & deprehensi fuerunt, graviter suos conatus luant; id tamen non propter facinoris enormitatem, sed propter jus Belli; quod hostis, cui percussores immittitur, in alterum hostem exercere potest, eveneri solet; non secus atque cum exploratoribus usuvenit, qui quidem explorandò non delinquunt, sciunt tamen, aut scire debent: quia mos est, exploratores interficere. Grotius libr. 3. cap. 4. §. 18. num. 3. Et ideo apud cit. **255** Livium de Porsena commemoratur, quod, ubi Mutius Scævola in ignem sibi paratum ultrò manum injecerat,

ille

ille à sede sua prosiliens, juvenem ab altaribus amoveri jussit: *tu verò abi, inquiens, in te magis quam in me hostilia ausus.* *Juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* *Nunc jure Belli liberum te, intactum inviolatumque binc dimitto.*

257 Porrò quædam de Jore Naturæ circa hostium interfectionem licent, quæ Jure Gentium vetantur. Nam Jus Naturæ nihil statuit, quoniam instrumentum sit occidens hostis, nec inter ferrum aut venenum distinguit: Jure Gentium verò prohibitum est, hostem

258 venenō necare. Cujus rationem Grotius d. l. §. 15. num. 1. dupl. assignat: partim quia communem utilitatem tangere videbatur, ne pericula Bellorum, aliunde copiosa, nimium intenderentur: partim quia Regum & aliorum, quorum auctoritate Bellum geritur, peculiariter interesse censemur, ne eorum vita, quæ longè pluris quam privatorum salus habenda, majus ex veneno, quod

occultum & fortissimo cuique est inevitabile, quam ex armis, quibus obviare possumus, discrimen subeat. Pariter Jure Naturæ permisum est, 259 arma venenata aut non-venenata sumere; cum tamen Jure Gentium, non quidem omnium, sed Europæarum, & si quæ ad Europæ melioris cultum accedunt, ut ait Grotius d. l. §. 16. num. 1. ex eadem ratione, ne pericula in Bellis multiplicentur, arma venenō inficere fuerit interdictum, juxta illud Salisberiensis dictum: *nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquando usurpatum, ullo unquam Jure indultam lego licentiam.* Idem est judicium de fontibus, quos 260 venenō aspergere, auctoritas Gentium ex eadem ratione prohibuit; manente tamen licentiâ, fontes sine veneno ita corrumpendi aut conspurcandi, ut aqua exinde nequeat hauriri: non enim aliter id factum consideratur, quam si fons exarisset, aut vena fuisset intercepta. Grotius §. 17.

## S. II.

### De Jure circa Res, & Bona Hostium.

261 **A**pter effectus Belli respectu hostium est jus in res & bona hostilia: eodem enim & majori jure res, & bona hostibus eripi possunt, quoniam vita: vita siquidem est longè superioris & nobilioris ordinis, quam bona fortunæ; consequenter, si illa in Bello potest auferri, & ista possunt. Quò spectat illud Ciceronis lib. 3. Officior. *neque est contra Naturam, spoliare eum, si possis, quem honestum est, necare.* Est tamen iterum secernendum hic Naturale Jus à Jure Gentium. Naturale Jus aliter disponit, quando ab hoste tantum admissa est injuria materialis, resque nostræ, propter quas pugnatur, ab ipso bona fide possidentur; aliter, quando injuria est formalis, cum mala fide, culpa, & peccato conjuncta. Nam in prima hypothesi plus Bellò non licet occupare, sibique tribuere, ac quod suum est, sibique debetur; adeò ut ne quidem impensis bellicæ, in quacunque quantitate ero-

gatæ, exigi vel compensari possint. Molina tr. 2. disp. 102. n. 6. & disp. 117. num. 2. Ratio est: quia, si duo contendant in judicio circa rem aliquam, is, qui causâ cadit, solum obligatur ad rem restituendam, non item ad expensas refundendas, si fuerit in bona fide: igitur &c, si duo Bellò configant circa rem quandam, non possunt à possessore ultra rem etiam expensæ exigi, si bona fide possederit. In altera hypothesi, præter rem debitam, exigi quoque possunt expensæ bellicæ; satisfactio congrua peti pro injuria imponi tributa; urgeri resarcitio damnorum, post solennem inductionem ab hoste illatorum; prætendi cautio in futurum &c. Ratio est: quia etiam in judicio privato temerarius litigator ad tales præstationes justè condemnari potest. Molina cit. l. Grotius lib. 3. cap. 1. §. 3. Textor in Synopsi Jur. Gent. cap. 18. num. 6. & seqq. Observat tamen ci- 269 tatus Molina disp. 102. num. 6: quod si,

Xxx 2 ante-

antequam Bellum inferatur, ea serventur, quæ ipse *disp. seq.* adstruit, id est, adversarius noster de jure nobis competente instruatur, raro eveniat, quin culpa saltem & mala fides præsumpta ex parte adversarii concurrat; proindeque Belli impensas & cætera exigē-

<sup>266</sup> re liceat. Hæcque satisfactio & præstatio eò plus accrescit, quò diutius Bellum perseverat, hostibus continuò repugnantibús, ac damna cum injuriis cumulare attentantibús; sic ut, qui non potuisset ab initio Belli totam Provinciam aut totum Regnum expetere, invalescente postmodùm & perseverante contumaciâ, subinde cum integritate aut auctario valeat postulari. Molina *d. disp. 117. sub num. 3.*

<sup>267</sup> Præterea in Bello justo licitum est, diruere arces & urbes hostium, erigere propugnacula in eorum terris, capere ab ipsis arma & naves, quantum satis est ad jus & finem suum cum effectu consequendum, juxta regulam, in *num. 228.* jam delibatam, quòd concessò fine censeantur etiam concessa <sup>268</sup> media. Molina *d. disp. 117. n. 1.* Ultra verò, quàm necessitas vel utilitas exposcat, res devastare aut corrumpere haud licet: stultum enim (ait Buddeus *Philosoph. Pract. p. 3. cap. 8. §. 10.*) non minus ac impium est, nullò suò bonô nocere alteri.

<sup>269</sup> Et hinc, velut aptè disserit Vitriar. ad Grot. *libr. 3. cap. 5. q. 9.* post plenam victoriam horificum, nefarium, & omnium odiò dicitur imbutum Bellum, quod parvibus, tectis, columnis, postibus fit. Hinc si magna spes sit celeris victoriæ, cuius præmium & ager & fructus sint futuri, his parcendum: nam res hostiles non jam diripies, utpote quæ ad hostem non pertinent, sed tuas. Hinc, si hostes aliunde, quò se sustentent, habeant, puta mare, aut fines alii pateant, agricultura etiam in ipso conflictu tuta maneat, & tributum potius exigatur.

<sup>270</sup> Ut tamen capture vel direptio rerum hostilium jure fiat, eæ ad hostes, vel, qui cum hostibus moralem connexionem habent, pertineant, necessum est: nam quæ res apud hostes quidem sunt, puta in oppidis eorum,

aut intra præsidia, sed quorum domini non sint subditi, nec hostilis animi, eæ Bellò acquire vel devastari non possunt, Grotius *d. lib. 3. cap. 6. §. 5.* deficit enim titulus Belli, qui ad res hostiles coartari, nec largius ad res amicorum protendi debet. Num <sup>271</sup> autem res illæ spectent ad nocentes vel innocentes, nihil interest, dummodò iis hostes adversus nos uti, vel adjuvari possint ad Bellum, contra nos sustinendum. Rationem dat Molina *disp. 121. num. 1.* quia, si fas sit, per accidens interficere innocentes, quando id postulat necessitas ac utilitas bellica; longè majori cum ratione fas erit, innocentibus ea bona adimere vel devastare, quæ necessaria sunt ad victoriam comparandam, aut vires hostibus succidendas. In eo tamen <sup>272</sup> non parva est discrepantia inter res nocentum & innocentum, quòd istæ, secus ac illæ, non aliò quàm fidejussoriò seu verius pignoratiō nomine pro debito ejus, contra quem Bellum movetur, sint obligatæ; nec apprehendivaleant, quàmdiu spes superest, à debitore principali satisfactionem esse præstandam; quin &, humanitate sicut suadente, suis possessoribus relinqui debeat, quibus hostes facilius quàm ipsi carebunt, præsertim ubi apparet, id, quod eò modò amiserunt, à Civitate sua non recuperaturos. Grot. *lib. 3. cap. 13. §. 4. num. 2. §. 3.*

Et hæc, quæ diximus, ita se habent <sup>273</sup> de Jure Naturali. Jure Gentium Bellicam licentiam effusorem, atque sine fine & modò protensam esse, ut, qui Bellum gerit, dominus fiat omnium eorum, quæ hosti eripit, adstruit Grotius *d. lib. 3. cap. 6. §. 2. num. 1.* ac diversa diversorum testimonia affert, inter quæ est illud Aristotelis in *Polit. Lex velut pactum quoddam commune est, quod Bellò capta capientium sunt;* & illud JCti Caji ex *I. 5. §. ult. ff. de Acquir. rer. dom. quæ ex hostibus capiuntur, Jure Gentium statim capientium sunt.* Utque Gro-<sup>274</sup> tius ostendat, quò pacto rem Jure Gentium cepisse quis intelligatur, distinguat in *§. 3. num. 1.* inter res immobiles & mobiles. Immobiles tunc demum in nostrum dominium transisse censemur, quando ita detineantur, ut

ut hostis recuperandi spem probabili-  
ter amiserit, aut res ejus persecuicio-  
nem effugerit, ut in simili loquitur  
Pomponius in *l. 44. ff. de Acquir. rer.*

*dom.* Mobiles tunc dicuntur nostræ,  
quando intra fines, id est, præsidia ho-  
stium perdueræ, aut in mari v. g. na-  
ves & aliæ res captæ in navalia aut por-  
tus, aut ad eum locum, ubi tota claf-  
sis se tenet, translatæ fuerint: tunc  
enim, cùm potestate dominorum  
suorum exesserint, eorum recupe-  
ratio desperata & conclamata reputa-  
tur. *Portugal de Donation. Reg. lib. 2.*

*276 cap. 26. num. 55.* Recentiori autem  
Gentium Jure inter Europæos Popu-  
los introductum testatur Grotius *d.*  
*§. 3. num. 2.* res ejusmodi captas fieri  
cipientium, ubi per horas viginti qua-  
tuor in potestate hostium fuerint.  
Sed Ziegler ad *cit. Grot.* advertit, ita  
quidem apud Batavos obtinuisse, cùm  
Grotius hos tractatus scriberet; po-  
stea verò Ordinum Confœderatarum  
Provinciarum publico edicto anno  
1632. ei, qui navem ab hostibus oc-  
cupatam recuperat, ejusdem navis &  
bonorum, quæ in ea sunt, bessem in-  
distinctè addictam esse, nullò habitô  
respectu temporis, quô navis in ho-  
stium potestate fuerit, dum tamen in-  
tra præsidia hostium perducta non fuit.

*277* Verum largior hæc potestas cir-  
ca res hostiles, Jure Gentium inve-  
cta, tantummodo locum obtinet in  
foro, ut ajunt, externo, quô res qua-  
lescunque, in Bello captæ, nequeunt  
à suis possessoribus repeti; non autem  
in foro interno, quô res, ultra debi-  
tam compensationem aut satisfactio-  
nem captæ, in conscientia restitui de-  
bent suis possessoribus: nec enim Gen-  
tes ulibi claris conjecturis demonstra-  
runt, velle se victoribus in Bello justo  
resonnes captas relinquere pro foro  
interno, ac v. g. propter pecora aba-  
cta, aut domos aliquot incensas, to-  
tum Regnum aut Provinciam, securè  
deinceps possidendam, concedere:

*278* Satis scilicet esse crediderunt, si qui-  
dem in foro externo negarent actionem  
aut jus repetendi, quæ in justo  
Bello sunt ablata, cuiuslibet tamen  
conscientiae tribuerent, quid & quan-  
tum pro debita compensatione aut

P. SCAMMUS JURISPR. PUL. UNIVERS.

satisfactione injuriæ, de cuius mensu-  
ra nullus alias quam Belligerans judi-  
candi potestatem habet, retinere li-  
ceat. Victoria *de Jure Belli num. 50. §. 4.*  
Et seqq. Sylvester in verbo *Bellum l. q. 11.*  
*concl. 5.* Molina *d. disp. 117. n. 3.* Grot.  
*lib. 3. cap. 13. §. 1. n. 1.* Vitriar. *ibid. q. 17.*

Sanè, si quis existimaverit, pro <sup>279</sup>  
sui suorumque securitate occupatio-  
nem v. g. plurium castellorum aut  
urbium, in terra hostili sitarum, esse  
necessariam, quam ratio juris reique  
competentis flagitet, aut debiti quan-  
titas, non prohibetur res illas occupa-  
re, & interim, donec periculum du-  
rat, retinere, cum obligatione tamen,  
ut, cessante periculô, vel in natura vel  
in pretio restituantur. Authores citati.  
Imò quoad res mobiles absolutè tradit<sup>280</sup>  
Molina *cit. disp. num. 4.* cas Jure Gen-  
tium fieri cipientium, etiamsi exce-  
dant compensationem damnorum;  
credens haud dubiè, etiam in foro  
conscientiæ hujusmodi res à cipienti-  
bus retineri posse. Cujus ratio dari  
potest, quod, si privati cipient res  
mobiles, illi nullum alioquin domi-  
nium acquirere possent, utpote qui  
damnum, occasione vel causâ Belli  
datum, ferre non tenentur. Et ideo  
D. Ambrosius de præda, quam acce-  
pit Abraham *Gen. 14. agens*, ait, *præ-  
dam victoris esse atque cipientis.*

Illud fortassis alicui durum videri<sup>281</sup>  
potest, quod idem Grotius *d. l. cap. 6.*  
*§. 2. num. 1.* Vitriar. *ibid. q. 1.* Vasquius  
*Illustr. controvers. lib. 1. cap. 9. num. 14.*  
Et seqq. & *cap. 10. num. 2.* Portugal *d.*  
*lib. 2. cap. 26. num. 54.* Et seqq. tenent,  
videlicet in Bello solenni, licet injusto,  
Jure Gentium quem sine fine & modo  
fieri dominum eorum, quæ hosti eri-  
pit, eò sensu, ut à Gentibus omnibus  
& ipse, &c., qui ab eo titulum habent,  
in possessione talium rerum tuendi  
sint: tum quia generaliter & indistin-<sup>282</sup>  
ctè, quæ capiuntur ab hostibus, ca-  
pientium fieri dicuntur in *l. 5. §. ult. ff.*  
*de Acquir. rer. dom.* credideruntque Ro-  
mani, suos milites, ab hostibus captos,  
eorum servos fieri, etiam in Bello in-  
justo, quod nempe alii contra Roma-  
nos gererunt: tum quia dominium<sup>283</sup>  
capit ex possessione naturali *l. 1. §. 1.*  
*ff. de Acquir. vel amitt. possess. ejusque*  
Y y y  
con-

consecutionem non impedit modus acquirendi violentus & injustus: nam & similiter vim passus perdit jus possessionis suæ, idque jus transfertur in eum, qui vim intulerat. *clam possidere* 6.

*284 §. qui ad mundinas i. ff. d. t.* Hoc, inquam, alicui durum videri potest. *Enimvero*, præterquam quod ipse Vasquius cit. *i.* sententiam contrariam, quæ Bello injusto tam favorablem prærogativam abnuit, vocet communissimam, eamque ipsò teste teneant Fortunius, Paul. Castrensis, Jason, Alphonsus Guerrer. Dominicus Sotus lib. 4. de J. Et J. q. 2. art. 2. si Belli spectemus originem, illud ex Jure Naturali & Gentium natales trahit, quod nemini bellare licet, nisi ad sit justa causa ex supra deductis à num. 92. Ergo, ubi nulla suffragatur causa, Bellum neque à Naturali neque à Gentium Jure approbatur; sive titulum aut jus non præbet, quidpiam ex rebus hominum capiendi. Hinc ipsem Grotius lib. 2. cap. 22. §. 3. advertit, de illis, qui causas Belli justificas non curant, dici posse, quod à Romanis JCtis est proditum, *prædonem esse eum, qui rogatus de possidendi causa nullam aliam adserit, nisi quod possideat.* Prædonem autem non fieri dominum, si quas res alteri violenter auferat, ex ipsis Romanorum Jurisprudentiae fontibus liquevit.

*285 Idem quoque in lib. 3. cap. 10. §. 3. fatetur*, si Belli causa injusta sit, etiamsi Bellum solenni modō suscepsum sit, injustos esse internâ justitiâ (hoc est, in conscientia & coram DEO) omnes actus, qui inde nascuntur, ita ut, qui scienter tales actus operantur, aut ad eos cooperantur, habendi sint in eorum numero, qui ad Regnum Cœlestis sine poenitentia pervenire non pos-

*287 sunt; veram autem poenitentiam esse, subdit, ut is, qui damnum dedit, sive interficiendô, sive res corrumpendô, sive prædas agendô, id ipsum resarciat. Et ideo DEUS negat, grata sibi esse jejunia eorum, qui non-jure captos detinebant. Isaiae cap. 58. v. 5. 6. Et 7. Quod si ergo in foro conscientiae restitui debeant res, injusto Bello ablatæ, quid juris manebit in foro externo?*

*288 Et, si dicas, sat juris esse, quod &c, qui Bellum injustè gerit, &c, qui causam ab*

eo habent, ab omnibus Gentibus in possessione sint defendendi: cum &, si quid justo Bello ultra debitam satisfactionem acquisitum fuerit, Jure Gentium ita retineri possit, & defendi mereatur ex n. 273. Repono ego, possessionem prædonibus juxta Grotium nihil juris conferre, ut in defensione manuteneantur. Addo, possessionem, cum qua est conexa obligatio justitiae restituendi rem possessam, non mereri defensionem, sed subiacere impugnationi, non secus ac, quæ metu injusto sunt extorta, remanent etiam apud privatos repetitioni obnoxia: consequenter à Gentibus possessorem iniquum nullatenus defendi, sed potius impugnari, eosque, quibus res injustæ sunt ablatæ, adjuvari posse, non tantum per foedera, sed etiam per ultroneas suppetias, ab amicis in subsidium amicorum injustè oppressorum submissas, secundum vera Grotii principia, supra in num. 201. Et seqq. adducta. Subjungo, eum, qui tecum merè Bellum excitat, meritò omnium sibi Gentium odia consiscere, ut, cum vanè non metuant, ne, quod tentavit contra unum Principem, contra plures exequi præsumat, nullatenus male parta & parata in Bello illicito defendant, sed modis omnibus execrentur, detestentur, aversentur. Ad partem, ex d. n. 273. desumptam, reddo disparitatem non levem: quia, quod Bello justo captum est, nititur legitimò titulò, optimâque Jurium omnium præsumptione, totum, quod in manu victoris est, ad condignam satisfactionem pertinere; licet ipsius conscientiae relinquatur, an plus quam deceret, sibi addixerit: quod autem Bellò injusto queritur, caret titulò, omniumque Jurium odium & Gentium indignationem, ut mox dixi, contra se concitat: unde non iste, sed ille defensionem meretur. Concludo denique, eum, qui rem in justo Bello captam ab alio penes habet, eam retinere non posse, sed reddere teneri: quia, cur alter eâ carere debeat, nulla causa subest, naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio. Sic Grotius lib. 3. cap. 10. §. 6. num. 1. ubi non

non alienam ab hac re historiam narrat ex Valerio Maximo lib. 6. cap. 5. cuius hæc verba sunt: *Populus Romanus, cùm P. Claudius Camerinos ductu atque auspiciis suis captos sub bastia vendidisset, et si erarium pecunia, fines agri auctos animadvertebat, tamen, quia parum liquidâ fide id gestum ab Imperatore videbatur, maximâ curâ conquitos redemit, & prædia restituit.* Molina tr. 2. disp. 118. num. 9. 10. 15. Covarruv. in Reg. peccatum p. 2. §. II. num. 7. & 8. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 5. sub num. 12. Repetantur disputata in lib. 2. cap. 2. à num. 75.

293 Nec tanti sunt, quæ contrario placiato stabiendo opponuntur. Nam J.Cti Romani, prout loquitur allegatus Grotius lib. 3. cap. 10. §. 2. num. 2. quod sæpe ius captivitatis vocant, alibi *injuriam* appellant, nempe in l. 19. in pr. ff. de Captiis & postlim. Apud Livium quoque Itali, retinentes ea, quæ Syracusanis Bello ademerant, pertinaces ad obtinendam *injuriam* appellantur dec. 3. lib. 19. cap. 1. Dion Prusæensis etiam, cùm dixisset, Bello captos, si ad suos rediissent, libertatem recipere, addit, ut qui 294 per *injuriam in servitute* fuissent. Ut inde non levis formetur conjectura, Romanos veram servitutem non agnoscisse in Bello alio, quam justo; sicut nec res captas ad se revera pertinere iudicabant, si Bellum injustum fuerit, uti Grot. probat ex cit. Livio dec. 1. lib. 9. cap. 1. ubi Samnites, quia Bellum injustum fuerat, ajunt: *res hostium in preda captas, que Belli jure nostræ videbantur, remissimus.* Notetur modus loquendi videbantur, quô significatur, impropriè quidem aut ad summum præsumptivè res Belli unjusto captas fieri capientium, re ipsâ vero manere in dominio antiquorum dominorum, quos suò jure per *injuriam* aut veram vim spoliare Jus siue Naturale neque Positivum admissit.

295 Ad illud, quod dicitur, dominium ex naturali possessione cœpisse, respondet, id verum esse tum pro statu primævo, ubi bona ante divisionem supponuntur fuisse communia; tum pro statu moderno, quô pridem à communione recessum est; sed cum discrimine, quod illò tempore etiam per vim bona vacantia, & nequidem ali-

cui hominum appropriata, occupari potuerint; cùm tamen nostrò tempore, quô bona jam ab alio occupata & quietè possessa sunt, possessio ad alium violento modô sine justo titulo transferri nequeat: non attentò textu 296 in objecta L. clam possidere 6. §. qui ad mundinas. si quis enim, velut ex LL. Romanis in mea Jurisprud. Canonico - Civil. lib. 3. tr. 2. cap. 6. num. 272. declaravi, fundo v. g. dejectus, aut ad fundum, quem possidebat, non amplius sit admissus, animum tamen possidendi retineat, amittit quidem possessionem naturalem, quæ talis appellatur à modo possidendi, id est, à physica & materiali insistentia vel detentione; retinet tamen possessionem civilem, à causa & modo sic dictam, hòc ipsò, quod rem animo & voluntate complectatur d. l. clam possidere 6. §. I. l. possideri 3. §. 7. l. si quis 17. in pr. ff. de Acquir. vel amitt. possess. Ideoque si rei, Bellò 297 injusto violenter creptæ, deinceps retinendæ possessor anterior animum non deponat, possessionem civilem non amittit; indeque, ut captor acquirat dominium, hujus cum altero pacificatio & transactio accedat, opus est: citra hanc enim priori dominio jus remanere intelligitur ad rem istam, quandocunque vires fuerint, hosti iterum extorquendam. Pufendorf lib. 8. cap. 6. §. 20. in fin.

Quodsi opinoris, Bellantes sibi in- 298 vicem donare res Bellò captas, sive justum fuerit, sive injustum: nullatenus assentior. Nam longè major & fortior est præsumptio, quod suum nem̄ jactare & prodigere censeatur, quam quod intelligatur donasse, velut Grotius ipsem̄ respondet d. libr. 3. cap. 10. §. 5. num. 1. tantòque minor est conjectura donationis, quanto minor est causa donandi in eo, qui beneficium à donatario nec accipit nec sperat, quin potius ad internectionem & devastationem usque exagitatur. Alioquin Romani, si præsumptam sibi 299 donationem justè potuissent imaginari, non toties restituissent, quod Bello injusto acquisierant, uti restituerunt libertatem & agros ac bona Phocensibus, Liguribus, Abderitis &c. de quibus Livius in variis locis Schiara lib. 8.

300 lib. 8. difficult. 25. num. 9. Quin etiam, si res ejusmodi donationis conjecturâ forent munitæ, non deberent suis dominis restitui, si contingat, eas hostibus capientibus iterum eripi, etiam durante Bellô. Atqui (ut scribit Pufendorf d. lib. 8. cap. 6. §. 25.) res, quândiu Bellum durat, si hostibus iterum sint ereptæ, sive per nos ipsos sive per nostros cives aut milites, eos ad antiquos dominos redire par est, non immobiles tantum, sed & mobiles, modo liquidè possint à nobis dignosci.

301 Cuinam porrò cedant res, hostibus ablatæ? Graviorem disputationem vocat Grotius d. lib. 3. cap. 6. §. 8. eamque in hoc & multis §§. sequentib. studiosè examinat. Ego cum Pufendorf d. cap. 6. §. 21. strictim & ita me expedio. Sicuti penes Majestatem est jus Belli, sub quo comprehenduntur jura alia, puta cives armanti, in expeditiōnem educendi, iisdem imperandi pecunias aut alia ad Bellum necessaria; ita huic primò acquiritur, quidquid in Bello capitur, per quosunque fiat apprehensio, sive illi sint mercenarii milites, sive cives, quibus militia pro Imperio etiam citra stipendum fuit

302 injuncta. Si tamen Bellum suscipiatur vel adasserenda privatorum debita, vel ob causam, quæ totam Rem publicam concernit, is, quem Majestas comitatur, ante omnia providebit, ut sibi, quod debetur, obtineant, 303 quorum gratiâ Bellum geritur. Quòd si aliquid supersit, rectè faciet, ubi in singulos cives aliquod emolumentum redundare curaverit: quia nempe Bellum singulis civibus onerosum est, sive tributum, sive militaris opera injungatur; ut æquum sit, compensationem fieri. Poterit autem hoc faciliter negotiò præstari, si vel stipendum de publico civibus, in expeditionem cunctibus, detur; vel præda inter eos dividatur; vel in publicum redigatur, quatenus onera & tributa civium imposterum

304 exinde levantur. Mercenariis autem præter stipendum nihil debetur, nisi ex liberalitate, aut ob præstitam insignem operam, aut incitandæ ipsorum fortitudini.

305 Distinctionem autem inter res mobiles & immobiles; uti & inter actus

militares publicos, & privatos, seu propriô & injusso ausu à militibus exercitos, à Grotio & aliis plerumque dari solitam, non abhorreo, si Jura Civilia Romanorum, à me breviter in Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 3. tr. 2. cap. 2. num. 96. & seqq. exposita, spectemus: at, spectatâ Belli naturâ, ex arbitrio 307 illius, cui Summum Imperium est concessum, pendet, definire, an & quanta sit licentia militibus, excurrendi in hosticum, deprædandi, capiendi; adeò ut, quidquid privato in re aut præda reportatâ suum facit, id omne ex indultu Summi Imperii promanet. Milites namque sunt instrumenta, &, quod agunt, agunt auctoritate Summi Imperantis, omnesque effectus in illum redundant. Buddeus Philosoph. Pract. part. 3. cap. 9. §. 5. Dissentit Textor in Synopsi Jur. Gent. cap. 18. num. 67. & seqq. captaque ab hoste fieri singulorum capientium, et si in actu publico id eveniat, docet.

Sic cuiquam, hæc legenti, scrupulus 308 oboriatur: an ergo liceat integrum v.g. civitatem militibus in prædam dare?

Responsum ex Victoria de Jure Belli. n. 52. Sylvestro in verbo Bellum 1. q. 10. concl. 3. dat Molina d. tract. 2. disp. 122. per accidens quidem accidere posse, ut hæc licentia sit peccaminosa, maximè quando civitas ad Christianos spectat, dum cædes, cruciatus innocentium, stupra, adulteria, templorum profanationes, & similia delicta ut plurimum à militibus deprædantibus committuntur; per se tamen licentiam hujusmodi injustam non esse: quia ex hucusque dictis notanter in num. 267. patet, in Bello justo facultatem competere, res hostiles occupandi & auferendi. Unde si videantur necessarium, vel ad Bellum expediendum, vel ad inflammados militum animos, vel ad deterrendos hostes, civitatem in prædam tradere, non erit hoc prohibitum; si modò Duces caveant, &c, quantum possunt, impedire studeant, ne paulò ante memorata flagitia perpetrentur. Quòd si postea, nec quicquam faciente prohibitione, aliqui excessus eveniant, non culpa Ducum, sed privatorum est.

Aliud.

310 Aliud, nec minoris considerationis, dubium est, utrum jus capiendi & diripiendi res hostiles se etiam extendat ad loca pia, tempora, altaria, nec non res sacras & bona Ecclesiastica?

Grotius lib. 3. cap. 5. §. 2. & cum eo plures intrepide affirmant, nisi auctoritate JCti Ethnici Pomponii in l. cùm loca aff. de Religios. dicentis: cùm loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt sacra esse. Nempe secundum eorum principia res sacrae non sunt humanis usibus penitus exemptae, sed sunt publicae, ac Summae Potestati subjectae, cujus est, ex re sacra profanam facere, aut illam profanis usibus deputare.

312 Verum verissimam censeo sententiam, res sacras & bona Ecclesiastica bellicè direptioni ac devastationi per se loquendò nullatenus subesse. Ratio est multifaria. In primis enim Bellum non geritur contra DEUM, sed contra homines; &c. ut dixit Polybius, cùm bominibus irascaris, ob id impie in Deos agere, summae stultitiae signum est. Cùm ergo loca pia v.g. tempora ædificantur, principaliter ad honorem DEI; res sacrae Divino cultui immediatè depudent; bona Ecclesiastica Ecclesiis DEI que Ministris ex fine primario deserviant, nefas & grande piaculum est, tempora destruere, sacra vasa comminuere, ac bona Ecclesiastica rapere

313 vel diruere. Profectò enim ipsi met Ethnici Pyrrhi factum, qui Proserpinæ, fictitiæ inferorum Deæ, thesauros spoliaverat, foedum vocant, & in Deos superbum. Bellum quoque Philippi, quasi Diis illatum, nefarium, furorem & sclera appellant, quia ultra jus victorie in templo, aras, sepulchra servit. Grot. d. l. cap. 12. §. 7.

314 num. 2. Adhæc Ecclesia, quæ talis, ex assertis & probatis in lib. 3. cap. 1. à n. 24. non est pars Reipublicæ, Bellum gerentis, sed constituit separatum quoddam corpus spirituale, à Corpore Politico distinctum: unde, sicuti vetitum est, res aut bona illorum, qui partes Reipublicæ, Bello implicatae, non sunt, ausu temerariò attingere; sic prohibitum erit, res & bona, ad Ecclesias & Ecclesiasticos quæ tales pertinentia, invadere, spoliare, devastare.

315 Polybius sanè apud cit. Grotium de P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

talibus ita exclamat: que neque nobis ad Bellum futura sunt usui, nec hostibus incommodatura, ea ire perditum, tempora maxime, & que in iis simulacra & similia ornamenta, qui neget male mentis & præ ira furibundæ esse opera? Præterea loca 316 pia, Religioni & Honori Divino semel dedicata, nequeunt amplius in usus profanos converti; repugnante non tantum Jure Ecclesiastico cap. semel 51. de R. J. in 6. sed etiam Divino Levit. cap. ult. vers. 28. quin & Gentilium religione, de qua Euripides apud cit. Grot. num. 1.

Homo quisquis urbes vastat, & Dis Mānibus  
Sedes sacratas, templaque, haud rectè sapit:  
Nam similis ipsum pestis excidii manet.

Sacra vasa quoque non contaminari 317 tantum, sed & attingi à personis laicis prohibentur: indignum enim est, ut sacra Domini vasa, quæcunque sint, humannis usibus deserviant, aut ab aliis, quam à Domino famulantibus, eique dicatis trahentur viris: ne pro talibus presumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo. Sixtus Papa in Epist. 2. apud Gratianum cap. 41. de Consecrat. Dist. 1. Sicut & Bona Ecclesiastica diripi vetantur: cùm vocentur patrimonium Christi cap. cùm secundum 16. de Præbend. cap. cùm ex eo 34. de Præbend. in 6. & res DEI in Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 1. Quæ & plura alia argumenta evincunt, occupationem aut violentiam bellicam hujusmodi locis & rebus planè contrariam & abominandam esse. Videatur Textor in Synopsi Jur. Gent. cap. 18. num. 36.

Itaque negatur absolute, res sacras 318 aut capturâ hostili desinere esse tales, aut Summae Potestati Sæculari esse subjectas, posseque ab illa in usus profanos converti. Quidquid enim sit de sententia JCti, in gentilitatis tenebris graviter coecutientis, ex dictis & factis plurimarum Gentium, hucusque recitatis, constat, majorem illis reverentiam erga loca sacra fuisse, quam ut hostibus ea committi, aut capturâ quoad suam qualitatem immutari potuerint. Et, si inter Gentes tanta 319 erga idolorum templo, donaque eorum & ornamenta, viguit religio, an

alia mens & cogitatio debeat esse Christianis, unum verūmque DEUM collentibus, ut, quam sedem Divinum sibi Numen in terris parari voluit, sacrilegā manu profanetur, exuratur, destruatur, aut barbaris in prædam concedatur? Verissimè tunc verificaretur dictum Salvatoris *Matth. 21. vers. 13. Domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.*

**320** Lubeat in confirmationem hujus veritatis audire, quod refert Didacus S<sup>a</sup>vedra in *Corona Gotbica cap. I.* Alarius, Gothorum Rex, primō, quō Roma capta fuit, die Attalum Imperialibūs conspicuum insignibūs, ut Honorium sperneret, in publicum prodire voluit; solō ob captam Urbem triumphō contentus, eam deprædandam permisit, vitam devictorum salvam esse voluit, templo ab omni violatione libera esse serio præcepit; &c., qui ad loca sacra confugissent, ab omni vi immunes esse imperavit. Mandato Regis religiosissimè obtemeratum fuit. Accidit, ut, cùm virgo D<sup>E</sup>O sacrata, quæ ex D. Petri Basilica vasa aurea atque argentea collegerat, ædibus suis servanda intulisset, à milite Gotho deprehensa, quidnam thesauri absconditum servaret, interrogaretur; illa fortis animo, b<sup>ea</sup>c, ait, *D. Petri sacra suppellex est, ego illam neque tueri, neque ab omni depraedatione etiam securam servare valeo, tu vero, an buic manus injicere audeas, tecum perpende.* H<sup>a</sup>esit miles, non minùs attonitus responsō virginis, quām suppellectilis captus pretiō, sacrōque pavore territus misit ad Alaricum, qui virginis responsum simul cum præda nuntiaret. Ille, licet Arii assecula, atque Barbarus, *Bellum non sacris, sicut prophanis inferebat*: imperavit igitur, ut tota Apostolo dicata suppellex eò, unde delata fuerat, reportaretur, vetuitque, ne quisquam eorum, qui vasa reportanda comitarentur, offendere<sup>r</sup>etur. *Non enim cum Apostolis, sed cum bominibus Bellō decertare sibi decretum esse, ajebat.* His dictis, virgo turbaque fidelium animati suppellectilem colli-

gunt. Prodiēre magnō numerō, qui latebris salutem quæsierant. His juncti etiam, qui idola colebant, ut promissæ immunitatis participes fierent, in sacrorum defensionem evaginatis gladiis longō ordine procedentes, hymnos, mixtō multarum tubarum sonitu, decantandō, Divo sacra ta vasa ad Basilicam deportantes, comitatisunt. Hucusque Savedra:

Casus excepti sunt I. quando per-**321** sonæ Ecclesiasticæ contra decentiam statūs se immiscent Bello: tunc enim, quin rebus suis temporalibūs exui valent, non dubito: cùm etiam, si reperiantur in conflictu, interfici possint. Schiara *Theol. Belg. lib. 8. difficult. 3. n. 19. & difficult. 4. num. 18.* Servatō tamen moderamine, ut parcatur bonis, ad Ecclesiam spectantibus, dum non tantum ex regula Canonica, sed etiam sana ratione delictum personæ non debet nocere Ecclesiæ *cap. delictum 76. de R. J. in 6.* Præterquām si bona hæc au-**322**ferantur eō duntaxat fine, ut Ecclesiasticis, in hostes conversis, bellandi vires attenuentur, ac tamdiu subtrahantur fructus & proventus, quāmdiu Bellum geritur, &c., facta postmodùm pace, Ecclesiis restituantur. II. quan-**323**do nocumentum Ecclesiis ex necessitate bellica prorsus indirectè infertur, e. g. si ad expugnandam Civitatem aut castellum tormenta exonerentur, ac interiacentes aut prominentes Ecclesiæ aliáve loca pia præter intentionem subruantur aut incendantur: eò quòd in simili contingentia etiam innocentes indirectè occidi non prohibeantur. Molina *tract. 2. disp. 121. num. 1. 2. Et 3.* III. quando Ecclesia contra disposi-**324**tionem Ecclesiasticam in *cap. Sanctorum 14. caus. 10. q. 1.* est in castellata, seu instar alicujus castrī munita: sic enim, cùm ex re sacra migret in profanam, non amplius privilegiō immunitatis gaudet. Videantur Turrecremata ad cit. *cap. Sanctorum.* Sylvester in verb. *Bellum 3. q. 5. 6. Et 7.* Ebberth *de Bellō cap. 5. §. 2. num. 22. Et seq.* Schiara *Theol. Bell. lib. 6. difficult. 18. a num. 6.*

## S. III.

## De Jure in Captivos &amp; Viatoribus, &amp; Postliminio.

325 Inter præcipuos justi Belli effectus numeratur III. jus in captivos, eorumque descendentes, quælescumque fuerint, etiam cæteroquin innocentes, & à cæde immunes juxta dicta in num. 241. & seqq. ut habet Molina to. 2. tr. 2. disp. 120. num. 1. Quod jus ex parte Belligerantium operatur dominium, & ex parte captorum servitutem seu subjectionem personalem, ratione cuius dominis omnia ferè licent in servos, quoad personas, res, & jura, imò & in vitam, si fides sit Cajo JCto in l. 1. ff. *de his qui sui vel alieni iur. dicenti, apud omnes Gentes dominis in servis vita necisque potestatem fuisse:*

326 quam tamen potestatem in vitam aut Juris Gentium solummodo permissivi quoad impunitatem externam extitisse, cum dominium in vitam hominis soli DEO reservatum sit, statim in lib. 1. cap. 2. n. 125. ostendicum Molina de J. Et J. to. 2. tr. 2. disp. 38. num. 2. aut saltem cum Grotio lib. 3. cap. 14. §. 3. ita temperandam & interpretandam existimo, ut dominus domesticam quandam Jurisdictionem habuerit, eam nihilominus tanta cum religione & moderatione, quâ in causis publicis quoad cives exercetur, exercere debuerit. Rationem introductæ servitutis quoad captivos idem Grotius cap. 7. §. 5. num. 1. desumit ex eo, quod creditum sit, captores ex tot commodis, quæ sentiunt ex operis servorum, facilius abstenturos à summo illo rigore, quô captos & statim & post moram interficere poterant, ad mentem Pomponii in l. 234. §. 1. ff. *de V.S.* Quoad captivorum descendentes autem, post captivitatem natos, ratio est consimilis: cum, nisi parentibus servata fuisset vita, nascituri non essent. Quoad innocentibus vero cit. Molina se fundat in eo, quod tota Respublica reputetur hostis ad effectum, ut, quantum attinet ad bona fortunæ, quibus annumeratur libertas, tota puniri possit in suis membris.

328 Existimat tamen Buddeus Philosoph.

*Præd. p. 3. cap. 9. §. 11. servitutem non esse effectum Belli directum, sed directè ex consensu captivorum provenire, Bellò occasionem tantummodo præbente: & quamquam hunc consensum tacitè præsumi arbitretur; attamen, si captivus expressè dissentiat, non putat, ullum in eum imperium capienti acquiri, sed in ipso actu capiendi fas esse, capendum occidere, posteà verò nil nisi facultatem, captivum detinendi, supersticare, quounque redimatur, aut in servitutem consentiat.*

Interim servitus, legitimè semel inducta, ex natura sua est perpetua, ita ut, quamdiu ex justa causa non datur manumissio, servi domino obedire, achonesta servitia præstare teneantur, juxta illud 1. Petri 3. 18. *servi subditi esto te in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis;* proindeque non possint citra injustitiam recedere, vel ad suos configere, veluti post D. Antoninum & Turrecrematum prolixè tuetur Molina tr. 2. disp. 37. à num. 9. quidquid in contrarium diffusat Covarruv. lib. 1. *Var. resolut. cap. 2.* num. 10. & in *Regulam peccatum p. 2. §. 11.* num. 6. & Vasqui *Illustr. Controvers.* lib. 1. cap. 9. num. 21. Cæteroquin parum victoribus prodesset servitus, si captis liberum foret, datâ occasione fugere, & in libertatem suâ sponte se asselerere; tribueretque ipsis stimulum, hostes non tam capiendi quam statim occidendi.

At vero, si Bellum sit injustum, si- 328 cuti tunc cessat jus capiendi tum res tum personas ex dictis à num. 283. ita cessat obligatio ex parte captorum manendi sub capientium injusto jugo, sive consensum dederint in servitutem, sive non: non enim aliter æstimanda est talis captivitas, atque si quis à latronibus, quibus jus in vitam aut res non competit, fuisset comprehensus; adeoque, cum culpa non sit, latronum effugere manus, nec culpa erit, effugere manus hostium, etsi quis pro-

propter conservationem vitæ, quæ ab illis justè non potuit adimi, se ut servum obligaverit. Lessius *de J. & J. lib. 2. cap. 5. n. 18.* Buddeus *Philosoph.*

**332** *Pract. p. 3. cap. 9. §. 14.* Idem est, si Bellum non adeò perspicuè sit justum, quin altera pars formaliter saltem iustitiam Belli pro se habeat: tunc enim est æqua conditio tam captivi quam capientis; imò illius quam istius longè melior: quandoquidem in dubio stat præsumptio pro libertate, eaque ne-  
mo, nisi ex causis manifestè justis, pri-  
vari debet. Molina *d. l. num. 13.*

**333** Nec obstat hisce dictis, quòd in Jure Canonico *cap. si Episcopus 3. de Supplenda neglig. Prælat. in 6.* sat clarè insinuetur, Episcopum, à Paganis aut Schismati-  
cis captum ( quales plerumque Bella iusta fovent ) esse servum: cùm Se-  
des Episcopalis tunc æquè vacare di-  
catur, ac si Episcopus morte naturali  
obiisset, *donec etiam libertati restitu* con-  
**334** *tigerit.* Enimverò, licet ita sentiat Barbosa in *collectan. ad cit. cap. num. 2.*  
& Portugal *de Reg. Donat. lib. 2. cap. 26.*  
*num. 65.* attamen, ut optimè notat.  
Passerin. *ibid. in comment. num. 5.* textus  
iste non loquitur de capto in Bello,  
seu justo seu injusto, sed de capto à Pa-  
ganis aut Schismaticis quibuscumque,  
etiam jus Belli gerendi non habenti-  
bus, ita ut sit captus nulliter ac de fa-  
cto tantum, non de jure: quo in casu  
quoad vacaturam Ecclesiæ nihil refert,  
an Episcopus naturaliter sit mortuus,  
an vivus, sed ab Ecclesia per vim injus-  
tam separatus. Videatur etiam P.  
Pirhing *ad cit. tit. X. num. 15.*

**335** Verum hic Belli effectus adhuc qui-  
dem perseverat inter Gentiles; inter  
Christianos tamen, Bellò invicem con-  
certantes, jam dudum cessavit, uti-  
stes sunt Covarruv. in *Reg. peccatum p. 2.*  
*§. 2. num. 6.* Victoria *de Jure Belli n. 42.*  
Sylvester in *verb. Bellum 1. num. 1.* Mo-  
lina *d. tr. 2. disp. 117.* Grot. *lib. 3. cap. 7.*

**336** *§. 9. num. 1.* Indecens enim & in-  
decorum videbatur, ut, postquam Sal-  
vator noster, *ascendens in altum, capti-*  
*vam duxit captivitatem ad Ephes. 4. v. 8.*  
ac plenariâ libertate nos donavit ad  
*Galat. 4. v. ult.* adhucdum Christiana  
Gens sub jugo servitutis humanæ de-  
tineatur; charitate, quæ inter mem-

bra ejusdem Corporis sub uno Capite  
Christo JESU intercedere debet, non  
ferente, ut, qui fratres sunt *Matth. 23.*  
*vers. 8.* unus alteri serviat. Dixi: *in 337*  
*ter Christianos, Bellò invicem concer-*  
*tantes:* quia, si Christiani cum infide-  
libus v. g. Saracenis ac Turcis prælien-  
tur, non solum Christiani, ab infidelibus  
capti, pro servis habentur, sed &  
vicissim infideles, à Christianis capti, in  
servitutem detruduntur. Covarruv.  
*d. l. §. 11. n. 6.* Ebberth *de Bello cap. 7.*  
*§. 2. num. 10.* Molina *d. l. disp. 120. n. 1.*  
ubi advertit, nos posse captivos du-  
cere infantes & mulieres Turcarum &  
Saracenorum, quorum terras & om-  
nia bona externa, propter injurias, no-  
bis illatas, jure possumus usurpare;  
idque habere receptissimam consue-  
tudinem. Quia verò periculum... **338**  
ingens plerumque subest, ne Christiani,  
dirò duròque servitutis Turcicæ  
jugò constricti, ad fidem abjurandam  
directè vel indirectè cogantur, aut no-  
tabili detimento spirituali exponan-  
tur, non erit ipsis illicitum, datâ op-  
portunitate fugere, tametsi Bellum ex  
parte Turcarum supponeretur esse ju-  
stum: cùm obligatio, ex Jure Gen-  
tium per captivitatem contracta, non  
stringat conscientiam cum præjudicio  
animæ & ruina spirituali. Molina.  
*disp. 37. num. 12.*

Juri in captivos connexum est Jus **339**  
seu Imperium in victos: jam enim in  
*lib. 2. cap. 2. à num. 80.* ostendi, Bellum  
justum recenseri inter legitimos mó-  
dos, Imperium in victos adipisciendi,  
dum vicit, qui singulos ex victis sub-  
jicere potest servitute personali ( de  
qua mox dictum ) potest etiam uni-  
versos, sive integrum Civitatem ac  
Rempublicam constituant, sive par-  
tem illius, qualis est urbs una vel plu-  
res, cum omnibus rebus & juribus sibi  
subjugare; adeò ut deinceps subjectio- **340**  
nem habeant aut servilem ( sicut acci-  
dit in Civitate Herili ex *lib. 1. cap. 4.* &  
*num. 1.* ) aut merè civilem ( qualis est in  
Civitate Regulari, tum Monarchica-  
rum Poliarchica, in qua subditi nul-  
lum quidem Imperium exercent, liber-  
tatem tamen naturalem cum partici-  
patione jurium, inde fluentium, ha-  
bent ) aut mixtam, per quam, relicta  
liber-

libertatis specie, tributa, opera, & onera quædam servilia imponuntur.

<sup>341</sup> Grotius lib. 3. cap. 8. §. 1. n. 1. Cùm verò ex dictis in num. 335. Christiani, à Christianis capti, eximantur à conditione & subjectione servili; non credo, quòd Christiani, à Christianis vieti, ad rigidam servorum conditio- nem detrudi, & Imperiò merè herili justè gubernari valeant. D. Pelzhoffer

*Arcan. Stat. lib. 9. cap. ult. num. 29.* præfertim dum aliunde constat, Imperia non ad lubitum & libitum Imperantium instituta; proindeque ex solo Victoris arbitrio in desposin, tyrannidem, subjugationem, & oppressionem subditorum converti non posse.

<sup>342</sup> Muelen ad Grot. d. l. Unde Claudio Meherdatem apud Tacitum 12. *Annal. 11. 2.* instruit, ut non dominatio- nem & servos, sed Rectorem & cives cogi- gitaret; clementiamque ac justitiam, quanto ignara barbaris, tanto toleratiora cape- ret. Idem in Senatu, Conditor noster, Romulus, ajebat, tantum sapientiā valuit, ut plerosque Populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Tacit. 11. *Annal. 24. 7.* Xenophon etiam de Agesilao apud cit. Grotium num. 2. quascunque, inquit, Civitates in suam redigebat Potestatem, bas- tunes habens ab his, que servi dominis præstant, ea tantum imperabat, in quæ liberi homines Rectoribus parent.

<sup>343</sup> Imò, cùm Imperium, Bellò acqui- rendum, non immediate consequatur ex Bello (nisi supponamus, Bellum ob Provinciam v. g. aut Regionem, cui Summa Potestas cohæret, geri, velutì debitam ex successione aut pa- cificatione) sed mediatae potius, qua- tenus congrua & adæquata satisfactio, quâ habitâ aliunde cessat Bellum, ne- quit obtineri absque Imperio (id quod rarum esse existimat Buddeus *Pbilos. Præct. p. 3. cap. 8. §. 20.*) hinc, standò faltem in Jure Naturali, plerumque vi- detur Imperium victis aut Regibus aut

<sup>344</sup> Populis relinquendum; &, si Victori exinde non credatur sufficenter esse cautum, aut præsidium alienæ Civitati imponere, aut tributum sibi reservare, aut priorem Civitatis formam immu- tare poterit; exemplò Veterum, de quibus Sallustius in *Jugurth.* scribit: *majores nostri, religiosissimi mortales, nibil*

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

victis eripiebant, præter injuriæ licentiam. Grotius lib. 3. cap. 15. §. 1. Et seqq. Vi- triar. ibid. q. 5. Et 6.

Si scruteris: an, si Rex ipse capiatur <sup>345</sup> in Bello, Victori statim acquiratur. Imperium?

Alii aliter respondent, commentan- tes ad Grotium d. lib. 3. cap. 8. §. 1. n. 3. Ego puto, quòd non, si loquamur de statu moderno, ubi ex d. n. 335. Christiani, in Bello capti, retinent liber- tam Civilem, & jura, illi connexa. Quòdsi tamen Rex captus ultrò se Vi- toris Potestati subjiciat, distinguo cum Muelen ad Grot. d. l. inter Civit- ates patrimoniales & non-patrimo- niales. In Civitatibus patrimoniali- bus hōcipsō, quòd Victoris Potestati se subjecerit Rex, etiam Populus sub- jectus esse censetur: est enim Popu- lus in patrimonio Regis, &, sicut in alios per contractum aut ultimam vo- luntatem alienari potest, ita & in vin- centem cum Rege, cui adhæret, trans- ferri: quidquid in hoc passu contra- dicat Zieglerus ad Grot. d. l. in verb. vel etiam ut in Populo &c. In Civi- <sup>346</sup> tatibus non-patrimonialibus opus est, ut Populus quoque per arma sub ju- gum mittatur: quippe cùm neque sit in patrimonio Regio; neque Rex alienandi Populum aut Imperium facul- tam habeat; neque modus Impe- rium habendi cum Regia Potestate in Regem transiisse existimetur. Videatur D. Pelzhoffer d. lib. 9. cap. ult. n. 31.

Si quæras ulteriùs: an Rex captivus <sup>347</sup> possit etiam occidi à Victore, non qui- dem tempore conflictūs, ubi parcitur nemini, sed quando, cessante præliō, in hostis Potestate consistit?

Respondet cit. Pelzhoffer d. l. n. 27. hoc regulariter non licere: quia Rex, ob Majestatem, quam etiam post cap- turam, saltem quoad inviolabilitatem retinet, alterius gladio non sub- jacet, sed ejus extrema fortunæ ad- versantis fata sunt carcer & captivi- tas; interdum autem id fieri posse, si quis ex Regibus aliorum Sceptro & Coronæ, sine Juris assistentia, inhiet, insidietur, rebelliones concitet, in Caput Regium conspiret &c. tunc enim verius latro & veneficus, quām Rex censendus est.

Aaaa

Quid

348 Quid circa Religionem in locis, quæ victrixi dexteræ subduntur, statuere valeat novus possessor? Edocet Grotius *d. lib. 3. cap. 15. §. 11. num. 1.* & dicit, illam non eripiendam victis, nisi meliora docti sponte consentiant, sed tolerandam esse; præterquam si falsa (ita loquitur *ibid. in num. 2.*) apud illos Religio extiterit, ubi, ne vera opprimatur, rectè curabit Victor, quod Constantinus fecit fractis licinii partibus; & post eum Franci aliquique Reges.

349 Ex quo per legitimam consequiam infertur, Religionem nostram Catholicam, velut unam, veram, sanctam, & avitam in locis, ubi viget, à Victore, quisunque fuerit, victis relinqui; &, ubi non viget, introduci, aut, ne impediatur vel oppri-

350 matur, caveri debere. Nam, ut politicè simul & piè scribit laudatus Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 7. cap. 1. n. 12.* Nihil tanti in mundo esse debet, cuius causâ Religio tolli, alterari, aut dividi possit. Religio siquidem, quia circa Divina versatur, Divinum quid in se est, & Veritati Æternæ innititur: Veritas autem, sicut in se est immutabilis, & indivisibilis; ita Religionem oportet esse immutabilem, unam, indivisam, perpetuam: Hæc ille & plura in *num. 13. Et seqq.*

351 Proximum est, ut occasione captivitatis paulisper de Postliminio videamus. Et, ut incipiamus ab ipsius indole, communiter dicitur esse ius, ex redditu nostro in limen seu fines nostros, aut etiam sociorum & amicorum, saltem qui nostras sequuntur partes, natum, in eo consistens, quod statum anterius, qui fuit ante captitatem, re-

352 viviscere faciat. Illud duplex esse, statuit Grotius *lib. 3. cap. 9. §. 3. in f.* unum, quod dicitur à revertendo; alterum, quod denominatur à recipiendo. Jure postliminii quoad reversiōnem gaudent, qui in Bello justo capti ante vel post pacem ex consensu hostium ad suos revertuntur; vel capti in Bello injusto etiam invitis hostibus se subducunt, suosque revisunt: illi enim jure & factō, hi saltem de factō; si non jure (fortè quia jus rerum suarum nunquam amiserunt) pristinum statum quoad bona, mobilia & immo-

bilia, etiam in alios jam alienata, res corporales & incorporales, dignitates & officia, nondum aliis urgente sic necessitate vel utilitate collata, recuperant. Qui verò capiuntur in 353

Bello justo (saltem accidente ipsorum consensu) ac in justam servitatem rediguntur, nec ab ea per pacificationem aut voluntariam hostium manumissionem liberantur, juribūs & rebūs suis excidunt, & velut pro mortuis habentur, omni spe postliminii interclusā. Buddeus *Philosoph. Pract. part. 3. cap. 9. §. 26.*

Nec enim in illorum 354 sententiam, jam in *n. 329.* refutatam, transeo, qui putant, captivis etiam in Bello evidenter justo fugam semper apertam, &, sive dolō, sive vi ex hostium manibus discedant, postliminii privilegium concessum esse: quoniam jura, etiam hostibus justè competencia, violare non licet. Eorum ve-

355 rò sententiam, qui secuti *J. C. Paulum in l. 17. ff. de Captiv.* sentiunt, postliminiō carere, qui armis vieti hostibus se dederunt; eatenùs probo, quatenùs aut Bellum manifestè justum supponunt, aut hostem rationabiliter invitum esse præsumunt; sicque accipio Grotium *d. cap. 9. §. 8.* Muelen *ibid. in Comment.* & alios: quodsi enim vel Bellum non manifestè justum, vel hostis dissentiens non fuerit, causam non video, cur postliminium cesseret: nam, qui potestate hostium justè eximitur, dignus est, ut postliminii jure fruatur. *per l. 4. ff. d. t.* Vid. Buddeus *d. §. 26.*

Jure postliminii quoad receptionem 356 potiuntur, qui res suas, in hostium potestatem devolutas, cujuscunque sint generis (etiam servi & ancillæ) recuperant, nullō amplius jure in eas hosti competente, vel quia nullum unquam habuit, ut accidit in Bello injusto; vel quia compensationem suæ injuriæ jam aliâ via consecutus est; vel quia juri suo renuntiavit. Budd. *d. l. §. 31.*

Plura de postliminio suggestit Grotius *d. lib. 3. cap. 9. & cap. 16.* Muelen in *Commentar.* & Vitriarius in *suis questionibus* ad hæc Grotii loca. Ex quibus id unicè subnecto, quod de singulis personis dictum, idem & in Populis seu Civitatibus ac Universitatibus locum habere, ut, qui liberi anteà fuerint,

rint, recipient libertatem, si fortè eas vis sociorum, aut fortunatior casus eximat hostili Imperio. Alia non superaddo: partim quia pleraque ab eodem Grotiq juxta Leges Romanas, quarum authoritas Gentes alias, nisi ultrò receperint, non stringit, tractantur, ut bene notavit Nicolaus Hertius in *not. ad Pufendorf lib. 8. cap. 6. §. 25. lit. a. & b.* partim quia apud Christianos, sicuti captivorum servitus abolita, sic & postliminium ferè obsoletum est. Idem Hertius in *commentat. de Lytro sect. 2. §. 33. vol. 1. tom. 1. Textor in Synopsi Jur. Gent. cap. 18. n. 84.*

**359** De cætero, licet, ut dictum, Christiani milites, ab hostibus ejusdem Religionis capti, non fiant servi, custodiri tamen possunt & solent ( mitiùs tamen quam servi) nec interea ipsis concessum est, aut alteri se dederi, aut in fugam dare, aut Victori resistere, aut contra ipsum & ejus exercitum hostile quidpiam moliri, usque dum captivi hinc inde permutentur, aut datō pretiō liberentur; quæ liberatio Latinè *Redemptio*, Gallicè *Rancon*, Italicè *Ranzone*, Germanicè *Rangion* vel *Lößgelt* / Græcè *Λύτρον* seu *Lytrum* vocamus. Pelzhoffer *Arcanor. Stat. lib. 9. cap. ult. n. 22.* Nicolaus Hertius

**360** *cit. commentat. sect. 1. §. 1.* Quemadmodum verò incertum adhuc & valde ambiguum est, quô Jure sit inventum aut receptum lytrum, ut constat ex iis, quæ idem Hertius *d. l. §. 2. & seqq.* latè disputat; solumque ex longissima Gentium & Populorum consuetudine id in propatulo est, exactiōnem lytri non esse injustam, ut notat idem **361** *ibid. §. 13.* ita & quantitas ejus à nemine hactenùs definita dignoscitur. Grotius *lib. 3. cap. 14. §. 9. num. 1.* Et casu quô cum excessu facta sit redemptio, neque pœnitentia neque condictio ejus, quod datum est, admittitur: quia captus hōc ipsō, quod ex magna calamitate evaserit, locupletior factus censetur. Grot. *d. lib. 3. cap. 21. §. 27.*

**362** Hertius *d. l. sect. 2. §. 22.* Humanitatis verò rationem docere, putat Grotius *ibid.* pretium non ultra intendi debere, quam deductō, ne egeat captus rebūs necessariis: nam & Leges Civiles hoc multis indulgent, qui suō factō

propriō in debitum inciderunt. Quæ tamen ratio fortassis cessat, si lytrum ex communi ærario militari solvatur, uti de consuetudine servari, perhibet D. Franciscus Fridericus ab Andlern *Constitut. Imperial. verb. Bellum num. 24.* Plerumque etiam fit consideratio per **363** sonæ captæ, cuius sit conditionis aut dignitatis: cùm utique pro Duce aliquo Bellico plus exigere liceat, quam pro milite gregario; ideoque frequentiū inter Belligerantes præcedit conventione, olim quartier hodie *Cartel* dicta, quæ determinatur, quanti quisque ex captivis, suō tempore redimendis, æstimari debeat. Muelen ad Grot. *d. cap. 14. §. 9.* Textor in *Synopsi Jur. Gent. cap. 18. §. 54.*

Cui porrò lytrum sit pendendum? **364** Ex regula, quam dat Hertius *d. sect. 2. §. 2.* conjici potest. Nempe pendendum est Summis Imperantibus, quorum auspiciis arma tractantur: utpote ad quos & captivi & aliæ res captæ ex *num. 301.* pertinent. Quamquam & hic consuetudo variet, & sæpe Ducibus ac Officialibus, sub quorum signis captivitas accidit, relinquuntur... Quoad personas verò, redimendas **365** lytrō, videtur tenenda regula, quod illi, qui quondam ex captivitate in servitutem conjiciebantur, de quibus in *num. 325.* & seqq. nunc & capi possint, ubicunque durante Bellicâ expeditione reperiuntur (Dominō alieni territorii jus quidem reclamandi, & de injuria conquerendi habente, si contra prohibitionem ipsius captura decernatur; effectum juris autem impedire non valente) &, si capti fuerint, lytri solutione à captivitate se liberare tenantur. Grotius *lib. 3. cap. 6. §. 26. n. 2.* Hertius *d. l. §. 20.* Hinc Personas Ecclasticas, si pugnæ se non immisceant, et si capiantur, à lytro immunes esse, insinuat Hertius *ibid. §. 17.* Nec immitiō: quia regulariter nec occidi, nec bonis suis spoliari, nec, ob statū eminentiam, ad vilem & probrosam servorem conditionem possunt dejici, prout colligitur ex dictis in *num. 235.* & **312.** Schiara *Theol. Belg. lib. 8. diffic. 4. num. 18.* D. ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Bellum n. 23.* ubi etiam de infantibus, foeminis, mercatoribus &c. agit.

A a a 2

Quæ-

367 Quæstio supereft: an, qui ex captivitate eâ conditione dimittuntur, ut intra certum aut incertum tempus contra capientem aut ejus Principalem arna non sumant, possint nihilo minus arma sumere? Negativa tamen præplacet affirmativæ: quippe cùm talis conditio, quâ vitam quis redimit, aut libertatem recuperat, neque ex parte promittentis neque ex parte exigentis illicita sit; dum iste, qui semel

in potestate sua captivum habuit, aliunde ipsum tenuit obstrictum, ne hostile quid in se committat; ille verò id utique in libertate servare valeat, ad quod in captivitate obligatus erat. *Grotius lib. 3. cap. 23. §. 5. &c. 7. Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 2. §. 2. Stapff sæpe cit. cap. 5. §. 22. &c seq.* qui tamen excipiunt casum extremæ necessitatis, quô Civitas servari vel salvari nequit, nisi, qui tali pacto dimittuntur, arma capiant.

## S E C T I O . V.

### De Effectibus Belli quoad Subditos.

#### S U M M A R I A.

368. Qui Bellum gerit, potest conscribere milites. 369. Alius, qui jus Belli gerendi non habet, milites conscribere nequit. 370. Apud Romanos milites colligebantur per conscriptionem propriè dictam. 371. Ant conjugationem. 372. Aut evocationem. 373. De militum qualitatibus remissione. 374. & seqq. Milites conscripti lustrari solent. 376. & seqq. Lustrati in numeros referuntur. 378. & seqq. Relati in numeros praestant juramentum. 380. Varia quæstiones astringuntur. 381. & seqq. Milites consribendi sunt intra territorium proprium. 383. & seqq. Qui subditi non sunt, non possunt cogi ad Bellum. 386. Subditi cogi possunt. 387. Milites in Bello justo sumptibus Reipublica debent alii. 388. & seqq. Quidquid hac in parte fuerit apud Romanos. 390. & seqq. Debent etiam hospitia seu habitationes ipsis assignari. 392. & seqq. Neque subditi licet, ab hac obligatione se pecunia liberare. 394. Et si saepe in hoc fiat excessus. 395. & seqq. Observanda hic aequalitas, &c., quod quis in particulari damnum accipit, aliorum contributione resarcendum est. 397. Bellum gerenti competit jus sequela. 398. & seqq. Variarum Gentium mores referuntur. 401. & seqq. Competit etiam jus habendi delectum & felicidem quosdam. 403. & seqq. Subditi tenentur Dominum etiam extra territorium sequi. 405. & seqq. Competit præterea jus armorum. 407. & seqq.

Eorum frequens exercitum contendatur. 409. & seqq. Subditi, præcisè ad Bellum evocati, non tenentur illius militiam examinare. 412. Aliud est de aliis, qui ad consilium vocantur. 413. & seqq. Aliud est etiam, si rumor spargatur de Belli injustitia. 415. & seqq. Referuntur sententia, quæ negat, subdito licet esse bellare, si dubitet de justitia a causa. 417. & seqq. Referuntur & eliguntur sententia, que id concedit in dubio speculatori. 419. Contraria objectio explicatur de dubio practico. 420. Limitatur autem, si subditus probabiliter existimet, Bellum esse injustum. 421. Eadem censura datur de militibus extraneis, ante Bellum exortum conscriptis. 422. & seqq. Alia de milibibus, post Bellum conductis. 425. Bellum gerenti compescit insuper jus extirandi fortalitia. 426. Nec potest vicinus contra hanc extirptionem excipere. 427. & seqq. Ante presumpcionem annulationis opponere. 429. Licet possit aliud fortalitum in suo posse. 430. Ad hujusmodi extirptionem & instructionem impensa praestantur à subditis. 431. Quò sensu hoc omniario Principis adscribi queat. 432. & seqq. Privatorum edes ad hunc finem recte applicantur. 434. Non item Ecclesia, nisi in summa necessitate. 435. Damnum, exinde redundans in parciales, à Communitate est compensandum. 436. Competit etiam jus præsidii. 437. Non obstante divina omissione. 438. Ut & jus excubiarum.

#### S. I.

### De Jure & modo conscribendi Militem.

368 **E**ffectus Belli respectu Reipublicæ seu subditorum, quibus Belligerantes præsunt, itidem variis sunt. I. enim Bellum justum dat Belligeranti jus conscribendi milites, eorumque delectum habendi: nam, quia sine milibus arma

tractare, in hostem irruere, aut hostem irruentem seu dejicere seu rejicare non valemus, militibus opus est, quorum robore & virrute hæc & similia præstari, Regna & Provinciæ conservari, aut recuperari queant. Duo nempe sunt, quæ Principatus comparent, ser-

*servent, augeant, milites & pecunia, ait*  
 369 *Dion lib. 42.* Qui verò jus Belligerendi non habet, jus quoque conscribendi milites non habet: dependet enim jus unum ab altero, & utrumque radicatur in Summa Potestate Civili, sinè cuius licentia vel prælitu si quis milites conscribere ausit, delinquit contra Principem aut Rempublicam, séque ex Juris Romani placitis criminis læsa Majestatis obstringit *lex duodecim 3. ff. ad L. Jul. Majest.* Böhmer *Introduct. in Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 2. cap. 1. §. 25.*

370 Apud Romanos, ut scribit Knichen *Oper. Politic. lib. 2. part. 4. cap. 3. tb. 8.* olim tres fuere modi, conscribendi & colligendi exercitum. Primus vocabatur propriè *conscriptio*, dum conclusò vel ingruente Bellò à Consulibus certa dies indicta fuit Populo, quâ Romæ omnes & singuli, ad militiam apti, convenirent. Tum per triginta dies, signò ex arce Capitolii suspensò, deletus habebatur, quôlibet nomen suum, à Consule ex tabulis censoriis prolatum, profiteri obstrictò; & quidem sub poena proditæ patriæ juxta textum in *L. 4. §. 10. ff. de Re militari.* Alter erat *conjuratio*, quando percrebescente tumultu, civiumque convocationem præsenti periculò non permittente, ille, qui exercitum ducere debebat, ad Capitolum subito se contulit, & ex illo duo vexilla, unum roseum pro pedibus, alterum cœruleum pro equitibus protulit, inclamandò: *qui Rempublicam salvam esse vult, me sequatur;* quô factò, convenientes inter se simul jurarunt, hâque ratione nomen conjurationi dederunt. Tertius fuit *evocatio* vel potius *convocatio*, quâ in defectu juventutis urbanæ, quando Bella moram patiebantur, certi delegati per diversa loca extra urbem ad cogen-dum militem missi sunt à Consulibus; qui modus aliàs conquisitio, & usitatò hodie vocabulò *conductio* militum dicitur, cuius etiam meminit Curtius

373 *lib. 3. cap. 1.* Quid autem in hac conscriptione quoad militum novellorum qualitates considerandum sit, suggerunt Knichen *d. cap. 3. tb. 9.* Bonbra in *Arte Belli & Pacis lib. 1. disc. 15.* Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 9. cap. 10.*

P. SCUMIAK JURISPR. PUB. UNIVERS.

Conscriptionem sequitur *lustratio* in 374  
*L. 17. Cod. de Re militari & l. 9. Cod. de divers. Offic.* insinuata, quâ militum, conscriptorum qualitates, ætas, corpora, patria, mores & arma per certos Deputatos in ampio & patente campo explorantur, & qui reperti sunt idonei ad militiam, in peculiarem catalogum inscribuntur. Knichen *d. l. tb. 11.* ubi in *num. 2. ex antiquitate re-375 fert, tyrones, in militiam recenter adscitos, certò charactere vel stigma-te in brachiis vel manibus notatos, & matriculis insertos fuisse, ne se possint militiæ subducere, aut, ubi se clara subduxerint, non tam facile occultare.* Conferatur D. ab Eyben *de Jure Belli tb. 10. lit. c.*

Lustrationem excipit *relatio in nu-376 meros*, quando nempe exercitus in certas partes, puta legiones, cohortes, turmas, distribuitur, & definito partium numero determinati milites inseruntur & attribuuntur: quæ quidem relatio antiquis temporibüs non erat cognita, sed quisque sibi legebat socium aut commilitonem sibi placenter, primus secundum, secundus tertium, & sic deinceps, ut refert Knichen *d. l. tb. 12.* Postea verò id mu-377 tatum, & constitutum est, ut à tribunis, prout illi à Populo vel Imperatore lecti sunt, milites in certos ordines vel numeros redigerentur; & tanta quidem cum necessitate, ut, qui in ordines aut numeros relatus non erat, neque pro milite agnosceretur, neque privilegiorum militarium dignus cen-seretur, juxta *l. 42. ff. de Testam. milit.*

Denique milites, suis ordinibus as-378 ferti, tenentur præstare *juramentum*, cu-jus diversas formulas recenset Knichen *d. l. tb. 13.* inter quas est illa, quâ spon-dent, se Ducis Imperio morem gestu-ros, nec fugam captatu-ros, nec mortem detrectatu-ros; similiter & illa-379 apud Dion Halicarnass. *lib. 11. cap. 47.* quâ milites adstringuntur, sequi, quó-cunque Imperatores duxerint; simul verò hi potestatem accipiunt, illos in-dictâ causâ interficiendi, si qui non obtemperent, aut signa deserant. D. ab Eyben *d. l. lit. d.*

Depositis quæstionibüs politicis, 380 quas apud Authores, in *n. 373.* citatos, B b b b dif-

discussas reperire est, ad nostrum forum sequentia spectant dubia. I. liceatne milites etiam extra territorium proprium conscribere? II. possitne quis cogi ad militiam? III. cuius sumptibus quis militare debeat? IV. ubinam milites, extra castra degentes, hospitari oporteat?

381 Ad I. resp. negativè: nam conscriptio militum est jus consequens ad jus Belli comparativè ad Rem publicam propriam: capropter ad aliam Rem publicam, & extra territorium tam parum extendi potest; quam parum extendi potest jus Belli, quatenus suos effectus in Républica Bellum gerentis 382 operatur. Ut proinde, si quis impunè, & citra violationem alieni territorii, milites ibidem congregare vellet, Supremam ibi Potestatem præviè requirat, opus est; nisi jam antecedenter ex privilegio vel speciali pacto jus illud comparatum habeat. Böhmer *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. lib. 2. cap. I. §. 25.*

383 Ad II. resp. itidem negativè, si dubium de personis non - subditis moveatur: quia, qui militiae dat nomen, cum eo, cuius auctoritate milites conscribuntur, init aliquam conventionem, seque ad servitia militaria, ac grave periculum mortis obligat, eà conditione, ut stipendium solitum recipiat. Ad conventionem autem vel contractum incundum nemo obligatur;

384 tur; præsertim tanto cum periculo, ubi scilicet non solum gravissima quis mala & incomoda sustinere, sed etiam manifesta vita discrimina subire obligatur: sicque non compelli, sed magis invitari debet. Et quamvis ex-

perientia doceat, plures ad suscipiendum malitiam aut minis aut dolò induci; non tamen regulahonestatis inde sumenda, sed potius tam perniciosa praxis, tanquam justitiae contraria,

386 summoperè damnanda est. Sinverò dubium de subditis vertatur, pro affirmativa certam conclusionem colligere licebit ex dicendis in §. seq. quia, si nemo ex subditis regulariter excusat à servitiis & officiis militaribus; illi, qui ad militiam se conferre detrectant, per se loquendò ad eam compelli queunt. Böhmer *cit. l. §. 25. Et §. 26.*

Ad III. resp. quodd, si Bellum sit iustum, milites Reipublicæ sumptibus alendi sint. Siquidem, ut supra jam in lib. 3. cap. 3. num. 91. explicatum fuit, inter titulos justè imponendi tributa, est Bellum iustum, & sumptus in eo, pro militibus & aliis rebus necessariis faciendi: ideoque Respublica seu cives & subditi pecunias in publicum pro sustentatione militum conferre obligantur. Evidem apud Romanos militia quondam inter munera publica, quæ quisque sumptu propriè suscipere tenebatur, fuit numerata. Sed in primis hæc constitutio tantum ad subditos & non extraneos pertinebat; & deinde intelligitur de casu, quô nulli redditus ad expensas bellicas à subditis in ærarium Principis aut Civitatis fuerunt illatæ: ubi autem tributa communia in militiam collata supponuntur, congruum & iustum est, ut stipendium miles de publico accipiat, prout à Senatu decretum fuisset refert Livius *dec. 1. lib. 4. cap. 34.*

Ad IV. resp. militibus, in Bello iusto extra castra degentibus, hospitium seu habitationem concedi debere à subditis in suis ædibus, nisi publicæ domus, ad hoc destinatæ, alicubi reperiantur: cum habitatio sit pars stipendii seu sustentationis militibus, pro communi salute decertantibus, ex communi contributione pendendæ. Knichen Oper. Polit. cit. lib. 2. p. 4. cap. 3. tb. 14. ubi hoc jus hospitationem appellat; & Böhmer d. l. §. 27. Et seqq. ubi idem jus metationem nominat:

Neque quis sibi persuadere debet, in electione subditorum esse, vel intne milites in suas ædes recipere, aut loco receptionis æstimationem solvere, quam Authores aderationem vocaresolvent: siquidem ex regula, in Jure Naturali fundatâ, debitori non licet, aliud pro alio solvere, vel objectum principalis obligationis redemptione pecuniariâ immutare. Quamvis militum Ductores persæpe talem electionem ultrò concedant, & in vicem hospitationis pecunias vulgo Service-Gelder accipere consueverint. Böhmer *cit. l. §. 29.*

Neverò hac in parte per inæqualem hospitorum assignationem subditi iustè graventur, prospiciendum erit, ut

ut nullus à recipiendis militibus excusetur, nisi justa ex causa speciali privilegiō se munitum probaverit; &, datus casu, quō pauciores sunt milites, quam hospitia, illi, qui militares hospites non recipiunt, plus de pecunia contribuere tenentur. Knichen *d. l.*  
 396 Quemadmodū etiam, si milites in una duntaxat urbe aut oppido vel hy-

berna fixerint, vel transe indō diverterint, ab aliis urbibus & oppidis, eisdem Principi subjectis, pecuniarium subsidium pro rata uppeditandum esse, ratio communis obligationis, in similibus eventibus s̄p̄ius hucusque declarata, me dubitare non permittit. Videatur Samuel Stryck *de Jure Militiae Imperialis. cap. 4. §. 9.*

## S. II.

## De Jure Sequelæ; &amp; Armorum.

397 IN Bello justo II. competit jus Sequelæ, germanicè Aufbott/ vi cuius Imperans pro defensione Reipublicæ, præsertim quando necessitas est gravis, subditos ad militiam evocare, eosque, ut se armati sequantur, etiam invitatos cogere potest; & quidem suō sumptu & victu, vel, quod idem est, pecuniā, jam antehac juxta *num. 389.* ab ipsis in commune collatā. Böh-

398 mer *d. l. §. 31. §. 34.* Hocque jus antiquissimum, & ipsi Bello quoad originem coævum esse, constat ex eo: quia ex una parte cuilibet civi incumbit, patriam suam adversus hostes & vim externam quōvis modō defendere; ex altera verò parte necessitas sape tanta est, ut non liceat alios & externos, qui arma capessant, advoca-

399 re, ac pro stipendio conducere; interdum etiam circumstantiæ sunt tales, ut aliis non placeat, aliis non licet, vitam & corpus alienæ Reipublicæ consecrare: adeoque jus sequelæ, ratione cuius subditi personaliter in Bello comparere, & Imperantem sequi obligantur, juri Bellico connaturale, & quoad originem connexum est.

400 Hanc ob rem apud Athenienses ab anno decimo quarto usque ad sexagesimum cives, insurgente Bellō, se armare cogebantur, cujuscunque dignitatis essent. Germani nihil neque publicæ neque private rei, nisi armati agebant. Juvenes scutō framedaque ornabantur. *Hæc apud illos toga, hic primus juventus honos.* Ante hoc domus pars videbantur, mox Reipublicæ. Tacit. *de Morib. German. cap. 13.* In universum æstimenti plus penes peditem roboris: edque mixti prælian-

tur, aptā & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitor & numerus: centeni ex singulis pagis sunt. Idem *ibid. cap. 6.* Apud Polonos, Tartaros, Moschos, Ungaros, Turcas, Persas & similes evocationem subditorum vigere, testis est Knichen *cit. l. tb. 8.* Quid apud Romanos moris fuerit, colligitur ex *num. 370.*

Sed quia non expedit, omnes subditos semper in prælium vocare, dum aliqui subinde non volunt, alii non valent sagittæ Palladis amplecti studia; penes Summam Potestatem erit, decernere, quinam ex subditis personaliter ad castra sese accingere, quinam pecunias subministrare, quinam alia munia, huc idonea, subire teneantur; neutiquam hic subsistente nonnullorum sublestæ fidei brocardicō, quod debitor præstandō interesse liberetur à sua obligatione: quandoquidem id necessariò fallit, quotiescumque respicitur industria personæ, ac obligatio talis est, quæ magis personam quam patrimonium afficit. Böhmer ubi supra *lib. 2. cap. 1. §. 33.*

Num verò subditi teneantur Imperantem extra fines suæ Reipublicæ sequi? Quæsitum scio. Resolutio tamen mea & communis est, non posse subditum detrectare sequelam: nam, quotiescumque Bellum justum, atque ad salutem Reipublicæ ordinatum est, obstringitur subditus, ad nutum & mandatum Summæ Potestatis prælio sese adaptare: potest autem Bellum justum, atque ad Reipublicæ salutem ordinatum esse, licet provehatur extra

limites patriæ: quia non tantum utile est toti Republicæ, milites in hostium educere, atque ex terris hostilibus commeatum, annonam, & alia, ad victum & usum bellicum opportuna, petere; sed quandoque necessarium est, hostem & à finibus propriis repellere, & eosque persequi, unde tam citò redire, iterumque nocere haud possit. Quod ipsum determinare, ac de publica necessitate vel utilitate cognoscere, non ad privatos sed Imperantem spectat.

<sup>405</sup> Juri Sequelæ conterminum est jus *Armorum* (quod etiam in Jure Feudali lib. 2. tit. 56. jus *armandæ* vocatur) tum *instruendorum*, cuius virtute armamentaria cum omnimodo rerum militariū apparatu eriguntur; tum *fabricandorum*, ratione cuius non omnibus promiscuè sed certis duntaxat personis arma fabricare permittitur; tum *tradandorum*, quō usus armorum neque omnibus de Republica, neque semper, neque æqualiter, sed pro Imperantis arbitrio & varietate circumstantiarum indulgetur. Ziegler de *Jurib. Majestat.*

<sup>406</sup> lib. 1. cap. 37. §. I. Sic ex relatione Taciti de *Morib. German.* d. cap. 13. apud hanc Gentem *arma sumere non ante cuiquam moris erat, quam Civitas sufficiendum probaverit.* Tum in ipso Concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus scutō frameðque juvenem ornant. Hec apud illos toga, hic primus juventæ bonos. Ante hoc domus pars videntur, mox Republicæ.

<sup>407</sup> Ut verò subditi continuò in armis exerceantur, omnium ferè prudenteriorum monitum ac consilium est: occurrunt namque casus improvisi, tantum vix concedentes spatiū, ut milites conduci, vel eorum delectus haberi possint: proindeque ne Republica tunc viribūs & viris exercitatis destituatur ad hostem, à cervicibus propulsandum, erit necessaria subdi-

<sup>408</sup> torum in armis exercitatio; sicuti belè consuluit Julius Cæsar apud Dion. lib. 38. ibi: *arma semper in manibus habenda sunt: hæc enim solum ratione pax conservatur; & Corinthiorum Legati in orat.* 2. apud Thucyd. libr. 1. ajunt: *quiete ut plurimum ii homines fruuntur, qui ita quidem sunt instructi, ut injuriam nemini faciant; sed vicissim ita comparati, ut la-*

*cessiti passuri id neutiquam videantur.* Et Veget. lib. 4. cap. 31. inquit: *nemo provocare audet aut facere injuriam ei Regno aut Populo, quem expeditum & promptum ad resistendum vindicandumque cognoscit.* Nempe, quod Venetæ Curiae narratur inscriptum, prudentiæ & providentiæ humanæ comprimis consentaneum est: *felix Civitas, que tempore pacis de Bello cogitat.*

Solet hīc disquiri: teneanturne sub-<sup>409</sup> diti, ad Bellum ab Imperante evocati, justitiam Belli examinare?

Mihi hac in parte probatur opinio Molinæ to. 1. tr. 2. disp. 113. num. 3. allegantis S. Thomam, Victoriam, Gabrielem, Sotum; & dicentis, quod subditi, præcisè ad Bellum evocati, non obligentur inquirere justitiam Belli, sed tutò pugnare possint, iudicium suum Principi, & qui Principi sunt à consiliis, committendō. Ratio est: <sup>410</sup> quia subditus potest in qualibet re & quovis mandato judicium suum accommodare judicio Superioris, & credere, ea, quæ mandantur, justa esse, justéque fieri: nec enim Imperii scrutator, sed executor est; quemadmodum *servus*, authore Senecā, herilis Imperii non censor est, sed minister. Potest igitur ad jussum Imperantis bellare, &c, quod Bellum sit justum, justè sibi met persuadere. Scitè D. Au-<sup>411</sup> gustinus de *Civit. DEI.* lib. 1. cap. 26. miles, ait, cùm obediens Potestati, sub qua legitimè constitutus est, hominem occidit, nullā Civitatis sue lege reus est homicidii: imo, nisi fecerit, reus est Imperii deserti atque contempti: quod si suā sponte atque autoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur, si fecerit injussus, inde puniretur, si non fecerit iussus.

Dixi: *subditi, præcisè ad Bellum vocati.* Enimverò qui non tantum ad Bellum sed etiam ad consilium Principis, de Bello consultantis, vocantur aut admittuntur, Belli justitiam accuratè tenentur examinare: quia ex officio sunt obligati, suadere Principi, quæ recta, & dissuadere quæ improba sunt; consequenter &, quænam recta vel improba sint, inquirere tenentur: nî damnorum, ex malo consilio resultantium, se participes, & restitu-

stitutioni obnoxios facere desiderent.  
Molina cit. l. num. 2.

413 Quid verò, si rumor passim circumvolaret, Bellum, quod adornat Princeps, carere sufficienti causâ, neque propter iuriam gravem, sed levem duntaxat, aut ex mera dominandi libidine moveri?

Hic quemlibet subditum, pugnare jussum, ad inquirendam veritatem adstringit cit. Molina sub num. 4. nec male: quia, ut prudenter agat, debet in similibus circumstantiis, ubi de justitia Belli communis hominum opinio sinistrè sentit & loquitur, indagare veritatem: alioquin versatur in ignorantia culpabili & affectata, cum qua honestas operationis consistere nequit.

414 Et hunc in finem Grotius lib. 2. cap. 26. §. 4. num. 5. arbitratur, causas Belli justificas debere claras, evidentes, & tales esse, quæ palam ab Imperante exponi possint & debeant; refertque dictum Tertulliani in Apol. cap. 4. 1. adversus Nat. cap. 6. neque civis fideliter Legi obsequitur, ignorans, quale sit, quod uincitur Lex. Nulla Lex sibi conscientiam justitiae sue debet, sed eis, à quibus obsequium exspectat.

415 Sin autem subditus, factâ inquisitione diligenti de justitia cause, nihilominus anceps haeret, poteritne pugnare?

Quod non possit, definiunt aliqui apud Schiaram Theolog. Bell. lib. 4. difficult. 6. num. 9. multumque èd propendere videtur Grotius d. §. 4. quia scilicet, quid dubitat contemplative, debet judiciò activò eligere partem tutiorem. Est autem pars tertiæ, abstine-re à Bello, prout judicarunt Esseni, interalia juramentò se obstringentes, non nocituros se cuiquam, ne si juberentur

416 quidem. Neque obstat, pergit Grotius d. §. num. 5. quod ex altera parte periculum est inobedientiæ. Nam, cùm utrumque incertum sit, caret peccato, quod ex duobus minus est. Inobedientia autem in ejusmodi rebus suâpte naturâ minus malum est, quam homicidium, præsertim multorum innocentium.

417 Quod verò miles, de Belli justitia speculativè dubitans, pugnare possit, à plerisque comprobata est assertio. Molina cit. disp. 113. num. 5. Victoria d.

P. SCHUMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Jure Belli num. 31. Schiara d. l. num. 10. & alii apud hos; quibus explicitè favet D. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 75. relatus in cap: quid culpatur causa 23. q. 1. ubi ita edisserit: vir justus, si forte sub Rege homine etiam sacrilego militet, rectè potest illò jubente bellare, si, quod sibi jubetur, vel non esse contra DEI præceptum, certum est, vel utrum sit, certum non est: ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi. Ratio est: 418 quia, dum miles speculativè dubitat, potest practicè secum concludere, Bellum esse justum: siquidem in dubio; an præceptum Superioris sit justum nec ne, præsumptio stat pro justitia; cui subditus se conformare, & de Belli justitia judicare valet.

Ad id, quod objicitur, in dubio 419 partem tutiorem esse judiciò activò eligendam, respondeatur, illud intelligi debere de dubio practico, non autem speculativò: quia, qui practicè dubitat, & non attentâ præsumptione justitiae, quæ militat pro Imperante, hæsitat, possitne sine peccato pugnare, non potest operari licetè, nisi eligat partem tutiorem, & à peccato immunem; qui verò dubius est solummodo speculativè circa jus Belli, non tenetur in praxi eligere opinionem tutiorem, sed potest se ex novo & reflexo principio, quod Imperantem comitetur Juris assentia, resolvere, pugnam omnino licitam esse.

In eo tamen ad Grotii & aliorum 420 adversantium assertionem, quod veritum sit, in dubio de justitia Belli Bello se immiscere, transire non recuso, quando subditus non tantum dubitat, sed argumentis, pro- & contra militantibus, inductus probabilius existimat, Bellum esse injustum: tunc enim præsumptio, cæteroquin Imperanti proficia, nequit amplius efficaciam suam exserere, utpote à majori rationum pondere, in præsumptionem & opinionem contrariam inclinante, vel suspensa vel suppressa.

Utrum hæc asserta de subdito quadrarent etiam militi conscripto, ac pro mercede conducto?

Bifariam opinionem ponit Schiara d. lib. 4. difficult. 7. negativam in num. 5.

Cccc

&

& affirmativam in n. 6. referens. Ego opinionem medianam assumo, & dico, quod, si miles ille sit conductus, antequam Bellum, de cuius justitia dubitatur, sit exortum, eodem ferè modò se resolvere valeat, quod miles subditus: aut enim subditis est æquiparandus, aut famulis, domino pro mercere servientibus: utriusque verò in dubio speculativo de justitia actionis possunt practicè ad agendum se resolvere, & Imperanti obedire. Molina 422 cit. disp. 113. num. 7. Si verò miles, posse aquam Bellum jam parabatur, se primum ad militiam offerat aut conferat, multum ambigens, de illius justitia, non juvatur præsumptione, quæ alias patrocinatur jussui Summæ Potestatis, eō ipsō, quod Summæ Potestati subjectus non esse supponatur: difficulter igitur exculari poterit à peccato, si militare sacramentum præsti-

terit, dubiò solum ex ea ratione deposito, quod Princeps in dubio non præsumatur esse malus aut injustus Bellator; præterquam in principiis Proba- 423 bilistarum, quæ ad hunc casum in favorem militum conductiorum applicat citatus Schiara num. 7. Et seqq. quæ tamen, utrum in hac materia, quæ proximè accedit ad judiciale, ubi non est licitum sequi probabilem sententiam, relictâ probabiliori, locum habeant, Confessariis militaribus perlibenter relinquο. Illud tamen cum 424 Clariss. P. Ludovico Babenstuber- Ethice supernat. tr. 5. disp. 6. art. 4. n. 9. addendum puto, eos milites, qui, insuper habitâ justitiâ aut injustitiâ Belli, parati sunt ad militandum cuvis, dummodò præbeat justum stipendium, esse in statu peccati mortalis, nec posse absolvī, nisi corrigant hoc malum. propositum.

### §. III.

## De Jure extruendi vel muniendi Fortalitia, imponendi Presidia, & imperandi Excubias.

425 **Q**ui Bellum metuit, incipit, aut suscipit, Fortalitiis seu locis munitionis indiget, ut impunè in terras confines hostium excurrat, suamque Provinciam leviori brachiō ab hostium assaltibus protegat. D. ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Fortalitiam.* num. 1. Hinc jus extruendi aut muniendi *Fortalitia* Juri bellico propinquā cognitione junctum, ac vel ideo Summæ Potestati connexum esse probatur; ceteris autem, qui tantâ Potestate sunt destituti, sicuti bellandi, sic etiam fortalitia erigendi, aut loca alia muniendi facultas, absque præscitu & venia Summæ Potestatis, interdicta dignoscitur; ut fusè prosequitur Casparus Ziegler de Jurib. Majestat. lib. 1. cap. 35. §. 6. Et seqq. Huber de Jure Civ. lib. 3. sect. 3. cap. 3. num. 12. Et seq. D. ab

426 Andlern d. l. n. 3. §. 4. Neque existimandum est, seclusō paetō, vicini Regni vel Regionis Dominos contra hujusmodi extictionem excipere, vel, quod sibi præjudicium aut injuria immineat, obtemdere posse: quod

enim quisque facit in sua ditione, jure facere, ac nemini extraneo præjudicium aut injuriam inferre censetur. Et, si forte opponat, id fieri ad æmu- 427 lationem, non audietur apud Sapientes, nisi suam oppositionem probaverit: probabit autem tantò difficultius, quantò frequentior est Virorum Doctorum sententia, ad æmulationem id ædificium tantummodo pertinere, ex quo ædificans nullam penitus utilitatem aut quoad se aut quoad suos experitur: quis autem negaverit, eum, qui construit arcem, aut urbem munit, utilitatem, si necesse fuerit, per facilē ostendere hōc solō, quod tutamen & tutelam suæ Reipublicæ quæsierit? Quòdsi vicinus replicet., 428 æmulationem magis ex animo, quam facto spectari: majorem adhuc difficultatem sentiet, ut animum malignum, qui mortalium oculis haud subjacet, probet; licet ex eo, quod, qui propugnaculi fabricam molitur, aliunde consueverit, vicinos turbare, præsumptione non levi juvetur.. Pote-

429 Poterit utique, si metu perstringatur, munimentum aliud, ac priori contrarium in suo opponere; aut, si sibi prospectum non esse crediderit, per Legatos mentem alterius explorare; arma tamen & media violenta non prius apprehendet, quām ubi moraliter certus est, extractum aut̄ extruendum fortalitium in perniciem & detrimentum suae Reipublicæ directum esse. Grotius lib. 2. cap. 22. §. 5. n. 2. Vitriar. ibid. q. 3. Ziegler d. cap. 35. §. 10. & seqq. Samuel Stryck in *Dissert. de Fortalit.* cap. 3. n. 15. & seqq. & cap. 4. num. 14. & seqq. quæ extat in *Dissertat. Francofurt.* vol. 1. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. special. lib. 2. cap. 1. §. 16.*

430 Sed quia fortalitia & propugnacula, efficaciter munienda, & magnum apparatus quoad rem tormentariam, & ingentes sumptus quoad operas & conservationem exigunt; dubium non censeo, quin subditi, quorum utilitati præcipue consulitur, collectas subministrare obligentur. Böhmer cit. l. §. 18. D. ab Andlern d. l. n. 7. Stryck

431 d. l. cap. 5. à num. 1. Quod verò non nulli cum António de Petra de *Potest. Princip. cap. 8. num. 19.* Principis ærario hoc onus adscribant; à Zieglero d. l. §. ult. bene limitatur, si Principis ærarium tam gravibus expensis sit impar; imò, ut dicit hic Author, si recte res & sententia hæc æstimetur, in effectu totum onus expensarum ad subditos devolvitur: dum enim ex censu & tributis expensas fieri, &, si quid deest, per novam collectarum impositiōnem suppleri volunt, non ad alios pertinebit memoratum onus, quām subditos: nec enim ideo dantur tributa, ut Principis patrimonium inde augeatur, nisi expreſſè id dictum fuerit, sed ut *Potestates Publicæ* habeant, unde sumptus faciant ad bonos tuendos, & malos coērcendos.

432 Planè si privatorum ædes aut prædia ad opus tam salutare videantur esse necessaria, huc applicari, eaque, quæ dampnum afferunt, destrui possunt: cùm utilitas privata ex summa æquitate cedere debeat utilitati publicæ per l. si quando 9. Cod. de Oper. publ. Stryck cit. cap. 5.

433 num. 10. & seqq. Insuper ex eodem

salutis publicæ motivo castrum aliquod, ad unum ex subditis spectans, à Principe repeti, & vel de novo muniri, vel omnino dirui poterit. Böhmer cit. cap. 1. §. 19. & seqq. Nec exci- 434 pienda sunt, ait hic Author, templa, si pro securitate publica videantur esse munienda. Repugnat tamen vehementer cap. 14. caus. 10. q. 1. ubi prohibetur, ne Ecclesiæ à laicis incastellentur, id est, vallô circumdentur, aut in forma castelli muniantur: quæ prohibitio, cùm in summa reverentia, DEO sacrisque locis debitâ, fundetur, extra casum summæ necessitatis, quando nimis agitur de salute multorum hominum, ad Ecclesiam confidentium, vix poterit infringi. D. ab Andlern ubi supra n. 11. Schiara *Theol. Bell.* lib. 6. difficultat. 18. num. 7. & 19. Ne verò, qui dominus est ædium 435 privatrum, vel muniendarum vel destruendarum, solus ad bonum commune concurrere, & damnum in gratiam aliorum sufferre teneatur, iustum est, ut, quod omnium causâ percessus erat, omnium contributio- ne resarciatur. Stryck d. cap. 5. num. 19. & seqq. Recapitulentur dicta in lib. 3. cap. 3. à num. 145.

Cum jure Fortalitionum conjunctum est *jus Praesidii*, quō Imperanti ( exclusivè quoad subditos, etiamsi Magistratus sint, aut integræ Communitates) tribuitur facultas, loca munita milite præsidariō custodiendi: nihil enim juvarent munimenta, ad regulas artis exactissimè elaborata, si deficeret miles, qui munimenta tutaretur. Ziegler *de Jurib. Majest.* cap. 36. §. 1. Stryck d. cap. 5. num. 27. & seqq. Nullumque civibus contra impositio- 437 nem præsidii jus patrocinari, vel præscriptio aliqua suffragari potest, si forte per tempus longissimum aut etiam immemoriale nullus unquam miles castro vel urbi fuisse immissus: quoniam merus non-usus seu pura omissione juris sibi competentis refertur ad actus meræ facultatis, in quibus præscriptio, nisi quid aliud accedat, v.g. prohibitio unius & contradic̄tio alterius, frusta allegatur. Stryck cit. *Dissertat. de Fortalit.* cap. 3. num. 34.

Affinis demum hisce juribus est po- 438 testas,

testas compellendi subditos ad excubias: nam in defectum militis præsidarii cives non injustè vigilias agere, ac portas civitatis aut arcis, ne quis malignorum hominum furtivè ingrediatur, custodire jubentur; et si non

quemvis, sed delectum ad hoc depurandum existimet Schiara *Theol. Belg.* lib. 4. difficult. 17. n. 2. quòd experimentò doceamur, meliores cives ac lautoris fortunæ ad custodiam urbium, præcipue tempore suspectò, deputari.

## S E C T I O VI.

### De Obligationibus in Bello.

#### S U M M A R I A.

439. *Obligationes in Bello graves & multa sunt.*  
 440. *Summa Potestas respectu militum obligatur ad solutionem stipendiis.* 441. *Et, si non solvantur stipendium, ad resarcitionem damnorum, inde securorum.* 442. *Milites obligantur ad servicia militaria.* 443. *Debent esse contenti sub stipendiis.* 444. & seqq. *Varia & indiqua praxes circa hoc norantur, & perstringuntur.* 449. & seq. *Una vel altera praxis excusat.* 451. *Duces & milites alii peccant, non facientes, quae sui sunt officii.* 452. *Nec excusantur ex contraria consuetudine, quae universalis non est.* 453. *Hostes in Bello obligantur ad rectam intentionem.* 454. & seqq. *Ad moderationem & temperationem.* 457. *Ad sinceritatem & veritatem.* 458. & seq. *Cui quidem non adversatur dolus bonus, insidia, stratagemata &c.* 460. & seq. *Sed dolus malus & mendacium.* 462. *Obligantur etiam ad fiduciam & fidem.* 463. & seqq. *Cum fides etiam hosti servanda sit.* 466. & seq. *Redditur disparitas inter jus vita & jus fidei.* 468. & seq. *Ostenditur, ex ipso Jure Naturali fidem hostibus servandam esse.* 470. *Obligantur insuper hostes ad honestatem.* 471.

- & seq. *Quod varie amplificatur.* 473. *Obligantur item ad humanitatem per concessionem seipultura.* 474. *Hoc enim nec hostibus neganda.* 475. *Nisi in pacem aut reciprocationem.* 476. *Obligantur denique ad observantiam festorum.* 477. *In casu necessitatis aut utilitatis etiam die festo pugnare licet.* 478. *In & extra hunc casum.* 479. *Hostes sunt obstricti, ne noceant Medius seu Neutralibus in Bello.* 480. & seq. *Aut altius hostilem in ipsorum territorio exercitant.* 482. & seq. *In eisdem necessitatibus tribuit juri in solo pacato.* 484. *Vicissim Neutralis obstringuntur, ut aequales ostendantur iniquum bellantium.* 585. *Nec adjurant inustum Bellorum, aut impediant justum.* 486. *An liceat Neutralibus, res aliquas ad hostem apportare?* 487. *Res, qua usque in Bello tantum prebent, nequeunt apportari.* 488. *Res, qua nullum usque bellum prebent, apportari non verantur.* 489. & seqq. *De rebus aliis, qua usque extra & intra Bellum habens, diversimode distinguuntur.* 493. & seq. *Magis expedit, longique securius videtur, cum hostibus Neutralissem specialiter pacisci.*

#### S. I.

### De Obligatione inter Summam Potestatem, quæ Bellum gerit, & Milites.

429 **Q**UAMQUAM inter arma Leges silere vulgo dicantur, pluresque, qui castra sequuntur, se Legibus exemptos vanè jactent; multæ tamen Bellatorum & graves sunt obligationes, ob quarum transgressionem graviter peccant, ut succinctè post alios ostendit Clariss. P. Babenstuber saxe cit. Ethica supernat. tr. 5. disp. 6. art. 4. num. 23. Et, ut propriùs ad nostrum scopum de hujusmodi obligationibus agere instituam, eas in tres classes separo. In prima se sistunt, quæ intercedunt inter Summam Potestatem, cuius nutu

& ductu militatur, & milites; in altera, quæ mutuò concernunt hostes, inter se dimicantes; in tertia, quæ attinent ad tertios, Bellò non implicitos, sed Medios & Neutros.

Obligatio, quam habet Summa Po- 440 testas respectu militum, & omnium, in Bello servientium, potissimum consistit in solutione stipendi: est enim contractus reciprocus, & quidem locationis - conductionis juxta Molinam to. 2. tr. 2. disp. 116. num. 1. inter Summam Potestatem, Duces & milites, vi cuius isti (saltem si non fuerint subditi) suas operas eidem locant, etiam cum

cum manifesto vita discrimine, tā legē, ut mercedis locō stipendium accipiāt; adeo ut Summa Potestas ex rigore justitiae commutativae tenetur militibus dare congruum stipendium, &c; nisi id faciat, obligatur ad restitutio-  
nem. Grotius lib. 3. cap. 17. §. 2. n. 6. Potestque miles, dummodo citra scandalum fieri possit, occultā sibi com-  
pensationē consulere. Molina d. n. 1.

441 Subscribit cum aliis Schiara Theol. Bell. lib. 1. difficult. 35. à n. 8. & insuper probat, Principem, ex cuius culpa stipen-  
dium non solvitur, teneri ad omnia  
damna ( quibus Babenstuber cit. l. &  
Grotius annumerat ea, quæ patiuntur  
innocentes à militibus, alimenta ex-  
torquentibus ) militibus & aliis repa-  
randa, quæ propter negatam solutio-  
nem pertulerunt; eandemque obliga-  
tionem in num. 14. cum eodem P. Ba-  
benstuber extendit ad ministros, quo-  
rum culpā ejusmodi stipendia debitō  
tempore non præstantur.

442 Viciūm obligantur milites, stipen-  
dia recipientes, militaria servitia juxta  
mandatum Principis aut Ducis sedulō  
præstare, servare stationem, manere  
intra castra, excurrere in hostem, ar-  
cēm aut urbem defendere, non ob-  
stante, quod certò prævidet, mor-  
tis periculō Molina d. l. num. 2. Quò  
spectant ex Jure Romano textus in  
l. lex duodecim 3. ff. ad L. Jul. Majest. l.  
non omnes 5. l. omne delictum 6. Et passim ff.

443 de Re militari. Præterea continuo  
memores sint milites illius responsi,  
quod Præcursor Christi Domini S.  
Joannes Baptista militibus, interro-  
gantibus & dicentibus: quid faciemus  
Et nos? dedit: neminem concutiatis, ne-  
que calumniam faciat: Et consenti estote  
stipendiis vestris. Luke 3. vers. 14. Et, si  
de stipendo ex dolo aut fraude plus  
recipient, quam debatur, tenentur ad

444 restitucionem. In quo puncto fre-  
quenter excedunt Duces militares &  
annonæ Præfecti, qui vel milites suā  
defraudant quadrā; vel Principem aut  
Rem publicam graviter lādunt, fingen-  
dō plures milites, quam reipsā sint in  
exercitu, sicque plures portiones sibi  
ipsis applicandō. Molina d. l. n. 4. Et 5.  
445 Excedunt etiam Duces & Officiales  
bellici, quando in itinere cum suis co-

P. SCUMIA JURIS PR. PUBL. UNIVERS.

piis constituti dissimulant, per quæ  
nam oppida transire intendant: tunc  
enim, si oppidanī ex tribus, quatuor,  
aut quinque locis adveniant, timentes,  
ne diversorum transiuntibus exhibere  
debeant, ac propterea vexam summā  
pecuniariā redimant; agunt, iniquè,  
quidpiam recipiendō: quia, ut bene  
discurrit Molina d. l. num. 7 neque Du-  
ces habent jus, ut hospitia vel diverso-  
ria faciant venalia, & simul populum  
unum hospitiō gravent, ab aliis vero  
pretium aut pecuniā recipiant, ne-  
que Princeps id in tantum Republicæ  
detrimentum concedere intendit, ne-  
que licite aut justè potest. Similiter 446  
excedunt milites, & oneri restitutio-  
nis se reddunt obnoxios, quando a me-  
tatore militari, qui nempe præcedit  
ad paranda & distribuenda in quovis  
 pago hospitia, petunt tres aut quatuor  
Ichedas ad tres vel quatuor domos, in  
quarum unāquaque recipientur ad di-  
versorum: nam hāc arte a singulis,  
ut ab onere receptionis liberentur, fa-  
cile consequuntur aliquot denarios,  
& sic in una domo hospitantur, alias  
autem extactione pecuniariā mole-  
stant: quod sanè non potest ab in-  
justitia excusari. Molina d. l. num. 8.  
Pariter milites graviter excedunt cum 447  
onere restitutioonis, quando rusticos  
aut alios hospites vexant, exigendō  
plus, quam exigere liceat in cibō,  
potu, & aliis: deficit siquidem titulus,  
id, quod excedit statutam annonam,  
petendi, facitque causam restitutio-  
ni. Non excusante ipsos neque 448  
Principum Ducumve conniventia:  
utpote cum nec illi subditos injustè  
gravare permittantur; neque petar-  
datā stipendiī solutione, dum bona  
rusticorum aut civium pro stipendio  
militari, quod ex ærario Principis aut  
contributione communī desumen-  
dum est, nullatenus militibus sunt ob-  
ligata vel hypothecata. Molina ex Ca-  
jetano n. 9. Qui tamen in num. 10. 449  
ex Driedo bene observat, militibus  
non esse prohibitum, accipere neces-  
saria ab illis hominibus, quorum Rei-  
publicæ defendendæ sunt necessarii;  
neque vetitum id esse in extrema fa-  
mis necessitate, in qua & aliis ad sal-  
vandam vitam quidpiam auferre con-  
cedi-

D d d d

ceditur: nec enim rationabiliter invitati esse possunt, à quibus in talibus circumstantiis aliquid in favorem & sustentationem militum decedit: cùm ipsis maneat obligatus Princeps, de exercario aut redditibus publicis satisfacere, aut certè per liberationem ab aliis ejusmodi tributis ablata compensare.

**450** Quin & consuetudinem non esse dannandam, ex eodem Cajetano docet Molina *num. II.*, cuius vigore militibus ligna, paleæ, sal, acetum, oleum aut aliud simile gratis subministretur: nam quasi per sortem accidit, ut unus locus præ altero simili gravamine obruatur.

**451** De reliquo, sicuti miles pro diversitate materiæ graviter aut leviter delinquit, si contra officium seu hominis seu militis agat; ita & Princeps & Duces peccatorum alienorum se faciunt participes, si conniveant, milites intra limites non custodiant, ac delinquentes ad aliorum terrorem non corripiant. Videatur Clariss. P. Babenstuber sæpe cit, art. 4. num. 23.

Nec est, quòd quis putet, dici hæc **452** pulchrè, sed præstari non posse. Nam, ut huic objectioni occurrat Grotius *d. lib. 3. cap. 17. §. 2. num. 4.* neque D. Joannes apud D. Lucam *d. cap. 3.* hæc moneret, aut Sapientes Legum Authors præciperent, si crederent, impleri non posse. Denique necesse est concedamus, fieri posse, quod factum videmus: quandoquidem de Sullâ refert Vellejus *lib. 2.* putares venisse in Italianam, non Belli vindicem, sed pacis auditorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque cum singulari cura frugum, agrorum, urbium, hominum, perduxit in Campaniam; de Pompejo perorat Cicero *pro L. Manil.* cuius legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò tanti exercitus, sed nec vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur; de Stilicone narrat Claudioianus *lib. 1.*

Tanta quies, jurisque metus servator honesti

Té moderante fuit, nullis ut vinea furtis  
Aut seges erectâ fraudaret messe con-  
tum.

## S. II.

### De Obligationibus inter Hostes.

**453** Obligationes, quas hostes inter se habent, & multæ & graves sunt. Obligantur enim I. ad rectam intentionem, per unam ex iustis causis, de quibus à *num. 97.* regulandam, ut nempe Bellum non ex alio fine moveatur, quam propter bonum commune, pacem & tranquillitatem, Reipublicæ conciliandam. Ita enim ( verba adstruo Ciceronis *lib. 1. Officior.*) Bellum suscipiatur, ut nihil aliud quam Pax quæsita videatur. Sapientes scilicet ( infert Sallustius *orat. 1. ad Cæsar.*) Pacis causâ Bellum gerunt, & laborem spe otii sustentant. Alius si finis sit, etiam in bona causa potest esse malus: quid si enim ultio tibi proposita? Quid si gloria aut Imperium? Peccas, ait Lipsius *Civil. Doctr. lib. 5. cap. 4. num. 20.* Religantur dicta in *num. 129.* & seqq.

**454** II. obligantur hostes, ut non effracto impetu in personas & res hostiles irruant, sed moderatione & tempera-

mento. utantur: quia, ut Cicero *lib. 1. Officior.* prohibet, sunt quedam officia etiam adversus eos servanda, à quibus injuriam acceperis. Est enim ulciscendi & puniendi modus. Aristides quoque, non hoc tantum, ait, respicite, quas ob causas penas sitis exacturi, sed &, quis sint, de quibus sumenda sit poena, qui nos ipsi, & quis justus poenarum modus. Grotius *libr. 3. cap. 11. §. 1.* Nempe licitum est omne, quod necessarium aut ad consequendum, quod debetur, aut ad se suaque defendenda judicatur; licitum quoque est, recuperare, quæ ad nos spectant, & ex iis, quæ pertinent ad hostes, compensationem damnorum, sumptuum bellicorum, periculorum, injuriæ &c. accipere: quidquid autem aliò fine & modò in vitam aut bona hostium attentatur, propter defectum juris & tituli illicitum & condignè resarcendum est. Molina *disput. 117. n. 3.* Babenstuber *Ethice supernat. tr. 5. disp. 6. art. 4.*

456 art. 4. num. 15. Unde D. Augustinus Epist. 1. ad Bonifac. hostem pugnantem, ait, necessitas perimat, non voluntas. Sicut Bellanti & resistenti violentia redditur, ita vi-  
to vel capto misericordia jam debetur, maxi-  
mè in quo pacis perturbatio non timetur. Cicero etiam in Verr. 2. Marcellum laudat, quod edificiis omnibus Syracusa-  
rum, publicis & privatis, sacris & profa-  
nis sic pepercit, quasi ad ea defendenda  
cum exercitu non expugnanda venisset.

457 III. obligantur hostes ad sincerita-  
tem & veracitatem, eò sensu, nemen-  
daciis aut fraude seu dolô malô sibi in-  
vicem imponant: quod enim canit Virgilius:

*Dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

Illud non de dolo malo, ad alterum ex proposito decipiendum adhibit, intelligendum est: hic enim cum mendacio conjunctus & intrinsecâ tur-  
pitudine contaminatus appetet; sed de dolo bono, solertia laudabili, ac stratagemate vel insidiis, quibûs aliud agitur, & aliud simulatur, accipien-  
dum videtur: quandoquidem in eo sensu & Christus Dominus Luce 24.  
vers. 28. apud Discipulos, in Emmaus euntes, fixit se longius ire; & Jeremias occultavit Ministris Regiis, quæ cum Rege Sedecia locutus erat. Jerem. 38.  
vers. 24. & seqq. & Josue cap. 8. vers. 3. mandatum à DEO accepit: pone insi-  
diias urbi post eam. Eleganter & copiosè D. Braun in tract. de Fide servanda §. 3.

458 Potest itaque Dux militaris fugam simulare, ut hostem provocet; po-  
test exercitum aut condensare, ut mi-  
nor appareat, aut laxare, ut videatur major, absque eo, quod falsum com-  
mittat: ipsa enim fuga, aut exercitûs conglobatio vel extensio nihil ex na-  
tura rei significat, aut saltem inter ho-  
mines res & signa nunquam cum mu-  
tua obligatione ad aliquid certum de-  
signandum fuerunt recepta; indeque cuivis liberum est, ejus generis actus aliâ longè mente exercere, quam alias,  
459 qui videt, interpretatur. Et ita D. Augustinus lib. contra Mendac. cap. 10. sentire videtur, dum ait, licet verita-  
tem occultare prudenter sub aliqua dissimu-  
latione; indeque q. 10. super librum Josue concludit: cùm justum Bellum suscipitur,

vi apertâ pugnet quis, aut ex insidiis, nibil ad justitiam interest. Itaque debent in-  
telligi Authores alii, nominatim Polybius, Xenophon, Vegetius, quo-  
rum primus dicit: que vi in Bello sunt, minoris censenda, quam que ex occasione  
& dolo; secundus asseverat, nibil utilius in Bello dolis esse; tertius; Boni Duces, inquit, non aperto Marte, in qua commu-  
ne periculum est, sed ex occulto semper at-  
tentant. Ex adverso, non potest quis 460  
salvâ conscientiâ hosti quareanti: an amicus, vel inimicus sit? Illudere, &c,  
cùm inimicus sit, amicum se mentiri:  
quia mendacium (quidquid super hoc  
disputet Grotius lib. 3. cap. 1. §. 9. n. 2.  
& seqq.) est ab intrinseco malum, ve-  
luti attestatur Aristoteles, quando men-  
daciūm perse turpe atque vituperabile esse,  
docet; & velut commemorat Cice-  
ro lib. 1. Officior. totius iniustie nulla ca-  
pitalior est, quam eorum, qui tunc, cùm ma-  
xime fallunt, id tamen agunt, ut viri boni  
esse videantur. D. Stapff de Majestat. d.  
cap. 5. §. 31. Hinc Alexander nega-  
bat, furari se velle victoriam; & Romani  
laudantur ab Æliano, quod propria ipsis  
virtus sit, non per astua & vafridem que-  
sita victoria; & Euripides asserit:

*Generosus animus hostibus furtim necem  
Inferre nescit.*

Et hōc sensu Præceptor Angelicus  
2. 2. q. 40. art. 3. præsenti materiae ac-  
commmodat textum S. Ambrosii lib. 3.  
Officior. dicentis: esse quedam jura Bel-  
lorum & foedera etiam inter hostes servan-  
da. Videatur cum laudato S. Thoma  
D. Augustinus in cap. 14. & ult. caus. 32.  
quest. 2. Jungantur Molina dispu. III.  
num. 1. Schiara lib. 2. difficult. II. & n. 4.  
Clariss. P. Babenstuber d. l. num. 14.

IV. obligantur hostes ad fidelita-  
tem & fidem, promissione vel stipula-  
tione datam, exactè servandam: sic  
enim aperte demonstrat S. Augustinus  
ad Bonifacium in cap. noli caus. 23. q. 1.  
inquiens: fides, quando promittitur, etiam  
hostis servanda est, contra quem Bellum geri-  
tur; quanto magis amico, pro quo pugna-  
tur. Cui consonat D. Ambrosius lib. 1.  
Officior. dicens: quantâ justitia sit, ex hoc  
intelligi potest, quod nec locus, nec personis,  
nec temporibus excipitur, que etiam hosti-  
bus reservatur; ut si constitutus sit cum hoste  
aut

D d d 2

*aut locus, aut dies prælio; adversus justitiam putetur, aut loco prævenire, aut tempore. Et paulò infra: liquet igitur, etiam in Bello fidem & justitiam servari oportere: nec ultum decorum esse posse, si violetur fides.*

463 *Nec contrarius est Cicero lib. I. Offic. ubi, si quid singulis temporibus hosti promissum sit, in eo ipso fidem conservandam, asserit; in exemplum adducens Regulum, primō Punicō Bellō captum à Poenis, qui Romanū de captiuis commutandis missus, cùm retinetur à propinquis & amicis, ad supplicium redire maluit, quām fidem hosti juratō*

464 *de reditu datam fallere.* Nimirum, ut solidè arguit Grotius d. lib. 3. cap. 19. §. 1. num. 2. hostes qui sunt, homines esse non desinunt. At homines omnes, qui ad rationis usum pervenerunt, capaces sunt juris ex promisso, possuntque obligare alterum & alteri obligari. Ergo & hostis hostem obligare, & hostis hosti potest obligari; Camillō

465 apud Livium dec. I. lib. 5. cap. 15. confirmante in hæc verba: *nobis cum Faliscis (qui etiam erant Romanorum hostes) que pacis sit humana, societas non est; quam ingeneravit Natura, utrisque est, eritque: sunt & Belli, sicut pacis, jura.* Confirmant pariter ipsi met Faliscorum Legati ad Senatum Romanum cit. l. eventu, inquietantes, *bius Belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt: vos fidem in Bello, quam presentem victoriam maluistis: nos fide provocati victoriam ultrò detulimus, subditione vestram sumus, mittite, qui arma, qui obfides; qui urbem patentibus portis accipiunt: nec vos fidei nostra, nec nos Imperii vestri paenitebit.*

466 *Et quamvis his, quibus vitam auferre possumus, etiam res & jura possimus auferre juxta effatum Ciceronis 3. Offic. Hinc tamen non infertur, jus, quod hosti nascitur ex fide & promissione alterius hostis, violari posse: nam ipsa promissione & fide, hosti data, renuntiamus juri, quod alioquin, seclusa promissione, competit adversus hostem; non alter, atque si pacem aut inducias cum hoste concludamus: tunc enim jus, quod nobis in personas & res hostiles antea debebatur, aut in omne tempus, aut pro aliquo tempore remitti-*

467 *mus. Et, nisi fidei inter hostes con-*

*staret aliqua fititas, ad pacem, quæ Belli finis est, nunquam licet deve- nire: cùm ipsum pactum, quô pax ro- boranda foret, nullam Bellum metam figere, nec Bellantibus animos & arma ligare posset. Videatur, & revideatur D. Braun cit. l. §. 3.*

Ad alia argumenta, quibus Pufendorf 468 dorf lib. 8. cap. 7. §. 2. probatae conatur, fidem inter hostes non parere obligatiōem ex Jure Naturali, sed spontaneā tantum cultiorum Gentium recep- tione: tum quia status Belli non agnoscit alterum agendi modum, nisi per vim; tum quia hostibus in infinitum quasi licitum est, sibi invitem nocere, bene respondet Clariss. D. Herz de Fide 469 Pacta cap. 2. §. 3. num. 27. statum bellum hostile mediante pacto aliquatenus immutari, & largiore rem fæviendi nocendique licentiam, alioquin competenter, secundum quid restringi.

V. obligantur hostes ad honestatem, nec possunt in victos aut captivos ea facere, quæ inhonesta sunt, v. g. stupra, adulteria, & alia impudicitæ flagitia. Non enim audiendi sunt, qui spectando solam injuriam, in alienum corpus per talia scelera commis- sionem, referente Grotiō libr. 3. cap. 4. §. 19. num. 1. ei subiacere, quidquid hostile est, juri armorum non incongruens judicabant. Audiendi potius 471 & sectandi sunt alii, qui non solum injuriam (quæ tanto major hic est, quanto minus aut foeminæ in prostitutiō nem corporis sui consentire, aut hostes in sexum imbellem quidpiam hostile moliri possunt) sed ipsum effera- tæ libidinis actum hic considerant, & quia neque ad securitatem, neque ad poenam iactus pertinet, concludunt, eundem non Bellō magis quam pace impunitum esse debere. Hocque 472 & in Sacris Paginis indicatur Deuter. 21. v. 10. & seqq. ubi in captivorum cor- pora jus non erat, nisi secuto conjugio; & Gentium meliorum Jure sta- tutum esse, probat Grotius d. §. 19. n. 1. tum ex Scipione apud Livium dicente, & suâ & Populi Romani interessé, ne quid, quod uspiam sanctum esset, apud ipsos violaretur; tum ex Aeliano, cùm nar- rasset, à Sicyoniis viatoribus foemina- rum ac Virginum Pellenæarum pudiciam

etiam prostitutam, sic exclamante: crudelia hæc per Deos Gracie, &c, quantum memoriā complector, ne ipsis quidem barbaris probata. Plura testimonia colligit Guilielmus van der Muelen ad Grotium cit. l.

473 VI. Obligantur hostes ad humanitatem, cæsis militibus aut mortuis per sepulturam exhibendam: debetur namque sepultura mortuis non tantum ex more Christiano, sed etiam ex moribus & Jure Gentium, de quo testatur Seneca, Philo & Josephus Hebrei, Pelusiota, Elianus, & alii apud Grotium lib. 2. cap. 19. §. 1. n. 1. Idque officium Cicero, Lactantius, Quintilianus humanitatem; Valerius Maximus misericordiam & Religionem; Tacitus misericordiam & pietatem; & alii aliter appellant, ut videre est

474 apud cit. Grotium num. 4. Et hinc nec inimicis nee hostibus sepultura negari potest, utpote non tam homini seu personæ individuali, quam humanitatæ seu naturæ humanæ debitæ; odiō, invidiā, & si quæ inter viventes gliscabant, jurgiūs cum morte cessantibus, velut indicavit Euripides:

*Mors jurgiorum finis est mortalibus,  
Num majus aliud quid potest letho dari?  
Fecere vobis si quid Argioi male,  
Cecidere; in hostes ista vindicta est satis.*

Et D. Chrysostomus in orat. de Lege: propter banc mortuos nemo hostes judicat; neque ira & contumelia in eorum corpora extenditur. Grotius d. cap. 19. §. 2. n. 6. 475 & §. 3. num. 1. & 2. Quòd si quandoque ab ea Lege discessum est, ad

poenam, vel jure quoddam reciprocationis, & velut ex edicto, quod quisque juris, id factum creditur; quod sensu David comminatur Goliatho, se Philistæorum carnes feris objecturum pro cibo, quia Goliathus hisce minis contra Davidem, ut ipsum à monachia deterreret, anteā usus fuerat. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 15. n. 4. & seqq.

VII. obligantur hostes ad observantiam festorum, &c, ut ait Nicolaus Papa, respondens ad consulta Bulgarorum in cap. si nulla cauf. 23. q. 8. si nulla urget necessitas, non solum quadragesimali sed omni tempore est præliis abstinentendum. Quòd si tamen non solum urgeat necessitas, sed etiam suadeat utilitas aut major commoditas, diebus festivis arma tractare, prælia commiscere, urbes obsidere &c. prohibitum non est, uti colligitur ex cap. ult. de Feriis, ubi conceditur diebus festis capere paces, si opportuna se offerat occasio capiendi. D. P. Ebberth *de Bello* cap. 6. num. 17. Imò, præscindendò quoque à necessitate vel utilitate, putat Molina disp. IIII. num. 6. exercitium bellicum absque veniali culpa exerceri posse: tum quia tale exercitium non reputatur inter servilia & mercenaria: tum quia milites justâ pugnâ non solent à rebus spiritualibus distrahi, sed potius occasione lethaliter peccandi privantur. Ebberth d. l. num. 18. ubi etiam in num. 15. post Panormitanum notat, textum in cap. 1. de Treuga & Pace confuetudine contraria abrogatum esse.

## S. III.

### De Obligationibus Hostium quoad Tertios vel Medios.

479 **O**bligatio Hostium quoad Tertios, seu Medios, qui scilicet neutræ seu neutrarum partium, ac utrique Principi seu Reipublicæ, Bellò involutæ, cōdem amicitiæ affectu sunt colligati, hæc est, ut nullum actum hostilem vel in terra vel in personis mediis exerceant, & neque quempiam trucident, vexent, aut capiant, neque bona & res destruant aut occupent.

P. SCHMIER JURISPR. PUB. UNIVERS.

Grotius lib. 3. cap. 17. §. 2. num. 1. Muelen *ibid. in comment.* Vitriar. *ibid. q. 7.* Quin neque hostem, in loco ac solo pacato deprehensem, occidere, neque res hostium, ibi sitas aut repertas, eripere vel diripere licebit: quia hostilia non ad terras amicas prorogari, sed ad hostiles coarctari, & quæ ditiones pace gaudent, bellicò tumultu & violentiâ disturbari non debent. Grot. d. lib. 3.

Eee

d. lib. 3. cap. 4. §. 8. num. 2. Vitriar. d. l.

481 q. 9. Qua in re inter complura exempla, quæ subjicit Grotius d. cap. 17. §. 2. num. 2. speciali mentione dignum est, quô Moyses, Supremus Israëlitici exercitûs Ductor, cùm transitum per agros Idumæorum, ceu terram pacatam, sollicitaret, spoondit, transitum se viâ regiâ, neque declinaturum in arva aut vineta; si vel aquâ opus haberet, persoluturum se ejus premium. Num. cap. 20. v. 16. & seqq. Alia & alter docet Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 26. num. 41. & seq.

482 Planè in territorio pacato summa necessitas interdum jus aliquod tribuit, non quidem extruendi arces & munitiones de novo: hâc enim ratione hostes in locum illum alienum provocantur, & ibi sedem bellicam figunt, violaturque Naturalis Juris Regula: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, ut contra Boxhornium bene demonstrat Ziegler ad Grot. d. cap. 17. sed armes, aut munimenta, jamjam existentia, præoccupandi. Grotius d. l. §. 1. & lib. 2.

483 cap. 2. §. 10. Nam si v.g. moraliter certum sit, castrum aliquod vicinum, ex quo magnum inferri posset damnum, ab hoste occupatûri, potest alter prævenire, & præviâ occupatione securitatem sibi conciliare. Vitriar. d. l. q. 8. ita tamen, ut in hac ipsa occupatione plus non queratur aut exigatur, quâm præcisa necessitas requirit, id est, intactâ Jurisdictione cum redditibus, custodia sufficiat, cessante necessitate restituenda. Huber de *Jure Civitat.* lib. 3. sect. 4. cap. 1. num. 5. Nervosè Grotius d. §. 1. si custodia sufficiat, non sumendum usum: si usus, non sumendum abusum: si abusus sit opus, restituendum rei pretium.

484 Vicissim autem, qui medii & utriusque partis æqualiter amici esse cupiunt, æquos & æquales utrique se tenentur ostendere, juxta Vitriar. d. l. quest. 8. Quam doctrinam Grotius d. libr. 3. cap. 17. §. 3. num. 1. admittit in causa dubia, ubi certò non constat, quænam pars justius Bellum foveat, ut nempe tunc æquitas servetur in permittendo transitu, in coñeatu præbendô legionibus, in obfessis non sublevandis.

485 De reliquo nihil facere licet, quô validior fiat is, qui improbam foveat cau-

sam, aut quô justum Bellum gerentis motus impediuntur. Quin & justitia dictat, ut discurrit Muelen ad Grot. d. §. 3. tum etiam societatis humanæ conservatio, à qua propria cujusque salus pendet, exigere videtur, ut ejusmodi societatis perturbatores, tanquam in exitium humani generis nati, junctis viribûs debellentur, aut opprimantur, aut, ne detrimentum justum Bellum gerentibus inferatur, isti potius adjuventur.

Liceatne verò neutrarum partium 486 spectatoribus res aliquas ad hostes nostros apportare? Et olim & nuper acriter certatum ait Grotius lib. 3. cap. 1. §. 5. num. 1. cùm alii Belli rigorem, alii commerciorum libertatem defendarent. Ipse tamen, sequente Vitriariô ibid. q. 5. distinguit in num. 2. inter res ipsas. Velenim in Bello tantum præ- 487 bent usum, ut arma; vel in Bello nullum habent usum, sed voluptati tantum inserviunt, ut vestes pretiosæ, odoramenta &c. vel usum habent intra & extra Bellum, ut pecuniae, commatus, naves, & quæ navibus accedunt. Res primi generis dicuntur contrabande, nec possunt ad hostem deferri, quin deferens se socium monstrat, ac, cùm hostem adjuvet, hostis instar habeatur. Res secundi gene- 488 ris sunt extra querelam: nam, ubi per adventum talium rerum hostiles vircs non succrescunt, sed magis enervantur, atque ad delicias & luxum dissolvuntur, alter ex Belligerantibus justè conqueri non potest. Circa res ter- 489 tii generis ulterius videndum est pro diversitate statûs bellici. Nam si tueri me non possim, nisi, quæ mittuntur, intercipiam, necessitas jus intercipiendi dabit; sed cum onere restitutio- 490 nis. Sin autem apportatio re- rum executionem mei juris impedi- rit, idque certò scire potuerit, qui ap- portavit, velut accidit in casu, quô oppidum obfessum tenebam, aut por- tas clausas, & jam deditio vel pax ex- spectabatur, tenebitur ille mihi de damno, si quod actu datum fuerit, & ad damni dati modum res ejus capi, nostroque dominio poterit vindicari; &, si voluero, talem pro hoste repu- tare & tractare valeo. Si damnum 491 non

non actu secutum, sed certò secuturum erit, facultatem habeo, rerum detentione eum cogere, ut caveat de damno futuro datis obsidibus, pignoribus, aut aliò modò. Solentque ea propter à Bellum gerentibus significations fieri ad alias Populos, ut, quid circa res, ad hostes deportandas, agendum sit, innotescat, de quo argumento ampliora pandit Grotius in suis *not.* ad d. cap. 1. §. 5. num. 4. Muelen *ibid.*

**492** Sanè, si quis res qualescumque non mittat ad hostem sed alium amicum, non poterunt ab alterutra Bellatorum parte occupari vel detineri sub prætextu metûs, ne ab illo amico ad hostem transferantur, nisi de animo utriusque & ejus, qui mittit, & ejus ad quem mittuntur, constet, quod res missas ad hostem deferre cogitent: alioquin libertas commerciorum, non sinè detrimento utilitatis publicæ,

nimium constringeretur. Vitriar. d. l. quest. 6.

Porrò, ut monet Grotius d. lib. 3. 493 cap. 17. §. 3. n. 3. proderit, etiam cum utraque parte Bellum gerente fœdus miscere, ita ut cum utriusque bona voluntate à Bello abstinere, & communia humanitatis officia utrique exercere liceat: tunc enim consurgit vera & strictè dicta neutralitas, utpote quæ pactum supponit, expressum aut tacitum, quō jus æqualis amicitiae erga eos, qui Bellò decertant, obfirmatur. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 26. n. 1. & 2. Vitriar. ad Grot. d. cap. 17. q. 3. Sic namque, quæ cæteroquin respectu **494** personarum, mercium, aut locorum, mediorum controversa & dubia fieri possunt, antecedente pacto determinari, &c, quæ hic liceant, aut quæ vetita sint, declarari valent. Textor d. L. num. 10. & 11.

## SECTIO VII.

### De Repressaliis.

#### SUMMARIÆ.

**495.** Describuntur Repressalia. **496.** Est vi deantur esse contra Jus Naturale; **497.** Poterant tamen introduci Jure Gentiano. **498.** & seqq. Adducuntur rationes Grotii. **501.** & seqq. Superadduntur rationes aliae. **503.** Convenientia & inconvenientia inter Bellum & Repressalias. **504.** Ad justitiam Repressaliarum requiriuntur primo, ut ad eas Judex alterius Civitatis. **505.** Secundo ut ibi repulsam ferat. **506.** Aut sententiam nullam vel manifestè injustum reportet. **507.** Tertiò ut aliud remedium non sufficiat. **508.** Quartò ut etiam Magistratus proprius apud Judicem alterius Civitatis se interponat. **509.** Quintò ut, qui Repressalias decrevit, habeat jus Belli. **510.** & seqq. Refutatur Bodinus. **512.** Diferimus inter Repressalias & pignorationes subjiciuntur. **513.** Denique requi-

ritur, ut causa Repressaliarum sit gravis & licet quida. **514.** Repressalia quoad personas locum obtinent in subditis aliena Reipublica. **515.** Quorum numero peregrini & viatores band censentur. **516.** Neque Legati. **517.** Licet aliud sit de Commissariis. **518.** & seqq. Neque est numerò comprehenduntur Personæ Ecclesiasticae. **520.** Fæmina non extinxitur. **521.** Ut non innocentis. **522.** & seqq. Repressalia locum habent, esto offensio non fiat in persona. **525.** & seqq. Explicantur, quānam bona Repressaliarum nomine detineantur. **527.** Quoad personas illas Repressaliis conceduntur sola detinatio. **528.** Absque servitute ante severiori trahitatione. **529.** & seqq. Acte occisione. **531.** Ex sententia Grotii in rebus statim acquirunt dominium. **532.** & seqq. Ad fiducia jns pignoris admittuntur.

#### S. I.

### De Natura & Conditionibus Repressaliarum.

**495** **A**ffines Bello sunt Repressalia, utpote specimen Belli privati, in quo vindicatur iniuria, privato à privato illata, præferentes. Si enim civis unius Reipublicæ à cive alterius Reipublicæ

læsus aut offensus non possit à Magistratu aut Supremo illius Judice jus & justitiam consequi, potest Magistratum aut Judicem proprium adire, ac petere, ut vel civis alius Reipublicæ, denegantis justitiam, vel res illius tam-  
dum

diu detineantur, donec satisfactum sit. Covarruv. in reg. peccatum part. 2. §. 9. num. 4. Molina disp. 121. à num. 4. Clariss. D. Franz Quest. select. 14. num. 6. Quod remedium à Recentioribus Jctis *Jus Repressaliarum*, ab Italico vocabulo *Ripresa* deductum; ab Anglis *Withernamium*; à Gallis literæ *Marbe* aut *Marque* appellatur. Ziegler de

496 Jurib. Majest. lib. I. cap. 34. §. 3. Esto namque, si Naturale Jus intueamur, ex alieno facto nemo teneatur, sed obligationes tam ex pacto quam ex delicto suos affiant authores, præterquam si sint patrimoniales, quæ transiunt ad hæredes; idque non tantum de personis singulis, sed etiam de Communitatibus intelligi debeat, quatenus quod Universitas debet, singuli non debent, & è converso: nihilotamen minùs ex Jure Gentium induci potuit, & inductum apparet, ut pro eo, quod debet præstare Civilis aliqua societas, aut ejus Caput, sive per se primò, sive quòd alieno debito jus non reddendò se quoque obstrinxerit, teneantur omnes & singuli cives, corumque bona sint obligata. Grot. lib. 3. cap. 2. §. 2. num. 1. §. 4. §. 5. num. 1. Et 2.

498 Rationes, quæ Gentes moverunt, esse potuerunt: tum quia cæteroquin magna pateret injuriis faciendis licentia, & quòd nec bona debitoris principalis nec bona Imperantium tam citò veniant in manus creditoris, quam aliorum concivium, qui plures sunt:

499 tum quia spes erat, membra ejusdem Reipublicæ à se mutuò per eundem Judicem citius jus consequi, & indemnitatì suæ consulere posse, quam externos, quorum multis in locis existet gua habetur ratio: tum quia commodum, exinde resultans, commune erat omnibus Populis, ut, qui nunc eō gravaretur, aliò tempore sublevari posset.

500 Grot. d. §. 2. n. 2. Rationem aliam dat Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 6. §. 13. quia, quemadmodum ex conjunctione in Corpus Civile factum est, ut, quæ uni infertur injuria per extraneos, ea totam Civitatem videatur tangere; ita non iniquum est visum, singulos velut in subsidium pro debito Civitatis obligatos esse: cum, quod eō nomine illi erogaverint, à Civitate sua

ipsis sit refundendum. Quòd si autem hòc modò unus aut alter civium dampnum sentiat, debet id inter illa incommoda referri, quæ Civitates tantum non necessariò consequuntur; etsi hæc minimam partem faciant malorū, quæ singulos extra Civitatem manerent. Adhæc aliam rationem eruo ex n. 60. ibi enim permisum fuit, justam bellandi causam esse, si justitia ab alia Civitate, debitè implorata, subditis nostris denegetur: ut proinde non minùs justa debeat videri causa Repressaliarum, per quas non infertur Bellum toti Civitati, sed unus tantum aut alter civis, vel res solummodò violentiam patitur. Ziegler ubi supra cap. 34. §. 32. Clariss. D. Franz cit. quest. 14. num. 10. Et, si existimes, discrimin inter Bel- 503 lum & Repressalias in hoc versari, quòd hic innocentes aut eorum bona directè offendantur, ibi non: in contrarium pugnat, quòd in Bello innocentes tam in vita quam in bonis persæpe offendantur; in Repressaliis autem vita nunquam auferatur, & bona dunataxat in modum pignoris detineantur. Zieger d. l.

Netamen Repressaliæ quâdam inju- 504 stitiæ maculâ inumbrentur, conditio- nes, mox referendæ, concurrant, opus est. I. Si quidem requiritur, ut, qui justitiam sibi cupit exhiberi, audeat Judicem alterius Civitatis, ibique non instanter tahtum, sed & legitimè, id est, servatis iis, quæ ibi ad processum Judiciarium desiderantur, petat co- gnosci & decerni, quod justum est: quia in processu judiciario, etiamsi ex- traneus quis actoris munus sustineat, stylus & ordo loci, in quo causa ex- minatur, attendi debet. Ziegler d. cap. 34. §. 10.

II. requiritur, ut, oblatò libellò, fa- 505 ctâque consueta Judicis imploratione, aut justitia fuerit denegata, nullâ actori concessâ audientiâ; aut saltem mali- tiosè protracta, fortè quòd, judicio jam inchoatò, Judex illud finire, & sen- tentiam ferre renuat. Vitriar. ad Gro- tium d. lib. 3. cap. 2. q. 6. Et 7. Quod 506 etiam accedit, quando sententia quidem promulgata, manifestè tamen in- justa aut nulla est: quia, licet in co- eventu, quôd Judex contra subditum inju-

injustam fert sententiam, is nihilominus executionem sustinere obligatur: aliud tamen est in non-subdito, quem authoritas Imperantis alterius Reipublicæ nequit cogere, ut injuriam patiatur, aut jus iniquè auferri permittat. Grotius *d.l. §. 5. num. I.*

*s. 07* III. requiritur, ut aliud remedium, quō lœsus sibi prospiciat, non supersit: enimverò, si possit suum jus consequi per compensationem, aut interpositam appellationem, fortè quia Judex subalternus tantum justitiam administrare neglexit, Superior autem mediante provocatione in subsidium implorari potest, ad Repressalias, quæ dicuntur remedium planè extraordinarium ac violentum, devenire haud licet. Vitriar. *d.l. q. 8.* Ziegler *d. cap. 34. §. II. Et 15.*

*s. 08* IV. requiritur, ut etiam Magistratus seu Princeps Reipublicæ, cuius membrum est civis offensus, petitio- nis suæ fundamenta ad partis contrariae Magistratum seu Principem transmittendò, per legatos aut amicos satisfactionem urserit: ex eo namque tempore Magistratus, justitiam negans aut protrahens, se reddit culpabilem, nec tantum alieni delicti fit particeps, sed etiam Rectores alterius Civitatis offendit; proceditque illud D. Augustini jam in *num. 60. allegatum ex cap. Dominus cauf. 23. q. 2.* quod liceat ulciisci injuriam, si Gens aut Civitas vindicare neglexit, quod à suis improbè factum est. Vitriar. *d. q. 8.*

*s. 09* V. requiritur, ut, qui Repressalias indulget, habeat Jus Belli, sitque adeò Summò instructus Imperiò. Molina cit. *supra disp. 121. num. 6.* Ziegler cit. *I. §. 8.* sicut enim Magistratus inferior nequit indicere Bellum publicum hōc ipso, quod Superiorē habeat supra

se; ita nec Bellum privatum incipere, aut Repressalias concedere poterit: quandoquidem Respublica nocens non agnoscit hostem alium, quam param, qui in causa propria pro Judice solum DEUM reveretur. Neque at-*s. 10* tendendum venit, quod docet Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Repressaliarum exercendarum jus minus rectè inter Summi Imperii jura referri, quoniam ubique fere, & maximè in Gallia ad Carolum VIII. usque, Magistratibus, antiquò etiam Jure privatis, id commune fuerit. Enimverò, ut re-*s. 11* spondet Nicolaus Hertius in *not. ad Puffendorf lib. 8. cap. 6. §. 13. lit. a.* uti in turbidis temporibus, qualia superioribū sacerulis in Gallia & alibi fuere, hæc acciderunt; ita nunc sanè Universæ Europæ consuetudo contrarium servat; nec id temere: quoniam ex Repressaliarum usu non minus, quam ex Bello, universa Respublica in discrimen adduci potest. Et per*s. 12* hoc Repressaliæ differunt à pignorationibus, propriè sic dictis: hæc namque à quovis Judice decerni, & interdum inter concives, quoties unus alterum turbat in re sua vel possessione sui juris, authoritate propriâ usurpari possunt. Ziegler *d.l. §. 5.* Vitriar. *d.l. q. 14.* Quamquam & in hoc differentia intercedat, quod pignorations ad res aut personas alias, sc, quæ nobis debent, aut debentur, non extendantur.

VI. requiritur, ut lis, quæ intentatur contra subditum alterius Reipublicæ, concernat jus reale vel personale, ortum ex debito liquido & notabili: nam Repressaliæ ex *num. 495.* præse-*s. 13* xunt speciem Belli, ac Respublicas inter se committunt; quod fieri non potest, nisi ob causam grayem ac liquidam. Clariss. D. Franz cit. *ques. 14. sub n. 8.*

## S. II.

### Quænam Personæ, & quarum Bona sub Repressalias cadant?

*s. 14* Personæ, quæ Repressaliarum nomine capi vel detineri possunt, censentur soli subditi Civitatis seu Reipublicæ nocentis. D. Franz *d. P. Schmier Jurispr. Publ. Univers.*

*num. 8.* cùm his solis, qui partes & membra sunt Reipublicæ, aliena culpa possit imputari. Censentur autem *s. 15* subditi in hoc passu non qui transeundi F f f f aut

aut moræ exiguae causâ alicubi versan-  
tur, sed qui tales sunt ex causa perma-  
nente, sive indigenæ, sive advenæ.  
Introductæ sunt enim Repressaliæ ad  
exemplum onerum, quæ pro solven-  
dis debitis publicis indicuntur, quorum  
immunes sunt, qui tantum pro tem-  
pore Legibus subjacent. Grotius ubi  
supra lib. 3. cap. 2. §. 7. num. 2.

§16 Excipiuntur autem ex omnium cal-  
culo Legati, ad alios, quām hostes no-  
stros, dimissi: hi siquidem, cūm ple-  
nā debeat securitate gaudere, non  
tantum quoad personas, sed etiam  
quoad bona qualiacunque, tam respe-  
ctu proprii quām alieni debiti, Repres-  
saliarum nomine detineri nequeunt.

Grot. d. §. 7. num. 2. Vitriar. q. 13. Zie-  
gler d. lib. 1. cap. 34. num. 19. Quiduo  
postiores contra Rutgerum Rolandum  
*de Commissar.* lib. 7. cap. 9. tenent,  
privilegium immunitatis, hac in parte  
Legatis concessum, ad Commissarios  
extendendum non esse: cūm quidem  
in sua propria Civitate inter suos  
exemptione quādam non injustè  
fruantur; in aliena tamen Republica,  
cum quā nihil ipsis negotii, præroga-  
tivam aliquam non mereantur.

§18 Excipiuntur etiam personæ Eccle-  
siasticæ, de quibus, ne Repressaliis gra-  
ventur, extat severa constitutio in  
*cap. un. de Injur.* Et *damno dato in b.* quam,  
licet ex sinistro erga Pontificem Ma-  
ximum affectu non curet Zieglerus  
d. l. num. 20. nec etiam ob exemptionem  
bonorum Clericis quidpiam tri-  
buat; fatetur nihilominus, eos à Re-  
pressaliis ideo liberos esse, quod com-  
muni Gentium consensu personis, ad  
cultum Divinum destinatis, semper ea  
habita fuerit reverentia, ne in corpo-  
re aut bonis læderentur. Portugal *de*  
*Donation.* Reg. lib. 2. cap. 27. à num. 16.  
Clariss. D. Franz cit. q. 14. num. 8. Et 12.

§20 Excipiuntur insuper à nonnullis  
mulieres ob Nov. 134. cap. 9. Studiosi  
propter Auth. *habita Cod. Ne filius pro pa-*  
*tre.* Eentes ad nundinas ex l. un. *Cod.*  
*de Nundin.* At Grotius d. §. n. 3. ocu-  
latè notavit, ejusmodi exemptiones  
non ex Jure Gentium, sed Jure Civili  
Populorum, dimanare: quippe cūm  
à majori Gentium numero isthæc pri-  
vilegia, quæ Legislatores Romani pro-

suo Imperio concederant, necdum  
reperiantur agnita vel recepta.

Excipiuntur demùm ab aliquibus 521  
omnes innocentes, qui culpâ, contra  
extraneum commissâ, vacui sunt.  
Sed malè. Etenim, si quis innocen-  
tes omnes Repressaliis subduxerit, aut  
speciale quid Repressaliæ non impor-  
tant, cūm tralatitium sit, nocentes  
quoscunque non tantum arrestari, sed  
etiam in corpore & patrimonio puniri  
posse; aut rarissimè locum & effe-  
ctum invenient, dum, qui se sciunt  
noxios, tam fatui non erunt, ut alterius  
Reipublicæ indignationi & vindic-  
tæ sese ultroneas dent viëtimas. Portu-  
gal cit. cap. 27. num. 11. Et seqq.

Non equidem me latet, juxta citatum 522  
Zieglerum in §. 17. Repressalias quoad  
personarum capturam aut arrestum  
in ea duntaxat circumstantia obtinere,  
quando ex nostris subditis aliqui apud  
eos, contra quos utimur Repressaliis,  
detinentur, quasi hoc retorsionis jus  
sit, & speciem talionis referat; secus,  
quando nullus ex subditis sed bona-  
tantum subditorum nostrorum fue-  
rint alibi apprehensa. Sed, quam- 523  
quām limitationem hanc non illiben-  
ter indulgeam, ubi possunt haberi bo-  
na, Repressaliarum loco occupanda;  
attamen, si bona nequeant haberi,  
cum cit. Vitriario q. 10. etiam in tali  
eventu personas apprehendi; & tam-  
diu detineri posse, existimo, donec ju-  
stitia administretur: quandoquidem  
rationes, ob quas in num. 498. Et seqq.  
Repressalias à Gentibus introductas  
fuisse diximus, nullam hic exceptio-  
nem admittunt. Itaque videtur 524  
sentire ipse Grotius d. cap. 2. §. 5. num. 2.  
ubi generaliter scribit: „tali igitur de  
„causa, quando scilicet negata fuit ju-  
„stitia, aut corpora aut res mobiles  
„subditorum ejus, qui jus non reddit,  
„capi posse, non quidem Naturâ intro-  
„ductum est, sed moribûs passim re-  
„ceptum. Quamquām enim (ita lo-  
„quitur in §. 3. n. 1.) Ægyptis, ut ex  
„Diodoro Siculo discimus, disputa-  
„bant, corpus sive libertatem pro de-  
„bito obligari non debere; nihil tamen  
„in eo est Naturæ repugnans; & mos  
„non Græcorum tantum, sed aliarum  
„Gentium in contrarium valuit.

Quod

§. 25 Quod jam attinet bona, jure Repressaliarum detinenda, optandum & suadendum esset, ut ea non sint alterius generis, ac in quo patrimonium civis, justitiam petentis, diminutum aut damnificatum est: quia tamen ejusmodi bona rariū haberi possunt, injustum haud apparet, ut in vicem illorum alia occupentur. Ziegler d. l.

§. 18. Qualiacunque tamen fuerint bona, cavendum, ne plus capiatur, quām debeat: quia, sicuti Bellum finitur, quando Principi aut Republicae lēsa plenariē satisfactum est; ita & Repressaliæ sistuntur, quando creditor obtinet, quod ipsius jus adæquat. Idem *ibid.* D. Franz sāpe cit. q. 14. num. 8. inf.

### §. III.

## De Vi & Virtute Repressaliarum.

§. 27 **V**is & virtus Repressaliarum alia est quoad personas, alia quoad res. Quoad personas conceditur sola detentio, eum in finem continuanda, ut concives, amici, propinquui, vel ipsi, qui pro alieno debito detinentur, solutionem aut satisfactionem à sua Republica procurent, quatenus citius à sua captivitate vel arresto liberantur. Ziegler d. lib. 1. cap. 34. §. 26.

§. 28 Non igitur tales personæ instar captorum in Bello in servitutē redigi, neque servorum in modum in corpore affligi vel cruciari, minūs occidi possunt (cū & veri debitores ob æs alienum creditoribus servire non permittantur à Jure Romano in l. 12. *Cod. de Obligat. & action.*) tametsi spes haud affulgeat, justitiam ab eorum Judice seu Magistratu consequendi: nec enim hostes sunt, aut verorum hostium, contra nos pugnantium, membra, sed potius obsides, quorum vitæ vel corpori noceri non posse, jam supra in lib. 3. cap. 3. num. 57. demonstratum est. Grotius d. lib. 3. cap. 2. §. 6. Ziegler d. l. §. 28.

§. 29 Permittit tamen secundūm ea, quæ docet Covarruv. in *reg. peccatum* §. 9. num. 4. *circafin.* conditio rei, quod ex accidenti occiduntur, & percutiantur innocentes, si quidem aliter pignorationes legitimè indictæ non possint per milites exerceri, nec per eos, qui jus publicum pignorandi habent, quia innocentes se suaque defendunt, vel Civitas, quæ causâ pignorationis impetratur, aliter capi non potest. Hæc

§. 30 Covarruvias. Verūm Grotius d. cap. 2. §. 6. arbitratur, quod, si prævideatur, ex accidenti innocentes occidendos fore, ex charitatis lege omit-

tenda sit potius juris persecutio: cùm ex ea lege, Christianis præsertim, pluris esse debeat vita hominis, quām res nostra.

Quoad res non solūm detentionem §. 31 concedit Grotius, sed in sāpe cit. cap. 2. §. 7. num. 3. admittit, Jure Gentium ipsō factō dominium rerum captarum acquiri ad summam debiti & sumptuum, ita ut residuum reddi debeat; consequenter ex mente Grotii non est discrimin inter occupationem bellicam & repressalitiam, sed rerum, utrōvis modō captarum, dominium illicò in capientem transfertur. Sed §. 32 quia Repressaliarum finis, ut dictum, aliis non est, quām ut capturā rerum promoveatur justitia, à Superiore nostri debitoris hucusque protracta, vel negata, creditor præter jus pignoris vix aliud per capturam primitus acquirere poterit. Quodsi, factā interpellatione, justitiae consecutionem non licet amplius sperare, res captæ (nisi ex natura sua corrumpi soleant, ac propterea servari nequeant) pro quantitate debiti in solutum creditor i cedi, aut justō pretiō distrahi possunt; & si quid remanet, deductis impensis, debitori restitui. Portugal de Don. Reg. d. lib. 2. cap. 27. n. 24. Ziegler d. cap. 34. §. 27. Vitriar. ad Grot. d. l. §. 15.

In solutum porrò eorum, qui jus §. 34 Repressaliarum per se satis rigidum sentiunt, subneicit Grotius d. §. 7. n. 4. illos, qui non-solvendō, quod debebant, aut jus non-reddendō dederunt causam Repressaliis, ipsō Naturali ac Divino Jure teneri ad resarcienda damna aliis, quibus eam ob causam aliquid decedit. +

F f f 2

CA.

## C A P U T II.

## De Jure Pacis.

**B**ello contraria est Pax, quā, qui hostes fuerant, in concordiam & amicitiam redcunt; imò Pax Belli finis est, uti relucet ex cap. priori num. 452. Hinc Cicero Philipp 7. Si Pace, inquit, frui volumus, Bellum gerendum est; si Bellum omittimus, Pace nunquam fruemur; & Thucyd. apud Lipsium Civ. Doctr. lib. 5. cap. 19. num. 9. air: & Bello Pax magis firmatur. Post Bellum igitur proximum nostræ dispectionis argumentum est Pax, de quā Silius Poëta:

*Pax opima rerum,  
Quas homini norisse datum est, Pax una triumphis  
Innumeris potior.*

## S E C T I O I.

## De Natura, Varietate, &amp; Origine Pacis.

## S U M M A R I A.

1. *Pacis nomen.*
2. *Definitionem ejus superfluum censet Gudelinus.*
3. *Affirmatur aliqua definitiones.*
4. & seqq. *Diversa acceptio preferuntur.*
7. *Nostra definitio pro duplice acceptione duplex pandit.*
8. *Requiruntur ad Pacem profusa publica.*
9. *Præsupponitur Bellum.*
10. *Defideratur perpetuitas.*
11. & seq. *Et si contrarium subinde accidat, per accidens est.*
13. &
14. *Expenditur divisio Pacis in eam, qua si me- diante pacto, &c., qua sine pacto sit.*
15. *Adder-*

- citur altera in publicam & privatum. 16. & seq.*
- Assumitur verba in perpetuam & temporalem.*
18. & seq. *Adducitur quarta in universalem & particularem.*
20. & seqq. *Subnebitur quinta in Religiosam & profanam.*
23. *Pax originaliter descendit ex Jure Naturali.*
24. *Commendatur à Christo.*
25. *Suadetur ex ipso statu primevo hominum.*
26. *Ex officio Principum.*
27. *Ex intentione & conditione Belli.*
28. & seqq. *Quoad certos effectus Pax reducitur ad Fuis Gentium.*

## S. I.

## Quid sit Pax?

**P**ax dicta est à pacto seu pactione juxta JCtum in l. 1. §. 1. ff. de Pact. vel potius juxta Isidorum in cap. II. de V. S. pactum dictum est à Pace quasi ex Pace factum: aut quia Pax conficitur & perficitur mediā pactione; aut quia pactio inchoat & firmat Pacem. D. Huelricus ab Eyben de Jure Pac. tb. 1. lit. a.

¶ *Pacis definitionem, ut pluribus verbis fiat, superfluum credit Gudelinus de Jure Pac. cap. 1. utpote cuius nomen popularē atque omnibus dulce est, nedium ipsa res iucunda, & salubris;*

*quā non modo ii, quibus sensum Natura dedit, sed etiam tecta atque agri letari videntur, ut Cicero dixit pro Lege Agraria. Definiunt autem Pacem alii Doctores, è quibus à Brunnemano in tract. de Pace Polit. dissert. I. §. I. dicitur, ordinata Belli compositio; à Grotio lib. 3. cap. 20. §. 32. num. 1. describitur actus Civitatis pro toto & pro partibus; à Textore in Synopsi Jur. Gent. cap. 19. num. 6. de prædicatur status mutuæ securitatis publicæ, inter Reges, Principes, vel Populos pacto firmatus.*

*Priusquam ego Pacem describam, nota*

notò duplicem ejus significationem. In primis enim significat naturalem & generalem inter homines cognationem, cuius intuitu homo homini & Gens Genti obstringitur ad communia humanitatis officia, inter quæ non minimum est, omnibus amicum, nemini inimicum esse, ac de cætero ab omni vi & violentia abstinere; quo in sensu Pacem habere dicimus cum omnibus illis Gentibus, quibus cum bellum nunquam fuimus commixti, etiam si illas neque vidisse, neque novisse licuerit, cuiusmodi respectu Germanorum sunt Persæ, Indi, Americani, Africani &c. Deinde significat specialem amicitiam inter eos, qui inter se hostiliter agebant, postliminiò reductam; & tunc vel accipitur causativè seu in fieri, pro conventione, quâ hostes inter se amicabiliter conveniunt; veleffectivè seu in facto esse pro statu, conventionem illam consequente. In significatione priori definio Pacem, quod sit conventio publica, quâ hostes perpetuam cessationem ab armis sibi invicem promittunt. In significatione posteriori describo Pacem, quod sit publica & perpetua quies ab armis inter eos, qui hostes erant, conventa.

Utraque descriptio reipsa concordat, dum utrobique ad Pacem requiri-

ritur I. ut fiat à personis publicis, & statum publicum concernat; quâ ratione Pax à transactionibus & compositionibus privatis distinguitur. II. ut præsupponat bellum, & actibus hostilibus, antecedenter inter duas Civitates intervenientibus, finem imponat; sicque Pacem specialem à generali discriminat. III. ut in perpetuum in- eatur amicitia; sicque Pax discernatur à treuga seu induciis & armistitio. Nam, ut Cicero ait *Philipp. 8. inter Bellum & Pacem nihil est medium*; estque bellum statûs nomen, qui potest esse etiam, cum operationes suas non exserit; consequenter potest esse cessatio ab armis, & tamen manere bellum. *Grot. lib. 3. cap. 21. § 1. n. 1. & 2.*

Non raro quidem accedit, ut Pax' nedum perpetua sit, sed unô aut mediô vix anno duret; id tamen esse per accidens, ac præter intentionem & votum illorum, qui Pacem contrahunt, notant *Gudelinus d. cap. 1. & D. ab Eyben d. th. 1. lit. k.* Quemadmodum etiam *J. C. t. veteres nuptias definiebant*, quod individuam vitæ consuetudinem contineant, & dotes ita dari volebant, ut semper apud maritum manerent; & tamen apud ipsos sepe contigit, ut admitterentur divorcia, & sic dotes redderentur.

## §. II.

### Quotuplex sit Pax?

**P**lures divisiones Pacis circumferri video, quæ tamen an legales & authenticæ sint? Disquirendum est.

Prima divisio Pacis est, quod alia celebretur per conventionem; alia, sine conventione, quando nimis hostes ex improviso desistunt ab actibus hostilibus. Sed, nisi fallor, Pax, quæ sine conventione fit, non est Pax, sed Pacis simulacrum: quandoquidem si nulla sit inter hostes pactio, nulla quoque erit obligatio, ponendi arma. Erunt potius inducæ, quas *Gellius apud Grotium d. l. num. 2. negavit esse Pacem: bellum enim manet, pugna cessat.*

P. SCHMIER JURISPR. PUR. UNIVERS.

Altera divisio Pacis est in publicam & privatam. Hæc tamen ex n. 7. & 8. confutata manet: cum Pacem aliam, ac quæ autoritate publicâ firmatur, & pro fine non commodum aliquod privatum, sed statum & bonum publicum spectat, non agnoscamus.

Tertia divisio Pacis est in perpetuam & temporalem. Verum, quia in num. 10. & seqq. ad veram Pacem desideravimus perpetuitatem, nec ista divisio subsistere potest; Pace temporali propriùs ad inducias, quæ etiam ad annos plures extendi possunt, accedente. Fieri tamen poterit, ut, si appareat, conventionis pacificæ rationem unicam & per se moventem in-

G g g

soli-

solidum fuisse cessationem actuum bellicorum, ut tunc, quod de Pacis tempore vel effectu dicitur, valeat etiam in Pace temporali, si non ex vi vocis, saltem ex certa mentis collectione ac presumptione. Grotius *d. l. §. i. n. 4.* Vitriar. *ibid. q. 2.*

**18** Quarta divisio Pacis est in universalem & particularem. *Universalis* est, quæ omnibus controversiis, inter Bellantes gliscentibus, ubique locorum finis imponitur. *Particularis* est, quæ super una vel altera controversia in hoc vel illo loco particulari venitur ad concordiam, bellò in aliis locis remanente. Quæ divisio non videtur improbanda, dum v. g. Populi Europæi, qui in India Orientali vel Occidentalí terras possident, Pacem concludere possunt, per Europam valitaram, bellum autem in Indiis continuare; cuiusmodi exemplum de induiis refert Pufendorf *de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 7. §. 3. propè fin.*

**20** Quinta divisio Pacis est in Religiosam, & profanam. Illa circa Religionem; haec circa negotia & capita profana pangitur. Verum, ne ipsa vocabula divisionem non tantum adulterinam sed & sacrilegam arguant, ita venit dilucidanda, ut per Religionem non intelligatur fides salvificans, quæ cùm indivisibilis sit, una, & sola, divisionem, multiplicationem, aut

transactionem aliquam quoad se non admittit: nec enim credere licet, quæ homines crederè volunt, aut permittunt, sed quæ DEUS revelavit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit. Contzen *Polit. lib. 9. cap. 23. §. 3.* D. ab Eyben *de Jure Pac. tb. 5. lit. m.* In-  
telligitur itaque per Religionem illius usus, cultus, & exercitium quoad actus, & cæremonias, & ritus externos, ut, si tractu temporis ex subditorum pertinacia aut externorum invidia abusus, errores, & falsa dogma-ta in Rempublicam irrepserint, nec tam aut suavioribus aut severioribus remedii, etiam gladiò in vindictam armatō, aboleri queant; urgente factorum acerbiorum necessitate, pacto publico tolerari debeant. Cujus-  
modi Pacem ex decantata regula, quod ex duobus malis, quorum utrumque simul evitari non potest, minus eligere permisum sit, contra non paucos post Joannem Molanum & Tannerum defendunt JCti Dilingani in *Compositio-nē Pacis cap. 5. q. 20. num. 49.* Et 57. Gudelin. *de Jure Pac. cap. 9.* D. ab Eyben *d. tb. lit. n.* D. Pelzhoffer *Arcanor.* Stat. *lib. 7. cap. 1. num. 16.* Et seq. Hermes in *Fasc. Jur. Publ. cap. 11. num. 151.* Gletle *Jurisprud. Terrib. p. 4. cap. 3. §. 3.* Quo de argumento in *Jurisprud. Publ. Romano - German.* ex professo agendi locus crit.

### S. III.

#### Unde Pax oriatur?

**23** **P**acem, in se & absolutè spectatam, à Jure Naturali primitus ortam fuisse, fixum teneo: nec enim cognatio, quam inter homines Natura constituit, inviolata servari; nec charitas, quæ proximum sicut nos ipsos diligere jubemur, integra custodi; nec societas, quæ ex dictamine Naturali coaluit, firma persistere potest, nisi Pax, ceu unicum cognationis stabilimentum, præcipuum charitatis vinculum, solidissima societatis basis aut introducatur, aut introducta foveatur. Ipsemet Rex Pacificus, ac Princeps Pacis, nasci voluit

toto orbe in Pace constitutò; moxque per Angelos nuntiari jussit Pacem in terra hominibus bonæ voluntatis; ac, postquam verbò & exemplò docuit, suasit, præcepit, denique positurus animam & vitam pro nostra Redemptione, per modum fideicommissi Pacem in ultima voluntate reliquit Joannis 14. vers. 27. ibi: *Pacem relinquo vobis, Pacem meam do vobis.* Unde & Pacis Nuntius, D. Paulus ad *Hebreos cap. 12. vers. 14.* hortatur: *Pacem se-quimini cum omnibus.* Confirmari po-  
test hæc assertio ex lib. 1. cap. 1. à n. 16. ubi per extensum ostendi, primævum homi-

hominum statum, quem Naturalem dicimus, esse statum Pacis non bellum; cui consequens est, Pacem à Natura suaderi simul & imperari, quatenus, ubi jam viget, conservetur; &c., ubi per bellum erupta aut lacerata nosci-

26 tur, reparetur. Hinc Prudentissimus Savedra in *Corona Gotbica cap. 3.* monet, præcipuum Regis esse officium, de Pace cogitare: *electi enim à Populis suère, ut eorum prudentia publica tranquillitas & Pax illæsa conservetur, eâque subditi tutò & feliciter gaudere possint.*

27 Nec mihi dubium est, quin, si Principi, justum bellum gerenti, ab hoste satisfactio fuerit oblata, is arma suspendere, & Pacem cum ipso æquis conditionibüs componere teneatur, uti jam indicatum & probatum est in *cap. I. à num. 120.* Quamobrem D. Augustin. in *Epiſtol. ad Bonifacium ait, non Pacem queri, ut bellum exerceatur, sed bellum geri, ut Pax acquiratur.* Por- tugal de *Donat. Reg. lib. 2. cap. 28. n. 13.*  
Et seqq.

28 Pax, relativè in ordine ad præcedens

bellum considerata, quatenus nempe est medium finiendi bellum, sistendi conatus hostiles, abolendi tristes bellorum effectus v.g. captivitatem, servitatem &c. est Juris Gentium propriè talis: quia ex omnium Gentium consensu & approbatione in hoc sensu recepta, & ad nostra usque tempora propagata fuit. Ut verè hīc verifice-  
29 tur, contrariorum eandem esse rationem; &, sicuti bellum quoad suos effectus à Jure Gentium magna ex parte progreditur; ita & Pacem quoad effectus contrarios ab eodem Jure na- tales suos derivare. Textor in *Synopsi Jur. Gent. cap. 20. num. 4.* Et seq. Unde  
30 barbarum, ait hic Author, & à Jure Gentium alienum haberi debet, quod Gentibus nonnullis, veluti Turcis & Tartaris, in usu est, ut nimirum, Pace etiam rectè conventâ, alterius partis homines, ubicunque deprehensos, capiant, atque in servitutem adducant: Pacificatione enim ea facultas remissa est; adeoque, quod in contrarium fit, Juri Gentium repugnat.

## SECTO II.

### De Personis, Pacem concludentibüs.

#### S U M M A R I A.

- 31. *Pacis concludenda facultatem habent Summi Imperatores.* 32. *Qualiscaque sit Civitas.* 33. *Rex impeditus ob causam aut amentiam nequit concludere Pacem.* 34. Et seq. *Bene verò tutor aut administrator Regni.* 36. *Allegatur exemplum.* 37. Et seq. *Excluditur restitutio in integrum.* 39. *Ratificatio Statuum Regni in hoc casu suadetur.* 40. *Rex captivus ex aliquorum opinione nequit Pacem concludere in Regno non patrimoniali.* 41. *Potest tamen in patrimoniali.* 42. Et seq. *Qua tamen opinio quoad posterius membrum ab aliis refutatur.* 44. Et seqq. *Statuitur sententia, pacificandi potestatem Regi captivo indistinctè deferens.* 47. Et seqq. *Idem assertur de Rege exulo, in servituum non redacto.* 50. *Principes inferiores ius pacificandi ex privilegio aut prescriptione possunt acquirere.* 52. Et seqq. *Pax atquando ex necessitate, interdum ex utilitate per alios contrahitur.* 54. *Nempe per Legatos, sufficienti mandato instructos.* 55.

- Et seqq. *Quale mandatum non constat, quod generaliter etiam cum libera datum est.* 58. *Supremo Bello-Duci fas non est, pangere Pacem sine mandato specifico.* 59. *Qualiscaque decisio pacis statuta habuerit.* 60. *Id enim proficiens mandatum constat.* 61. Et seqq. *Exempla Romanorum allegantur.* 63. *Ad Pacem plerumque solent adhiberi Mediatores.* 64. *Ut controversias bellicas compellant.* 65. *Esi nulla sit necessitas, tales Mediatores vocandi.* 66. *Dissentit quidem Pfendorf, & obligationem acceptandi Mediatores propugnat;* 67. Et seqq. *Sed ejus sententia diversis rationibus impugnatur.* 72. Et seqq. *Licet autem tertio Pacis conditione Bellatoribus offerre eò pacto, ut, qui Pacem decretauerit, deinceps hostili modò tractetur.* 76. *Officium Mediatorum declaretur.* 77. *Obligatio hostium in praesenti casu delibetur.* 78. *Comitatio Mediatorum das causam suspicionis.*

## §. I.

*Quinam Jus babeant suô nomine concludendi Pacem?*

**P** 31 Acem concludunt aliqui suô nomine; alii alienô. De iis, qui pacificationem incunt nomine suô, regulam præscribit Grotius lib. 3. cap. 20. §. 2. ubi ita disserit: pactiones inire, quæ bellum finiunt, eorum est, quorum est bellum: rei enim quisque suæ moderator. Unde sequitur, ut in bello utrinque publico hoc eorum sit, qui Summi Imperii exercendi ius habent. Regis 32 igitur hoc erit in statu. verè Regio; modò is Rex etiam jus habeat non impeditum; in Procerum aut Populi Imperio (ita pergit Grotius §. 4. n. 1.) jus pacificandi erit penes majorem partem, illic consilii publici, hic civium, sententiaz dicendæ jus ex more habentium. Nam juxta Livium, ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicerit, pro bono atque utili fiedere defendendum. Grotium sectantur Gundelinus de Jure Pacis cap. 2. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 10. cap. 2. num. 1. D. ab Eyben de Jure Pacis tb. 2. lit. a. D. ab Andlern Constit. Imperial. verb. 3rid n. 6. 33 Dicitur notanter à Grotio de Rege, modò *jus babeat non impeditum*. Nam Rex, qui ætatis est ejus, quæ judicij matritatem non habet, vel qui furiosus, amens, & mente captus est, Pacem concludere nequit. Idem Grot. §. 3. num. 1. Cum enim ne quidem privatâ se obligatione talis Rex innodare valeat, quomodò obligationem publicam, ex qua totius Reipublicæ salus dependet, sibi imponere valebit. 34 Si tamen, ut plerumque fieri amat, Rex tutorem aut administratorem habeat, Pax, ab illo bonâ fide conclusa, Regem obstringet. Textor cit. cap. 20. num. 14. Portugal de Donat. Reg. lib. 2. cap. 28. num. 10. velut enim in privatis causis pupillus & mente captus obligari potest ex contractu tutoris, fideliter celebratō; sic multò magis in causa publica Pacis Rex infans aut 35 mentis inops obligari poterit: quia magis interest generis humani, ne, negata pacificandi facultate vel obliga-

tione, cum publico Gentium damno Pax usque ad maturorem Regis ætatem aut saniores intellectum suspendatur. Exemplum extat in Ludo- 35 vico XIV. Galliarum Rege, qui decimum vix annum excederat, cùm Pax inter Augustissimum Imperatorem Ferdinandum III. & ipsum Monasterii conclusa est. Textor cit. l. num. 15.

Neque restitutionem in integrum 37 Regijam adulto aut melius sapienti indulgandam fore existimo; si quando ex Pace, à tutoribus aut administratoribus conclusa, læsum se prætenderet: vel quia momentosum Pacis negotium majori cum circumspectione, mutuò consilio, & plurium Prudentium judiciò tractari, sicque allegandæ forsitan læsioni via præcludi solet: vel quia non expedit, bellum, semel 38 scepitum, ob similem prætextum instaurare, Pacemque, quâ belli remittuntur injuriæ, rescindere, ne ob leve, quod speratur, lucrum, gravius longè damnum accersatur. Textor d. l. num. 13. Muelen ad Grot. cit. cap. 20. §. 3. Optimum nihilominus censet Brun- 39 nem. de Pace Polit. dissert. I. §. 11. in fin. ut, quoties de Pace agitur cum pupillo, Procerum consensus accedat. Sicque Pacis Olivensis art. 34. ratione Regis Sueciæ tunc minnorennsis cautum refert, ut Serenissimus Rex Sueciæ solenni instrumento hæc pacta nomine suo & Regni Sueciæ per subscriptionem Serenissimæ Reginæ Matris suæ & Dominorum Regni Sueciæ Administratorum in forma conventa rata habeat.

De Rege captivo idem sentit Grotius d. cap. 20. §. 3. num. 1. si modò Regnum ex consensu Populi ortum habeat: non enim ipsi credibile est, à Popolu Imperium delatum eâ lege, ut & à non-libero exerceri possit: ideoque & hōc casu Imperii non quidem jus in totum, sed exercitum & quasi tutelam judicat esse penes Populum, aut eum, cui id Populus commiserit. Consentit cum allegato Muelen Cla- 41 riss.

- ¶. D. Stapff *de Majest. cap. 5. §. 57.*  
 & in hypothesi contrariâ, quâ Regnum supponitur esse patrimoniale, pacificandi facultatem Regi concedit, cessante temporibus nostris servitute.
- 42 Sed Textor *d. cap. 20. num. 17.* in qua cuncte specie Regni, consequenter & in patrimoniali, hoc ipsum procedere sentit: nam universim captus Rex ab hoste saltem jus administrandi perdit, & hinc pro eo statu de rebus Regni nihil disponere vel statuere potest;
- 43 prout Rex Galliarum Franciscus I. declaravit, quando voluit, ut, durante captivitate, sui, tanquam mortui, quantum ad Regni administrationem, nulla haberetur ratio in Galliis; Delphinus etiam aliique Principes Galliae abnuebant Pacem cum his conditionibus facere, quas illorum Rex accipiebat in Anglia captivus, teste Polydoro *lib. 19.* apud citatum Muelen.
- 44 Meò exili judiciò, extra casum, quò Rex captus juxta *cap. 1. num. 359.* amittit Imperium, Pacis concludendæ facultatem indubitate retinet, sive Civitas sit patrimonialis, sive alia: tametsi enim, durante captivitate, Rex nequeat in actu & opere ipsò Summam exercere Potestatem in sua Civitate quoad ea, quæ quotidie occurunt agenda; Jus tamen sanciendi Pacem ipsò actu & opere tantò magis obtinere debet, quò magis necessaria sunt ei media, seipsum à captivitate liberandi; quóve minùs Populo competit facultas, Regi & Capiti suo, per stipulas à se Pacis conditiones, leges quodammodo prescribendi. Certè Textor ipsem in *cap. 18. num. 56.* concedere videtur, valere conditiones liberationis, à Rege captivo initas: eò quòd metus, qui potest opponi, non sit injustus, utpote proveniens ex iusta custodia, Jureque Gentium permisâ: cur ergo non concedamus, valere Pacem, à Rege captivo initam & subscriptam? Quòd autem tractavi cum Rege captivo adjici soleat clausula, ut, quod promissum erat, ante liberationem impleatur; vel alias præstari sufficiens cautio, ut, factâ jam liberatione, fides, in Pacificatione data, solvatur; res est magis ad politiam, quam tractationem nostram.

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

pertinens, ut fatetur Textor *d. 4. num. 58.*

De Rege exule sentit Grotius *cit. 47 cap. 20. §. 3. num. 2.* eum captivo similem esse, si vivat obnoxius, id est, servire cogatur. Id quod verissimum credo, & fortè vix ullus in dubium revocabit. At, si Rex seditione Populi, tyrannide, vel impetu hostium injustè in exilium sit missus, non tamen in servitatem à quoquam redactus, retinebit cum Imperio jus sanciendæ Pacis: cùm enim id liceat Regi captivo; <sup>48</sup> cur non liceat exuli? dum iste pleniorum retinet libertatem & administrandi facultatem; ille, tametsi servus apud Christianos non efficiatur, tam plenā tamen libertate & administrandi potestate non gaudet. Textor *d. 1. cap. 20. num. 19. & 20.* ubi ad propositum in-<sup>49</sup> ducit Britannæ Regem, tunc temporis exulum, dicitque, quòd, si in exilio Pacem cum Batavis fecisset, ad ejus observantiam suos Britanos obstringere potuisset, licet, oppressi jugo Cromwellianæ tyrannidis de facto non paruissent: sunt enim gesta Regum publica, non autem facta tyrannorum in considerationem deducenda, prout Nabidi Lacedæmoniorum tyranno in Liviana historia objicit Quintius Consul.

Planè, si quis Summò Principe inferior ex legitima concessione, privilegiò, aut præscriptione jus Belli natus fuisse supponatur, ille dubiò procul jus Pacis sanciendæ habebit: cùm, qui Bellum gerere potest, multò magis debeat posse facere Pacem, ne impia & absurdâ inde Bellorum æternitas conficiatur. D. ab Eyben *de Jur. Pac. tb. 2. lit. e. & f.*

Interrogabis: an, si quis juraverit, se Pacem cum hostibus nunquam faceret, nihilosecius Pacem compонere valeat?

Resp. affirmativè. Juramentum si quidem neque vinculum iniquitatis est, neque, dum bonis moribus adversatur, ullam producit obligacionem: est verò contra bonos mores, magnamque involvit iniquitatem, Pacem, ceu unicum humanæ societatis fulcrum, bonum, quod in Communitate desiderari potest, maximum,

H h h h

imo

imò donum DEI Altissimi excludere, sibique, ne concludi possit, impedimentum imponere velle. Mantica de tacit. Et ambig. convent. lib. 27. tit. 3.

num. 8. Besold. in *dissertat. de Pace Pacisque jure cap. 5. num. 4.* quos laudat & sequitur Clariss. D. P. Ebberth *de Pace cap. 3. §. 2. num. 20.*

## S. II.

### *De illis, qui Pacem alieno nomine concludunt.*

52 **Q**uamvis jus concludendi Pacem ex Summa Potestate fluat, fieri tamen in statu Polyarchico contra difficultatem non potest, ut Optimates aut cives omnes ad locum Pacificationis se conferant; in statu autem Monarchico nec expediens nec conducens videtur, ut, penes quem existit Majestas, ipsem ad tractandam cum hoste Pacem se conferat: tum quia pluribus insidiis patet, quam aliis: tum quia, ut differit Comineus Hist. lib. 3. *Majestati major ex longinquore reverentia; mutuus aspectus occulta odia detegit, sinistræ opiniones generat, & lites, si nulle sint, parturit.* Extant apud eundem Authorem aliquot exempla congressus Principum, cum eventu plane infelici, ut Ludovici XI. Regis Galliae & Henrici Regis Castiliae Reginæque Arragoniae; Friderici III. Cæsaris & Caroli VIII. Regis Galliae; Eduardi Angliae Regis & Caroli Soriæ ejusdem; Caroli Burgundi & Comitis Palatini ad Rhenum; Sigismundi Austriaci & Caroli Burgundi. Rhetius in *dissert. de Pace* ( habetur inter *Dissertat. Francofurtens. vol. 4.*) §. 53.

54 Per alios itaque convenientius est, de Pace pacisci; &, cum Romani tam belli nuntiationem quam Pacis compositionem Focialibus committerent, alii & hodierni Europæ Principes solent mittere Legatos, eosque instruere speciali sufficienti mandato, ut vel statim concludere possint, aut, priusquam finalis & obligatoria sequatur conclusio, ratihabitionem suorum Principalium expetere debeant. Portugal *de Donat. Reg. lib. 2. cap. 28. n. 10.* Et seq. Hermes in *Fascic. Jur. Publ. cap. II.*

55 num. 140. Mandatum speciale & sufficiens ubi defuerit, Legatus ad pacificandum cum effectu non poterit admitti, tametsi cæteroquin mandatum

generale cum libera exhibere valeat, omnia ea agendi, quæ Principalis, si præsens adesset, agere posset. Francisco Bonbra in *Arte Belli & Pacis lib. 2. disc. 11. n. 1.* quia mandatum generale cum libera æquivalet quidem mandato speciali in iis, quæ speciale Domino documentum creare non valent; in aliis verò, ubi periclitatur salus, honor, vita, bona, & jura Domini, prudenter nequit præsumi, negotium tam arduum in generali mandato cum libera comprehensum esse. Et, positō, quod mandatum generale cum libera exæquetur cum mandato speciali; fatendum est, ait Gudelinus *de Jure Pacis cap. 2.* non eandem prorsus esse rationem negotiorum privatorum & Pacis sanciendæ, utpote quæ res tam ardua est, in qua tutius videtur amplecti alteram regulam, quæ dicit, quantumvis generali concessione non comprehendendi ea, quæ quis in specie non erat concessurus.

Hinc facile solvit illa quæstio: 58 num Supremo Belli-Duci competat jus sanciendæ Pacis? Nempe, si mandatum specificum de sancienda Pace non habuerit, quale olim habuit Quintius Consul, cui juxta Livianam Historiam liberum arbitrium Pacis ac belli permisum erat, frustra pactum de Pace interponet: nam, cui belli gerendi potestas est data, jus de causis & consequentibus transigendi, datum non censetur, dum, teste Groti lib. 3. cap. 22. §. 7. belli gerendi pars non est, bellum finire. Hermes d. cap. II. num. 138. Et si maxima quoque cum potestate quis præpositus fuerit, ea de belli ductu erit intelligenda. Portugal *de Donat. Reg. lib. 2. cap. 28. n. 7.* Böhmer *Introduct. ad Jus Publ. Univ. p. spec. lib. 2. cap. 1. §. 36.* Muelen ad Grotium d. I. Hinc Papirius Dictator, maximæ cate-

cæteroquin potestate instructus, Samnites, post acceptas clades, Pacem petentes, ad Senatum ire jussit. *Livius dec. I. lib. 8. cap. 29.* Et Sallustius de Jugurth. *quam Pacem*, inquit, *A. Albinus cum Jugurtha Rege Senatus in jussu fecerat, Senatus rescidit.* Nam (verba sunt Livii mox cit.) qui rata ista Pax erit, quam non ex autoritate Senatus, non jussu Populi Romaniani peregerimus? Neque proficuum foret, cūlibet Supremo Belli Ductori potestatem fisciendæ Pacis adstruere: cūm non omnes, sed pauci, qui sciunt instruere bellum, & aciem dirigere, sciant etiam causas, ob quas vel ad bellum accedendum, vel ab eo receendum sit; aptiores plerumque ad studia Palladis sagatæ quām togatæ. *Ziegler de Jur. Majestat. lib. I. cap. 40.*

**§. 3.** Quōd si Belli-Duces apud Romanos injussu Senatus & Plebis ali-

quando Pacem iniisse legantur, præfertim cūm procul & extra Italiam bellum gereretur, aut cūm ab hosti- bus obsiderentur, veluti secundō bello Punicō Scipiones foedera cum Afris & Hispanis confecerunt, non prius, quod egerant Duces, validum erat, quām Populus Romanus expressè vel tacitè probaverat. Unde Spurius Posthumus Consul ob ignominiosam Pacem, cum Samnitibus factam, quamvis toto exercitu interclusō, & summā necessitate, culpam suam factetur in hæc verba: neque ego inficias eo, Patres Conscripti, tam sponsiones quām fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos juxta omnes Religiones fides humana colitur, sed injussu Populi nego quidquam sanciri posse, quod Populum teneat. *Gudelin. d. cap. 2. Hermes d. l. num. 139.*

### §. III.

## De Mediatoribus Pacis.

**53** **A**D Pacem plerumque adhiberi solent Mediatores, quasi medii inter bellantes, alias etiam Conciliatores, Interponentes, aut Pacificatores appellati, eō fine, ut se interponant, eosque authoritate, rationibūs, aut precibūs ad pacificè transfigendum, litesque sopiaendas promoveant. *Pufendorf de Jure Nat. & Gent.*

**64** **lib. 5. cap. 13. §. 7.** Ne enim in infinitum extenderentur bella, nullusque sœviendi & configendi finis esset, unoquōque ex hostibus in sua opinione de justitia belli aut satisfactionis quantitate pertinaciter persistente; antiquissimō more vocati, vel admissi sunt. Principes neutrarum partium, ut bellicas controversias æquis rationibūs & conditionibūs terminarent. *D. ab Eysenben de Jure Belli tb. 4. lit. a.*

Quamquām, si hostes ab armis ultroneè desistere, & pacificè inter se convenire velint, nullam videam necessitatem, adhibendi Mediatores: cessat siquidem tunc finis interponendæ mediationis, quando spiritus & æstus Mavortius deferuit, ac animorum, antehac dissidentium, furor subsidit.

Quin &c, si partes adhucdum in armis ferveant, atque à vicinis Principibus aut Rebus publicis Mediatores ad pacificandum offerantur, obligationem, ipsas recipiendi, ex Jure Gentium haud agnosco: tametsi enim ita sentire videatur Pufendorf *cit. l. §. 7.* ubi dicit, summam inhumanitatem fore, eos, qui tam sanctum pröpositum præ se ferunt, præfractè rejicere velle; non obstante prætextu, quòd cum altera parte uni ex Mediatoribus peculiaris quædam conjunctio videatur intercedere: quia nempe, ut ipse discurrit, penes me utique est, quantum ea, quæ ab istis offeruntur, velim admittere: nihilominus, ut rectè concludit Textor in *Synopsi cap. 20. n. 52. & n. 61.* nemo tenetur consentire in personam Mediatoris, sibi suspectam: tum quia in privatis quoque litibus Judices, arbitri, vel arbitratores suspecti meritò recusantur, licet, judiciō jam cæptō, suspicionis argumentum detegatur: tum quia satius est, **68** Mediatores statim in principio recusare, quām propositiones, forsitan ad alterius conjunctæ partis favorem conceptas, cum dispendio sumptuum

H h h 2

ex

- 69 ex intervallo detrectare: tum quia, si nulla etiam conjunctionis lateat suspicio, potest adesse spes valde propinqua victoriae, eaque ex interjecta & acceptata mediatione sufflaminari: 70 tum quia Mediatores saepe negotium proprium, quam alienum, ferventius querunt & curant; uti Philippus Rex Macedonum, a duobus Regibus Thraciae in arbitrum advocate, instructo cum exercitu advenit, & Regem, utrumque Regnum spoliavit, narrante 71 Justinô lib. 8. cap. 3. tum quia pars alterutra poterit cogitare, è re vel dignitate sua non esse, ut Mediatoris oblati sententiae obtemperet; cuius exemplum notabile citatus Textor in num. 54. tangit de rejecta vel contemplata Rhodiorum mediatione inter Romanos & Persea Regem apud Livium dec. 5. lib. 5. cap. 2. Adstipulatur Rhegius de Pace §. 67.
- 72 Quod verò duo plurésve, quorum præcipue interest, litem sopiri, expensâ utriusque partis causâ, convenire possint, in quas leges Pacem componi æquissimum ipſi judicent, easque bellantibus proponere cum hac denuntiatione, ut contra eum, qui Pacem in istas leges abnuerit, socia arma velint conjungere cum altero, qui easdem acceptaverit, cum citato Pu- 73 fendorfiō non invitus admitto: nec enim hōc modō quispiam sese arbitrum alteri invito obtrudit, aut litem pro Imperio decidendam sibi arrogat, aut partes ad placitum suum amplectendum compellere videtur; sed id agere censetur, quod permittit libertas naturalis, arma jungendō cum eo, cui injuria videtur illata, quæ forsitan in ipsum Mediatorem suō tempore redundatura metuitur; quò serviunt, quæ dicta reperiuntur in cap. 1. à n. 201.
- 74 Declaratur igitur hōc modō animus, æquitatis ac Pacis studiosus, quò ni-

mirum optet, alios honestis conditio- nibus ad Pacem inclinare; nec prius in bellum descendere cogitet, quam amica Pacis media fuerint ab altero repudiata; secundum ea, quæ ad bellum justitiam in cit. cap. à num. 116. desiderata sunt.

Quin porrò liceat, missos à Media- 75 toribus Legatos ad Pacem conciliandam recusare, & alios in eorum vicem postulare, si de partium studio fuerint suspecti, non ambigo: cùm enim ipsimet Principes Supremi, sicut & Republicæ liberæ, ex causa suspicionis recusari valeant, ut mox dictum; profectò eorum Legati melioris sortis non erunt. Textor cit. cap. 20. num. 56.

Casu quō Mediatores quosdam, ab 76 utroque ex hostibus, mutuō & spontaneo consensu assumptos esse contingat, eorum officium est merè amicabile, citra potestatem cogendi, coercendi, aut sententiam dicendi; consistitque præcisè in facultate monendi, suadendi, ac causas, ob quas ista vel illa conditio recipiatur, ex bono & æquo proponendi. Textor cit. l. n. 58. Nisi partes dissidentes Mediatorum placito se ultrò subjecerint; quō sensu intelligendus D. ab Eyben cit. tb. 4. lit f. Ne tamen muneri suo non satisfe- 77 cisce, cum dispendio existimationis, traducantur, pars utraque saltem obligatur, ut, si proposita sibi capitula displiceant, allatis in eam rem suis rationibūs, propter quas consentire nequeat, demonstret. Textor d. l.

Quid, si Mediatores segnius pro- 78 cedant, aut studiosè controversiam in suspense relinquant? Quærerit hic Author in num. 61. & respondet, mediationem tunc fieri suspectam vel ob propensionem affectum ad alterutram partem, vel etiam ob proprium interesse.

### S E C T I O III. De Objecto vel Articulis Pacis.

#### S U M M A R I A.

79. Objectum Pacis in genere sunt ejus articuli.  
80. In specie inter hos ponitur primo amicitia.  
81. Illius formula. 82. Ratio. 83. &c seq.

- Origo. 85. Usus communis inter Gentes. 86.  
Necessitas. 87. Indispensabilis connexio cum  
Pace. 88. Enumerantur summaris effectus  
amico.

**A**mnistia. 89. Ad ea, qua acciderant ante Bellum, se non extendit. 90. Non prejudicat actionibus, antecedenter habitis, 91. Secundo inter articulos Pacis agitur de restitutione & confessione personarum, rerum, iurium. 92. Quid non expressum est, habetur proposito. 93. Nec enim in Pace jas postlimiū locum habet. 94. Inter res restituendas non veniunt, qua non extant, aut legitime sunt alienata. 95. Nec frumenta percepit. 96. Solvitur instantia. 97. Res singulariter deunt ad suos Dominos. 98. Bonae Corona Pacis causa cedi possunt, si Regnum aut bona sine patrimonialia. 99. Bonae rationes, durante bello occupata, hostibus relinquuntur valentes. 100. Nisi per recuperandi superfit. 101. Quia & urgente necessitate, relinquuntur possunt, esto nequum fuerint occupatae. 102. Est tamen requiriendas Ordinariae aut Populi consensus, ubi tamenque ad alienationem desideratur. 103. & seq. Quod & si nibil de alienatione statutum

reperiatur. 105. Referunt notabilis doctrina Pufendorfii. 106. & seq. Afferuntur duæ limitationes. 108. Possunt etiam hostibus cedi bona subditorum, si necessitas aut utilitas publica exposcet. 109. Panditur ratio. 110. Tercio inter articulos Pacis referunt satisfactione & compensatio pro damnis & impensis bellicis. 111. Aut satisfactionis loco assignantur res aliae. 112. Si nibil sit dictum de satisfactione, nulla praestatur. 113. & seq. Possunt etiam damna, subditis illata, à Summa Potestate remitti. 115. Nisi Pax aliter fieri possit. 116. & seq. Aliquot admittunt, damnatio, privatio illatum, à tota Communione refundendum esse. 118. Alit negant. 119. Si damnum perpeccutum redunderet in commodum Reipublica, eligitar sententia affirmans. 120. Secundus assamilar sententia negans. 121. Illi & si quis ipse domini causa fuerit. 122. Quod non statim resarcitur, sed tempore resarcendum manet.

## §. I. De Amnistia.

79. **O**biectum Pacis sunt capita seu articuli, à Pacificantibus ultro citroque in conventionem deducti, de quibus in genere notat Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 4. cap. 12. th. 15. eos debere confici lingua utrique parti notâ; claris & propriis verbis concipi; æquitati & honestati congruere; utrinque subscribi ac subsignari.

80. Magis autem in specie de capitibus Pacis differendō, ea, teste Swederō in *Introduct. ad Jus Publ. part. special. sect. I. cap. 27. num. 3.* sunt præcipue triplicis generis. Primum est *Amnistia*, vi cuius jus omnia, quæ hæc tenus inter hostes ad invidiam, injuriā, aut æmulationem alterius, aut durante bello, aut ejus occasione facta sunt, perpetuæ obli-  
vioni mandari debent. Formulam illius habemus in ultima Pacificatione Rastadio-Badensi inter felicissimè regnante Augustissimum & Invictissimum Imperatorem Romano-Germanicum Carolum VI. & Romanum Imperium ex una; nec non Serenissimum ac Christianissimum Regem Galliæ Ludovicum XIV. ex altera parte statim in art. 2. ibi: *sit perpetua utrinque amnistia, & oblivio omnium eorum, que ob causam vel occasione præteriti belli quocunque loco modove ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius.*

P. SCHMID. JURISPR. PUBL. UNIVERS.

rius rei causâ vel prætextu alteri quidquam immitiæ, directe vel indirecte, specie juris aut viâ facti, neque intra neque extra Sacrum Romanum Imperium, Regna, & ditiones Sacrae Cæsareæ Majestatis, Regnumque Galliæ inferat, aut inferri patiatur, sed omnes & singula hinc inde verbis, scriptis, aut factis illate injurie & violentie, absque omni personarum rerumque respectu ita penitus abolitæ sint, ut, quidquid eō nomine alter adversus alterum prætendere possit, perpetuā sit oblivione sepultum. Et licet primò aspectu Majestati sat grave videatur, omnes injurias, probra, & opprobria unō amnistia iectu, tanquam Alexandreō gladiō, interimere; quia tamen Pax firma non erit, nisi utrinque ex integro reconciliati fuerint animi; id, quod Majestati gravius est, tranquillitate publicâ compensatur: nam & privatas offensiones publicis utilitatibus remittere fas est. Tacitus I. Annal. 10. num. 4. Rhetius de Pace §. 75.

De origine quidem hujus capituli nonnulli dubitant, eamque non pauci adscribunt Thrasibulo, qui, cùm Atheniensium Civitatem sævitiam Tyrannorum liberasset, cavit, ne qua rerum præteriorum mentio fieret; sicque concussum & labantem Reipublicæ statum in pristinum florem revocavit. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. Knichen d. l. lib. 3. cap. 2. th. 20. Her-

mes in *Fascic. Jur. Publ. cap. II. num. 142.*  
 84 Quamobrem Cicero in *Philipp. I.* ut jaceret Pacis fundamenta, se Atheniensium dicit revocasse vetus istud exemplum, græcum etiam verbum; scilicet *μηνσιας* usurpasse, quod tum in sedandis controversiis erat usa Civitas illa, atque omnem memoriam discordanterum oblivione sempiternâ delendam censuisse. At, quidcunque sit, omnibus saeculis, & apud omnes Gentes expeditissima imò unica Pacis conciliandæ ratio hæc fuit, ut ne residua in animis ira remaneret, præterita abolerentur, & injuriæ, tam publicè quam privatim illatæ, utrinque remitterentur; injurias latè sumendo, quæ videlicet speciem habent injuriæ, & existimatione adversarum partium tales sunt, quamvis reverè injuriæ non sint: nam hostem lèdere, & offendere, Jure Gentium fas est: atqui in eo, quod Jus est, injuria esse nequit. Ita ferè discurrit Gudelinus de *Jure Pacis.*

86 *cap. 3.* Confirmat hæc D. Franciscus Fridericus L. B. ab Andlern in *Corpo Conf. Imperii verb. Amnistia n. 2.* & amnistiam, velut unicum tranquillitatis remedium, consensu Gentium fuisse repertam, attestatur, ut istò quasi involvró obtegatur, quidquid aliter tolli aut restituì nequit; additque, vix unquam aliquid transactum in publicis controversiis, ubi de amnistia nihil aut verba aut mens compositionis 87 continuerunt. Quin, et si nihil Pacificationi de amnistia fuerit insertum, illam tacitè inesse, rectè statuunt Gudelinus *d. cap. 3.* & Vitriar. *Institut. Jur. Nat.* & *Gent. lib. 3. cap. 18. q. 7.* quia Pax neque coalescere, neque firma subsistere potest, nisi præteriorum malorum obliteratedur memoria, tollatur vindictæ justitia, & antiqua inter bellantes amicitia reflorescat.

88 Hæc amnistiae sanctio suos effectus

latissimè extendit: nam, ut belli discurrit supra laudatus ab Andlern *n. 6.* ex hostib[us] amicos, ex bello Pacem, ex turbis quietem efficit, & pro vi reddit justitiae ordinem. Reluctatur per eam vindicatio bonorum, exhortationes, renuntiationes, exclusiones, & quæcunque dispositiones, ob belli diversitates factæ, irritantur; tempora quoque ad inducenda præscriptionis aut usucaptionis præjudicia non numerantur; sententiæ vim rei judicatae non assequuntur; reddit insuper commerciorum libertas, reviviscent omnia jura, exspirant bellorum onera, vectigalia, tributa, & præstations, quæ ob armorum erogationes coeperunt, cum sua causa intereunt, desinunt repressiæ, cæteraque austera cogendi remedia. Hæc ille. Si quid 89 tamen ante bellum jam acciderit, & bellum illius nec causa fuerit, nec occasio, veluti si unus ex bellantibus ab altero feudum possederit, idque propter non petitam investituræ renovationem aut suscepitam perperam alienationem amiserit, hoc amnistiae legibus neutquam reputatur inclusum: habet enim se per accidens ad bellum, & non de rebus aut juribus aliis, ac quæ bellum concernunt, actum aut cogitatum fuisse præsumitur. Hermes in *Fascic. cit. cap. II. num. 142.* Gudelinus de *Jure Pac. d. cap. 3.* Multò minus, 90 inquit idem Gudelinus, debet censi per amnistiam rei vindicationi, & cæteris actionibus, quæ non vindictæ, sed rei damnique persecutoriæ sunt, renuntiatum; veluti remissa poenâ crudelis proscriptorum necis Sylla Dictatori, ejusque sociis, nitioluminius Cato Uticensis Quæstor (teste Plutarchò in vita ejus) illos in jus vocavit, ac pecuniam publicam ab eis repetiuit, proditione & parricidio acquitam.

## S. II.

### De Restitutione & Cessione.

91 Paremmissâ amnistia, in Pacificatione secundum caput est de *Restitutio personarum, rerum, juriuum, honorum, dignitatum, ac bonorum,*

quæ durante bellò hinc inde capta, occupata, & possessa fuere; agitur etiam de eorum cessione ac retentione loco debitæ satisfactionis, solutionis, aut

- aut permutationis, cōdem ferē modō, quō fieri solet in transactione, cui Pacificatio valde propinqua & affinis est. D. ab Eyben de Jure Pac. lib. 5. lit. a. ff. b.  
 92 Quānam verò res, jura, aut bona &c. in specie restitui debeant, dependet à voluntate paciscentiū: non enim plus aut minus in restitutionē venit, quām à Pacificantibus fuerit expressum; &, si nihil expressum inveniatur, nihil restitui debet, uti vēior mihi sententia tenet cum Gudelino de Jure Pac. cap. 4. Besoldio in differt. de Pace cap. 3. n. 6. cit. ab Eyben lib. 7. lit. a. Siquidem in Pace jus postliminii, vi cuius personæ & res captæ redeunt in statum pristinum, nisi expreſſe determinetur, plerique non agnoscunt; non obſtante l. 12. in pr. ff. de Captiv. Et postlim. quam Grotius lib. 3. cap. 9. §. 4. num. 1. intelligit de his duntaxat, qui non virtute bellicā superati, sed fatē ſuō deprehensi sunt, ut qui, cūm bellum ſubito extarſit, apud hostes reperiuntur. Aliis autem captivis, ait Grotius, in Pace postliminij non eſt, niſi id. pactis erat comprehenſum; probatque id ex Legibus alij, nempe l. 20. Et l. 28. ff. cōd. tit.  
 93 Quōdſi. Simpliciter dictum fuerit, ut rēs captæ restituantur, rēs, quāe non ampliū extant, aut legitimō titulō ad manus tertias devenerunt, non ſunt restituendæ: quia de his Pacificantes aut non cogitāſſe, aut jus alteri quāſitum auferre non voluiffe präſumuntur. Clariss. P. Ebberth de Pace cap. 5. §. 2. num. 34. Dissentient multi apud Portugalum de Donat. Reg. lib. 2. cap. 29. à num. 9. ipſeque hic Author in num. 43. non audet, in hac quāſtione ſuum judicium pandere. Pariter reſtitutioni non censentur obnoxii fructus aut reditus, ex juribus aut rebus captis aut interceptis jam percepti: ſunt enim percepti jure dominii, &, cūm separatam à rebus aut corporibus, ē quibus proveniunt, naturam habeant, unā cum iphis reddi non debent. Hērmes in Faſc. Jur. Publ. cap. II. num. 149. Neque quispiam existimare debet, reſtitutionem in Pace, cuius cauſa favorabilis eſt, benignius interpretandam, & latius extendendam eſſe: ſatiuſ namque videtur, eam interpret-

tationem ſumere, quāe quām minimè detrahit alteri, aut, quod bonā fide factum aut consumptum eſt, in ſuo ſtuſt relinquit. Gudelinus d. I. cap. 5.

Redeunt porrò res ſingulæ, de qua-  
rum reſtitutione cavetur, ſigillatim ad  
pristinos dominos; eaque, quāe ſpe-  
ctabant ad Principem, rediuntur Prin-  
cipi; quāe verò ſpectabant ad priva-  
tos, ad iſos revertuntur: quando-  
quidem Pacificantes & ſibi & ſuis pa-  
titione publicā videntur proſpexiſſe.  
Ebberth d. I. num. 37.

Poſſintne bona Regia Pacis cauſā à 93  
Rege relinqui & cedi, quando ab hoſte  
tempore belli ſunt occupata: vel  
etiam in hoſtem noviter tranſerri,  
quando necdum ab eo occupata ſu-  
ponuntur? Quāſtio ferē quotidiana  
eſt, in qua, ſi de Regno patrimoniali  
loquamur, de quo Rex pro ſuo libitu  
diſpoſene valet, nulla eſt diſcultas;  
ut, nec diſcultas apparet de bonis pa-  
trimonialibus, ad Principem jure pro-  
prietatis ſpectantibus, quāe, niſi pa-  
ctum aut lex obſtet, à quovis Rege  
poſſunt alienari. Grotius lib. 3. cap. 20.  
§. 5. num. 1. Et 3. Præcipue igitur quā-  
ritur de Regnis & bonis non-patrmo-  
nialibus, Coronæ ſeu Dignitati Regiæ  
competentibus. Et hic, conſide- 99  
randō prium quāſtioni articulum,  
quando hujusmodi bona flagrante  
bellō ab hoſtibus occupata fuerunt,  
tantō justi illis relinqui poſſunt,  
quantō certius eſt, res, bellō captas,  
in hoſtium tranſire potestatem & do-  
minium ex cap. priori à n. 301. Si ta- 100  
men neceſſitas Pacem non extorqueat,  
& probabilis adhuc ſpē ſuperſit, fore,  
ut ablata ab hoſtibus recuperentur,  
Rex contra viri boni officium agere  
censetur, dum, quod ipſe Regiminis ſuī  
tempore amifit, recuperare negligit.  
In ſecundo quoque articulo de iſfa 101  
alienatione, quin fieri poſſit, urgente  
neceſſitate, vel utilitate publica, ſcu-  
pulum non habeo. Hermes cit. cap. II.  
num. 143. quia ex iſfa generali po-  
testate Regnum adminiſtrandi facultas  
Regi competit, ea faciendi, quāe pro  
temporum varietate neceſſaria vel  
publicē proficia reputantur, & con-  
ſequenter Pacis gratiā quidpiam ce-  
dendi, ut cetera & majora ſecure..  
I i i 2  
poſſi-

102 possideantur. Difficultas solum est de consensu Regni sive Ordinum Imperii, circa quem distinguit Wolfgangus Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 20. num. 25. &, si expressa Lege bonorum Regionum alienatio restringatur ad Populi vel Ordinum assensum, eam non admittit: quippe cum desit aut potestas aut forma, ad valorem alienationis requisita; sin nulla Lex extet, eam concedit, quasi statim ab initio Populus in Principem alienandi potestatem ob necessitatem vel utilitatem

103 publicam contulerit. Verum quoad posterius membrum absolute contradicit Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 5. num. 1. & 4. eo quod defectus plenae proprietatis, qui reperitur in Regnis non patrimonialibus, obstet, quo minus alienatio quacunque ex causa valeat; nec presumi possit, quod Populus tacite potestatem talem in Principem transulerit, cuius usu Regnum in pericoli, Bona in manus hostiles, Populus ipse in servitutem aut alienum impetratum detrudatur. Muelen ad Grot.

104 d. I. Vitriarius *ibid.* q. 5. 6. & 7. Quia in parte non possum a Grotio ejusque Sectatoribus mesjungere, si concorditer iis, quae de alienatione Summi Imperii quoad totum & partem in lib. 2. cap. 2. & num. 112. asserta fuerunt, docere velim: cum & in alienatione bonorum Coronæ plerumque de Imperio simul agatur, & haec bona magis in patrimonio Populi quam Regis existant. Pufendorf *de J. N.* lib. 8. cap. 5. §. 11. D. ab Andlern *Constit. Imper. verb.* scđen n. 6.

105 Existimat tamen idem Pufendorf d. I. §. 9. Regem, qui necessitate adetus cum hoste validiore Pacem hanc lege fecerit, ut ipsi certam Regionem concedat, quae tamen ipsi cessioni contradixit, debere quidem ex eadem sua præsidia deducere, & non impedire, quo minus victor ejus possessionem apprehendat; haud quidquam verò eandem cogere posse, ut omnino se in alterius ditionem tradat; neque Regionem illam ullâ obligatione constringi, ut, si propriis viribus suis confidat, se occupare volenti non resistat, aut peculiarem deinceps 106 Civitatem constituat. Textor quo-

que cit. cap. 20. num. 30. non male trebat, ea, quæ de alienatione partis Regni aut bonorum certæ v. g. Provinciæ vel Regionis, ceteroquin dicuntur, quod citra illius assensum fieri nequeat, intelligi de hypothesi, quæ res integra, & pars adhucdum prioribus Imperantibus subest: nam, ubi bello jam ante fuit subacta, & separata à Corpora Politico, illius consensus frustra requiritur. Præterea non sine ratio 107 ne advertit Clariss. D. Stapff *de Majest.* cap. 5. §. 59. si res moram non ferat, ut Populus consuli possit, illius consensu speciali opus non esse, sed voluntatem generalem sufficere: quia verosimile non apparet, vobis Po- pulum Summos Imperantes ad pertendum assensum adstringere, ubi ne quidem tempus superest, eum pendi.

Possintne bona subditorum Pacis 108 gratiâ cedi hostibus?

Responsio non longè petenda, sed ex lib. 3. cap. 3. num. 144. desumenda est. Possunt enim hismodi bona cedi hostibus non tantum si cives assentiantur, sed etiam si contradicant, necessitas tamen aut utilitas publica Pacem expetat: siquidem bona privatorum subsunt eminenti Summæ Potestati dominio, atque ex causa necessitatis aut utilitatis publicæ etiam invitis auferri valent. Fernand. Vas- quius *Illustr. Controv.* lib. 4. cap. 4. n. 8. Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 7. n. 4. Her- mes in *Fascic. d. cap. 11.* num. 143. Textor d. I. cap. 20. num. 28. Magnif. D. P. Kö- nig ad tit. 34. *Decretal. libr. I.* num. 8. Quamobrem accommodè scribit Gu- 109 delinius *de Jure Pac.* cap. 6. Ordinem illum DEUS Naturæ parens, à quo Principes omnes curam humanæ societatis, & formam regendæ Reipub- licæ acceperunt, constituit, ut privatis publica, & pretiosis pretiosiora anteferantur. Justum siquidem omnibus Legibus, quemquam suas res tenere, sed justius, earundem Legum nutu res suas quibusdam adimi, quam ut eō omissō Pax & quies totius Populi impediatur. Aëstimanda est ju- stitia ex omnibus circumstantiis, &, ut Tryphoninus ait in *I. bona fides ff.* *Depo.* haec demum justitia est; quæ suum cui-

*cuique ita tribuit, ut non distribatur ab ulla majori iustitiae parte.* An verò, quod subditis ex hoc detimento decedit, aliorum resarcitione reparandum sit? Liquescet ex dicendis in n. 119. Nume-

de bonis Ecclesiasticis, sicuti de bonis Laicorum, disponi valeat? Tradunt Viri Clariss. Engel in *Colleg. Juris Can.* ad d. tit. 34. num. 12. Ebberth de *Pace* cap. 5. §. 1. an. 13. & §. 2. n. 7.

## §. III.

## De Satisfactione &amp; Compensatione.

**110** Inter primaria Pacis Capita tertium est, quô petitur Satisfactione vel Compensatio pro factis in bellum impensis, datis utrinque damnis, ruinis, devastationibus &c. Cujus justitiam tot præjudiciis confirmari docet Hermes d. l. n. 147. ut eam iniquitatis insimulare temerarium foret. Sic enim apud Livium dec. 1. lib. 2. cap. 10. Sabinii Pacem à Romanis petitam impetrâssent, si quod impense factum in bellum erat, prestatore (id enim postulatum erat) in animum induxissent. Sic apud eundem Livium dec. 3. lib. 10. cap. 28. in Pace Carthaginensium & Romanorum præter alia convenit, ut his illi decem milia talentorum argenti descripta pensionibûs æquis in annos quinquaginta solverent. Sic in Pace, inter Danum & Suecum Anno 1605. initâ, conlsum, utile à Sueco bis centena millia thalerorum acciperet, temporibûs certis exsolvenda.

**111** Nec tantum in vicem satisfactionis aut compensationis assignantur pecuniae, sed etiam res aliae, instrumenta & tormenta bellica, integræ regiones, urbes, & castra subinde ceduntur hostibus, velut in eadem Pace cum Carthaginensibus isti Romanis suas naves rostratas & elephantos tradere; in Pace Russo - Suedica Magnus Dux Sueco certas ditiones permettere tenebatur. Quo in casu idem, quod in casu restitutioonis q. num. 91. dictum est, dicendum erit. Hermes cit. l. n. 148. D. ab Eyben th. 8. lit. f.

**112** Si tamen specifica satisfactionis aut compensationis mentio non fiat, omni Pace id actum censeri debet, ait Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 15. ut, quæ bellô data sunt damna, eorum nomine actio non sit; quod de damnis etiam, privatim acceptis, intelligen-

P. SCHMIER JURIS PR. PUB. UNIVERS.

dum est: nam & hæc belli effecta sunt. In dubio enim ita censetur contrahere voluisse Bellantes, ut neuter in iustitiæ damnaretur. Nec dubitan- **113** dum est, quin ejusmodi damna, suis subditis illata, Princeps aut Respublica remittere valeat, si Pax aliter, quam facta remissione, sperari nequeat, ex ratione, jam in n. 105. insinuatâ: quia non magis jura & bona privatorum hostibus cedi, quam damna remitti possunt, dum eminens dominium æquè ad damna quam ad bona se extendit; longèque satius est, virtute Pacis ab ultiore nocturno defendi, quam continuatô bellô pluribus periculis exponi. Hermes d. l. num. 145. Molina de J. Et J. to. 1. tr. 2. disp. 123. n. 4. Sicut fidus **114** Medicus, ait Gudelinus de *Jure Pacis* cap. 7. „ ut totum corpus sanet, crebro „ unum membrum secat, urit, vel am- „ putat; ita bonus Princeps, ut Reipub- „ licæ tranquillitatem restituat, quan- „ do aliud remedium non est, lædere „ quosdam privatos potest: ac cogi- „ tare debeamus, omnem rationem ex- „ pedientiam civium salutis Principi esse „ commissam, & cui commissa est Res- „ publica, simul rerum hominum pri- „ vatorum, quatenus hæ illi ordine Na- „ turæ, tanquam rei digniori inserviunt, „ administrationem esse commissam. Quando autem Pax commodè fieri **115** potest, absque eo, quod subditis damna remittantur, tenentur Pacificantes ex officio suis subditis prospicere, ut serventur indemnes; nî cæteroquin ipsimet onus compensationis ac satisfactionis sibi imponere velint. Molina d. l. num. 3.

Præcipua tamen controversia est, **116** utrum, quod privati senserunt damnum, à tota Communitate seu Civitate reparandum sit?

K k k k

Major

Major ferè pars DD. affirmat cum citato Hermes *num. 144.* Gudelino *d. cap. 7.* D. ab Andlern *Constit. Imp. verb. Srid num. 7.* ex communi regula, jam alibi speciatim *lib. 3. cap. 3. num. 145.* traditâ, quod Civitas his, qui suum amiserunt, sarcire jacturam de publico tenetur *arg. Legis Rhodiae de jactu;* nec non exemplô incendii, ubi, si domus vicina, ne ignis ad eam perveniat, destruatur, vicinorum contributione damnum est reparandum *per l. si quis 49.*

**117** §. 1. ff. *ad L. Aquil.* Quâ ratione Cicero *lib. 1. Officior.* laudat Aratum Sicorium, „qui, cùm oppressô Nicode Tyrann, „nô patriam, à tyrannis per annos 50. „detentam, liberâsset, & exules plu- „rimos restituisset, quorum bona alii „occuparent, & longô spatiô multa „hæreditatibûs, emptionibûs, & do- „tibûs ad tertiam, quartam, & ulte- „riores manus pervenerunt, quæ pos- „sessoribus bonæ fidei commodè adi- „mi non poterant, magnâ quantitate „pecunia à Rege Ptolomæo adjutus, „æstimatis possessionibûs, aliis per- „suasit, ut pecuniam accipere mallent, „quàm possessiones retinere; aliis ut „commodius putarent, numerari sibi, „quod tanti esset, quàm suum recu- „perare: itaque perfectum est, ut „omnes constitutâ concordiâ sine- „querela discederent. At Fernan- dus Vasquius *Illustr. Controvers. lib. 1. cap. 4. n. II.* opinatur, damnum qua- lecunque, civibus bellô illatum, ab ipsis citra spem compensationis fe- rendum esse: quippe cùm belli jure censeatur factum; &, födere post mutuas deprædationes istò, ipsô Ju- re Gentium remissum sublatumque vi- deatur.

**118** Ego discrimen facio inter damna, quæ unus aut alter civis pertulit, an redundant in commodum Civitatis, veluti si ædes suas, ne perfugium aut præsidium hosti præstarent, destrui, aut fundum dirui patiatur; an verò

Civitas nullum inde commodum ac- ceperit, aut prudenter speraverit, forte quod hostes in villam v. g. eruperint, & aliquot domos expilaverint, aut in- cenderint. Priore casu subintrat com- munis sententia & paritas ex Lege. Rhodia, quæ in toto orbe Romano & ab omnibus Populis propter sum- mā æquitatem receptam esse, testa- tur Gudelinus *d. cap. 7. æquissimum enim est,* ut ait JCtus in *l. I. 6' 2. ff. ad L. Rhod.* commune detrimentum fieri eorum, qui pro- pter amissas res aliorum consecuti sunt, ut suas salvas haberent. Pufendorf *de J. N. lib. 8. cap. 8. §. 3.* ubi id ipsum de bonis subditorum, Pacis conciliandæ causâ in hostes translatis, docet. Poste- riore casu obtinet sententia Vasquii, &, quod jure belli factum est, ad am- nistiam pertinet; cùmque Civitas utili- tam senserit nullam, æquius est, ut damnum privati, ceu casum alium for- tuitum, sustineant. Ziegler *de Jurib. Majest. lib. 1. cap. 40. §. 5.* Idem est, si quid civibus damnificatis privatim imputari possit: quod enim quis ex sua culpa damnum sentit, non intelli- gitur sentire; idque potest objici plu- rimis, quorum ædificia in suburbis jussu Principis vel Magistratum di- ruuntur, juxta Arcadii & Honorii con- stitutiones in *l. edificia 14. Cod. de Operib. Publ. l. si cui 9. Cod. de edific. privat.* qui- bûs cautum, ne ædes extruantur, mœni- bus sic coherentes, ut ex iis infidias vicini- tas reformidet: si secus factum erit, ut temerarii ædificatores futuræ quan- docunque destructionis detrimentum exspectent. Gudelin. *d. cap. 7.* Planè *si Populus seu Civitas de præsenti non habet, unde privatis damnum, ex causa publica susceptum, refundat, necessum erit, ut refusio fiat in tem- pore alio, quod melior fortuna & amplior copia favebit.* Grotius *d. lib. 3. cap. 20. §. 7.* Textor *d. cap. 20. §. 28.* Clariss. D. Herz *de Fide Pacis cap. 2. §. 3. num. 32.*

## S E C T I O . IV. De Effectu Pacis.

### S U M M A R I A.

**123.** *Pax obligat ad sui observantium.* **124.** *& seqq. Sive bellum justum præcessit, sive in-*

*justum.* **125.** *Hac obligatio stringit illos, quae- rum ambo ritare Pax est conclusa, et eorum sub- diles.*

ditos. 130. Respectu quorum rationem Legis habet. 131. Stringit etiam Successores Pacificantium. 132. Dignitas non moritur. 133. Incipit hæc obligatio à tempore Pacificationis, non uno acceptata. 134. Aut existentis conditionis vel dicti. 135. & seqq. Ad restituendam rerum, in bello captarum, opus est factò hominis. 137. An ratificatio sit necessaria? Ratio dubitandi. 138. & seqq. Probatur opinio affirmans. 141. Ultimum complementum per subscriptionem & sub-signationem conferetur. 142. Esto etiam ex ipso factoratificatio subintelligatur. 143. Quod subditos Pacificantium opus est publicatione Pacis. 144. Paci firmanda accedit garantia. 145. Quæ non ad plus, sed tantum intenſius obligas Pacificantes. 146. Si plures sint Pacis consortes, potest ex garantia nova consurgere obligatio. 147. Multò magis, si tertius aliquis intervenias. 148. Qui strictò jure in pacifragos finè denuntiatione irruere valer. 149. Sponsoris officium cessat, ubi partes mutuò consenserunt.

recedunt ab uno aut pluribus articulis. 150. Pax executioni mandanda. 151. & seqq. Munus Executorum ex irancorum explanatione. 153. & seqq. Explicatur idem munus ipsorum Pacificantium, si Executores alii defuerint. 155. Non licet, ad tertium Executorem, non nominatum, confugere. 156. Lices manus propriæ interdum executionem facere. 157. Executionis ratio quadras. 158. Et facta. 159. Item quoad trans fugas. 160. Ex milites, post Pacem exanthorates. 161. & seqq. Restitutio nō semper in ista clausula: salvò jure tertii. 163. & seqq. Declarat ordo execuendi. 166. & seqq. Quisnam cognoscere possit de exceptionibus, contra exceptionem oppositis. 169. & seqq. An mera purgatio admittatur? 171. An, qui factum promisit, solvendò interessu liberetur? 172. & seqq. In casu dubio proceditur ad Pacis interpretationem. 175. & seqq. Qualis illa sit? 177. & seqq. Cuinam competat? 180. & seqq. Duplex monitus.

## S. I.

### De Obligatione servandi Pacem.

123 **S**icut aliarum pactionum ita & Pacificationum effectus præcipuuſ est obligatio servandi ea, quæ in Pacificatione mutuo conventa, stipulata, acceptata & conclusa fuerunt. *Pax servetur, pacta custodiantur*, dixerunt universi PP. congregati in Concilio Africano, prout insinuatur in cap. *Antigonus I. de Pact. Gudelin. de Jur. Pac. cap. 10.*

124 Nec refert, an Pacem quis iniverit cum eo, qui justum habuit bellum; an cum altero, qui bellum aperte injustum aut dubium fovebat. Posteaquam enim fides data, factaque est promissio de servandis Pacis articulis, subnascitur obligatio justitiae, nec attenditur justitia vel injustitia præcedentis belli: tum quia observantia fidei datæ promanat ex Jure Naturali & Gentium, præcipiente, ut hostibus quoque servetur fides ex dictis in cap. priori à num. 462. indeque, ut differit Grotius lib. 3. cap. 25. §. 7. Pax facta qualibuscumque legibus servanda omnino ob ipsam fidei sanctimoniam; sollicitéque cavenda non tantum perfidia, sed & quidquid animos exasperat: 126 tum quia si, Pace jam conclusa, primum de justitia belli ventilanda foret quæstio, Pax magis initium quam finis belli nuncupari deberet; & ideo quod

de privatis amicitiis dixit Cicero, eas omnes summâ religione ac fide tuerandas, eas maximè, quæ ex inimicitiis revocatae sunt in gratiam, ad has publicas rectè aptari, notat idem Grotius: tum quia super hoc ipso punto, fuerit bellum justum an injustum, per Pacem videtur esse transactum, & per pactum amnistiae sepulta penitus omnia, quæ possent ex opposito contra retroacta moveri; ut, sicut facta transactio inter privatos, non queratur, an quid debeatur, sed an desuper in tractatu Pacis transactum fuerit: tum quia Pax, jam iniquo bellô extorta, est melior & exoptatior ipsô bellô; dum, attestante Livio: *ampla ac speciosa dantis Pax est, ac melior tutione quam sperata victoria;* & teste Aristotele, *satis est bis, qui plus pollent, aliquid rerum suarum relinquere, quam bello victos cum rebus perire.* Et, authore Tacitô *Annal. 12. cap. 19. bellorum egregii fines sunt, quoties ignoscendò transfigitur.* Grot. d. cap. 25. §. 4. & 5.

Stringit hæc obligatio comprimis illos, quorum authoritate & nomine Pax fuit inita, videlicet Supremam in Republica Potestatem, jus Belli Pacisque habentem; stringit quoque Civitatem totam & omnes Summæ Potestati subjectos, utpote in quos derivatur

vatur obligatio, etiam ex aliis contra-  
Etibus, nomine Civitatis à Rege vel  
Principe bonâ fide celebratis, nata.  
Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 6. & ibi Mue-

130 len. Imò Pacem respectu subditorum  
vigorem Legis habere, & quomodo cives ad Legum observatio-  
nem coguntur, vel transgressores eo-  
rum puniuntur, idem jus esse de ca-  
pitulis Pacis, ut & nullum sit, quidquid  
contra ea fit, sicut id, quod contra  
Leges, prohibet Gudelin. d. cap. 10. ap-  
plicans huc illud, quod dici solet:  
*Contractus Principum vim Legis habere.*

131 Stringit etiam Pax Successores in-  
Regno vel Principatu, sive sint tales  
ex jure hereditario, sive ex electione:  
quia Pacis compositio, cum perpet-  
uitatem exigat, neque tam nomine  
propriò quam totius Reipublicæ con-  
cludatur, non potest dici personalis,  
ac soli Paciscentis personæ connexa,  
sed realis, atque ad omnes Coronæ  
Successores transitoria, sicuti ceteræ  
quoque conventiones, nomine Digni-  
tatis initæ, afficiunt omnes in Digni-  
tate Successores. Hermes saepe cit.  
cap. 11. num. 153. Becman ad tracta-  
tum Brunnem. *de Pace Polit. dissertat. q.*  
th. 1. D. ab Eyben *de Jure Pac.* tb. 13.  
lit. f. Gudelin. *de Jure Pac.* cap. 12. Bon-  
bra in *Arte Belli & Pac.* lib. 2. disc. 24.

132 num. 6. & seqq. Nempe in Principe  
duo considerari, ait Peregrinus apud  
citatum Bonbra num. 8. personam &  
Dignitatem ejus: persona quidem  
moritur; Dignitas vero semper & ubi-  
que, quamdiu durat Imperium, per-  
manet; cuius intuitu, cum omnia,  
qua cum Principe tractantur, peragi-  
soleant, certum erit, Dignitate ma-  
nente, etiam illa, qua ab ea promissa  
sunt, stare debere.

133 Incipit porrò obligatio statim à tem-  
pore Pacificationis, mutuò accepta-  
ta: cum illa gnoma Juridica ex l. 14.  
ff. *de R. J.* quod in obligationibus, qua-  
diem aut conditionem non habent,  
debitum mox consurgat à tempore  
conventionis absolutæ; hic quoque  
134 verificetur. Sin autem Pax inita  
fuerit sub conditione, aut alligata in  
certam diem, ante conditionis exi-  
stentiam aut adventum diei, illius ob-  
ligatio vel nulla vel inefficax est, non

minus ac pactiones aliae, adjectione  
conditionis aut diei conceptæ. Brus-  
sel *de Condition.* lib. 2. tit. 1. n. 1. & seqq.

Volunt quidem aliqui, quos sup- 135  
pressō nomine allegat citatus Becman.  
th. 2. ea, quæ in bello capta, & virtute  
Pacis restituenda sunt, ipsō jure cen-  
seri restituta: quod Pax habeat vim  
restitutionis in integrum, & concessa  
in bello irrita fiant ipsō; sed, quia oc- 136  
cupatio bellica tribuit verum & per-  
fectum dominium, non video, quō  
pactō res, in dominio victoris existens,  
ipsō factō reputetur ad victum reverti,  
dum, ut alibi docui, sine traditione do-  
minium ab uno in alterum transire non  
solet, ne quidem in integrum restitu-  
tione, utpote quæ sententiā Judicis &  
factō hominis eget.

An autem ad obligationem, ut fir- 137  
ma sit & perfecta, debeat accedere ra-  
tificatio, suppositō, quod Pacificatio,  
juxta morem & stylum ordinarium,  
per Legatos fuerit inita? Ratio quæ-  
rendi est: quia, ut notatum fuit in  
num. 55. Legati non admittuntur ad Pa-  
cis negotia, nisi mandatum speciale  
possint exhibere; at, ubi mandatum  
speciale præcessit, ratihabatio super-  
vacanea aestimatur. Sed, veluti pro- 138  
bè notavit Textor in *Synopsi Jur. Gent.*  
cap. 21. num. 2. & 3. et si Legatis detur  
speciale mandatum ad Pacem in sub-  
stantia concludendam, non tamen  
omnia & singula capitula, à Legatis  
postmodùm conclusa, semper in spe-  
cie sunt demandata. Nec certum 139  
est, anne Legatus fines mandati non  
transierit, antequam ex Pacis articu-  
lis, in ordinem redactis, is, qui Lega-  
tum misit, viderit, an plus vel minus  
concessum, quam imperatum fuerit.  
Unde jam passim mos apud Gentes 140  
invaluit, ut Pacificationes priusquam  
ratihabeantur à personis principalibus,  
vi ac robore non polleant; prout non  
tantum prohibent exempla Romano-  
rum in Scipione Africano, qui, licet  
jussu Populi Romani cum Carthagi-  
nensisibus suo arbitrio fecerit Pacem,  
ut narrat Livius *dec. 3. lib. 10. cap. 28.*  
nihilominus Senatui specialiter appro-  
bandam submisit teste eodem Livio  
*cap. 34.* sed etiam exempla hodierna  
in Pacificatione Westphalica, Carlo-  
wizensi,

wizensi, Riswizensi, Rastadio - Basiliensi, Passarowizensi &c. Et quia ratificatio fieri non solet aliter, ac si Pacis capitula prius conscripta, subscripta, ac subsignata fuerint; consequens est, à scriptura, subscriptione, & subsignatione deinceps Pacis effectum & robur elici. D. ab Eyben *de Jure Pac. tb. 12. lit. b. c. § 4.* Esto cæteroquin, ut ratificatio scriptis aut verbis fiat, opus haud sit: potest siquidem ex factis ratihabitio colligi, puta, si Pace jam conclusâ articulos quosdam, ibidem contentos, Rex aut Populus observare incipiat, qui non præcisè tendunt in ipsius commodum, & errore hostium usurpari possunt, sed proprium onus & gravamen ex parte Regis aut Populi secum ferunt. Textor *cit. cap. 21. num. 6.*

*An*, ut Pax obliget, aliquâ publicatione seu promulgatione sit opus? Rectè decidit D. ab Eyben *de Jur. Pac. l. tb. 12. lit. f.* opus scilicet esse promulgatione quoad subditos Pacificantium: cùm enim quoad ipsos Pacificatio virtute Legis polleat ex *num. 130.* ad obligationem inducendam erit necessarium, ut vel instrumentum Pacis eisdem publicetur, vel edictô publicô, quæ Pacis capita ab iis observari debeant, promulgentur.

Cæterum ad Pacem firmius roburrandam persæpe interponitur *Guarantia*, id est assuratio, vel sponsio particularis, quâ Pacis inviolabilis observantia promittitur aut verbô, aut scriptô, aut factô, datis scilicet obsidibus, castellis, urbibus &c. Ubi quidem, si hæc sponsio tantum ab ipsis hostibus inter se invicem pangatur, non alia aut nova consurgit obligatio, ac quæ provenit ex natura Pacis; etiam si superveniat juramentum, utpote quod etiam simplici Pacificationi potest adjici, & obligationi justitiae, quæ strinquit in utroque foro, superaddit obligationem Religionis, in foro con-

scientiæ præcipuam vim exserentem; non autem ad aliud & ad plus obligat, quam ipse actus, cui apponitur. Textor *d. l. num. 29. § 30.* Nisi plures ab una aut altera parte sint Pacis socii & consortes: tunc enim ad Pacis custodiæ omnes se obstringere, & contra quoscunque Pacis violatores armatam assistentiam seu potius resistentiam promittere, sicque novam obligacionem, ad quam alioquin non tenerentur, inducere possunt. Textor *d. n. 29.* Verumtamen, cùm frequenter tertius aliquis, & plerumque Mediatores Pacis, ejusmodi sponsonem facere consueverint, utique peculiaris oritur obligatio, eam partem, quæ à Pacis articulis injustè recedere nititur, ad eorum executionem compellendi; & quidem vi armatâ, si prævia monita in cassum abiverint. Pufendorf *de J. N. lib. 8. cap. 8. § 7.* D. ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Guarantia num. 2.* Textor *d. cap. 21. num. 28.* Cum quo ultimo Authore censeo, strictò quidem jure non obstringi garantia sponsorem, ut denuntiationem aliquam bello, in violatores Pacis instituendo, præmittat: cùm ex ipso officio, accidente mutuô partium consensu, id faciat; ex æquitate tamen bellum præviè denuntiandum, &c, ubi spes resipiscientia non subest, eosque continuandum esse, donec pars, Paci contraveniens, Pacem adimpleat, &c, quod inde nocitum erat, resarciat, ac de indemnitate in futurum idoneè caveat.

Quodsi contingat, Pacem ab uno ex Pacificantibus in totum aut ex parte non servari, alterum verò, cui præjudicium exinde nascitur, jure suo sponte cedere, tertius ille, qui sponsonem de Pace servanda fecit, nequit illius observantiam seu benignis seu violentis remedis urgere: cùm & fidejussor non possit urgere solutionem debitoris, ubi debitum à creditore remissum est. D. ab Andlern *cit. l. num. 7.*

## S. II.

### De Pacis Executione.

*UT* obligatio Pacis sit efficax in foro politico, oppidò necessaria est ejus Executio, circa quam

P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

cum Textore in *cit. cap. 21. num. 10.* tria consideratu digna expendemus, nempe personas exequentes; res aut facta,

facta, executioni mandanda; & ordinem exequendi. Personæ, exequentes Pacem, interdum in ipsa Pacificatione denominantur; subinde non. Si denominantur in Pacificatione, possunt & debent ea, quæ conclusa fuerunt, cuique partium æquâ lance tribuere & consignare; &, si unam ex partibus invenerint renitentem aut tergiversantem, etiam vi & virtute armatâ ipsam ad satisfactionem compellere. Frustra siquidem in arduo & publico Pacificationis negotio certæ personæ pro Pacis executoribus statuerentur, si potestas aut media deficerent, quibusc in contumaces animadvertere, & invitatos ac nolentes vi coactivâ ad limites justitiae & pactorum observantiam adstringere deberent.

Si personæ pro executione Pacis non fuerint determinatae, ipsi met partibus incumbit, mutuum placitum exequi, ita tamen, ut non ea pars, quæ creditoris vicem subit, id, quod suum est, aut sibi debetur, extorqueat, sed pars debitrix per se vel per alium restituat, quod suum non est, aut solvat, quod debet. Textor cit. cap. 21.

**num. 14.** Nisi speciatim per Leges Pacis parti creditrici tribuatur possessio per clausulam constituti, aut concedatur facultas, auctoritate propriæ capiendi possessionem: cum etiam privatus creditor in simili pacto auctoritate privatâ rem sibi debitam apprehendere valeat.

**155.** Planè sive certus executor Pacis constituatur, sive non, in casu moræ non licebit ad tertium aliquem pro executione configere, sed opus erit, ut præmittantur Legationes, & amicabiliter postuletur solutio vel restitutio, in Pacificatione stipulata, ne, bello vix finitô, procedatur ad novum

**156.** bellum. Et, ubi Legationes nihil proficiunt, licebit denique manu fortí querere, quod amicabili dexterâ non poterat acquiri. Textor cit. l. n. 13.

**157.** De rebus executio diversimodè peragitur. Aliquando enim res de manu ad manum traduntur, ut sunt pecuniae, frumentum, argentum, aurum, cæteræque res mobiles; interdum fit liberatio debiti seu juris exi-

gendi pecunias, frumentum &c. subinde ceduntur aut remittuntur jura Regnorum, Provinciarum, urbium; nonnunquam in actualem possessionem castellarum, fortalitiorum, regionum &c. victores aut vieti introducuntur. Ad facta pertinent demolitiones munitamentorum, abductiones exercitus, deductiones praefidiorum, exauctorationes militum, captivorum extraditiones, si quid in Pacis articulis de his comprehensum fuerit. Redduntur quoque, sed rarius, transfugæ: quia, ut dicit Grotius lib. 3. cap. 20. §. 12. num. 1. transfugas jure belli recipimus; id est, per jus belli licet nobis admittere, & nostris adscribere eum, qui partes mutat. Si tamen extra servitium Domini, ad quem transfugerunt, reperiantur, ab altero, quem impiè deseruerunt, Dominò possunt ad supplicium trahi, tanquam violatores fidei & sacramenti militaris; aliter atque milites, post Pacificationem exauthorati: in hos enim, etiam si ante bellum hostilia castra fuerint secuti, Domino anteriori fas non est animadvertere: quippe cum isti, secus acilli, generali amnistia gaudeant. Textor cit. l. n. 17. & 18.

In utraque tamen restitutione, cum ea, quæ concernit res, tum altera, quæ attingit facta, subintelligitur hæc clausula: *salvâ jure tertii*. Nam æquitas Naturalis non permittit, alteri per alterum iniquam inferri conditionem, aut invito & nescienti jus suum afferti. Unde, si quis integras ditiones, civitates, arcus &c. Victori per Pacificationem cesserit, tertio, cui jus pignoris, feudi, aut alia facultas inibi competit, jus antiquum retinet salvum, eoque non privatur, præterquam si tantò siluerit tempore, ut, in concurso reliquarum conditionum, præscriptio legitimè censeatur fuisse completa. Textor d. l. num. 19.

Ordinem, in executione servandum, plerumque solent Pacificantes præscribere, juxta quem proinde executio dirigi, &c, sicuti conventum est inter partes, in opus redigi debet; ita ut pars, cui prius est facienda restitutio, ritè excipiat, si pars altera restitutionem pro se citius urgeat. Textor d. l.

164 d. l. num. 24. Casu quô autem nihil de executionis ordine actum est, aut quoad omnes executio eodem tempore & modô est facienda, si par utrobius causa fuerit; aut verò, si dispar conditio neque restitutionem neque executionem simultaneam admittat, dictamen Naturale sequendum, & res, quæ suâpte indole præcedit, præferranda, eaque, quæ majoris esse momenti apparet, leviori anteponenda est. Textor num. 20.

Idcircò Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 21. agens de rebus, post bellum reddendis, plus scribit, favoris habent pactiones, quæ de hominibus sunt, quam de rebus aliis: Et inter eas, quæ de rebus aliis, bæ, quæ de agris, plus quam quæ de rebus mobilibus: Et quæ de bis, quæ penes publicum sunt, plus quam quæ penes privatos: Et inter eas, quæ penes privatos, plus ille, quæ reddi jubent lucrativb titulò possessa, quam onerosò, ut quæ emptionibus, quæ dotibus tenerentur. Vitriar. ad Grot. d. l. quest. 22. Muelen ibid. in Comment.

166 Quidsi verò in Pacis executione quispiam opponat exceptionem, an ne de illa cognosci, & executio differri debet?

Distinguendum puto, num illa exceptio jam fuerit cognita tempore Pacificationis; an postea primùm in cognitionem venerit. Priore casu vix poterit admitti: cum pars excipiens sibi debeat imputare, quod maturius sibi de sua defensione non prospexerit; nec æquum sit, Pacis causam publicam ex novo prætextu remorari, aut liquidum articulum per illiquidam oppositionem retundere. 167 Posteriore casu admittetur quidem exceptio, & suspendetur executio, si

exceptio fuerit liquida, aut absque longiori indagine demonstrabilis; securus, ubi fuerit illiquida: tunc namque videtur humanius, executionem in re perspicua cum cautione indemnitas permittere, quam prolixiori dimicione de re dubia aut abstrusa illam impedire. Vid. Textor cit. l. num. 22. §. 23.

Sitne locus purgandæ moræ, saltem intra breve tempus, si convento tempore non reddatur, quod reddi debuisset?

Grotius d. cap. 20. §. 25. id non admittit, nisi improvisa necessitas impedimento fuerit. Quod quidem non usquequaque placet Zieglero in not. ib. cùm & Juris Civilis Interpretates, qui in foro externo satis rigorosi sunt, modicum & quidem ex arbitrio Judicis determinandum tempus admittant. Sed rigorem Grotii pulchre colorat Pufendorf de Jur. Nat. lib. 8. cap. 8. §. 4. quia etiam breve tempus ad magnas rerum conversiones valere potest: ideoque si ad implendas Pacis conditiones alteri mora indulgeretur, facile foret, occasionem nancisci, à pactis resiliendi; quin & alter exercitum, qui utique magnô sumptu sustentatur, non prius tutò posset dimittere, quam conditiones Pacis fuerint impletæ.

Anne, qui factum, quod spondit, præstare non potuit, sufficienter excusat?

Respondet Grotius d. l. §. 24. profaciente habendum, qui facere voluit, si per alterum, quo cum controversia est, stetit, quò minus fieret. Addo ego, sufficienter quemlibet excusari, qui in potestate non habuit, suam fidem liberare.

### S. IH.

## De Interpretatione Pacis.

172 Accidit in Pacificationibus, quod in aliis conventionibus usuvenit, ut, tametsi Pacificantes existiment, omnes Pacis articulos clarè positos, nec aliquâ declaratione ulterius explanandos esse; nihilominus in uno vel altero capitulo aut in unico sub-

inde verbo circa ejus intellectum scrupulus aut dubium oriatur. In taliigitur eventu proceditur ad Pacis interpretationem; quæ quidem ex omnium mente favorabilis est, quatenus agitur vel de securitate publicâ, vel valore ipsius Pacificationis; quia utilita-

litatis publicæ ratio vertitur in Pace, & inde potius valere quam non valere debet. Textor in *Synopsi Jur. Gent.*

<sup>174</sup> cap. 20. num. 38. § 40. Sed, quatenus agitur de obligatione Pacis, inter Pacificantes aut extendendâ aut restrin- gendâ, interpretatio stricta & coar- etata subintrare videtur; quemadmodum & transactio in eo sensu dicitur esse stricti juris, ac in venditione quo- que, licet negotium sit bona fidei, contra eum, qui prætensionem suam in pacto vel scriptura fundat, interpretatio formatur, &c., quod apertius suam mentem non expresserit, justè op-  
<sup>175</sup> ponitur. Habet nempe, ut dicit Grotius *d. cap. 20. §. 26.* quod sibi im- putet, qui non aperte locutus est; al- ter autem, quod plures sensus recipie- bat, id suo jure accipere potuit in par- tem sibi utiliorem. Quò spectat illud Aristotelis: *ubi utilitatis causa amicitia est, ibi ejus, qui accipit, utilitas ejus, quod debetur, mensura est.*

Quamquam de cætero idem Grotius *§. 21.* existimet, circa res, quæ bellō sunt captæ, restituendas, primū oportere latius interpretari, quando utrinque aliquid præstatur, quam ubi tantum ex una parte quid redditur; deinde in *§. 11.* pu- tet, quod quid plus habet favoris, eò laciùs accipiendum; quod longius abit, eò restrictius: & hinc maximum fa- vorem in eo esse, ut suum quisque consequatur; utque, qui iusta arma- habuit, consequatur id, ob quod ar- ma sumpsit, & damna sumptusque re- recuperet, non item, ut vindictæ no- mine quidpiam lucretur: id enim est odiosum. Vitriar. ad *cit. cap. quest. 11.*

<sup>177</sup> Facultatem interpretandi Pacem ip- simet Pacificantes habent: quos enim obligatio, ex pacto nata, constringit, ad eos pertinet, verba, ceu interni an-

imi signa & indicia, secundū regula- æquitatis explicare. Textor *d. cap. 20.*

**§. 46.** Sic tamen, ut, si in Pace <sup>178</sup> quidpiam statuatur, quod non cuilibet ex Pacificantibus commune, sed uni ex illis suæque Reipublicæ pro- prium & speciale est, veluti ut deinceps secundū certas Leges gubernationem instituat, sicut in Pace secunda Romanorum cum Poenis decretum erat, ut Carthaginenses ipsi suis Legi- būs vivèrent; ut, inquam, in tali casu potestas interpretandi privativè sit pe- nes illum suamque Rempublicam, cu- jus gratiâ articulus ille formatus est. Induit siquidem talis articulus, ut su- <sup>179</sup> pra dictum in *num. 130.* in Republica, quam respicit, naturam Legis, cuius interpretatio non ad alios, quam ipsum Reipublicæ Caput, aut eos, penes quos residet summa rerum agenda- rum, spectat. Textor *n. 42. § seq.*

Quò sincerior sit Pacis interpreta- <sup>180</sup> tio, conveniens est, ut Pacificantes inter se per Legatos de controverso capite amicè tractent, adducant fun- damenta, verba exponant in sensu ge- nuino, contra mentem paciscentium, ex verbis reluentem, nihil admittant, antecedentia cum consequentibus, consequentia cum antecedentibus concordent, & absque omni cavilla- tione ex æquo & bono procedant. Quin utilius est, vel in Pace denomi- <sup>181</sup> nare arbitros; vel ipsos postea com- muni consensu assumere, ut dubia- tem, inter paciscentes obortam, re- motō partium studiō, juxta prudentiæ regulas componant; id justum pro- nuntiantes, quod Pacificantes, de hoc rogatos, responsuros fuisse, verosimi- le est, id est, intentioni eorum quam maximè convenit. D. ab Eyben de *Jure Pacis tb. 13. lit. c.*

## S E C T I O . V.

### De iis, quæ Paci Contraria sunt.

#### S U M M A R I A.

**182.** Pax rumpitur tribus modis. **183.** Primo, si ab alteruero paciscente vis bellica citra novam causam inferatur. **184.** Nam frangenti fidem fides frangetur eidem. **185.** Nec interest, an toti Civitati, vel subditis aliquibus inferatur

violentia. **186.** Ut idem est, an id paciscentes aut socii accidat. **187.** Numquid in Pace comprehendantur. **188.** Aliud est de cognatis & affinis. **189.** Aliud, si unus tanum ex sociis hostiliter agat. **190.** Nisi aliter intet

Part-

*Pacificans futris convenitum.* 191. Quidquid opponat Zieglerus. 192. Aliud etiam est, quando aliquis ex subditis Paxem violant, praterquam si Summa Pocetas conniveat. 193. & seqq. Ac in specie subditos contra alios militare finat. 195. Rumpitur præterea Pax per contraventionem. 196. & seqq. Supposito, quod fiat in materia non levi, sed gravi, salvo est equitate. 199. Impossibilitas hac in parte excusat. 200. Non autem à debito absolvit. 201. Rumpitur insuper Pax, si quid fiat contra legem amicitiae, specialiter in pacto expressam. 202. & seqq. Debetur enim tunc ex iure rigoroso. 204. Repugnant legibus amicitiae atrocies mina &c. 205. Qua dubia sunt, in meliorem partem oportet interpretari. 206. Salvà amicitia licitam est, alienum subditum in suam ditionem recipere. 207. Pax, qualitercumque rumpita, non nocet innocentio. 208. & seqq. Esto non volit implere suum promissum. 210. Esto etiam adiit clausula, ut Pax habeatur pro rupta. 211. Aut clausula alia: ratio manente pacto. 212. Adiectum iuramentum de non contraveniendo porrigitur solum ad causam de præterito. 213. Causa de futuro expesiè non potest adiici. 214. Quòd sensu valore possit iuramentum de causa de

fato? 215. & seqq. Nova injuria, post Pacem illata, dat causam novo bello; 217. Licet Pacem non rumpat. 218. Nisi specialis amicitia in Pace fuerit promissa. 219. & seqq. Discepatur, an offendit, Pacem secuta, ex vetere vel nova causa presumatur facta? 223. & seqq. Ostenditur utilitas hujus discepitationis. 227. Moventur varie questiones de adjunctione pœna in contravenientes Paci. 228. Non debetur, quando offensus ad arma proruit. 229. Debetur torties, quales Pax rumpitur. 230. Dissemis Textor. 231. & seqq. Praestanda est ab heredibus & fiduciis foribus. 233. Circa dolum varie distinguuntur. 234. Substantialis annulatio Pacem. 235. & seqq. Accidentalis dat plenariaque causam restitutio. 238. Distinguuntur etiam diversimode de metu. 239. Ex sententia Grotii Pax etiam metu iustitia & gravitate non rescinditur. 240. & seqq. Contrarium tenet Pufendorf. 244. Quod metu iusto fuit extortum, nequit retineri bona conscientia. 245. Secus est de metu iusto. 246. Aut dubio. 247. Aut subsecuta ratificatio & libera. 248. & seqq. Quod metus iustus non pariat obligationem, servandi Pacem, per multa argumenta demonstratur.

### §. I.

### De Ruptura Pacis.

183 **P**aci contraria sunt, quæcunque faciunt, ut vel rumpatur, vel nova bellandi causa subministretur.

Rumpitur autem Pax juxta Grotium *d. lib. 3. cap. 20. §. 27.* tribus modis, aut faciendô contra id, quod omni Paci inest; aut contra id, quod in Pace dictum est apertè; aut contra id, quod ex Pacis cujusque natura debet intelligi. Primô modo Pax rupta censetur, quando ab alterutro paciente vis bellica, citra novam causam, infertur Grotius. *d. l. §. 28.* Est enim Pax essentialiter status tranquillitatis, securitatem publicam, & cessationem ab armis inducens; consequenter, ubi reassumuntur arma, & quidem sine causa noviter superveniente, Pax rumpita dicitur, adeò ut pars rumpens sit indigna beneficiis, per Pacificationem acceptis, possitque ab altera & innocentia parte non solum justâ defensione repelliri, sed etiam per actus hostiles intra limites belli justi-

184 licet offendit. Siquidem nulla non conventionis (si matrimonium excipias) tacitam in se conditionem habet, ut

P. SCHMID. JUSS. PR. PUAS. UNIVERS.

promissor solvatur à sua promissione, si alter, in cuius gratiam quid promissum est, reciprocum promissionem violaverit: nam frangenti fidem fides frangetur eidem; frustraque sibi fidem servari postulat, qui fidem servare recusat. Nec interest, totine Civitati an aliquibus civibus aut subditis vis inferatur: est enim Civitas unum Corpus; & sicuti Pax pro toto Corpori & omnibus partibus inita censemur, ita & rumpita videtur, sive toti Corpori sive partibus ejus imprimatur violentia. *Grot. cit. l. §. 32. n. 1.* Muelen *ibid.* Nec illud refert, an ipsi 186 met pacienti, an sociis ejus, in Pace comprehensis, Pacemque ratihabentibus, vis fiat: cum pactum Pacis tunc censematur esse commune, sicque hoc ipso, quod violetur respectu unius, violetur etiam respectu alterius. Grotius *d. l. §. 33. num. 1.* subjungens, 187 urgeli hoc à Corinthiis in oratione apud Xenophontem, in verbis: *omnes nos vobis omnibus juravimus.* Clariss. D. Stapff *de Majest. cap. 5. §. 62.* Cæteri vero 187 socii, qui in Pace comprehensi non sunt, neque Pacem ratihabuerunt, et si

M E M M A

etsi vi armatâ invadantur, Pax tamen non rumpitur: nam quô colore Pax rupta dicatur, ubi illis, qui Pacem inter se pepigerunt, nulla irrogata est injuria? Grotius d. §. 33. num. 2. à quo 288 tamen discordat citatus Muelen. Quod idem juxta Grotium est de cognatis & affinibus: quippe cùm vinculum sanguinis multum differat à vinculo pactæ fidei, quæ non afficit alias personas, ac quæ in pacto sunt nominatæ, aut cum pacifcentibus moralem habent unionem, uti sunt cives respectu Civitatis, filius intuitu patris, hæres in ordine ad defunctum.

289 Ex converso non puto, Pacem censeri ruptam universaliter, si unus ex sociis absque aliorum assensu, quempiam ex compacifcentibus adoriat: nemini siquidem alterius delictum vel injuria nocere, aut jus, ex Pacificatione quæsitum, ob alienum scelus eripi; aut transactio, omnium sociorum voluntate contracta, unius arbitrio dissolvi debet. Grot. c. t. cap. §. 29.

290 Ubi tamen exceptionem admittit, si aliter inter Pacificantes sit convenitum: tunc namque arbitratur, Pacem unius delicto rumpi, non ideo, quod propriè ex alieno facto aliis poenæ fiat obnoxius, sed quod Pax non appareat absolutè inita, sed sub conditione, partim potestativa partim casuali, si à nullo compacifcentium ru- 291 pta fuerit. Et licet Ziegler ad Grot. cit. §. 29. hanc exceptionem non undeque videatur probare; attamen nulla occurrit implicantia, cur pactum, cuius valor ex mente pacifcentium dependet, simili modò contrahi nequeat.

292 Similiter Pax non potest haberi pro rupta, quando violentiam aliqui ex subditis sine jussu publico committunt: malè siquidem prospectum foret Civitati, si privatorum maleficium jura communia aut publica possent infringi. Beaman. ad Brunnem. *de Pace Polit. dissert. 12. tb. 3. lit. c.* præterquam si Civitas non tantum sciverit violentiam suorum civium, sed etiam, cùm vindicare potuerit, vindicare neglexerit; cuiusmodi conniventia decreto seu mandato æquiparatur. Grotius

293 §. 30. Quam limitationem hic Author in §. seq. rectè applicat ad casum, quō

subditi non per se arma moverit; sed aliis, bellum gerentibus, militant: nam & hoc delictum adscribitur Civitati, si sciverit, suos subditos hæc age-re, &, licet potuisset impeditre, non impediverit. Consentit Muelen ib. 194 & cùm Henniges invehitur in Germanos, quod ferè inter Christianos nullum bellum sit, in quo non ab utraque parte Germanos videoas; imò, quod adhuc pejus est, etiam contra propriam patriam externis hostibus militare soleant, idque ad libertatem Germanicam atque sua privilegia referant.

Secundò modò Pax rumpitur., 195 quando contra Pacem fit, quod ibi prohibitum erat; aut omittitur, quod præceptum vel promissum fuit; non habitò discrimine, ut putat Grotius d. l. §. 35. sitne capitulum illud, quod violatur à Pacis consortibus, majoris aut minoris momenti: vel quia capitula Pacis censentur individua; vel quia non minor est obligatio, servandi fidem in causa momentosa, quam alia. Verùm, utut summò jure hoc 196 fortassis defendi queat; æquitati tamen, &c, ut dicit ipse Grotius, bonitati, maximè Christianæ, convenit, leviores culpas, accedente præsertim poenitentiâ, condonare. Enimverò, sicut in cap. antecedenti num. 106. adnotatum fuit, ex causa leviori non esse licitum, aggredi bellum; ita & impræsentiarum advertere debemus, ex causa minoris considerationis non censeri ruptam Pacem, ut bellum exinde videatur licite à parte insonte moveri. Plerumque contingit, ut Pax non ante concludatur, quam integra quasi sanguinis humani effluvia campos, urbes, agros inundaverint: quā conscientiâ igitur absque gravi motivo nova sanguinis effusio tam sæva cum prodigalitate admitti poterit? Et quæ 198 proportio est inter pugillum terræ, virtute Pacis restitui debitum, sed alterius noxâ hucusque non restitutum; & inter animas, pretiosò Christi sanguine redemptas, jam verò per novum bellum non solum ad manes, sed pro dolor! ad orcum sèpenumero transmittendas?

Planè si Pacis articulos hæc vel illa pars servare nequeat, non culpâ propria,

prīa, sed necessitate quādam, casu, aut fatō interveniente, puta si res restituenda perierit, aut ablata sit, aut factum evaserit impossibile, Pax rupta non dicitur: nihil enim ex num. 171. imputari potest ei, qui, quod facere vel omittere debuit, non potuit...

200 Superest itaque parti alteri remedium aliud, ut nempe, si qua spes residua fuerit, promissum cum tempore implendum fore, exspectet; vel, si nolit exspectare, aestimationem accipiat; vel novā conventione suam indemnitatē querat. Grotius d.l. §.37. D. Stapff de Majest. cap. 5. §.63.

201 Tertiō modō rumpitur Pax, si quid fiat contra legem amicitiæ, specialiter in pacto expressam. Grotius d.l. §.39. Et §.40. num. 1. Cujus & declarationem & rationem bonam suggerit Muelen in Comment. ad Grot. d.l. quòd equidem ea sit Pacis natura, & virtus obligativa, ut pacifcentes deponant omne odium & inimicitiam, simulque amicitiæ & humanitatis officia sibi invicem exhibeant, quatenus ex humana tum societate tum cognitione, jure quasi postluminii inter Pacificantes reviviscere incipiente, ejus vitæ ratio dimanat; nihilominus ejusmodi officia nequeant exigi, quasi perfectō & rigorosō jure debita; neque si unus ex compacientibus amicitiæ legem violaverit, justam arma capiendi causam alter habeat, quasi jus aliquod propriatis, sibi quæsitum, fuisset ablatum aut lassum: quod enim in alterius humanitate situm est, & pudori relatum, nullam producit actionem in foro humano, proindeque nec justam belli causam suppeditat, ut dictum in

203 cap. 1. à num. 136. At, si specialiter Pax contracta sit sub amicitiæ lege, pacientibus ex tali contractu datur facultas, strictō & perfectō jure exigendi specialem amicitiam & pecularia amicitiæ munia; indeque, si quid legibus amicitiæ contrarium eveniret, contravenitur pacto, rumpitur Pax, partique innoçue justa receden-

204 di præbetur causa. Quò referuntur atroces minæ; arces aut alia fortalitia, in confinibus non tuendi sed terrendi causâ extructæ; insolita copiarum conscriptio, non aliō ex fine,

ut ex indiciis morali certitudine colligere licet, quam ad novum bellum instituta. Grotius d. §. 40. num. 3. Vitrar. ibid. q. 45. Beccaria ad Brunnem. de Pace Polit. dissertat. 12. th. 2. lit. a. D. Stapff cit. l. §.64. Sed quia inter amicos multa dissimulari, &, quæ in speciem apparent inimica, in partem militarem explicari debent aut solent; non erit præsumendum, in leges amicitiæ peccatum esse, nisi de animo maligno, & in injuriam ex ardente, aperte constet; usque adeò, ut, licet cum persona, alteri comparti conjunctâ, stuprum aut adulterium committatur, scelus hoc non in contumeliam compartis, sed potius ex libidine perpetratum fuisse, conjiciendum sit juxta Grotium d. §. 40. num. 2. Muelen ibid. Clariss. D. Herz de Fide Pacta cap. 2. §. 3. num. 36. Ex quo ipso capite 206 neque tunc in amicitiæ officia quis delinquisse censetur, si nonnullos ex alterius subditis, ad suam ditionem venientes, receperit: nisi enim causa latet alia, forte quòd peculiari sacramentō, nexu feudali, aut aliquâ servitutis specie suo Domino teneatur, præsumere licet, Dominum illum aut expressè aut tacitè in discessione subditorum consensisse. Grotius d.l. §.41. num. 1. Et 2. D. Stapff d.l. §.64. Videatur de hoc articulo ordinatim & plenè tractans D. ab Eyben de Jure Pac. tb. 14. lit. d.

207 Planè qualicunque modo ex recentis Pax rumpatur, illud solummodo respectu contravenientis & nocentis intelligi debet: nam pars innocens, Pacemque servare parata, potest instare, & urgere Pacis observiantiam: utpote cuius, ex pacto pacifico comparatum, alterius iniquitate non tollitur; neque obligatio, ex parte nocentis contracta, illius contumaciâ vel proterviâ dissolvitur; sicque Pacem à Scipione post multa Carthaginensium perfida facta servatam fuisse, testis est Grotius §.38. Muelen ibid. Hocque 208 verum est, non obstante, quòd pars innocens nolit implere suum promissum, posteaquam pars nocens jam antecedenter suam fidem fecellit: nec enim obligata censetur id facere aut omittere, quod spondit, nisi sub

conditione, si pars altera prior impleverit, ad quod se obligavit: cùm, ut loquitur Grotius *libr. 3. cap. 19. §. 14.* unius ejusdemque contractū capita singula alia aliis inesse videantur per modum conditionis, quasi expressum esset, hæc ita faciam, si & alter 209 faciat, quod promisit; & ideo S. Pontifex in *cap. pervenit 3. de Jurejur. luculentere afferit: nec tu ei, etiam si promissum tuum juramento vel fidei obligatione interpositā conditione firmasses, aliquatenus teneris, si constat, cum conditioni minimè paruisse.* Ulpianus quoque in *l. 14. ff. pro Socio, non tenebitur, ait, pro socio, qui ideo renuntiavit, quia conditio quadam, quā societas erat imita, ei non praestatur...*

210 Amplius, tametsi sit additum in Pacificatione, ut factō, eidem contrariō, Pax agnoscatur pro rupta, id benignā ratione in commodum innocentis, si velit à Pace recedere, interpretamur. Grotius *d. cap. 20. §. 38. Vitriar. ib. q. 43.*

211 Posset dubitari, quid importet adjecta Paci clausula: *ratō manente pactō;* an obstet, quò minùs Pax rumpatur, esto quid adversum Paci contingat? Puto tamen, quòd, licet hæc clausula operetur durationem Pacis, datō etiam casu contraventionis; nihilo minùs id tantummodo intelligatur de ipso contraveniente, ut ille maneat obligatus servare Pacem, non autem de altero compacifcente, in cuius stat voluntate, velitne continuare vel abollere Pacem; sicut in privata transactione de Jure Romano eadem clausula facit, ut, postquam unus ex transigentibus recessit à capitulis conventionis, liberum sit alteri, an & ipse rece-

dere, an obligationem urgere malit. Textor in *Synopsi Jur. Gent. cap. 21. n. 32.* & 23. item *cap. seq. num. 6.*

De alia quoque clausula, videlicet 212 quando Pacificantes sive simpliciter sive cum juramento pactum expressum ineunt de non-contraveniendo Paci, hæsitare licet, utrum'rupturam Pacis impeditat? Et verius est, quòd non: quia de contraventione, quæ oritur ex causa de præterito, exaudiri, & non ad causam de futuro, quæ nec prævideri semper nec præcaveri potest, extendi debet. Textor *d. cap. 22. num. 7.* Et, si ponamus, explicitè 213 conventum esse, ut ne quidem ex causa de futuro Pax rumpatur, vix poterit subsistere talis conventio: quandoquidem ea non tantum in bonos mores civiles sed etiam naturales impingit, quatenus dolum futurum remittit, ansamque delinquendi præbet; sicque obligationem efficacem producere nequit. Textor *eōd. cap. 22. num. 8.* Eatenus tamen valere potest, ut, si certa remedia, hujusmodi offendentes vindicandi, pacto fuerint adjecta, aut arbitri, quorum pronuntiatione futuræ controversiæ dirimantur, determinati, vindicta bellica videatur exclusa. Nam iniquum non est, sed magis commendatione dignum, violentis mediis lenta substituere, bellumque tamdiu, quāndiu possibile est, evitare: quamobrem Archidamus Spartæ Rex in deliberatione de bello contra Athenienses, injustum esse, inquietabat, armis eos aggredi, cùm ad judiciale disceptationem sese offerant. Textor *d. l. num. 9.*

## §. II.

### *De nova bellandi Causa, Pacem subsequente.*

215 **P**aci, ut dictum in *num. 182.* contraria quoque est nova bellandi causa; hæcque aut subsequens Pacem, aut antecedens & concomitans. Causa subsequens est, si, cùm specialis amicitia Pacis tractatibus inserta non fuerit, ab alterutra compacifcentium parte alteri nova inferatur injuria, ac v. g. castrum aliquod, de

quo nihil in Pace comprehensum erat, occupetur: tunc enim pars injuriata, 216 cuius est castrum, equidem de novo bellum instaurare potest, dum cessationem ab armis in illa tantum hypothesi spopondisse præsumitur, quā omnia manent in statu antiquo, nec novus titulus, in aciem progrediendi, supervenit; Pax tamen à parte injuriante

piante & offendente in vero. & genuino sensu rupta non censetur: non se-  
cūs, atque contingit in judicio, in quo, licet rei, inter actorem & reum con-  
troveria, sententiā & re judicata vel  
transactione finis imponatur; atta-  
men, si quis ex litigantibus ab adver-  
sario novam postea sustinere debeat  
injuriam, non prohibetur, novum in-  
stituere processum, esto prior senten-  
tia per hoc non rescindatur. Besold in  
*Dissert. Polit. Jurid. de Pace cap. 6. n. 8.*  
Becman ad Brunneman. *de Pace Polit.*  
*dissert. 12. tb. 1. lit. b.* Textor in *Synopsi Jur. Gent. cap. 22. num. 14.* & seqq. Clari-  
fiss. P. Ebberth *de Pace cap. 7. §. un. n. 2.*

218 Dixi tamen: cum specialis amicitia Pacis tractatibus inserta non fuerit: hoc enim ubi factum est, Pax indubitate rumpitur: utpote cum specialis amicitiae legibus, in stipulationem deductis, manifeste contraveniatur. Textor d. l. num. 16.

219 Quod verò nonnulli cum Gailio *de Pace Publ. cap. 4. num. 45.* opinentur, offenditionem, quæ Pacem sequitur, non ex vetere, sed nova causa præsummi factam, in sano sensu intelligendum vult Textor cit. cap. 22. num. 4. & 5. ex earatione, quod, si offendenti hæc præsumptio generaliter suffragetur, interdum in offensum grave præjudicium redundaret: posset siquidem proclamari, tanquam ipse novam belandi causam dedisset, deberetque onus probandi contrarium in se susci-  
220 pere. Ne igitur offendit partis minus faveatur, quam offendenti, citatus Author contendit, supponendum esse casum, quō duplex adest causa, vetus & nova; posseque tum præsumi, potius ex nova quam veteri causa compositioni Pacis contraveniri; quemadmodum in aliis quoque materiis illa præsumptio, quæ dolum & delictum excludit, præferri solet. Itaque intelligendus est Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 28. dum ait: contra id, quod omni Paci inest, fiet, si vis bellica inferatur, nimirum ubi nulla nova subest causa, quæ si probabiliter adferri posst, satius est, injustitiam sine persona fidia quam cum perfidia admissam credi. Aliam nonnihil resolutio-  
222 nem pandunt Clariss. P. Ebberth *de Pace Polit. diss. 12. tb. 1. lit. c.*

*Pace cap. 7. §. un. num. 6.* D. ab Eyben *de Jure Pac. th. 14. lit. g.* &, si causa illa antiquis inimicitii similius appareat, eam censem veterem; sin vero nullam cum prioribus altercationibus affinitatem habeat, noviter ipsam emeruisse arbitrantur.

Atque hæc non gratis disceptari, 223 suggestit Grotius d. l. §. 27. non enim, ajens, idem est, novam bello causam præbere, & Pacem rumpere; sed multum inter hæc interest, tum ad committendam poenam à peccante, tum ad liberandam in cæteris fidem ejus, in quem peccatum est. Nimirum, ut egregie explanat Textor d. cap. 22. num. 17. & seqq. geminum hæc inter discrimen est. Nam in primis, si bellum ex nova causa intentetur, nova denuntiatione, novâque applicatione illorum mediorum, quæ bello præmittenda esse, in priori cap. à num. 116. docuimus, opus est: quia tunc Pax manet in suo vigore, usque dum iteratò bellò, quod ritè susceptum & indicatum sit, tollatur. Econtra, si 224 Pax rumpatur, pars læsa laudentem hostiliter insequi valet absque denuntiatione: quandoquidem lædens, si Pax sù ex parte rupta supponatur, in eum statum reponitur, in quo fuit ante Pacem, id est, in statum bellicum antiquum, ante quem denuntiatio jam præcessisse supponitur. Deinde, si 225 poena fuerit apposita in eos, qui Paci contraviunt, illam non incurunt, qui bellum ex nova causa moliuntur: poena namque non ferit illos, quibus, extra culpam versantibus, & saepè reluctantibus, non voluptas, sed necessitas est, classicum intonandi Ex ad- 226 verso poenam sufferre debent, qui fidem publicam, sanctè interpositam, temere violant, Paceque ruptâ à mutuo conventis & acceptatis Pacis articulis dolô malo (aliud est de casu fortuito, aut causa, à culpa excusante) discedunt. Becman ad Brunnem. *de Pace Polit. diss. 12. tb. 1. lit. c.*

Haud extra rhombum de hac poena 227 conventionali fas erit, tria querere. Primo: an debeat, quando, Pace ab uno ruptâ, alter ad arma prosilit, & offendentem offendit? Secundo: an poena sepiùs coinfittatur, an semel tantum?

Nnn

Ter-

Tertiō: an poenam ab hæredibus & fidejussoribus offendentis exigere permisum sit?

228 Ad primum resp. contra Besoldum in cit. *dissert. de Pace Pacisque jure cap. 6. n. 9.* negativè. Ratio est: quia poena conventionalis non debetur absolutè, sed in eventum, quō offendus Pacem ruptam urgere, & in satisfactionem poenæ solutionem habere cupit. At, si vicissim offendentem offendat, satis ostendit, se nolle amplius insistere Paci, sed, in poenæ vicem, satisfactionem aliam, instauratō bellō, prætendere. Textor d.l. n. 22. & seqq.

229 Ad secundum resp. poenæ regulariter non tantum semel, sed toties locum dari, quoties Paci contravenitur. Ratio est: quia, licet in poenalibus cæteroquin in mitiorem partem inclinare debeamus; attamen, ne poena contra paciscentium mentem adjecta fuisse reputetur, ita venit declaranda, ut à Pacis violatione efficacius cohibeantur: si autem sufficeret, unā tantummodo vice poenam solvere, posset ille, qui Pacem rumpit, semel præstare poenam, & postmodum pro

suo libitu Pacem impunè frangere, Dissentit aliquatenus Textor cit. l. n. 28. 230 & poenæ multiplicatam commissiō nem tunc solūm admittit, quando id speciatim in Pacificatione expressum est, aut aliud suadent circumstantiae, veluti quando poena est levis & contraventiones insignes.

Ad tertium resp. affirmativè. Idem 231 Textor num. 30. & seqq. Ratio quoad hæredes est: quia defunctum representant non solum in civilibus sed etiam in poenalibus, positō, quod poenæ non debeantur ex sola culpa sed etiam ex conventione: cum obligatio, ex conventione nata, non solum personas principales, sed & successores universales obstringat. Ratio quoad fidejussores est: quia adhibentur pro majori Pacis robore, & majori Pacificantium securitate: consequenter si Pacem rumpi, nec tamen poenam solvi contingat, fidejussor conveniri potest; non attentō juxta cit. Textor. ordinis aut divisionis beneficij: quippe quod à solo Jure Civili inventum inter Summos Imperantes non valere putat. Sed obstant dicenda in n. 272. & seqq.

### S. III.

#### *De Causa, concomitante vel antecedente Pacem.*

232 **A**D causam, Paci contrariam, quæ tamen Pacem aut comitetur, aut antecedat, referto præcipue dolum & metum. Dolus est duplex, substantialis & accidentalis; & hic iterum vel antecedens, qui Pacificationi causam dedit; vel incidens seu concomitans, ut alibi tradidi, nempe in mea *Jurisprud. Canonico-Civ. to. 2. lib. 3. tr. 3.*

233 cap. I. à num. 399. Dolō substantiali, quō nempe quis circa rei substantiam decipitur, sicut omnis contractus & conventio invalidatur, ut constat ex ibidem dictis in num. 405. ita, si contingat, Pacem simili modō celebrari, illa propter defectum consensū, veluti substantialem, subsisteret non posset. Dolō accidentalī, sive antecedente sive concomitante, quemadmodum reliquos actus & pacta de Jure Naturali non infirmari, conclusum est

d. l. n. 406. pariformiter nec pactum, quō firmatur Pax, ejusmodi dolō poterit nullari: cum, eō non obstante, habeatur consensus quoad substantiam. Sed quia eodem num. 406. adverti, dolō deceptum habere decipientem sibi obligatum, ut præstet indemnitatē; &, si pactum aut contractum servare nolit, in illius dissolutionem consentiat: id ipsum de illo, qui dolosè fuit ad Pacem inductus, adstruo. Idque 237 confirmatur ex Grotio lib. 2. cap. 17. §. 17. ubi ita loquitur: qui contractus aut promissione causam dedit dolō, tenetur eum, quo cum actum est, in integrum restituere: quia ille jus habuit, tum ne deciperetur, tum ne cogeretur: illud ex natura contractus, hoc ex naturali etiam libertate. Parilia ferè inveniuntur apud Pufendorf lib. 3. cap. 6. §. 8.

De metu non minūs in d. Jurisprud. 237 lib. 3.

*lib. 3. cap. 1.* egi, & in *num. 375.* asserui, eum, si gravis sit, & ab extrinseco injustè inferatur, non quidem facere, ut pactum aut contractus de Jure Naturæ invalidetur, iustissimam tamen rescindendi causam tribuere; atque de hoc grandis vertitur difficultas, an etiam Pax, ex metu gravi & injusto inita, sit quidem strictò jure valida, sed tamen rescissioni aut saltem exceptioni obnoxia?

*239* Grotius totus est in eo, ut rescissio-  
nem exterminet, sicuti patet ex illius  
discursu, quem in *lib. 3. cap. 19. §. II. n. 1.*  
hisce verbis proponit: „bellum so-  
„lennne, id est, publicum utrinque &  
„indictum, sicut alia habet peculiaria,  
„in jure externo posita, ita & hoc, ut  
„quæ in eo bello aut ejus finiendi cau-  
„sâ promittuntur, sint valida, ut ex  
„causa metûs injustè illati, invitô eô,  
„cui promissa sunt, in irritum deduci  
„non possint: quia, sicut alia multa,  
„quantumvis viijo non carentia, ex  
„Jure Gentium pro justis habentur;  
„ita & metus, qui tali bellô utrinque  
„infertur. Quod nisi placuisset, bellis  
„talibus, quæ valde sunt frequentia,  
„nec modus nec finis potuisset impo-  
„ni: quod tamen fieri interest huma-  
„ni generis. Ejusdem mentis sunt  
Vitriar. ad Grot. *d. l. q. 8.* Muelen *ibid.*  
*in Commentar.* JCti Catholici in *Compo-*  
*sitione Pacis cap. 5. quest. 29. à num. 53.*

*240* Contra Grotium Pufendorf *de Jure*  
*Nat. & Gent. lib. 8. cap. 8. §. 1.* ita ferè  
differit: „nondum adeò liquidè con-  
„stat de Jure aliquo Gentium, per-  
„quod non liceat, contra victorem  
„injustam exceptionem metûs oppo-  
„nere. Etsi vel maximè tale Jus ex-  
„taret, non tamen generis humani  
„tranquillitati multùm videtur dece-  
„surum, si istud negligatur. Nam,  
„tradente Grotiô, belli solennis, qua-  
„lemcunque habeat causam justifi-  
„cam, hic est effectus, ut dominium,  
„quod ipse vocat externum, rerum  
„hostilium acquiratur. Si quis er-  
„go post Pacem metu conclusam vi-  
„ctori bellum non ex alia causa, nisi  
„quod metu fuerit coactus inire Pa-  
„cem, solenniter intulerit, poterit &  
„ipse, arridente fortunâ, non solum  
„res, antea amissas, repeteret, sed etiam

„reliqua hostium bona simili domi-  
„niò exterrô acquirere. Ergo ve- *242*  
„rius videtur, concludit hic Author,  
„eum, qui bellô injustô petitus, post-  
„quam ad pacificam disceptationem  
„sese obtulit, & bellum deprecatus  
„est, ad iniquam Pacem adigitur, nul-  
„lô jurè prohiberi, quò minus Paci  
„nondum adimplæ exceptionem  
„merûs opponat, aut postmodùm  
„occasione datâ reparationem inju-  
„riæ querat. Sicut & Polybius *243*  
*lib. 3. cap. 10.* pronuntiat, justam fuisse  
„Pœnis causam belli secundi in Ro-  
„manos suscipiendi, eô nomine, quod  
„quondam ipsis inter res domi ancipi-  
„tes versantibus Sardiniam & ma-  
„gnam vim pecuniæ Romani extor-  
„sissent: occasione enim invitati ultum  
„iverunt eos, qui per occasionem tempo-  
„rum ipsis nocuerunt.

In hac intricata quæstione salvâ cu- *244*  
juscunque rectius sentientis opinione,  
judico I. ab omnibus facile concedi,  
cum, qui aliquid bellô injustô extorsit,  
salvâ pietate, salvâ viri boni officiis,  
non posse retinere, quod accepit, aut  
etiam cogere alterum, ut stet pactis,  
sive juratis sive injuriatis: intus enim  
& ipsa rei natura id injurium manet:  
neque interna hæc injustitia actûs tolli  
potest, nisi ex novo & verè libero  
consensu. Sic ipsem Grotius *d. cap. 19.*  
*§. II. num. 2.* his ipsis verbis suam sen-  
tentiam aut limitat, aut declarat.  
Judico II. in foro interno & externo *245*  
seu justitiâ externâ & internâ Pacem  
esse licitam, bellô justô, ex causa scili-  
cet justa solenniter gestô, extortam:  
nam metus tunc justus est, qui con-  
tractum, etiam inter privatos initum,  
in omni foro relinquit intactum & ir-  
rescindibilem. Judico III. idem di- *246*  
cendum, quando de belli justitia pru-  
dens versatur dubium: si enim ex cau-  
sa dubia non licet ab initio suscipere  
bellum ex dictis in *cap. priori à num. 214.*  
quò pactô licitum erit, ad bellum ex  
causa non liquida postliminiò recurre-  
re, quod Pace, tametsi per metum  
subscriptâ, finitum est? Cæteroquin  
vix aliqua Pax de sua firmitate secura  
foret: cum adeò difficile non sit, ra-  
tiones quasdam adinvenire, ex quibus  
justitia belli reddatur dubia. Textor  
N n n 2 in

in *Synopsi Jur. Gent. cap. 22. num. 34.*

**247** Judico IV. Pacem, ex metu qualicunque conventam, tunc quoque irrefundibiliter valere, si, cessante metu & periculō, à parte lēsa liberè fuerit confirmata: quia & injuria per condonationem aboletur; & jus, ab alio posseum, sponteā renuntiatione amittitur; & actus, ab initio invalidus, subsequente liberā confirmatione, saltem in praejudicium confirmantis, recon-

**248** valescit. Textor d. n. 34. Judico de-  
mū V. quando causa partis adversæ est manifestè injusta, simulque periculum majoris mali, quod evidenter aut valde probabiliter timeri poterat, tempore Pacificationis impellit ad Pacem, ceu malum inferius & minus, Pacem eatenūs rescissioni subjacere, quatenūs pars metum passa, si nihil adhuc dederit aut cesserit, potest oppo-  
nere metū exceptionem; aut, si quid dederit vel cesserit, potest ab altera, quæ metum intulit, & commodō Pacis gaudet, ex bono & aequo satisfa-  
ctionem petere, eaque denegatā consilium & refugium in armis querere. Ita reāpse Pufendorf in num. 340. alle-  
gatus, & cit. Textor num. 33. Et seq.

**249** Ratio non una est: tum quia & illud, quod piratis aut latronibus pro salute, vita, aut bonis promittitur, non ob-  
ligat cum effectu intento; ut inde nec præmissio, à Principe vel Rege ex cau-  
sa evidenter injusta per metum ex-  
pressa, obligare debeat cum tali effec-  
tu, dum bellum justum ex iactis huc-  
usque principiis non tantum jus belli  
sed etiam iustitiam causæ desiderat:

**250** tum quia, si ex num. 244. metum infe-  
rens nec licetè possit exigere, nec re-  
tinere, quod promissum erat, is quo-  
que, cui vis injusta fuit illata, nec te-  
netur à se abdicare, quod ex metu spo-  
pondit, nec carere, quod actu perdi-

dit, sed, cum Supremam in sua ditio-  
ne Potestatem habere supponatur,  
declarare valet, non minùs suam pro-  
missionem, quam pacta suorum sub-  
ditorum, interveniente metu injuste  
inefficacem esse: tum quia Regibus, **251**  
potentibus & arrogantibus, hōc mo-  
dō via complanatur, quōvis prætextū  
vel colore opprimendi, emungendi,  
ac sub jugum mittendi Republicas aut  
Principes infirmiores, si videant, Ci-  
vitates, Provincias, arces, bellō injus-  
tō occupatas, & Pace violentā par-  
tas, ex Jure Gentium quoad forum  
externum suas esse; non attendentes,  
quid intus loquatur conscientia: quan-  
doquidem qui remorū non sentit,  
dum incipit injuste bellare, religioni  
sibi non ducet, comparata per bellum  
inustum injustā Pace stabilire: tum **252**  
denique quia dominium externum  
duntaxat, quod ex Jure Gentium oc-  
casione Pacis violentæ acquiri dicitur,  
non videtur habere aliquem effectum  
considerabilem: quandoquidem eō-  
dem Jure Gentium ex fundamentis  
Grotii & sequacium in bello solenni,  
quod scilicet debitum cum solennitati-  
bus ab eo, qui Summā Potestate ef-  
fulget, geritur, aliquis sit dominus  
eorum, quæ occupatione bellicā nan-  
ciscitur, et si bellum fuerit inustum:  
proindeque & ille, qui ex Summo,  
quod habet, Imperio, bellō solenni  
recuperare cogitat, quæ iniquā Pace  
amisit, tantò magis eorum dominus  
in foro externo fieri poterit, quantò  
certius ex iisdem fundamentis domi-  
nium, aut saltem jus ad rem, in foro  
exteriori nunquam amisit. Manet hinc  
verum, quod Didacus Savedra Corona  
Gothicæ cap. 5. indicavit: fieri plerum-  
que amat, ubi aut coacta Pax initur, aut  
que famæ adversa est, illam paucō tem-  
pore durare.

## SECTIO VI.

### De Accessoriis ad Pacem.

#### SUMMARI A.

**253.** Agitur de accessoriis ad Pacem. **254.** De-

scribuntur Obsides. **255.** Ostenduntur discri-  
mēnta inter subditos, & alios, qui dantur obsides.

**256.** Et seqq. Obsidibns non est licitum, fugere,

sans si fides definga non capessenda expriſiā data  
non fuerit. **260.** In casu frattæ fidei non est  
permittum, obsides occidere; **261.** Nec in ser-  
vitorum redigere. **262.** Sed tuarium libertatem  
corpo-

corporatione per obsidiam affligere. 263. Obsidetur, quid Civitas propria in favorem suorum obsidum facere tenetur. 264. Adimpleta conditione, obsides reddendi sunt. 265. Nisi ex alia causa quid debentur. 266. Nec specialiter de super exceptum aut alio modo fuerit. 267. Persona, inueniens cuius obses datus est, mortua, cessat obligatio. 268. Aliud est, si morietur, qui dedidit obsidem. 269. & seqq. Describuntur fidejussores, & explicatur ipsorum obligatio. 271. Negatur ipsis à quibusdam beneficium ordinis. 272. & seqq. Conceditur à nobis. 274. Ut & beneficium divisionis. 275. Atinguntur pignora. 276. Juri luendi pignoris iuxta Grossius in certis circumstantiis prescribere licet. 277. Secundum alios, nevi quam. 278. & seqq. Affertur distinctio inter ius luendi pignoris ex contractu, & dominio, & sic combinatur utramque sententia. 282. & seqq. Declaratur commensus seu fabius condiculus. 284. Est neco-

series Legatis ad Pacem. 285. Ceterquin sua ipsis iniuriantur non suffragantur. 286. Commensus est vel universalis, vel particularis. 287. Ultra datus, quam verius, largiore interpretationem habet. 288. Datus miliebus extenditur etiam ad Duces. 289. & seqq. An datus marito porrigitur ad uxorem? 292. Comprehendit unum aut alterum famulum. 293. Ut & compes, statim ab initio assumpsos. 294. Non aliis. 295. Facultas veniendi includit facultatem abeundi. 296. Facultas abeundi non continet facultatem redendi. 297. Commendans, Legatis ad Pacem concessus, proficit etiam subditus. 298. Cui venire permisum, semel venire licet. 299. Commendans pro personis prodest, etiam rebus necessariis agiter aut qualiterem persona &c. 300. Effectum habet intra & extra territorium concedentis. 301. & seqq. Non expirat morte concedentis. 3304. Ans illius, in cuius gratiam indulgetur.

## S. I.

## De Obsidibus.

**A**ccessoria ad Pacem sunt Obsides, Fidejussores, Pignora, Commeatus &c. quemadmodum enim hæc admicula in cæteris quoque contractibus majoris firmitatis aut securitatis gratia adhiberi consueverunt; ita & in Pacificis tractibus persæpe interveniunt.

**254** Sunt ergo Obsides nihil aliud, quam personæ, quæ è numero civium alteri compacienti parti in securitatem fidei publicæ eō fine traduntur, ut, quamdiu fides liberata non fuerit, ibidem persistant, vel in casum fractæ fidei arbitrio partis læsæ, quantum Jus Naturæ & Gentium permittit, relicti habeantur. Clariss. D. Herz de Fide Pacta cap. 2. §. 4. num. 50.

**255** Dixi, obsides è numero civium tradi: quamquam enim & alii, qui cives aut subditi non sunt, in obsides dari valeant. D. ab Eyben de Jure Belli th. 12. lit. g. attamen inter illos & cives ac subditos permagnum est discrimin: cum, qui cives aut subditi se non profitentur, non aliter conditionem obsidum suscipiant, ac si sponte & voluntariè sese offerant; cives autem dantur etiam inviti, non tantum si potentior hostis certos sibi cives postulaverit, sed & si, qui sponte se offerat, defuerit; & quidem, ut querelis ansa amputetur, consultò dantur per for-

P. SCAMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

tem. Pufendorf de Jure Nat. & Gent. lib. 8. cap. 2. §. 6. Ubi tamen cum Grotio lib. 3. cap. 20. §. 52. rectè excipit vasallum, eumque, nisi simul sit subditus, pro obside nolentem à Domino cogi posse, inficiatur: quia reverentia & obsequium, quod debet, hucusque non pertingit.

Dixi etiam, obsides dari eō fine, ut **256** tamdiu maneant in alterius compacientis potestate, quamdiu fides liberata non fuerit: non enim placet illorum assertio, qui crediderunt, obsidem, datā opportunitate, fugere posse: utpote cum, etiamsi aperta conventio non fiat, ut maneat sub Imperio alterius usque ad congruam satisfactionem (quò casu Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 54. non admittit licentiam fugiendi) nihilominus tacitè & ex necessaria consequentia de non capessenda fuga se obligaverit. Nec valet ratio ejusdem Grotii, quod, **257** nisi expressa sit data fides, non is animus videatur Civitatis fuisse obligandi eivem, ne aufugeret, sed hosti dandi facultatem, qualis vellet custodia: siquidem ad eum finem Civitas obsidem dedit, ut alter certus sit de suo credito; certus autem non foret, si nudam haberet custodiam, & obsidi relinquaretur facultas, etiam è custodia, si fortuna tulerit, semet liberandi. Certè Grotius d. l. negat, obsidem post **258** fugam

○○○

fugam à Civitate recipi vel retineri posse: sequitur ergo, ut legitimè deducit Muelen ad eundem Grotium, Rempublicam civem non in custodiā dūntaxat deditis, sed & obligāsse, ne aufugeret; quod & ratum obsidem tacitè habuisse dicendum, vel habere 259 debere. Subscribit post Henniges ad cit. Grot. Clariss. D. Herz de *Fide Pacta cap. 2. §. 4. n. 53.* nolens tamen laqueum conscientiæ obsidi injicere, si in casu vacillantis paulatim fidei corrum, à quibus datus est, fugam maturè circumspiciat, seque impendenti severioris fati periculo, quā data porta, subducat.

260 Dixi ultimatò: obsides in casu fractæ fidei arbitrio partis lese, quantum Jus Naturæ & Gentium permittit, relinqu. Quid: verò Jus Naturæ & Gentium permittat, non ita perspicuum est: cùm aliqui voluerint, saitem ex Jure Gentium obsides; fide à Civitate non servatā, occidi posse; quam tamen opinionem jam in lib. 3. cap. 3. à num. 56. rejec-

261 citimus; alii verò existimārint, ipsos fieri servos per l. II. ff. qui testam. fac. poss. ubi obsidibus negatur testandi facultas; quod assertum negat ipsemēt Grotius d. §. 53. dum ait, servi non sunt; inò & Jure Gentium bona habere, & bæredibus relinquere possunt, quamquam Jure Romano l. divus ff. de Jure fisci cautum est,

262 ut bona eorum in fiscum redigantur. Putem cum D. ab Eyben de *Jure Pac. tb. 12. lit. g. & Pufendorfi cit. lib. 8. cap. 2. §. 6.* obsidum libertatem corporalem tantum arbitrio alieno eatenū committi, quatenū à loco, ad quem se obligarunt, non recedere, &, usque-dum satisfactio præstetur, instar captivorum in custodia (liberaliori tam) servari possunt. Ne verò, si longiori tempore obsides detinendi sint, nimium aggravetur ipsorum calamitas, æquissimum erit, ait idem Pufendorfius, substitutione novorum, priores liberare; uti & ad hoc operam dare Civitas tenetur, ut, quod oneris extraordinarii obsides præ cæteris sustinent, id ipsis, quantum fieri potest, aliundē pensetur.

Conditione impletâ, fideque, quām 264 Civitas interposuit, servatā, obsides reddendi sunt: odiosa namque est obsidum obligatio, & ultra causam specificam, ob quam alienā potestati fuere submissi, extrahi non debet. Grotius d. l. §. 55. Si tamen Civitas, cu- 265 jus civis in obsidem est datus, ex alia causa aliquid deberet alteri Civitati, in cuius potestatem obses venit, is retineri poterit, usque dum ex hac etiam causa satisfiat, non quidem ut obses, sed tanquam membrum Civitatis debitricis, quod juxta dicta in cap. anteced. à num. 495. jure repressaliarum servari potest. Grot. d. §. 55. Quod ipsum 266 verò ne fiat, caveri potest adjectō pāctō de reddendis obsidibus, ubi id, cuius nomine dati erant, impletum fuerit. Idem ib. Vitriar. ad Grot. d. cap. 20. quest. 62. Dubites tamen, an hōc modō satis cautum fuerit? Siquidem etiam ante tale pactum jam aderat obligatio de reddendis obsidibus post implementum promissionis; ideoque pactum, explicitè appositum, non producet arctiorem obligationem, quam pactum tacitum. Nisi ergo expressè conventum sit de non retinendis obsidibus in causam aliam, ac cuius gratiā dati sunt, cautio sufficiens non erit, ut indicat Muelen in Commentar. ad Grot. cit. §. 55.

Planè, si obses datus fuerit non cau- 267 sē, sed personæ, personā mortuā, illius obligatio cessabit: sicut enim in captivo redempto ex decisione Ulpiani in l. si patre ff. de Captivo. pretium non debetur, quod in personæ locum succedit; ita nec hic persona manebit obligata, quæ personæ vicaria est facta. Grot. d. l. §. 56. ubi allegat exemplum Demetrii, post mortem fratris, pro quo datus erat obses, postulantis à Senatu Romano, ut dimittatur. Vitriar. q. 63. Aliud est, si moriatur, qui de- 268 dit obsidem: nec enim pacifcentium morte solvitur pactum, nisi (quod rariū accidit) merè personale, & in personam promittentis restrictivè per particulam taxativam conceptum fuerit. D. ab Eyben cit. tb. 12. lit. g. in fin.

§. II.

*De Fidejussoribus & Pignoribus.*

**269** Secundò Pacificationi nostrumquam accedunt *Fidejussores*, qui alienam obligationem in suam fidem recipiunt, ac in Pace promittunt, quòd ipsi met velint satisfacere ex suo, ad quod tenentur personæ principales. Quod officium persæpe, qui media-tores sunt Pacis, exequuntur, spon-dentes, conventa utrinque servatum iri. Cui fidejussioni implicitum est fœdus circa auxilium ferendum illi, qui contra pacta invaditur, adversùs injuriæ authorem; ita tamen, ut sponsores ad hoc non teneantur, si ex nova causa bellum sit motum, sed tantùm si Pax conventa rupta fuerit. Pufendorf lib. 8. cap. 8. §. ult. Revideantur dicta à num. 144.

**270** Istis Fidejussoribus nec beneficium ordinis nec beneficium divisionis, si plures sint, competere, Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 22. num. 31. deducit ex eo: quia suam originem habent ex Jure positivo Romano, cuius au-thoritas inter Gentes infirmò stat pede.

**271** Crederem tamen, beneficium ordi-nis magis ex natura fidejussionis quam adminiculò Juris Civilis scaturire: si quidem obligatio fidejussoria, cùm accessoria sit, & alienæ obligationi fortiùs assecrandæ superveniat, in eum demùm eventum fidejussorem effica-citer urgere videtur, quando principalis debitor non vult aut non valet

**272** ex suo satisfacere. Atque bōc unicè modō discriminatur fidejussio ab ex-promissione, quā quis alienam obli-gationem omnino in se transfert, suō nomine implendam suscipit, & ita se principalem constituit debitorem. Pu-fendorf lib. 5. cap. 10. §. 11. apud quem Quintilianus in *declamat. periculum*, in-quirit, *sponsoris miserabile est: bonitate la-bitur, humanitate conturbat.* Non aliter salvō pudore ad sponsorem venit creditor,

**273** quam si recipere à debitore non possit. Quin etiam, si plures conjunctim pro uno fidejussent, neque singuli in solidum se obstrinxerint, apparet, non solùm civiliter, sed naturaliter ex ipsa fideju-

bendi formula ad divisionem eos pro-vocare, & pro rata duntaxat conve-niri, nisi forte quis eorum solvendo non sit. Pufendorf *d.l.*

Tertiò Pacificationi accedunt *Pig-nora*, quæ juxta Grotium sape cit. lib. 3. cap. 20. §. 59. quædam communia ha-bent cum obsidibus, quædam propria. Commune dicit Grotius, quod & ex alio jam debito retinentur, nisi obstat data fides, hoc est, expressè cautum sit, ne in aliam causam, quam v. g. Pa-cis firmandæ, habeantur, juxta n. 266. proprium, quod, quæ de iis est pactio, non tam strictè sumitur, quam illa de obsidibus: neque enim æquale est odium: res enim natæ sunt, ut tenean-tur, non & homines. Sic iste. Addit in §. seq. nullum tempus id efficere pos-se, ne luitio sit pignoris, si id præste-tur, pro quo pignus suppositum est. Nam, qui actus causam veterem & novam habet, non creditur ex nova causa procédere. Ideò patientia de-bitoris veteri contractui non derel-ictioni imputatur, nisi certæ conjectu-ræ aliam interpretationem exprimant: ut, si quis, luere cùm vellet, impedi-tus id silentiò transmisisset tantò tem-pore, quod ad consensūs conjecturam sufficere possit. Verùm nullas tam firmas conjecturas singi possè, statuunt Ziegler & Muelen in suis annotatio-nibus ad Grotium cit. §. ut creditorem in conscientia securum reddere queant. Creditor enim pignus alieno nomine possidet, non sibi, sed debitori; nec possessionis sibi causam mutare po-test. Diuturnum verò silentium de-bitoris, postquam intentio luendi im-pedita fuit, num sufficiens derelictio-nis argumentum præbeat? dubitant allegati Commentatores, præsertim cùm præsumi possit, ideò eum per totum illud tempus siluisse, quod salvum sibi manere jus suum non ignoraret; quam fortiorē esse præsumptionem existimant, quam illam Grotii de consensu tacito.

Ego in mea *Jurisprud. Canonico-Civ.* 278  
lib. I.  
O o o o 2

*lib. I. tr. 2. cap. 4. à num. 285.* admisi quidem præscriptionem juris luendi pignoris, quatenus ex contractu pignoratio tanquam jus personale resultat; rem ipsam tamen & jus dominii, quod debitor habet in pignore, à creditore præscribi posse, negavi, & etiamnum nego, non obstante contradictione creditoris & acquiescentia debitoris:

279 quippe quæ in rebus duntaxat incorporalibus vim obtinet, interrumpendi possessionem ex parte unius, & conferendi ex parte alterius; in rebus autem corporalibus tamdiu manet apud antiquum dominum possessio, quamdiu res ab ipso vel alio ejus nomine 280 detinetur; nec silentium veri dominii, rem suam non repetentis, quidam operatur: quia aut non potest ulterius rem, etiam silente dominō,

retinere, quando supponitur, débitum jam esse solutum, dum, nullâ facta interpellatione, extitulo rei acceptæ statim eam reddere tenetur; aut, si debitum non solutum esse supponatur, non aliò titulō, quam pignoratio, atque adeò ad pariendam præscriptionem inidoneo, detentionem continuare valet. Si tamen per 281 tempus, de cuius memoria non constat, creditor in possessione rei pignoratae bonâ fide persistit, optima nascitur præsumptio; alium interea titulum, quam pignoratum, meliorem nempe, qui de mundo excogitari potest, supervenisse, prout Authores, de præscriptione immemoriali scribentes, loqui amant, secundum ea, quæ cit. loc. cap. 6. & num. 43. notata sunt.

### §. III.

## De Commeatu, seu salvo Conductu.

282 **Q**uartò vel in Pacificatione vel ante Pacificationem opus est. *Commeatu seu salvò Conductu* in utilitatem & securitatem tum eorum, qui convenient ad tractandum Pacis negotium, tum rerum, ad ipsos pertinentium; sicut & in aliis negotiis aut rebus, ubi periculum in via aut in termino subtimetur, de commeatu seu salvò conductu sicker Geleit/ Pax: 283 Porten prospici solet. Est enim commeatus in genere nihil aliud, quam justum & perfectum immunitatis ab offensione, damno, vel inquietatione præsidium, uti describit Vitriarius ad Grotium *lib. 3. cap. 21. q. 17.* In specie verò commeatus pro compositione Pacis sunt literæ seu fidei publicæ codicilli, queis de Pace tractantes cum securitate ire, & redire possunt, veluti notat Nicolaus Hertius in *Dissertat. de Literis Commeatus pro Pace* (extat in *tb. 3. suorum Opuscul. vol. I.*) §. 2.

284 Hasce commeatus literas Legatis & aliis, ad tractatus Pacis se conferentibus, esse valde necessarias, tradit idem Hertius §. 3. tametsi enim, ubi Pax in urbe quadam aut loco neutrarum, ut vocant, partium concludatur, sati-

videantur esse securi; quia tamen in ipso accessu in manus hostium incidere, aut sinistrum quid experiri possunt, consultius est, de hujusmodi scripta cautione sibi antea providere. Neque opineris, Legatos aliunde in 285 toto terrarum orbe securos esse, esto simili tesserâ non sint muniti: nam, ut in *cap. 4.* explicabitur, Legatorum immunitas ab hoste, ad quem mittuntur, multum dependet; &, nisi ab eo ultroneè admittantur, cumque in finem literæ commeatus concedantur, ditionem hostilem tutò non ingrediuntur. Hertius *d. l. §. 4.*

Distinguit Vitriarius *d. l. q. 18.* commeatum in universalem & particularem. *Universalis* est, qui toti v.g. exercitui conceditur; *particularis*, qui certis duntaxat personis aut rebus indulgetur. Qualiscunque verò sit, is instar privilegii, quod neque tertio noxiū, neque danti admodum est grave, censetur; indeque laxā magis, quam strictā interpretatione, sed intra verborum proprietatem, dignus habetur à Grotio *cit. cap. 21. §. 14.* Et hæc la- 287 xior interpretatio, eodem teste, facilius adhibetur, quando non petenti, datum

datum sed ultrò oblatum est hoc beneficium; multoque magis, si ultra privatam publica quædam utilitas in negotio vertatur; quale profecto est nostrum, de quo conversamur, Pacis negotium. Hertius d.l. §. 19. Ut autem per exempla, ab eodem Grotio proposita, res ista magis explanetur,

288 Statuitur I. commeatum, militibus datum, non ad gregarios tantum, sed etiam ad Duces, medios & summos, porrigi; sicut & commeatus, datus Clericis, ad Episcopum extenditur: quia verbi proprietas largiorem hanc significationem non respuit. Grot. d. cap. 21. §. 15.

289 Statuitur II. commeatu, patri concessō, gaudere filium, non item uxorem, aliter quam in jure commorandi: nam morari solemus cum familia, peregrinari sinē ea. Grotius §. 17. Vi-

290 triar. ibid. q. 22. Sed quia maritus & uxor sunt personæ individuae, cor & corpus unum; & privilegia, marito data, communicantur uxori: ideo Guilielmus van der Muelen in *Comment. ad cit. locum* Grotii commeatum etiam 291 ad uxorem extendit. Idque in casu nostrom majoricum exigentia & decencia procedere, recte judicat laudatus Hertius §. 11. quia missi pro Pace compositione non peregrinari sed & longius morari debent; & ideo benignior interpretatio prævalet, ne eis matrimonio carentum sit, ut discurrit in facto non absimili Ulpianus in l. 4. §. 1. ff. de *Uso & habitat.* Clariſſ. D. Herz de *Fide Pada* cap. 2. §. 4. num. 47..

292 Statuitur III. commeatu quoque comprehendendi famulum unum aut alterum in eo, quem sinē tali comitatu ire indecorum foret, etiam si nullus legatur in literis expressus: nam, qui aliquid concedit, concedit, quæ necessitate morali sequuntur. Grotius

293 d. §. 17. Comitibus etiam, qui in perfectionem statim in principio electi, vel postea adsciti, vel etiam in itinere facti sunt obvii, commeatum proficere, ex Gentili & Boerio refert citatus Muelen; eique quoad illos, quos numerò comitum habere, verosimile est, subscribit Hertius d. §. 11. 294 Hinc, ut scribit Idem ibid. Ambassadori, sub alterius Ambassadoris comitatu iter facienti, commeatum non proficere, recte respondet, & exemplis illustrat Vicquefortius; & ut docet Grotius in §. 19. expressō comitum nomine, non sunt intelligendi hi, quorum causā magis est odiosa, quam ipsius, cui prospicitur. Tales sunt piratae, latrones, transfugae, desertores.

Statuitur IV. in concessione eundi 295 seu veniendi ad locum, unā redeundi securitatem intelligi, non quidem ex vi verbi, sed, ut absurdum vitetur: neque enim inutile debet beneficium esse; nec, qui securè admittitur ad hostem, ab eo retineri, sed eousque defendi debet, usque dum ad terminum tutò redierit: unde Alexandri fides accusata, qui, quibus aditum indulserat, eos in ipso itinere jussit interfici. Grotius §. 16. num. 1. At cui abire 296 datum, non & redire datum intelligitur: uti nec, cui venire concessum est, aliū poterit mittere, vel contraria sunt enim hæc diversa, nec extra verba expatiari ratio cogit. Grotius d. §. num. 2. Cui quidem Hertius §. 15. 297 pro conditione rei non contradicit; at quoad Pacis negotium, si Rex aut aliis, Summam Potestatem habens, eundem & veniendi facultatem ad locum destinatum acceperit, existimat, nihil eum contra mentem concedentis acturum, si loco sui Legatum mittere, ipsique literas commeatus assignare velit. Sed & pergit Grotius d. §. 298 num. 2. cui venire permisum est, semel veniet; non iterum, nisi temporis adjectio afiam suppeditet conjecturam. Quapropter, infert Hertius d. §. 15. cursores ultrò citrōque ablegare, fas non erit, nisi specialiter dictum sit. Nam Princeps Civitatis ipse venire, aut libera mandata Legato dare potuit; neque præsumitur quis concessisse, quod multas occasiones fallendi suppeditare solet.

Statuitur V. salvum conductum, 299 personis concessum, includere etiam res & bona, quæ vel necessaria sunt ad iter assumendum, vel dignitati & conditioni personæ convenientes; vulgo bagage; quia finis contemplatione mediorum pro mensura est in moralibus. Hertius §. 12. Ad res & bona asia, v.g. merces non porrigitur. Grot. §. 18.

P p p

Sta-

303 Statuitur VI. commeandi securitatem ei, cui data est, deberi tum intra tum extra territorium concedentis: quia datur contra jus belli, quod per se territorio non includitur. Grot. §. 22.

301 De reliquo jus commeandi, cum beneficium sit Principis, vel Republicæ, vel alterius, à Summa Potestate speciale mandatum habentis ( de quo videatur Hertius d. differt. de Liter. commentat. §. 20. ) morte concedentis non exspirat, etiamsi hæc clausula reperiatur inserta, donec revocavero vel donec 302 mutavero: quantumvis enim voluntas cum morte extinguitur, & dubium non sit, quin, si dicatur, quādiu voluntario, vel ad arbitrium ē voluntatem no-

stram, salvus conductus extinguitur: utpote cùm desinat posse velle, qui mortuus est; aliud tamen obtinet in 303 priore clausula: cùm voluntas morte non censeatur revocari, uti Jus Romanum indicat in l. 4. ff. de Manumiss. vind. neque nocessum sit, ut novus volendi actus intercedat. Grotius d. l. §. 20. & seq. Muelen in Comment. ibid. Præterea nec morte Legati, vel alterius, qui in vivis literas commeatus accepit, carum vim exspirare, adstruit Hertius §. 12. quia & mortuorum cadavera, & multò magis ipsorum res & bona subinde molestantur: ut proinde & mortuis securitas, viventibus antehac promissa, prodeesse valeat.

## S E C T I O VII.

### De Materiis, affinitatem habentibus cum Pace.

#### S U M M A R I A.

305. Descriptio induciens. 306. Alia descrip-  
tio. 307. Defenditor prior. 308. Exca-  
satur posterior. 309. & seq. Dividuntur in  
ducia in breves & longas. 311. Breves etiam  
à Dicibus conceduntur. 312. Longa à Sum-  
ma Potestate, vel ex ojus mandato. 313. Re-  
spectu contrahentium statim obligata. 314. Re-  
spectu subdivisorum à tempore promulgacionis.  
315. Effectus hujus rati extenditur. 316. & seq.  
Refutatur querendam doctrina bruc contraria.  
318. & seq. Refutatur. 320. Fuxta Graecum  
diss conventionis non est terminus à quo induci-  
sum. 321. Bonè vero iuxta Pufendorfum.  
322. Cuius opinio defenditur. 323. Adju-  
gatur declaratio. 324. & seq. Terminus ad  
quem in induciis computari debet. 326. & seq.  
Explicatur, quidnam licet tempore induciarum  
longiorum. 328. & seqq. Declaratur, quid-  
nam licet tempore induciarum breviorum. 331.  
Animadversio circa sententiam Grotii. 332.  
& seqq. Quidnam concessum sit circa res, pro-  
dorchito habitas? 335. & seqq. Quoniam de-  
rente inducitur? 338. & seq. An in induciis va-  
luer illud: frangentis fidem fides, frangatur eidem?  
340. & seq. Post inducias breves non opus est

novæ denunciationses bellicæ, bene verò post longas.  
342. Describuntur arbitrii. 343. & seq. Di-  
plex eorum genus. 345. & seq. Unū & duplex  
officium. 347. & seq. Quid in dubio iudican-  
dum? 349. Quas regulas servare debent ar-  
bitrii? 350. & seqq. Quid circa causam poffeffio-  
nis & proprietatis arbitrii facere debent? 353.  
Lando arbitrii standum ob. 354. Nisi confite-  
de aperte fraude. 355. Ab eo provocare nun-  
licet. 356. & seqq. Datur exceptio. 358. & seqq.  
Exemplum valde illustre subiungitur. 361. Ex-  
pliicatur deditio. 362. & seq. Dividuntur in ab-  
solutorum & limitatorum. 364. & seqq. An &  
quoniam deditio absoluens conferat jus universale  
in personas, res & bona subdivisorum? 369. Ef-  
fectus deditiois conditionata attingitur. 370.  
& seq. Sors declaratur, & in dubiis vocatur.  
372. Nostrancus circa sortitem peditat. 373.  
Expliicatur certamen singulare. 374. & seqq.  
Eius locutio, allatī variis rationib[us]: fabriza-  
men militare. 378. & seqq. Solida, propugna-  
tur. 382. & seq. Limitatur. 384. & seqq.  
Quisnam in talibus praliis pro victore sit ba-  
bundos? 387. & seq. Cuiusnam consensus cum  
int' finem regiratur?

#### S. I.

### De Induciis.

305 **M**ateriæ, Paci confines, sunt  
Induciæ, Deditio, Arbitrium &c. Induciæ vocantur  
aliò nomine armisitium aut

treuga, & describuntur a Grotio lib. 3.  
cap. 21. §. 1. num. 1. quod sint conven-  
tio, per quam bellò manente ad tem-  
pus bellicis actibus abstinetur. Reti-  
netur

netur hæc descriptio præ altera, quam dedit tum Varro, inducias Pacem castorum paucorum dierum appellans; tum Paulus JCtus in *l. 19. §. 1. ff. de Capitivis.* Et possum. inducias fieri existimans, cum in breve Et in præsens tempus 307 convenit, ne invicem se laceant. Pos- sunt enim verò inducæ etiam in longum ac longissimum tempus prote- lari, veluti constat exemplis Veterum Romanorum, qui æquorum Legatis inducias annorum octo conces- ferunt, ut refert Livius *dec. 1. lib. 4. cap. 16.* Vejentibus dederunt inducias viginti annorum. Idem *ibid. cap. 19.* cum anteà, ut constat ex *lib. 1. cap. 6.* in centum annos promissæ fuerint; Hertruriæ capitibus ab initio inducias triginta, posteà 40. annorum indulserunt. Idem *lib. 9. cap. 25. & lib. 10. cap. 26.* 308 Constat etiam exemplis nostrorum temporum, dum ex Imperatoribus Christianis Augustissimus Leopoldus felicissimæ recordationis in Pacificatione Carlowizensi inducias cum Tur- cis ad viginti quinque annos; & nu- per Augustissimus noster Carolus VI. in Pace Passarowizensi ad viginti qua- tuor annos condixerunt, ut constat utrobique ex *art. 20.* Attamen pro excusando Varrone & Paulo dici posse, arbitratur Pufendorf *lib. 8. cap. 7. §. 3.* eos ob oculos habuisse illas duntaxat inducias, quæ, manentibus utrinque in expeditione exercitibûs, solent iniri, quæ regulariter non nisi paucorum dierum sunt; non autem illos, qui bûs totus belli apparatus dissolvitur. Ex quo

309 Colligitur, inducias non malè disse- cari in breves & longas. Breves sunt, quæ paucorum dierum aut mensium intervallô certi negotii, v.g. colloquii instituendi, permutandorum captivo- rum; aut mortuorum sepeliendorum 310 gratiâ concluduntur. Longæ sunt, quæ ad tempus longius 6. 10. 20. aut plu- res annos, sublatô ex ultraque parte ap- paratu & strepitu bellis, panguntur. Et hæc posteriores inducæ proprius acci- cedunt ad Pacem; imò non incongruè. Pax temporalis nuncupantur, ut pa- ret ex superiori dictis in *num. 17.* & am- plius ex infra dicendis patebit.

311 Inducias breves concedere, Ducum

est, nec Summorum tantum, sed & minorum; iis nempe, quos oppug- nant, aut obsessostenent, & se suasque copias quod attinet, ut differit Grotius d. *lib. 3. cap. 22. §. 8.* Nam administra- tioni militari hæc quietis imago inesse creditur. Vitriar. *ibid. q. 9.* Longiores 312 inducias dare nequeunt Belli Duces, etiam Summi, præterquam si manda- tum aut consensus Regum vel Popu- lorum, quorum auspiciis bellum geri- tur, accesserit; quemadmodum nec Pacem, cum qua prolixiores inducæ multum convenient, iniuste possunt. Textor in *Synopsi Jur. Gent. cap. 19. num. 4.* Et s.

Tempus, ex quo inducæ suum ope- 313 rantur effectum, aliud assignat Gro- tius d. *lib. 3. cap. 21. §. 5.* respectu con- trahentium; aliud respectu subdito- rum. Respectu contrahentium sta- tim obligant inducæ, postquam con- tractus fuit absolutus. Respectu 314 subditorum incipit obligatio à die pro- mulgationis, sicut obligatio, per Legem inducta; imò, si publicatio tan- tum in uno loco sit facta, non per om- nem ditionem eodem momento se exserit, sed per tempus sufficiens ad perferendam ad singula loca notitiam. Cui consequens est juxta hunc Au- 315 thorem, quod, si quid interea contra inducias à subditis factum sit, ipsi à poena sint immunes; et si contrahen- tes nihilominus damnum resarcire, & quæ res hinc inde sunt captæ, si adhuc extent, restituvi debeant, aut, si con- sumptæ fuerint, in quantum evaserunt ditiotes. Vitriar. ad Grot. d. l. *quest. 6.*

Hunc Grotii discursum acriter per- 316 stringunt cit. Textor à *num. 17.* & Mue- leni *ibid. in suo Commentar.* partim quod latum sit discrimen inter Legem & in- ducias: quia Lex est regula externa, se- cundum quam debitè cognitam & ap- plicatam humanæ actiones sunt insti- tuenda, adeoque publicatione indi- get; inducæ autem sunt contractus, à Superiore totius Civitatis nomine celebratus, obligans non tantum St- periorem, sed omnes subditos, quo- rum nomine celebratus est, statim à momento perfectæ conventionis, ut vel non faciant deinceps hostilia, vel, si fecerint, pro rei qualitate, atque ex bono

317 bono & æquo, fiat restitutio: partim quia, si inducæ non obligent subditos ante publicationem, evincitur contra Grotium, quod actus hostiles intermediò tempore sint permisæ, nullaque consurgat obligatio, res interea captas restituendi, aut damnum, quod datum est, resarcendi.

318 Nolim hanc litem aut protelare aut profligare, sed, cùm in antecedentibus non unâ sed repetitâ vice adnotaverim, Pacem, licet sit species conventionis quoad Pacificantes, habere tamen vim Legis quoad subditos; eadem ratione admittere possum, inducias respectu subditorum obtinere Legis figuram, tametsi respectu paciscen-

319 tium rectè dicantur conventio. Imò, si inducias præcisè ad speciem pacti publici etiam in ordine ad subditos revocare placeat, sequetur quidem, statim atque mutuô consensu perfectiōnem acceperunt, obligari omnes eos, quorum vice sunt initæ, sive sciant, sive ignorent; hòc tamen inter ignorantes & scientes servatô discriminæ, quod isti in casu contraventionis tam ad poenam quā totalem damni resarcitionem teneantur; illi nec poenam solvere, nec aliquid restituere obstrin-gantur, nisi quatenus ex captis & lucris bellicis locupletiores facti juxta num. 315.

320 Num autem terminus, à quo incipit induciarum obligatio, sit ipsa dies conventionis initæ, vel dies altera immediate sequens? Non inaniter disceptatur. Grotius *cit. cap. 21. §. 4. n. 3.* non vult diem conventionis pro principio obligationis statuere: quia, à qua die mensura aliqua temporis incipere dicitur, illa dies intra mensuram non erit: nam ejus præpositionis natura est, discernere, non conju-

321 gere. At Pufendorf *lib. 8. cap. 7. §. 8.* longè aliter ratiocinatur: nam ini-tium, inquit, maximè est pars rei. Unde, si ita conventum sit: inducæ erunt in decem dies à calendis Julii; nemo sanè hoc aliter interpretabitur, quā illas calendas induciis quoque comprehendendi. Neque semper voculæ à vis est, discernere eam rem, cui apponitur, à leiente, sed sàpe ini-tium notat in aliqua re comprehen-

sum. Quid notius illis locutionibus à capite ad calcem, ab ovo ad mala?

Mihi Pufendorfii ratiocinatio longè 322 stringentior appetet illâ Grotii. Ei-que confirmationis gratiâ subjicio, quod terminus, à quo incipit obligatio, non possit accuratiū dignosci, quām ex initio obligationis: hæc au-tem, tanquam effectus, mox oritur, atque dum causa illius, id est, con-ventionis in actu ponitur: ergo, nisi per pactum speciale suspendatur obligatio, statim est efficax, & sic à die con-ventionis sumit exordium. Subne- 323 cto quoque declarationis causâ, terminum à quo intelligi diem conven-tionis, quando paciscentium facultas non dependet ab alterius ratihabito-ne: nam, ubi ratihabito Superioris est necessaria, terminus à quo est dies ratihabitionis, utpote quæ ex Jure Gentium non retrotrahitur ad tem-pus rei gestæ, sed ad tempus rei, per subsequentem assensum probatæ; nisi ex circumstantiis aut consuetudine aliud colligi possit. Textor *cit. cap. 19. num. 25. & seq.*

De termino ad quem sinè contra- 324 dictione video receptam esse senten-tiam Grotii *d. §. 4. num. 2.* illum nem-pe computari in termino induciarum, & consequenter inducias, ad decem dies aut unum mensem conventos, durare etiamnum in die decima vel ul-tima mensis. Magis enim verò natu-rale est, ut terminus sumatur, qui pars sit rei: terminus namque ab Aristotele dicitur, *quod ultimum cuiusque est;* nec usus repugnat: quia, si quis dixe- 325 rit, ut intra diem mortis ejus aliquid fiat, ipse quoque dies, quò quis mor-tuus est, numeratur *I. si quis ff. 133. de Verb. significat.* Hæcque interpretatio multò magis est sumenda, ubi temporiis productio favorem in se habet, ut in induciis, quæ humano sanguini par-cunt. Subinde verò terminus ad quem determinatè non exprimitur, puta, si negotium, cuius respectu fiunt inducæ, sit tale, ut, quanto temporis spatiò perfici valeat, determinatè sci-ri nequeat, cujusmodi est ipsa Pacis tra-ctatio: tunc ergo existimem, termi-num ad quem esse tempus, finiti vel abrupti negotii, quod per tractatus,

Pacis

Pacis aut in Pacem vertitur, aut in bellum resolvitur. Textor d.l. num. 27.

326 Quantum per inducias liceat, quantum non liceat, ex ipsa definitione datur intelligi, verba sunt Grotii d. cap. 21. §. 6. num. 1. Illiciti nempe sunt omnes actus bellici, sive in personas sive in res; id est, quidquid vi fit adversus hostem: id enim omne per induciarum tempus fit contra Jus Gentium, ut in concione ad milites loquitur L. Æmilius apud 327 Livium. Nec tantum hoc intelligendum venit de actibus belli violentis, sed etiam dolosis: nam & si tempore belli liceret uti dolis (repetantur asserta in cap. anteced. à num. 456.) non liceret id induciarum tempore, quô, quidquid licentia bellica permittit, interdictum censetur: Textor cit. cap. 19. num. 7.

328 Verum hæc regula cum Vitriario d.l. quest. 7. ad inducias longiores videtur coarctanda: Nam induciæ breviores ordinariè non continent illimitatam ab omni hostilitate cessationem, sed restrictam ad terminos conventionis. Sic induciæ, obfessis urbibus datæ, solummodo militibus præsidariis patrocinantur, non autem impediunt, quò minus & auxilia, si quæ mittantur, intercipiantur, & copiæ hostiles, alibi repartæ, inter inducias jure belli capiantur, occiduntur, dispergantur.

329 Sic eadem induciæ, nisi aliud inter partes actum sit, ex utraque parte relinquunt facultatem continuandi munitionem, fossas producendi; aggeres extruendi, cuniculos agendi, reparandi muros, eaque faciendi, quæ cæteroquin spectant ad belli præparatoria, uti v. g. est conscriptio & ad vocatio militum. Econtrâ muros quartæ globis tormentariis, vel scalis ad motis transcendere, turres pulvere nitrato subvertere, ac vicissim in ob sidentes erumpere, eorum molimina & opera subruere, plumbeum imbre in eos effundere, vel aliquid agere, quod in actuali congressu aut certamine ad lacestendos & laedendos hostes fieri consuevit, non licet: utpote cum similes actus (nisi aliter pacificentibus placuerit) suâpte naturâ induciis aduersentur. Textor cit. cap. 19. num. 11. & 12.

P. SCHMIDIA JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Scio, Grotium d. cap. 21. §. 10. & 331

Muelen ad ipsum in *Commentar.* strictius procedere, & nihil pendente induciarum tempore admittere, quod statum antecedentem quoquô modô immutet; scio etiam, Pufendorfum d. lib. 8. cap. 7. §. 10. longius excurre re, & omnes actus merè defensivos ceu licitos indulgere, licet fortè sub alio prætextu induciæ sint petitæ & obtentæ. Sed non poenitet, adductâ mox dilucidatione, mediâ quasi viâ, incedere.

Quòd si rescire petas, an loca, ab 332 hostibus induciarum tempore derelicta, occupare liceat?

Grotius d.l. §. 8. respondet, licere ea occupare, si verè derelicta sint: cùm etiam Pacis tempore rem, ab alio verè pro derelicto habitam, occupare vetitum non sit. Quandónam au tem res verè pro derelicta sit reputanda, explicat Textor d.l. n. 9. si nempe hostis ex toto districtu vicino discesserit, & loca aliqua planè vacua reliquerit, maximè si, quod Galli quondam fecerunt in Civitate Leodiensi, fortalitium ipsum dejecerit. Sin au tem hostis ob pecuniam necessarium locum deseruerit, aut ob militum defectum reliquerit incustoditum, illum pro verè derelicto censeri non posse, judicant Vitriar. ad Grot. d.l. quest. 10. & Muelen in *Comment.* ib. §. 8. eaque de causa reprehenditur Belisarius, qui prætextu derelictionis urbes, à Gothis ex simili causa desertas, perinducias invasit.

Cessant induciæ vel lapsu termini, 335 de quo in num. 324. vel contraria partium voluntate, quibus utique permisum est, à suis placitis mutuô consensu recedere; vel partis alterius rupturâ; quò posteriore casu liberum est parti læsæ, ad arma redire, aut induciarum continuationem petere, quin & poenam, si aliqua in contravenientes conventa fuerit, exposcere; adeò tamen, ut, si poena exposcatur 336 & solvatur, regressui ad bellum censatur esse renuntiatum: ideo enim poena repetitur & præstat, ut cetera salva maneant: uti à contrario, si bellum instauretur, à poena recessum esse videtur. Grotius d. cap. 21. §. 12.

Q q q q

Muc-

**337** Muelen *ibid.* Apud quos etiam §. 13. videre licet, factis privatorum inducias non rumpi, nisi publicus actus accesserit, nempe vel imperii vel ratihabitionis ex parte ejus, cuius authoritate bellum geritur; quæ ratihabitio tunc quoque censetur accedere, si, qui deliquerint, nec puniantur, nec dedantur.

**338** Lego quidem apud Clariss. P. Eberth *de Pace* cap. 7. §. un. n. 14. à quibusdam, inter quos est Mynsinger singular. *Observat. centur. 4. observat. 7.* non approbari in induciis illud vulgatum ex cap. 75. *de R. J. in 6.* frangenti fidem fides frangatur eidem; & consequenter recessum parti læsæ non concedi, tametsi inducæ ab altera parte sint **339** ruptæ. Sed quia rationes, pro hac opinione adduci solitæ, solidæ non sunt, permanendum est in communissima traditione, quod æquitatis & æqualitatisratio concedat, ut, si compacifcentium unus violet fidem, alter

fidem, à se præstitam, impunè non servet. Conferantur cum cit. Authore à num. 16. dicta superius in n. 208. & seq.

Cessantibus porrò induciis, ad re-**340** petendum bellum novâ inductione opus non esse, statuit Grotius *cap. 21.* §. 3. nam, sublatô impedimentô temporali, ipsô jure se exserit status belli, non mortuus, sed sopus, ut dominium & patria potestas in eo, qui à furore convaluit. At, sicut in in-**341** ducis brevioribus hoc libens largior; ita in longioribus, quibus apparatus bellicus planè dissolvitur, quibusve hæc clausula regulariter inest, aut inesse debet, ut *intererà de controversia penitus tollendâ tractetur*, cum Pufendorfio *lib. 8. cap. 7. & 6.* & Clariss. D. Herz *de Fide Pacta* cap. 2. §. 4. num. 45. si non necessarium, saltem decorum reor, iteratam belli inductionem præmittere, ut testemur, nos bellô non delectari, neque per nos stetisse, quod minus Pax plena coiret.

## §. II.

### De Arbitrio.

**342** **P**acificationi non multùm absimile est arbitrium seu compromissum, quō partes, inter se bellō confligentes, unum aut plures communis votō eligunt, ut controversias, quarum intuitu bellum est motum, dirimant. Idque dupliciter fieri potest. Primo, & minus propriè, ut, qui in arbitros assumuntur, conciliatoris duntaxat aut mediatoris vices agant, sicque compromittentes non teneantur præcisè ipsorum arbitrio stare, de quibus à num. 63. Pufendorf **343** *de J. N. lib. 5. cap. 13. §. 7.* Secundò & magis propriè, ut, quod arbitri pronuntiaverint, vim habeat sententiaz, ac compromittentes ad observantiam ex pacto antecedenti obliget. Pufendorf *d. cap. 13. §. 3.*

**345** Arbitrorum, secundò modò designatorum, officium secundùm asserita Grotii *lib. 3. cap. 20. §. 47. num. 1.* variat. Vel enim eliguntur in vicem Judicis, an cum laxiori quadam potestate. Si primum; arbitri judicant se-

cundùm Leges. Id quod consulere videtur Seneca *lib. 2. de Benefic.* ubi appositiè scribit: melior videtur conditio cause bona, si ad Judicem, quam si ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; bujus libera & nullis adstricta vinculis religio & detrahere aliquid potest, & adjicere, prout humanitas & misericordia impulit. Si secundum; judicant ex humanitate & benignitate. Nam, ut indicat citatus Seneca, & roborat Aristoteles *Rhetor. 1. cap. 19.* arbiter id, quod æquum est, respicit; Judex Legem: imò arbiter ejus rei causâ repertus est, ut valeret æquitas. In dubio autem ex sententia ejusdem Grotii **347** num. 2. non laxa sed stricta potestas arbitro concessa videtur, sicut alias in dubio, quod minimum est, sequimur: faciliusque est, ut quis lœdatur, si arbitro laxa, quam strictior facultas, concedatur. Hocque præcipue ob-**348** tinet inter Summos Principes, qui, cum Judicem communem non habent,

beant, arbitrum præsumantur adstrinxisse iis regulis, quibus Judicis officium adstringi solet. Siquidem juris stricti relaxationem suadere illorum potissimum est, qui citra compromissum litigantibus tanquam communes amici se se interponunt, Pufendorf *d. libr. 5. cap. 13. §. 5.*

**349** Quas regulas aut Leges sequi teneatur arbiter, paucis delineat *cit. Pufendorf*: uti, inquiens, qui inter cives jus dicit, regulariter sequitur Leges Civiles, quibus litigantes sunt subjecti: ita, qui pronuntiatur est inter eos, qui communes Leges Civiles non agnoscent, Jus Naturale (addo ego Jus Gentium) pro norma habebit; nisi ipsæ partes actum suum ad certæ Civitatis Leges positivas attemperârint. Plura circa ordinem procedendi, &c., quod judicatum est, exequendi subjicit hic Author in *§. 8. Et seqq.*

**350** Illud, quod docet Grotius *d. cap. 20. §. 48.* & repetit Vitriar. *ibid. quest. 53.* arbitros, lectos à Populis aut Summis Potestatibus, de principali negotio pronuntiare debere, non de possessione; èa subiunctâ ratione, quod possessoria Judicia Juris Civilis sint, Jure Gentium autem possidendi jus dominium sequatur: illud, inquam, non apud omnes assensum invenit. Nam possessoria judicia eatenac quidem Juris Civilis esse non male dicuntur, quatenus certos quosdam effectus secum trahunt, Juri Naturali prorsus incognitos; cuiusmodi sunt, quod spoliatus ante omnia sit restituendus; quod causa possessionis & proprietatis non dividi, sed ab eodem Judice tractari, & illa ante istam tum cognosci tum judicari, & decidi debeat.

**351** Quin autem Jure Naturali & Gentium sit proditum, ut, si de possessione non liqueat, prius de illa summarie discéptetur, in ordine ad onus probandi à possessore in petitorem transferendum, & quietem interea inter dissidentes conciliandam; ut, cognitione durante, nihil innovetur; ut, petitore non probante, secundum possessorum pronuntietur; nullatenus dubitaverim. Pufendorf *cit. cap. 13. §. 6.* Ziegler ad Grot. *d. §. 48.* Muelen *ibid. in Comment.*

Ubi arbiter laudum seu sententiam 353 pronuntiavit, illi standum est à compromittentibus, sive fuerit æqua sive iniqua: nam, si liceret super æquitate vel iniquitate sententiæ ulterius litigare, ad alium arbitrum foret recurrendum, qui super ista cognoscet: de cuius æquitate si iterum ambigeretur, aliis esset constituendus arbiter, & sic in infinitum, ut oculatè notat Pufendorf *cit. l. §. 4.* in fine limitationem 354 subjungens, si manifestè appareat, arbitrum cum altera parte colludere, aut ab eadem donis corruptum, aut pactum in fraude nostram inivisse: nam, qui apertè ad alterutram fessè partem applicat, arbitri personam amplius gerere nequit.

Quamquam verò (ita sermocina-355 tur Grotius *d. l. §. 46. nam. 2.*) de talibus arbitris, in quos compromissum est, Lex Civilis statuere possit, & aliquibi statuerit, ut ab iis provocare, & de injuria queri liceat; id tamen inter Reges ac Populos liberos locum habere non potest. Nulla enim hic est Potestas Superior, quæ promissi vinculum aut impedit, aut solvat. Vitriarius ad Grot. *d. l. quest. 52.* Contin-356 gere nihilominus potest, ut arbitrio non stari, sed quasi-adaliam & novam cognitionem provocari necesse sit. Nam, si duo assumantur arbitri, & isti inter se dissentiant, unò pro possessore, alterò pro petitore judicante, neutrīus sententia valet aut stringit. Eundem 357 igitur est ad arbitrum tertium, cuius ultimata decisio causam perimit, & omnem ulteriore recursum admittit; ut verè de illo, quod dixit Plinius in *præfat. Natural. Historia*, pronuntiari valeat: *Summum quisque cause sue Judicem facit, quemcunque eligit.* Illustrē 358 hujus rei exemplum nostrò ævō vidi- mus in causa Aurelianensi, quæ exitiali bello in Imperio Romano seu causam seu prætextum dedit, dum anno 1685. idibus Maii Serenissimus Princeps & Elector Palatinus Carolus Heidelbergæ sinè ulla prole decessit, ejusque Successor Serenissimus Philippus Wilhelmus Dux Imperii Neoburgicus, tanquam proximus legitimus agnatus, non modo Electoratum & bona immobilia feudalia, sed etiam cæteros Comi-

Comitatus, ditiones & urbes, oppida, vicos, & bona allodialia, tam mobilia quam immobilia praetendit & apprehendit; contradicente quoad allodialia, &c, quae allodialium jure censentur, Serenissimam Ducissam Aurelianensi Elisabetha Charlotta, tanquam unica defuncti Domini Caroli Electoris Sorore Germanam. Nam in Pace Riswicensi anno 1697. initum octavum tum separatum articulo conventum est, ut juxta formam ibi latius expressam causa haec Sacrae Cæsareæ nec non Regiae Majestatis Galliarum arbitrio definiretur, & quatenus non foret

uniforme, tandem Summi in terra Christi Vicarii, Romani Pontificis arbitrali sententiæ decideretur. Quod 360 & factum est, cum discordante inter se Cæsareorum ac Regiorum Delegatorum laudō, Sanctissimus D. N. Clemens XI. sanctæ memorie conformiter laudo Imperatorio finalē sententiam pro Serenissimo Electore Palatino 1702. die 17. Februarii promulgavit: quia in feudo Regali & patrimonio fiscali seu publico tanquam Dux, non quidem hereditariō, sanguinis tamen & Regni ac Ducatus jure successit.

### §. III.

#### *De Deditione, Sorte, & Singulari Certamine.*

361 **P**aci quoque, imò & arbitrio, termina est *Deditio*, quā unus aut plures ex Belligerantibus aut propter virium debilitatem, aut propter adversam fortunam se vel sua hostis arbitrio permittunt.

362 Est vel absoluta & illimitata; vel conditionata & restricta. *Absoluta* est, quando quis se suave libero & me tro hostis arbitrio auf Gnad und Ungnäd permittit; aut quando se tradit in fidem & clementiam hostis; aut quando se dedit hostis sapientiæ, moderationi, vel misericordiæ: haec enim formulæ in idem recidunt, & mera blandimenta sunt, re ipsa Victorum arbitrio deditos committentia. Grotius lib. 3. cap. 20. §. 50. num. 3. & seqq.

363 *Conditionata* est, quando aliquis alterius quidem potestati se vel sua subjicit, sed sub conditionibus, quibus aut singuli sibi consulunt, aut toti universitatí, aus Accord oder Capitulation sich ergeben. Brunneman. *de Pace Politica* dissert. 8. tb. 3. & ibi Becman.

364 *Deditio absoluta* confert Victori jus universale quoad personas, res & bona ditorum, ita ut ille pro suo libitu disponere valeat; isti patienter ferre debeant. Grotius d. l. §. 49. n. 1. & 2. Qui etiam, si bellum exterum seu Jus Gentium quoad forum externum respiciamus, potestatem in vitam ac libertatem personalem Victori adstruit;

consentiente Becmanno cit. l. ac inter alia confirmante ex Curtio lib. 3. cap. 12. ubi Mater ac Coniux Darii, postquam in Alexandri manus pervenerant, adesse supremam horam ratæ, tacite operiebantur victoris arbitrium. Inde que Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 28. num. 18. scribit, nunquam ex eo, quod captivi sint interficti, querelam auditam, quasi Jus Gentium esset violatum. Verum in cap. anteced. n. 150. 365 negavimus, Victori jus in vitam deditum competere; & in num. 344. servitutem in bellis Christianorum sublatam esse, advertimus; ipseque Grotius d. cap. 20. §. 50. num. 1. monet, Victorem, ne quid injustè faciat, spectare primum debere, ne quem occidat, nisi suò facinore meritum; ut & ne cui quidquam auferat, nisi in justam poenam. *Intra hunc modum*, ait ille, *quantum securitas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere semper honestum est, interdum pro circumstantiis etiam ex morum regula necessarium*. Profectò 366 non oportet Victorem insolenter uti victoriæ, sed tali cum moderatione, ut, quae citra detrimentum publicæ securitatis permitti possunt, victis permittat. Nam, qui etiam absolute in fidem se dat Victoris, eique summum in se vel fortunas suas arbitrium defert, sibi persuadet, eum rectè arbitraturum, nec ultra humanitatis & æquitatis

tatis leges excusurum. Muelen ad Grot. cit. §. Unde Seneca de Clement, *Clementia*, inquit, *liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex equo & bono judicat.*

<sup>367</sup> Et Beccanarius citatus alle-  
gat & laudat Alexandri clementiam,  
præfatis Darii tum Materi tum Conju-  
gi, quibus ex pristina fortune magnificen-  
tia, preter fiduciam, defuit nibil, exhibi-  
tam; in cuius consideratione Darius  
in hanc vocem erupit: *Dū patrii pri-  
mū mihi stabilitate Regnum; deinde si de me  
jam transactum est, precor, ne quis Asia  
Rex sit, quam iste tum justus hostis, tum be-  
neficus vicit.* Curt. lib. 4. cap. 10. Tex-  
tor quoque cit. cap. 28. num. 16. & 17.  
judicat, nec Lacedæmoniorum prob-  
bandam savitiam, qui deditos Pla-  
tænenses omnes interfecerunt; nec  
imitandam Corcyreorum in Corin-  
thios captivos crudelitatem; è quibus  
vicenos per dispositos armatos truci-  
dârunt. Nempe, ut observat Didac-  
cus Savedra *Corone* Goth. cap. 5. non mi-  
nis urbanitate, quam viribus sepe hostes  
victi compertum est. Rememorentur  
assertajn cap. 1. à num. 348.

<sup>369</sup> Deditio conditionata fortius aut  
amplius jus vitori non tribuit, quam  
in capitulatione seu concordia fuerit  
expressum: hâc enim, ut disserrit Gro-  
tius d. cap. 20. §. 43. num. 2. & 3. tum  
aut singulis pacientibus consulunt,  
ut quibus vita salvâ, aut corporum libertas,  
aut quedam bona recipiuntur; aut etiam  
Universitati: quarum nonnullæ etiam mix-  
tum quoddam Imperium possunt induere.  
Textor cit. cap. num. 14.

<sup>370</sup> Sortem etiam nonnihil affinem esse  
Paci, constat ex ea, quod hōc fortui-  
tō mediò controversia inter Summos  
Imperantes terminantur. An verò  
licitum sit, sortis alexæ controversiam  
bellicam submittere! Dubitat vehe-  
menter Grotius d. lib. 3. cap. 20. §. 42.  
imò non aliter eam admittit, quam si  
dere, quæ deducitur in litem, plenum  
habeamus dominium: cum ad subdi-  
torum vitam, pudicitiam, & similia  
Civitas, & ad bonum Civitatis tuen-  
dum Rex arctius obligetur, quam ut  
omittere possit eas rationes, quæ ad  
sui & aliorum tutelam maximè sunt

<sup>371</sup> naturales. Limitat tamen, si verâ  
æstimatione qui injusto bellô impeti-  
P. SCUMIBR JURISPR. PUBL. UNIVERS.

tur, tanto sit inferior, ut resistendi  
nulla spes sit: tunc namque sortem  
afferri posse, concedit, ut certum pe-  
riculum incertò evadat, quod est de  
malis minimum.

Ego, quamvis probare nolim pro-<sup>372</sup>  
misicum sortis usum, præcipue si mo-  
ralis sit certitudo, fore, ut armorum  
felicitate res ad desideratum finem per-  
ducatur; attamen, ubi causa belli est  
dubia, & spectatis omnibûs, eventus  
belli incertus, præstat utique, rem,  
cuius Imperans non quidem Domi-  
nus sed legalis administrator est, sor-  
titis incertitudini committere, quam  
animas & corpora unâ cuin rebus  
in tot & tanta belli discrimina præci-  
pitare. Ziegler ad Grot. citat. §. 42.  
Muelen ibid.

Demum ad Pacem reducitur Singu-<sup>373</sup>  
lare certamen, quatenus eō bellum, aut  
jam indictum soperit, aut indicendum  
impeditur: id enim agitur, ac duo plu-  
res ex utroque Bellum gerentium  
parte congreguntur eâ lege, ut victo-  
ria sit penes illum, cuius seleti pugiles  
extiterunt victores. Sed hunc quo-<sup>374</sup>  
que modum de solo Gentium exter-  
no jure, non etiam interno & in foro  
conscientiae procedere, existimat Gro-  
tius d. cap. 20. §. 43. num. 2. & 3. tum  
quia in se & in DEUM peccat, qui sibi  
vitam, à DEO pro magno beneficio  
concessam, tam vili æstimat, & sorti  
per duellum committit: tum quia, <sup>375</sup>  
bellum sit justum, ut si agatur de mul-  
torum innocentium salute conservan-  
dâ, pro ea totis viribus nitendum ac  
laborandum est: tum quia condicione <sup>376</sup>  
certamine uti, tanquam testimonio  
bonæ causæ aut Judicij Divini instru-  
mento, vanum est, & à vera pietate  
alienum. Exceptionem subdit ibid. <sup>377</sup>  
num. 4. una res est, inquiens, que tale  
certamen justum ac pius potest reddere ex  
una duntaxat parte; si alioquin omnino ex-  
spectandum sit, ut, qui injustam causam fo-  
vet, vitor sit futurus, cum magna inno-  
centium strage: nihil enim et imputandum  
est, qui mavult eâ ratione certare, que spem  
ipsi maximè probabilem ostentat.

Vereor tamen, ne Grotius hac in <sup>378</sup>  
parte non adeo multos reperiat secta-  
tores. Nam, ut nihil dicam de Ve-  
terum

Rrrr

terum exemplis, ab eo d. §. 43. num. 1. recensit, videlicet de prælio singulari inter duos, Æneam & Turnum, Menelaum & Paridem; inter binos utrinque, Ætolos & Eleos; inter ternos utrinque, Horatios Romanos & Curiatios Albanos; inter ternos utrinque, Lacedæmonios & Argivos: 379 etiam in Historia sacra i. Reg. 17. monomachia occurrit inter Davidem pro parte Hebræorum, & Goliathum pro parte Philistæorum certantes; occurunt alia inter Christianos Principes exempla, quorum aliquot refert Magnif. D. P. König ad tit. *Decret. de Clericis pugnant. in Duello num. 6.* cum quo & reliqui Canonistæ, repetentes ad cit. tit. hujusmodi duella pronuntiant licita, velut Clariss. DD. Engel ibid. num. 10. Schmalzgrueber num. 8. 380 Benedictus Schmier n. 2. Et, si quid evincerent fundamenta Grotiana, deberent quoad forum animæ improbari, dum in eo vita, à DEO concessa, proditur; salus innocentium perit clitur; & justitia causæ ex futuro & incerto belli exitu queritur, ut gnarviter observat Clariss. D. Herz de *Fide 381 Pacta cap. 2. §. 3. n. 38. inf.* Longè igitur majori cum efficacia licebit contra Grotium arguere: bellum plurimum nullum, ex justa causa auctoritate publicâ susceptum, est licitum: ergo etiam bellum duorum, auctoritate publicâ suscepit, est licitum; immò magis, quam illud: hic enim solummodo unius vel alterius vita, nec multorum, sed nullius innocentis salus in discriminem conjicitur.

382 In eo sanè casu, quô bellum movetur contra barbaros, Christiani Nomini inimicos, nec Regio tantum sed & Religio, condicione singulari tentamine, ancipiunt aleæ committitur, sententia Grotii cum cit. D. Herzio per modum exceptionis recipi potest: quandoquidem causa Religionis est causa DEI, pro cuius tutione cuncta humanæ potentiae media apprehendi, vires omnes exerceri, sanguis & vita con-

383 secrari debent; &c, quia DEUS superbis irascitur, qui plus viribus quam Divinæ tribuunt Providentie, ut ait Didacus Sa-vedra *Corone Gotb. cap. 5.* econtra in

se confidentibus nunquam defest, uti cum antiqua tum recentia perhibent monumenta, de victoria quam optimè sperandum est: nunquam enim, ait Illustr. D. Pelzhoffer *Arcanor. Stat. lib. 7. cap. 1. num. 21.* deerunt illis victoriæ, qui assistentem habent DEUM exercituum. Cum Maximiano, Maxentio, Licinio iteratis præliis decerabat Constantinus, semper victorius. Crux pro labaro, & causa DEI pro armis fuit, eademque duce semper vicit, quoties contra hostes fidei pugnavit. Sic ille.

Quisnam in talibus præliis pro vi- 384 etore sit habendus? Disputat idem Grotius d. cap. 20. §. 45. clarius tamen decidit Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 8. §. 5. hoc verè dicendi genere. Si in- „ter duos pugnetur, ille vicit erit, „qui adversarium occiderit, aut ita „debilitaverit, & oppresserit, ut vi- „tium se ipse fateatur. Ubi plures „pugnant, illa pars victrix erit, quæ „adversarios occiderit, aut fugatos „ita debilitaverit, ut resistere amplius „nequeant. Et paulò post. Qui lo- „co cessit post conflictum, in dubio „magis est, ut fugisse credatur. Hinc Guilielmus van der Muelen ad 385 cit. §. 45. Grot. dicit, sat firmum victoriæ argumentum esse, si vici loco ce- dere, & salutem pedibus querere ne- cessitate coacti fuerint; qualem victoriæ reportavit Torquatus, de quo Livius dec. 1. lib. 7. cap. 7. ait: *tanti ea dimicatio ad universi belli eventum momenti fuit, ut Gallorum exercitus, relictis fratribus, in Tiburtem agrum, mox in Campaniam transierit.* Quòd si apud neu- 386 tram partem certa sint victoriæ indi- cia, res manet eō loco, quō fuit ante prælium; & ad bellum, aut novas pactiones erit redeundum. Grotius & Pufendorfius loc. cit. Vitriarius ibid. quest. 49.

Disquirit præterea Grotius in eo- 387 dem cap. 20. §. 44. quorum consensus ad ejusmodi prælium singulare requi- ratur?

Mea in hoc responsio brevis, &c, nī fallor, jactis hucusque principiis est conformis. Scilicet, quorum autho- ritate bellum geritur, aut Pax conclu- ditur,

ditur, eorum consensu & prælium particolare suscipi, & sors eligi, & deditio fieri, & arbitrium assumi potest. Ratio meæ responsionis est: quia, qui bel-

lum aut Pacem inire valet; dubiè procul & illa media, quæ Paci affinia, æquivalentia; nec multùm in effectu sunt dissimilia, eligere potest.

## C. A P U T III.

### De Jure Fœderum.

**B**elli Pacisque gratiâ ut plurimùm inveniuntur Fœdera, & ingenti quidem cum utilitate: quippe cùm, ut dici solet in proverbio, vis ac virtus unita sit fortior, &, quod unius deest in potentia & magnificentia, ab altero, qui Fœdus contrahit, suppleri possit. Quin & si quis maximè opibus, Principatu, & Potestate excellat, amicis maximè indiget. Aristoteles lib. 8. Ethicar. Non exercitus, ajebat Crispus, neque thesauri præsidia Regni sunt, verum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas; officio & fide parantur. Fœdera ergo, quorum præstabilem esse scientiam, dixit Cicero pro Balbo, vcluti inter Jura Summæ Potestatis, ad exterias Nationes spectantia, non minimum hoc Cap. tractanda suscipio.

### S E C T I O I.

#### De Natura, Varietate, & Origine Fœderum.

##### S U M M A R I A.

1. & 2. Fœderis etyma. 3. & seqq. Diversa illius acceptio. 7. & seqq. Synonymia. 10. Definitio. 11. Est convention publica. 12. Inter duas aut plures Civitates. 13. Pro munus auxiliis & aliis commodis initia. 14. Enjusmodi res plerisque decorum harè solent. 19. & seqq. Divisio Fœderis Grotiana, quod vel aliquid adjiciat Fœdi Naturali, vel non. 17. & seqq. Explicatur & propugnatur. 21. & seqq. Altera divisio Fœderis in temporale & perpetuum. 24. Fœdera perpetua sunt licita pro Pace. 25. An estiam probello? Ratio dubitandi. 26. Solvit & salvatur. 27. & seqq. Num talia Fœdera sunt: fraudenda, presertim inimicoribus? 31. Tertia divisio Fœderis in aequali; 32. Et

inequale. 33. & seqq. An per Fœdus inequaliter destrueretur Summum Imperium? 36. Explicatio l. 7. §. 1. ff. de Captiv. & postlim. 37. Quarta divisio Fœderis in offensum & defensum. 38. Item mixtum. 39. & seqq. An Fœdus mixtum sit permisum? 42. Quinta divisio Fœderis in reale & personale. 43. In Statu Poliarchico Fœdus consistit reale. 44. In Statu Menarchico reputatur personale, si Princeps speciatim pro sua persona illud contraxerit. 45. Alioquin erit reale. 46. In dubio favorabilia presumuntur realia, & odiosa personalia. 47. Cautele subjungitur. 48. Fœderum origo humana generi cocua. 49. & seqq. Exempla è Sacra Scriptura. 52. & seqq. Variations & moriva.

##### S. I.

#### Quid sit Fœdus?

**F**œdus à fide derivatur, quod Fœdera potissimum fide seniorum nitantur; indeque Feciales, publicæ fidei præfatos; ut Fœdere fides per eos consti-

tueretur, dictos & deductos esse, notat Varro apud Warenum de Erenberg in Medidament. pro Fœder. cap. 3. num. 8. Licet alii putent, Fœdus traxisse nomen à fœde cædendis vi-

simis, quæ in pacificando crudeliter necabantur, ejusque mors optabatur ei, qui à pacto resiliisset, ex formula, recitatà à Livio dec. I. lib. I. cap. 9. ibi: si prior deflexit publico consilio, dolo malo, tu illo die Jupiter Populum Romanum sic ferito: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.

- 3 Accipitur Fœdus diversimodè L pro conjugio, secundùm illud Poëta:

*Dat Fœdera priſci  
Illibata tbori.*

Quæ tamen acceptio non est huius loci: utpote cùm Fœdera, quæ intercedunt inter personas publicas, non, quæ inter privatas ( quibus æquè ac aliis commune est connubium ) exanimemus. H. accipitur pro pactio-

ne publica, quam triplicem esse, Menippus, Regi Legationis Princeps, apud cit. Livium dec. 4. lib. 4. cap. 31. edidisse; unam, cùm bello viciis dicrentur leges: ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, que ex iis babere victos, quibus multari eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse: alteram, cùm parés bello æquò Fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tunc omnia repeti reddique per conventionem res; Et, si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodō componi: tertiam, cùm, qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali Fœdere inter se jungendam coéant. Gudelin. de

5 Jure Pac. cap. I. Sed quia priores dux Fœderis acceptiones sunt extra limites præsentis dispectionis, &c., ut dicit Grotius lib. 2. cap. 15. §. 4. magis ex usu Legati Menippi, quam ex præscripto artis; prima quoque non differt à ditione, de qua in cap. 2. à num. 361. secunda autem coincidit cum pace, de qua in eod. cap. per tot. hinc tertiam

6 solummodo consideramus; ad mentem & consilium Cn. Cornelii, Philippo Macedonum Regi suadentis & quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamque petendam mitteret Romanum Legatos. Liv. dec. 4. lib. 3. cap. 12. Cui parviflitter Senatus Romanus ad Verminiae Africæ Regali Legatos, petentes, ut Rex sociusque & amicus à Senatu appelletur, respondendò dixit: pacem illi prius petendam à Populo Romano esse,

quātū Rex sociusque & amicus appelletur; nominis ejus bonorem pro magnis erga se Regum meritis dare Populam Romanum consuevo. Livius loc. cit. lib. 1. cap. 12.

Quo in sensu, ut patet ex testimoniis, 7 primū citatis, Fœdus aliò vocabulò nominatur amicitia, vel societas; Germanicè ein Bünd oder Verbündnus; Italicè Liga seu Lega; Gallicè Ligne vel alliance. Vocatur amicitia, quia confoederati fiunt amici non vulgares, sed singulares, de quibus, ut de fratribus dicere solesnus, ipsis omnia esse communia, utriusque scilicet fortis fata. Et licet Bodinus lib. 5. de Republ. cap. ult. per amicitiam contractam, nulla amicis deberi auxilia voluerit; attamen, ut discutrit Albericus Gentilis de Jure Belli lib. 3. cap. 18. refutatur perpetuò Romanorum iudicio, cogitantum, sibi necessaria pro amicis bella. Aut quid triduit ista conventione, & istud nomen amicitiae? Privatus utique, si privato amico non ferret auxilium, læsisse graviter iura amicitiae videretur. Quidni idem in personis publicis fuerit? Vocatur præteca societas, nomenque sociorum Fœderaris continuo adaptatus: quin enim communionem bonorum saltem locorum aut jurium, nec non lucrī damnique participationem habent, qui Fœdere junguntur, dubitandum non est. Si societas inducta sit, ait Gentilis d. l. & auxilia non debentur, quid venit in communionem? Et igitur hic quoque debentur auxilia.

Ex multis Fœderum definitionibus, 10 quas videlicet apud Doctores, per decursum allegandos, hanc efformo: Fœdus est conventio publica, inter duas aut plures Civitates de multis auxiliis & aliis commodis inita.

Dixi I. *conventio publica* &c. tum à fine, quēm intendunt Fœderati in quaerenda aliorum societate; tum à ritu & modò concludendi, qui saltem antiquiorib[us] saeculis erat solennis; tum à personis, per Fœdus noviter conjunctis, quæ publicæ sint, oportet, ut mox dicemus.

Dixi II. *inter duas aut plures Civitates*; per quas intelligo tales, quæ Summā Potestate sunt instructæ, quācunque Regininis formā, seu Polyarchicā seu

seu Monarchicâ gubernentur. Warens.  
de Ehrnberg de Foeder. lib. 2. cap. I. n. 34.  
Clariss. D. Franciscus Ignatius de Wol-  
leren p. m. Quæst. Salisburgenf. §. n. 29.

**13** Dixi III. pto mutuis auxiliis & aliis  
commodis inita. Huc siquidem omnia  
collimant Foedera, ut exinde auxilium  
aut aliud commodum in socios diman-  
det; auxilium quidem, si aut pax fir-  
mata, aut bellum sit parandum, juxta  
illud Phocionis ad Athenienses: *ut apto-*  
*te defendas, necesse est, ut vel tu potentior.*

*sis, quam hostis, vel potentiores habeas atni-  
cum; commodum vero, si v.g. con-  
trahantur matrimonia, aut stabilian-  
tur commercia. Clariss. D. Josephus  
Bonaventura Franz in Juriſprud. quin-  
tupl. q. 7. n. 17.* Plerumque tamen  
in tabulis Foederum exprefse determi-  
natur, qualem socio socius opem,  
operam, aut commoditatem praesta-  
re debeat; licet non omnes semper  
articuli fiant manifesti, sed aliqui ma-  
neant secreti.

## S. II.

### Quotuplex sit Foedus?

**15** Grotius lib. 2. cap. 15. §. 5. num. 1.  
primam Foederum partitionem  
adornaturus, ait: *Fœdera alia*  
*idem constituere, quod Juris est Naturalis;*  
*alia aliquid ei adjicere.* Sed, quantum  
adverto, non adeò placet hic partien-  
di modus Samueli Pufendorfio de J. N.  
lib. 8. cap. 9. §. 2. ubi pudere propemo-  
dum, inquit, debebat homines cultos  
pactum iniire, cuius capita nihil aliud  
contineant, quam ne simpliciter ac di-  
rectè Jus Naturæ violetur; quasi ci-  
tra illud pactum non satis quis officii  
sit enemor futurus. Adducit dein-  
de ex Livio responsum Arci in Con-  
cilio Achæorum, obtendentis: salvò  
Fœdere cum Romanis decretum, quō  
Achajā prohibebantur Macedones,  
tolli posse: *non enim agi de novo Fœdere*  
*aut novâ societate, sed tantum peti commer-  
ciūm juris præbendi repetendique.* Et. ut  
ostendat, socios & foederatos propriè  
non esse, qui nil nisi communia huma-  
nitatis officia sunt paeti.

**17** Ne tamen hæc partitio, perperam intellecta;  
quempiam offendat, observandum  
est, Naturam, tam solitariè, quam in  
ordine ad Societatem Civilem, specta-  
tam, talia & dictamina & principia  
subministrare, quibus si Rectores &  
Capita Civitatum fese conformarent,  
speciali pacto, ut fideli operâ præsten-  
tur, quæ Juris sunt Naturalis, opus  
**18** haud foret: sed quia multi vel arro-  
gantiâ, vel cupiditate, vel invidiâ aliis-  
ve vitiis ita se corrumpunt, aut cor-  
rumpi patiuntur ab adulatoriis, ut nil

minis, quam humanitatis & benigni-  
tatis officia carent, in omnem ferè oc-  
casione intenti, quæ, quæ ab amicis  
quoque possidentur, sua facere pos-  
fint; eorum, quæ ad solamen aut ju-  
vamen vicini conferunt, parum me-  
mores: idcircò, si, quod aliunde jam  
debitur ex Naturali Lege, in Fœdus  
deducatur; aut, quod facilius est, illa,  
quæ in Jure Naturæ aut non ita omni-  
bus perspicua, aut saltem non clarè de-  
terminata videntur, magis magisque in  
Fœdere declarantur, Fœdus non inuti-  
le, sed eatenus etiam proficuum est,  
quod obligationi honestatis superad-  
dat obligationem fidelitatis aut justitiae;  
quemadmodum nec pacificatio est su-  
perflua, licet pax à natura comprehendetur  
& imperetur singulis, multaque pacis  
tractatibus inserantur, & hinc inde pro-  
mittantur, quæ aliunde ex præcepto  
Naturali sub obligatione cadunt; nec  
instrumentum aut poena conventiona-  
lis redundat, quantumvis ex ipsomet  
pacto obligatio sat efficax & rigorosa  
nascatur. Et quid, si Gentes sint, 20  
quarum meminit Grotius d. cap. 15. §. 5.  
num. 1. & 2. hæc opinione & persua-  
sione imbutæ, ut officia humanitatis  
non nisi civibus ex debito competere  
putet, in exteris vero licitum esse,  
prædas agere, latrocinari, & nihil non  
hostile moliri: an non amicitiam &  
ejus officia rectè cum hujusmodi  
Gentibus in pactum deducimus? Clari-  
ss. D. Stapff de Majestat. cap. 5. §. 67.  
Vitriar. ad Grot. d. l. quæst. 5.

S s s

Fœde-

- 21 Fœderum altera divisio est in temporalia & perpetua. *Temporalia* dicuntur, quæ ad certum tempus, vel ad expeditionem certi & determinati negotii v. g. instantis belli Turcici contracta trahuntur. *Perpetua* vocantur, quæ expressâ conventione in perpetuum extenduntur, aut saltem absque certi temporis definitione simpliciter panguuntur. Clariss. D. Franz in *Jurisprud.*
- 22 *quintupl. d. quest. 7. num. 4.* Cujusmodi Fœdus non est incognitum sacris Paginis: cùm *Num. 18. vers. 19.* & *Paralipom. 13. v. 5.* sub nomine pacti sempiterni seu *pacti salis*, quod ob virtutem præservandi à corruptione perpetuitatis est symbolum, exprimatur. Clariss. D. de Wollerens *d. quest. 5. n. 5.*
- 24 Num Fœdera perpetua sint licita? Dubitandum non est, quando respi ciunt pacem, velut ex natura sua perpetuam ex *cap. priori num. 10.* Et utinam pacis Fœdera non tantum ex intentione paciscentium, sed etiam in ipso opere forent perpetua! Ita enim verificaretur illud triviale: *amicitiae immortales inimicitiæ mortales sint.* At si ordinentur ad bellum eō pactō, ut nunquam alter sinè altero desistat ab armis, primā fronte videntur esse injusta, ut pote pacem, ab Authore Naturæ præceptam hominibus, excludentia.
- 26 Nihilominus, quia in sano sensu ita explicari possunt, ut pax non sit exclusa, quā utrique fœderatorum honestis conditionibūs satisfiat, ex regulis bonæ interpretationis ita in dubio explicari & salvare debent. Huber in *Jure Civit. lib. 3. sect. 4. cap. 3. §. 5.* Thomas. *ibid. in not. lit. r.*
- 27 Majus fortè dubium, politicum tamen est, an Fœdera perpetua sint suadenda? Nam casus propemodū infiniti in futurum emergere possunt, Fœderis tempore nec præcogniti nec prævisi: durum itaque fuerit, in omnes ejusmodi casus se obligare, nec prætextu ignorantiae, etiamsi proprium immineat periculum ac pernices, à ligamine se extricare posse.
- 28 Idque potissimum tangit infirmiores, cum potentioribus fœderatos: hinc namque illos ab initio benignè quidem habere, paulatim verò amica officia in obsequia, obsequia in servitium aut ser-

vitutem trahere consueverunt. Inte-<sup>29</sup> stimonium suffecerit, rememorare Romanos, debiliores in Fœdus perpetuum grataanter & lubenter admittentes: cùm, exortō postmodū bellō, tot sociorum junctis viribūs non minūs gloriosi quā fortunati, illis quidem laborem dimicandō reliquerunt, sibi tamen fructum in vincendō reservarunt, victoriā plerumque alieno sanguine comparatā, velutī subindicat ipse Tacitus in *Soceri Agricola* vita *cap. 35.* ibi: *ingens victoria decus, citra Romanum sanguinem bellanti.* Unde<sup>30</sup> suadendum potius, ut, qui potentia sunt inferiores, nonnisi ad certum tempus cum superioribus Confoederationem inceant; annexā tamen conditione, ut post lapsum termini Fœdus renovetur, quatenus, si quid interea detrimenti fuerit acceptum, mutatis in melius conditionibūs refaciatur. D. Franciscus Fridericus ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Bündnuß. num. 17. § 21.* D. de Wollerens *d. quest. 5. de Fœderibus num. 7.*

Tertia divisio Fœderum est in æqua-<sup>31</sup> lia & inæqualia. *Aequale* Fœdus est, quod ex utraque parte Fœderatorum eōdem modō se habet, quando scilicet non solum utrinque æqualia promittuntur, aut simpliciter, aut observatā virium proportione, puta ut milites, naves, & reliquo apparatus bellicus eōdem numerō prætentur, vel ut nullus ex Confoederatis alios assumat socios, fortalitia extruat, alterius subditos in fidem recipiat &c. sed etiam æquali modō, ut neutra pars sit deterioris conditionis, aut alteri mediante Fœdere reddatur obnoxia. *Inæquale*<sup>32</sup> Fœdus est, quod ex utraque Fœderatorum parte non eōdem sed diversō modō se habet, quando nempe aut inæqualia promittuntur, fortè quod potentior solus auxilia spondeat, impotentior verò nihil in vicem pollicetur, vel ille ad majora hic ad minora subsidia obstringatur; aut quando unus ex Confoederatis est inferioris dignitatis, teneturque alterius potentioris dignitatem agnoscere, in omnibus actionibus ei reverentiam quandam exhibere, & sic ejus *Majestatem comiter conservare*, sicuti textus loquitur in *I. 7. S. 1.*

**S. I. ff. de Captiv.** Et postlim. Pufendorf  
**33 lib. 8. cap. 9. §. 3. & 4.** Et quamquam  
 ex talis Foederis natura haud sequatur  
 destructio Summi Imperii ex parte il-  
 lius, qui ex Confœderatis est inferior  
 juxta effatum JCti Proculi in d. l. 7. §. 1.  
 & dicta in lib. 2. cap. 1. num. 32. nihilo  
 minus tales in hujusmodi Fœdere con-  
 ditiones adjici possunt, ut Summa Po-  
 testas eique connata libertas si non in  
 principio conventi Foederis certè suc-  
**34 cessu temporis imminuatur;** qualem  
 conditionem Grotius lib. 2. cap. 15. § 7.  
 num. 2. censet illam, in secundo Ro-  
 manorum Fœdere cum Carthaginens-  
 sis appositam, ne cui Carthaginens-  
 es bellum facerent injussu Populi Ro-  
 mani: quicunque enim, ait Vitriar.  
 ad Grot. d. cap. 9. 7. mihi præcipere,  
 & me jubere potest, me est Superior,  
 omnisque mea agendi & voluntas &  
 facultas ex ipsis arbitrio pendet.

**35** Et hinc in eadem l. 7. §. 2. idem Pro-  
 culus notat: *at siunt apud nos rei ex Ci-*  
*vitatibus Foederatis & in eos damnatos ani-*  
*madvertimus;* quod profectò subjectio-  
 nem arguit, dum alios, quam subdi-  
 tos, ad tribunal evocare, & ad poenam  
 condemnare, aut plectere non licet.

**36** Nempe, si priora & antiquiora tem-  
 pora Romanorum intueamur, major  
 erat Foederum cura & observantia,  
 aliâ ve ratione qui ultrò in amicitiam  
 concitterant, ac qui bellò victi fuerant,  
 tractabantur, sicque ex Fœdere juxta  
**S. I. cit. leg.** libertas non amittebatur;  
 si verò reflectamus ad tempora poste-  
 riora, quibüs paulatim reverentia Fœ-  
 derum antiquiorum decrescere cœ-  
 pit, nullòque discrimine socii & quæ ac  
 bellò victi eodem suppressi sunt jugo;  
 libertas juxta **§. 2. recit. leg.** dispen-  
 dium tulit. Quæ sanè conciliatio,  
 quam suggerit Pufendorf **cit. cap. 9. §. 4.**  
 mihi præaliis aliorum conciliationibus  
 arridet. Quid porrò in hisce Foederi-  
 bus, ne noceant, cavendum sit? cir-  
 cumspectè disquirit Illustr: D. Pelz-  
 hoffer Arcanor. Stat. lib. 5. cap. 2. per tot.

**37** Quarta Foederum divisio est, quâ  
 illa, quæ bellum concernunt, aut sunt  
 offensiva, aut defensiva. Fœdus of-  
 fensivum est, quod socios obligat ad  
 instruendum & adjuvandum bellum  
 offensivum; defensivum, quod socios

obligat ad instruendum aut adjuvan-  
 dum bellum defensivum. Quod si tam  
 offensivi quam defensivi belli cau-  
 sâ ad mutua auxilia Confœderati ob-  
 stringantur, Fœdus mixtum appellari  
 potest, vulgo eire off- und defensive  
 Allianz.

Etsi non extra omne dubium sit, **39**  
 an valeat Fœdus hoc mixtum? quan-  
 doquidem Ulricus Huberus *de Jure Ci-*  
*vitat.* d. lib. 3. sect. 4. cap. 3. §. 6. Fœdus,  
 ad cuncta promiscue bella adjuvanda  
 tam nocendi quam tuendi causâ suscep-  
 tum, vix humano generi consentaneum  
 videtur: quia præsefert animum, ad quoslibet homines, à quibus  
 nullò modô quis læsus aut derensus eit,  
 seu jure sive injuriâ affligendos, para-  
 tum. Verùm levius est hoc dubium, **40**  
 quam ut inclinet ad assensum. Nam,  
 sicut omne Fœdus bellicum, ut validum  
 sit, justitiam belli desiderat; ita  
 & Fœdus illud generale, intuitu cuius-  
 cunque belli futuri initum, pro valore  
 justitiam belli exposcit: consequenter  
 in casu, quô bellum injustè à socio de-  
 cernitur, socius alter suppetias ferre  
 nec potest nec debet.

Si dicas: lubricam sic fidem esse in **41**  
 tali Fœdere: cùm suppetiaz sub præ-  
 textu injusti belli nunquam non dene-  
 gari possent.

Contra est: quia nec in alio Fœ-  
 dere, nec in alio pacto lubrica reputa-  
 tur fides, quòd prætextu iniquitatis,  
 postea subortæ, ejusdem observantia  
 detrectetur: siquidem satis non est,  
 ejusmodi prætextum allegare, sed ab  
 allegante probari debet; præsumptio-  
 ne in partem meliorem, & pro justitia  
 causæ in dubio propendente. Clariss.  
 D. Herz *de Fide Pacta* cap. 2. §. 2. n. 21.

Quinta & ultima est sectio Foede- **42**  
 rum in realia & personalia. *Personale*  
 Fœdus est, quod intuitu paciscentis  
 duntaxat initum, solam illius perso-  
 nam obligat; *reale*, quod intuitu Re-  
 gni aut Reipublicæ initum omnes Suc-  
 cessores obstringit. Ubi sanè nem- **43**  
 nem latet, Fœdus, ab Optimatibus in  
 Statu Aristocratico, vel ab Universo  
 Populo in Statu Democratico con-  
 clusum, ex parte Optimatum aut Po-  
 puli esse reale: quia in simili statu mu-  
 tatio personarum non immutat sub-  
 jectionem

jectum Summae Potestatis, sed hoc idem manet, esto vel Optimates vel Cives omnes successivè decesserint. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 23. n. 25. Huber d. lib. 3. sect. 4. cap. 3. num. 16. 44 Verùm, si versemur in Statu Monárchico, & Foederatorum uterque aut alteruter sit Princeps, in quæstionem venit, an utriusque vel alterutrius Foedus sit personale vel reale? Et tunc respondeo, quòd, si Princeps præcisè dixerit, se pro sua persona in Foedus consentire, Foedus sit personale; sin autem addiderit, se vel Imperii nomine, vel pro Republica, vel pro salute publica, vel in perpetuum Foedus transire, Foedus sit reale: quia in anteriore casu ultra suam personam neminem obligare præsumitur, sicut in posteriore. In dubio, & ubi in utram-

que partem superiunt conjecturæ, Grotius lib. 2. cap. 16. §. 16. num. 3. accedente cit. Pufendorfi d. lib. 8. cap. 9. §. 7. & Huber d. cap. 3. num. 16. favorabilia, quæ v. g. cōmmerciorum aut pacis causâ sunt inita, credit realia; odiosa verò, v. g. quæ bellum offensivum concernunt; personalia judicat. Videantur autem dicenda infra in. num. 140. & seqq. Ut tamen omnes evitentur tricæ, quibusdam utile vi- sum, mentionem hæredum inserere, aut formulis uti, perpetuum Foedus significantibüs; quālis illa in Foedere pacis inter Romanos & Latinos apud Halicarnass. Orig. Röm. lib. 6. quāndiu Cœlum & terra eandem stationem retinebunt. Nicolaus Hertius ad Pufendorf d. l. §. 6. in not. lit. b. Addatur Textor cit. cap. 23. num. 26. & seqq.

## §. III.

*Quænam sit Fœderum Origo?*

48 Fœderum origo Societati Civili contemporanea est. Nam, ut nihil dicam de profana Historia, iuxta quam omnes Gentes, cùm de Imperio certarunt, ante omnia socios suæ fortunæ quærebant, uti pro certo allegat Illustr. D. Pelzhofer *Arcanor.* 49 Stat. lib. 5. cap. 1. num. 2. In Sacra Historia pepigerant Fœdus cum Abram Es-sol & Aner. Genes. 14. vers. 13. De eodem Abram & Abimelech dicitur Genes. 21. v. 27. percusseruntque ambo Fœdus. Laban etiam dixit ad Jacob Genes. 31. vers. 44. veni ergo, & ineamus Fœdus, ut sit testimonium inter te & me. De Josue quoque in libro Josue cap. 9. v. 15. legitur: fecitque cum eis (Gabaonitis) pacem, & initio Fœdere pollicitus est, quod non occiderentur. Præterea David Rex habuit diversa Fœdera, puta cum Jo-natha 1. Reg. 18. vers. 3. cum Abnero 2. Reg. 3. v. 12. 13. & 21. cum Senioribus Israël 2. Reg. 5. v. 3. Similiter Fœ-dus contraxit Salomon cum Hiram 3. Reg. 5. v. 12. & quidem, ut Scriptura loquitur, juxta Sapientiam, quam DEUS ei dederat. Contraxit & Joiada cum Præfectis militum 4. Reg. II. vers. 4. 51 Ex quibus exemplis conficitur, nihil

Fœderum more antiquius, nec ullo unquam tempore aut fortius securitatis publicæ vinculum, aut tutius humanae societatis præsidium fuisse, quām amicorum Confœderationem, & mutuo juratam sociorum fidem; adeoque Fœdus omni Jure, Naturali, Divino, & Gentium probari: cùm Patriarchæ quoque & Reges, à DEO illuminati & laudati, Fœdera contrahere non erubuerint. Et ratio, est: quia Societatem Civilem, quam Naturæ simul & Gentium Jure inductam fuisse, liquet ex tractatis in lib. I. cap. 2. n. 151. nil magis firmat aut format, quām Fœdus: tum quia non tantum expedit, in eadem Republica numerare cives pacificos & benevolos, sed etiam habere vicinos ut socios & amicos: tum quia, si vicini, aut, qui longius à nostris ditionibus & regionibus distant, ex amicis in hostes transformati bellum nobis inferant; iis verò, cùm potentia & armis sint nobis superiores, resistere non possimus, aliorum vicinorum & amicorum auxiliari dexteræ opus habemus: tum quia Civitates pleræque ita sunt comparatae, ut non omnia, quibüs ad sui

sui cōservationem aut incrementum  
indigent, possideant, sicque aliarum  
Gentium opem & operam habeant  
necessariam, vi & virtute Foederum

conciliandam. Recolantur scripta in  
cap. I. à n. 201. Jungantur cit. Pelzhof-  
fer num. I. 2. & 3. & D. de Wolleren in  
cit. quæst. 5. de Foederibus n. 27. & seq.

## S E C T I O . II.

### De Personis, inter quas Foedera sanciuntur.

#### S U M M A R I A.

§ 5. Foederis ineundi potestatem habent Summi In-  
perantes. § 6. & seqq. Probatur ex historia.  
§ 8. Fœdus, à cibis contractum, speciem pri-  
vatae conventionis habet. § 9. & seqq. Nisi ex  
privilegio aut prescriptione aliqui facultatem  
pangendi Fœdera acceperint. 61. In quibus ra-  
men persona Superioris semper excipi debet. 62.  
Ubi & persona Summi Pontificis. 63. Rex capit-  
uus & exul non careat potestate Fœderis. 64.  
Ecclesiasticus administrandi Regnum non habeat. 65.  
Socii, quibuscum Fœdus in iure, probè notandi.  
66. Cavendi tempe, qui genio & moribüs à no-  
bis dissident. 67. Ubi & potentiores. 68. Ne  
non vultus rororis. 69. Item infideli. 70. Ad  
nimis vultus. 71. & seqq. Disquiritur, an &  
quomodo liceat necesse Fœdus cum tyranno? 74.  
Disquiritur etiam, an & quomodo liceat cum in-  
fidelibus? 75. & seqq. Licet id necesse in ordine  
ad commercia, vel contra infideles. 80. & seqq.  
Non licet contra fideles. 83. & seqq. Expla-  
natur loca Sacra Scriptura Veteris Testamenti  
in speciem contraria. 88. & seqq. Roboratio  
assertio ex Sacra Scriptura Novi Testamenti.  
91. & seqq. Occurruntur cvidans instances. 94.

Additetur ratio valde convincens. 95. & seqq.  
Authoritas S. Thoma declaratur. 99. & seqq.  
Respondetur ad objectionem de cautela, contra in-  
fideles interponendā. 103. & seqq. Precluditur  
via alteri oppositionis de matis effectibus per acci-  
dens. 106. & seqq. Casus necessitatis, à con-  
trario objectus, infringitur. 109. Laudantur  
adulatores nostra sententia cum relatione ad ipsos.  
110. Testimonium Gratii refertur. 111.  
& seqq. Disquiritur, & distinctè resolvitur,  
quid agendum sit, quando Fœdus cuim pluribus  
est contractum? 116. & seqq. Fœdus belli & pa-  
cis contra hostes tam presentes quam futuros intri-  
porest. 118. An certa persona per Fœdus à com-  
parandis sortis mercibus excludi possit? Ratio  
dubitandi. 119. & seqq. Eligitur, & defen-  
ditur sententia negativa. 122. & seqq. Ratio  
dubitandi perimitur. 124. An liceat Fœdus  
circa mercés à condicione pacisci, ut aut soli ven-  
dantur? 125. Profertur opinio affirmans.  
126. & seqq. Exponitur sententia negans cum  
suis argumentis & instantiis. 131. Ad prioris  
opinionis argumentum responsio subiecta  
erit.

#### S. I.

### Quinam Fœderis ineundi Potestatem habeant?

**F**oederis ineundi potestatem ex  
num. 12. habent, quos Majes-  
tas exornat: nam quia finis  
principalis Foederum est utili-  
tas publica, inter Gentes diversas me-  
diō specialis amicitiae nexu obtinenda,  
iis solis, qui ex Jure Majestatis utilita-  
tem publicam curare tenentur, fas est,  
contrahere Foedera. D. Franciscus  
Fridericus ab Andlern Confit. Imperial.  
verb. Bündnuß num. 4. Qua de cau-  
sa Consules apud Livium dec. 1. lib. 9.  
cap. 5. ad Pontium in colloquium profecti,  
negarunt, injussu Populi Romani Fœdus  
fieri posse. Et, quod injussu Populi aut  
Senatus Romani pactum erat Fœdus,  
non censebatur obligatorium, veluti  
Princeps quidam Carthaginensis apud  
P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

eundem Livium dec. 3. lib. 1. cap. 5. in-  
sinuat, ad Legatos Romanos, de Fœ-  
deris ratione secum agentes, hunc in  
modum differens: *Vos, quod C. Lucta-  
tius Consul primò nobiscum Fœdus fecit, quia  
neque auctoritate Patrum, nec Populi jussu  
ictum erat, negatis vos eō teneri.* Muelen  
in Commentar. ad Grot. lib. 2. cap. 15. §. 3.  
Omnem expende historiam (ait II. 57  
lustr. D. Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 5.  
cap. 4. num. 1.) veterem & novam, Di-  
vinam & humanam, Sacram & profa-  
nam, ex omni plante constabit, Fœde-  
rum jus vel ad Majestatem, vel ad li-  
bertatem, vel ad utramque petinere:  
adeò, ut authoritas pacisendi Fœde-  
ra vel solis Principibus absolutis, nul-  
lum Superiorum recognoscitibus  
Tttt vel

vel ita liberis hominibus, qui nullius Superioris lege tenentur, competit.

**58** Qui igitur Majestate destituuntur, Foedus auctoritate propriâ sancire nequeunt; &, si nonnunquam cives unius Reipublicæ cum civibus exteris peculiarem amicitiam aut societatem v. g. propter commercia instituant, non Foederis sed privatæ pactionis nomine compellari debet. Besoldus de-

**59** *Fœderum Jure* §. I. num. 10. Duxi auctoritate propriâ: nam alieno nomine & imperio Foedera plerumque sanciuntur à Legatis & Ministris, à Suprema Potestate dimissis, & sufficienti mandato instructis. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 23. num. 6. De horum eloquentia & prudentia, in persuasione Foederis adhibendâ, nonnulla suggerit cit. D. de Wolleren in *quest. de Fœderib.* num. 47. Et seqq.

Quod etiam ex speciali concessione, privilegio, aut præscriptione jus contrahendi Foederis acquiri possit, nemo trahet in dubium, qui in cap. I. num. 61. & in cap. 2. num. 50. legerit, etiam jus bellî & pacis hâc viâ acquiri posse: cum præcipua Foedera pacis aut belli causâ ex dictis in principio coalescant. Pelzhofer d.

**61** cap. 4. num. 4. Quamquam in tali Foedera semper beat esse excepta Superioris persona, veluti sacrosancta, & cui inferiores nunquam non ad obedientiam & reverentiam tenentur, prout in Jure Feudali de Vasallo respe-

ctu Domini Directi aperte sancitum est in tit. 6. Et seqq. Feudor. 2. Pelzhofer d. num. 4. Et seqq. D. de Wolleren cit. quest. de Fœderib. n. 30. Clariss. D. Franz in *Jurisprud. quintupl.* q. 7. n. 8. Sum-62 mum quoque Pontificem, tanquam communem omnium Christianorum Patrem, in Fœderibus, à Catholicis initis, semper exceptum fuisse, exemplis Domus Saxonicae, Brandenburgicae, Hassiacae, Würtenbergicae, nec non Civitatis Erfordiensis & Helvetiorum, dum adhuc Sacris aviserant addictæ, notat Knichen *Oper. Polit.* vol. 1. lib. 2. part. 2. sect. 2. cap. 10. tb. 3. lit. B.

De Rege captivo vel exule dubitari 63, potest, an Foedus aliquod inire possit?

Mihi videtur respondendum, Foedus tum à Rege captivo tum ab exule contrahi posse, dummodò jus Regni non penitus amiserit: quamdiu enim Majestatem retinet, jus Foederis obtinet; retinet autem Majestatem, donec jus Regni salvum manet.

Nec officit, quod Rex captus aut 64 exul non amplius habeat jus administrandi Regnum: quia in pangendo Foedere memoratum jus vel ideo non requiritur, quod de rebus aut juribus Regni immediate saltem nulla fiat dispositio, sed tantum media assumantur, ad Regnum, injustè ablatum, denudò recuperandum. Respiciantur, quæ in simili dicta sunt cap. 2. n. 40.

## §. II.

### *Quibuscum Fœdera possint iniri?*

**65** *Q*uòd Fœdera possint iniri cum illis, qui Supremam Potestatem habent, ex dictis in anteced. §. liquidum evadit. Quia verò non omnium societas laudanda aut probanda, hinc, qui Foedus celebrare cupit, oculatus sit, oportet, gnariter circumspiciendò, quot & quos 66 in societatem assumere debeat. Enim verò, si Politicos audiamus, dissuadent illi I. Foedus cum illis, qui ni-miùm à moribus, genio, & interesse, ut vocant, nostro alieni sunt: nam animorum & principiorum disparitas

veram inter socios confidentiam & concordiam raro parturit. Unde Aristotle in *Rhetor. ad Alexandrum* cap. 39. eos, inquit, amicos comparare debemus, qui sint nobis moribus non dissimiles, Et quibus eadem, quæ etiam nobis, conducant, Et quibus magnis in rebus communis nobiscum fortuna est. II. cum longè posterioribus: præterquam enim, quod infirmiores persæpè sibi subjiciant ex num. 28. insuper in compensationem expensarum bellicarum aut annum tributum aut integrarum quoque provinciarum cessionem frequenter exp-

expetunt. Ut adeò verissimum sit illud Taciti 2. Hist. 92. 3. nec unquam sat satis fidia potentia, ubi nimia est. III. cum valde remotis ad mentem & monitum Aristotelis d. l. cap. ult. tales amicos legi volentis, qui in proximo habent: aut quia desideratum auxilium omnino non, vel in tempore saltem opportuno præstare haud poterunt; aut quia, cum non ita propinqui sint periculo, ad suppetias ferendas non multum exardescunt. IV. cum infidis, & pacta non servantibus, à quibus nihil tuti, boni, & amici exspectandum est. Thucyd. lib. 1. Neque enim fidelitas ab eos sperari potest, qui fidem anteà violavit, dum perfidos nungam causa deficiet, cur pacto non sient; semperque aliquam fraudi speciem juris imponent. Livius decad. 1. libr. 9. cap. II. V. cum pluribus: raro siquidem multifaria ingenia conspirant; & dum quisque specialem fovet opinionem, summa rerum longè maximè periclitatur. Videantur D. Pelzhoffer Arcanor. Stat. libr. 5. cap. 5. per tot. D. ab Andlern Constitut. Imper. verb. Bündnus. num. 14. Besoldus de Jure Foederum §. I. num. 16. & 17. de Wollerent sæpe cit. quæst. de Foederib. à num. 39. Knichen Oper. Polit. lib. 2. part. 2. sect. 2. cap. 10. tb. 3.

71 Si Juris Publici Scriptores evolveris, illi disquirunt I. utrum Foedus liceat pangere cum tyranno?

Distinguendum censeo, num Imperium tyranni, Rempublicam injustè occupantis, tacitò vel expressò consensu Populi, aut veri Regis, violenter expulsi, sit stabilitum, nec ne. Si prius; tunc, quia ex decisio*n*is in lib. 2. cap. 2. à num. 92. tyrannus acquirit Summam Potestatem, Foedus cum ipso, velut legitimo Regni possessore, non potest illicitum esse. Si posterius; Foedus cum tyranno impium est: nam Jure Gentium & Naturæ prohibitum est, injustitiae cooperari, ac vel injustum Regni possessorem adjuvare, ut possessionem retineat; vel justum Regem impedire, quod minus possessionem, contrajus & fas ablatam, recuperet. Textor sæpe d. cap. 23. num. 12. 73 Et hinc etiam Foedus, cuin Rege legitimo sancitum, ad similem tyran-

num non porrigitur; prout indicat Livius dec. 4. lib. 4. cap. 15. ubi T. Quintius Flaminius Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum, Foedera cum antiquis Lacedæmoniorum Regibus pacta allegantem, ita confutat: amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Peleope Rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo facta est. Num quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate Græcia aduersus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? & tyranno, quam, qui unquam, sevisimo & violentissimo in suos? Nic. Hertius in not. ad Pufend. lib. 8. cap. 9. §. 9. lit. a.

Disquirunt II. anne liceat cum in fidibus contrahere Foedus?

In hac famosa disquisitione, quam tangunt etiam Theologi & Canonistæ ad tit. de Saracen. tres casus veniunt distinguendi. I. quando Foedus cum infidei simpliciter contrahitur, v. g. in ordine ad commercia; II. quando contrahitur contra alium infidelem, bellò coercendum; III. quando contrahitur ad oppugnandum fidelem. In primo & secundo casu Molina de J. 75 & J. to. I. tr. 2. disp. 112. num. 4. tradit, nullum dubitare, quin tale Foedus sit justum. Nam etiam in Sacris Paginis præter Foedus Abrahami cum Aner & Escol Gentilibus, de quo Gen. 14. vers. 13. fit mentio, singulariter referatur Foedus Salomonis cum Hiram Rege ethnico his verbis: dedit quoque Dominus Sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo Foedus. 3. Reg. 5. vers. 12.

In libris quoque Machabæorum legitur, quod Foedus pepigerint cum Romanis, de cuius renovatione notatu digna sunt verba Epistolæ I. Machabæor. cap. 15. vers. 16. & seqq. in hunc modum relatæ: Legati Ju-deorum venerunt ad nos amici nostri, renovantes pristinam amicitiam & societatem, missa Simone Principe Sacerdotum, & Populo Judæorum. Attulerunt autem & clypeum aureum marcarum mille. Placuit itaque nobis scribere Regibus & Regionibus, ut non inferant illis mala, neque impugnant eos, & civitates eorum, & regiones eorum: & ut non ferant auxilium pugnibus adversus eos &c. Præter hæc S. 77 Augustinus, relatus in cap. Imperatores 98. §. Julianus. caus. II. quæst. 3. narrat,

rat, quod Julianus Imperator, quamvis esset Apostata, & Idololatra, haberit tamen sub se Christianos milites; quibus cum dicebat: producite aciem, ite contra illam Gentem, obediebant ei; & in cap. quod culpatur 4. caus. 23. q. 1. concludit: *Vir justus, si forte sub Rege homine etiam sacrilego militet, recte potest illud 78 jubente bellare.* Ratio est: quia Foedus ex natura sua est conventio non improbata; ex circumstantiis autem, in quibus cum infidelibus, utpote eorum jurium, quae fluunt ex Lege Naturali & Gentium, non incapacibus, initur vel contra infideles, vel in ordine ad commercia & similia, propterea non redditur vitiola, quod nihil mali exinde aut veræ Religioni aut 79 Ecclesiæ universali inferatur. Firmat hoc assertum insignis locus Tertulliani, quādiu, scribentis, intra Israēlem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo gentes dedit hereditatem & possessionem terminos terræ, & cœpit expungi, quod dictum est Osee: *non populus meus populus meus, & non misericordiam consecuta misericordiam consecuta, Natio scilicet: exinde Christus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miseratione sicut in vocatione.* In tertio casu non desunt Authores, qui aut generaliter putant, tale Foedus esse licitum, inter quos citantur Panormitanus in cap. 8. de Voto & voti redempt. num. 15. Grotius lib. 2. cap. 15. §. 9. & seq. Lymneus in additam. ad Capitulat. Caroli V. art. II. aut id tanquam ex natura sua licitum defendant, & per accidens tantum illicitum fieri existimant cum cit. Molina num. ult. Layman Theolog. Moral. lib. 2. tr. 3. cap. 12. num. 6. in fin. aut saltem in casu extremæ necessitatis ex causa defensionis id permittunt cum Knichen Oper. Polit. d. lib. 2. sect. 2. cap. 10. th. 3. lit. B. Textore in Synopsi 81 Jur. Gent. cap. 23. n. 15. Ego tamen absolutè nego, simile Foedus licere. Textus ex Jure Divino antiquo sunt multiplices, puta Exodi cap. 23. v. 32. & cap. 34. v. 12. Deuteronom. 7. vers. 2. Iudic. 2. vers. 2. ubi graviter prohibetur Hebræis, ne unquam cum habitatoribus terræ promissionis, qui erant infideles, Foedus jungerent;

secutâ contra Josaphatum, cætero, 82 quin piissimum Regem, quod Foedus etiam cum Regibus Israël, Moabo, & Ochozia, quia erant impii & à DEO reprobati, severâ increpatione 2. Paralip. cap. 19. vers. 2. ibi: *impio præbes auxilium, & bis, qui oderunt Dominum, amicitia pauperis, & idcirco iram quidem Domini merebaris &c.* & cap. 20. v. 37. ibi: *quia habuistis Foedus cum Ochozia, percussit Dominus operatua.* Cujusmodi comprehensions etiam reperiuntur. Isaiae cap. 20. vers. 5. & 6. & cap. 30. vers. 2. Osée cap. 12. in pr. contra Judæos & Israëlitas, ad Ægyptios pro suppetuis confugientes.

Evidem in præfatis S. Paginis ex-83 tant exempla alia Foederum, cum infidelibus contrâ fidèles initiorum, absque eo, quod aliqua improbationis nota reperiatur, uti est Foedus Achaz Regis Jerusalem, in auxilium vocantis Regem Assyriorum. Teglathphalaasar contra Regem Syriæ & Israël 4. Reg. 16. vers. 7. & seqq. nec non Davidis, à Saulle ad Achim Regem Philistæorum transfeuntis 1. Reg. 27. & 28. Verum suf-84 fiant nobis exempla, prius memoria, ex quibus indignatio Divini Numinis adversus Foederatos Gentilium manifestè probatur; sufficit quoque, in exemplis aliis factum non laudari, et si non reprobetur. Quin & Foedus 85 Regis Achaz cum Assyriorum Rege non obscurè rejectum dignoscitur ex ipso cit. 4. Reg. 16. ubi statim in v. 2. 3. & 4. de illo legitur: *non fecit, quod erat placitum in conspectu Domini DEI sui, sicut David pater ejus, sed ambulavit in via Regum Israël: insuper & filium suum consecravit, transferens per ignem secundam idola Gentium &c. immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondo. Transitus insuper Davidis ad Achim 86 non tam jungendi Foederis contra Saulem, quām querendi & accipiendi asyli gratiâ factus esse dignoscitur ex cit. lib. 1. Reg. cap. 27. vers. 1. ubi David, nomine, ait, *melius est, ut fugiam, & salvaver in terra Philistinorum, ut desperet Saul, ceteraque me querere in cunctis finibus Israël? Fugiam ergo manus ejus.* Neque legi-87 tur David, cum Achibe aut Philistæis actu pugnâsse contrâ Saulum & Ju-dam;*

dam; esto simulaverit, se in Hebræos excurrisse, & irruisse, dum Amalecitas & alios infideles persecutus & aggressus erat, ut constat ex d. cap. vers. 7. & seqq. Ut inde se fecerit suspectum Principibus Philistæorum, ad prælium contra Saulem non admissus, sicuti patulum fit ex cap. 29. vers. 9. & seqq.

88 In Jure Divino Novo celebris est duplex locus apud Divum Paulum tum 2. ad Corinth. 6. v. 14. & 15. ubi commercium cum infidelibus ita interdit: *nolite jugum ducere cum infidelibus: que enim participatio justitiae cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial?*

89 *Aut quæ pars fideli cum infideli?* Tum 1. ad Corinth. 6. vers. 1. ibi: *audet aliquis verum, babens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos & non apud Sanctos?* & vers. 5. *sic non est inter vos Sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?*

*Sed frater cum fratre judicio contendit; & hoc apud infideles?* Ex quibus locis ita

90 arguitur. In Foedere Christianorum cum Ethnicis, Saracenis, & Paganis contra Christianos non solum est idem jugum quoad obligationem Foederis, sed intima conjunctio, societas, participatio fidelis cum infideli quoad consilia & auxilia in perniciem Christianorum, contra quos adornatur Confoederatio: infidelis quoque Confoederatus est quasi Judex fidelium, adversus quos cum fidelibus militat; sicuti quilibet ex belligerantibus est Supremus Judex in causa belli quoad satisfactionem & compensacionem, ab hoste petitam. Cum ergo Apostolus & hujusmodi conjunctiones, & judicia abhorreat, illatio valde stringens est, in Testamento Novo Foedera Christianorum cum Gentilibus contra Christianos nunquam fuisse

91 permissa. Et quamvis etiam eō casu, quō fideles militant sub Principe & Potestate infideli, magna sit communicatio inter Ducem & milites; nec tamen ex n. 74. prohibita videatur S. Augustino: nihilominus, cūm in isto quoque casu non liceat fidelibus ad Imperium Principis infidelis contra fideles & in præjudicium Religionis ac

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

fidei arma stringere, velut idem S. Augustinus apertè indicat tam in cit. 92 cap. Imperatores §. Julianus ibi: *ubi veniebant ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in Cœlo erat: distinguebant Dominum æternum à Domino temporali;* quām in cit. cap. quid culpatur, ubi licentia bellandi sub Rege sacrilego restrictivē permittitur, si, quod militi jubetur, non esse contra DEI preceptum, certum est: hinc ex mente & doctrina D. Augustini fidelibus cum infidelibus contra fideles nullain bello poterit esse communicatio. Quod ipsum roborat 93 & confirmat S. Ambrosius in cap. Julianus 94. caus. 11. quest. 3. hisce verbis: *Julianus Imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cùm dicebat, producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei: cùm autem diceret eis, producite arma in Christianos, cognoscebant Imperatorem Cœli.*

Ratio, ex Jure Naturali deducta, 94 hæc assignari potest. Ex Foedere, cum infidelibus contra fideles sancto, sequitur veræ Religionis, à Christo Domino: suō pretiosō sanguine implantatæ, eversio; templorum & vasorum sacrorum profanatio; cultus Divini suppressio; idolatriæ dilatatio; Christianorum in servitutem barbarum abductio, & ad veram fidem abjurandam coactio, seu directa seu indirecta: eō namque fine infidelis contra fidelem fidi sua sociat arma, ut, obtritō aut expugnatō hoste Christiano, ipse aut ejus provinciæ victorum potestati subdantur; quō factō triumphabundi Turcæ, Saraceni, aut alii infideles non intermittent, ad lugubres hosce & nefandos effectus, interris Christianorum producendos, omnem movere lapidem, & nihil intentatum relinquere. Ergo Foedus tale est Jure Naturali vetitum, impium, detestandum.

Neque reponas: distinctionem inter fideles & infideles esse peregrinam & absconditam Juri Naturali, quamque originem trahere ex Jure Divino, velut ipsemet Doctorum Angelus docet in 2. 2. quest. 10. art. 10. consequenter Foederum istorum improbi-

U u u tatem

tatem ex Jure Naturali haud demon-  
strari.

96. Enimverò, licet memorata distin-  
ctio inter fideles & infideles quoad my-  
steria fidei, à DEO revelata, sit Juris  
Divini; attamen quoad principia, ex  
lumine Naturali cognita, ipsò Jure  
Naturali reperitur diversitas inter ve-  
ros DEI cultores & atheos vel idolo-  
latras; uni DEO cultum, veneratio-  
nem, & Religionem unicè conceden-  
te Naturā. Quidquid igitur vero  
DEI unius cultui & Religioni adver-  
satur, adversatur Naturæ: adeoque  
effectus recensiti, ex Foedere cum  
infidelibus moraliter certitudine fluen-  
tes, adeò turpiter inficiunt & af-  
ficiunt Foedus, ut ab ipso met Jure Na-  
turæ rejiciatur & reprobetur. Ziegler  
*de Jurib. Majestat. libr. I. cap. 38. §. 6.*
98. Idcircò Rhemensis quondam Archi-  
Episcopus Fulco Carolum Simplicem  
liberè & justè admonuit dicendō: *quis  
non expavescat, vos inimicorum DEI ami-  
ciam velle, ac in cladem ēt ruinam nomi-  
nis Christiani pagana arma ēt Foedera susci-  
pere detestanda?* Nibil enim distat, utriam  
quis se paganis societ, an abnegatō DEO  
idola colat. Frod. lib. 4. *Histor. Rhenens.*  
cap. 6. apud Grotium libr. 2. cap. 15.  
§. 11. num. 3.
99. Si existimes: in Foedere, de quo  
vertitur quæstio, hos & alios effectus  
funestiores præcaveri, & mediantibūs  
conditionibūs salutaribūs, quas infi-  
deles obliterare teneantur, impediri  
posse.
100. Replico: in Foedere bellico jus mu-  
tuum Confoederatis conferri, com-  
modis & fructibūs bellicis gaudendi;  
conditiones, quibūs jura belli ex parte  
Confoederati infidelis penitus submo-  
veantur, nunquam aut rariūs admit-  
tendas; &, si admittantur, nunquam  
tam firmas fore, ut ab infidelibus non  
iterum violentur, vel pro non-adje-  
ctis habeantur. Turcæ profecto  
juxta spurcissimas Alcaranileges putant,  
obsequium se præstare DEO, quando  
Christianos circumvenire, ac fidem  
quoque juratam in suum commodum  
violare possunt. Nec ea ipsorum est  
indoles & mansuetudo, ut Christianæ  
Religioni incrementa accedere patian-

tur. Ziegler d. L. §. 79. Ut capropter 102  
de Foedere, qualiumcunque cautela-  
rum aromatibūs conditō, illud dici  
possit, quod de fungo, etiam opiparē  
conditō, non comedendō, circum-  
fert paroemia, scilicet cibum ramen  
noxiū, etiam, quācunque cautelā  
paratum, non sumi, sed vitari & abjici  
debere. Clariss. D. de Wollerent in-  
quest. de Foeder. num. 183.

Dices: positâ salutari cautelâ, ne 103  
Foedus Christianis Sacris aut personis  
noceat, esse contra intentionem &  
voluntatem Foederatorum fidelium,  
& prorsus per accidens, si deinde quæ-  
dam, pactis & conventis contraria,  
eveniant.

Regero: moraliter loquendō non 104  
esse per accidens, sed per se, ac certò  
futurum, ut in Foedere infidelium  
contra fideles aut personæ aut res, aut  
loca fidelium grave dispendium su-  
beant: cùm, uti mox explicatum, mor-  
aliter certum sit, pacta talia ab infide-  
libus haud servari. Itaque, qui belli 105  
societatem cum infidelibus contra  
Christianos ineunt, aut advertunt,  
aut advertere debent periculum, in  
quod Religio Christiana conjicitur;  
sicque, cùm ignem excitent, ex quo  
moraliter certò sequetur incendium,  
incendi causa sunt. Conferatur Clariss.  
D. Franz cit. quest. 7. num. 14.

Instabis: saltem in extrema necessi- 106  
tate Turcarum aut Saracenorum ar-  
mis socia jungere arma licere: nec  
enim in circumstantia tam fatali adeò  
curanda aliorum salus, ut propria non  
præferatur; sicuti cùm vitâ quis suâ  
pericitatur, aggressori vitam adimere  
potest, et si cum corpore simul ani-  
mam perdat.

Responsum dat laudatus de Wolle- 107  
ren in num. 184. historias omnis ævi te-  
stari, DEUM tam bonum esse, ut nun-  
quam planè destituerit fidelem inno-  
centem, rejectō infidelium auxiliō in-  
se confidentem, ut potius miraculum  
quasi censi censeret, si destitueret;  
qui tot mille vias & modos habet, ex  
lapidibus quoque excitandi adjutores  
injustè oppresso, ne dicam, confide-  
les ad auxilium movendi. Ad in- 108  
stantiam seu paritatem reddituringens  
dispa-

disparitas: quia Religio, quæ ex Confoederatione Turcarum & Saracenorum manifesto subjicitur eversionis periculo, non est iniquus aggressor Principis Christiani, ab alio ejusdem professionis Principe vexati: unde talia moliri, quæ inevitabilem innocentis Religionis perniciem accersunt, nulla defensionis necessitas permittit.

109 Possit hæc sententia pluribūs authoritatibūs, præsertim ex Jure Canonico in cap. 2. 6. II. 12. & 17. de Iudeis & Saracen. stabiliri: sed quia id præter D. de Wolleran jam saepè citatum, jam egerunt alii ex nostris, unaque plures tum rationes tum objectiones congregarunt, ad eos me remitto, Viros nempe Clarissimos, ac Facultatis hujatis Juridicæ Professores, Martinum Resch de Jure Patronat. cap. 3. num. 7. Robertum König ad cit. tit. de Iudeis & Saracen. num. 13. Joan. Bapt. Ebberth de Bello cap. 3. §. 4. num. 78. Benedictum Schmier in tr. de Summo Pontif. p. 3. dissertat. ult. q. 1. Hermannum Hermes in Fascic. Jur. Publ. cap. II. num. 157. Franciscum Josephum Herz de Fide Pacta cap. 2. §. 5. num. 66. Illud attexere, quod Grotius, alioquin opinioni nostræ minus adductus, saepè d. lib. 2. cap. 15. §. 12. commemorat, consultum duco: nempe, cum omnes Christi unius Corporis membra sint, quæ jubentur, alia aliorum dolores ac mala persentiscere, sicut id ad singulos pertinet, ita & ad Populos, quæ Populi sunt, & ad Reges quæ Reges pertinere. Neque enim pro se quisque tantum, sed & pro mandata sibi Potestate servire Christo debet. Hoc autem præstare Reges & Populi non possunt, grassante armis hoste impiō, nisi alii aliis auxilio sint: quod fieri nequit, nisi Foedus eō nomine ineatur. Debent ergo Christiani omnes ad causam hanc communem pro virium modo viros aut pecunias conferre: quod quò minus faciant, non video, quomodo excusari possint, nisi qui bello inevitabili, aut non dissimili malo domi detinentur. Ita Grotius.

Disquirunt Authores nostri III. 111 quid faciendum, quando quis Foedus cum pluribus contraxit, & aliqui ex illis bellum inter se gerunt, an & cui ferendum sit auxilium?

Grotius d. lib. 2. cap. 15. §. 13. num. 1. & seqq., ubi præmiserat, ad injusta bella nullam esse obligationem, sicut ad facta turpia & inhonesta nemo potest obligari; resolvit, non socio, bellum injustum gerenti, sed alteri, justè arma sumenti, assistendum, &c, si neuter foveat bonam causam, neutrius partes esse sequendas. Sin autem 112 utrinque bellum sit justum, concludit, auxilia utrique mitti debere, milite scilicet & pecuniâ; &, si persona socii desideretur, quæ, velut individua, in duplice loco se sistere nequit, Foedus antiquius esse potius juxta responsum Consulis Romani Campanis datum: *amicitas ita institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur.* Livius dec. I. lib. 7. cap. 21. Rationem 113 dat idem Grotius in appendice Epist. 16. quia posterior promissio per priorem restringitur, quatenus simul nequeunt consistere per regulam, quod nemo plus juris in alterum transferre potuit, quam tum, cum transferret, habuit. Addit tamen d. cap. 15. §. 13. num. 1. exceptionem, si Foedus posterius ultra promissionem habeat aliquid, quod quasi dominii translationem in se contineat, puta subjectionem ac ditionem in potestatem Foederati: nam & in venditione dicimus, priorem emptorem præferri, nisi posterior dominium acceperit. Quamobrem (ait 115 Muelen in Comment. ad Grot. d. l.) nulla querclarum causa Samnitibus erat, quod Romani Campanis potius, quam ipsis auxilium & opem dabant, quamvis cum hisce antiquius quam cum illis Romanis Foedus intercederet: cum enim se suaque in ditionem Populi Romani tradidissent, non tam Campanorum quam propriam defensionem suscipere videbantur, prout Romanorum Legati Samnitibus expoununt apud Livium d. l. cap. 22. Succinit Grotio Clariss. D. Stapff de Majestate cap. 5. §. 78.

## §. III.

*Contra quos Fœdus sancti valeat?*

<sup>116</sup> **F**œdus tum belli tum pacis sancti potest non tantum contra hostes, qui bellum de præsenti intentant, aut pacem turbant, sed etiam, qui bellum in futurum meditari, aut pacem turbare intendunt: quia prudenter est, tam prospicere de mediis contra malum jam impendens; quam præcavere, ne mala deinceps eveniant. Nec interest: an hostes illi jam cogniti sint tempore Fœderis, nec ne: quoniam & contra illos, quos neque novimus neque vidimus, auxiliò Fœderatorum nobis consulere, & in omnem eventum suppetias parare possumus. Recolantur dicta in n. 35. & seqq.

<sup>118</sup> Fœdus circa commercia difficultatem patitur, an contra certas personas ita possit iniri, ut illæ à comparandis certis rebus aut frequentandis certis Regionibus penitus excludantur?

Ratio dubitandi est: quoniam ex discursu in cap. I. à num. 193. deducitur, liberum commercium eatenus impediri posse, ne merces, quæ ad vitæ necessariam conservationem haud pertinent, liberè per alicujus territorium transferantur, quando Dominus ejusdem territorii ipsem talibūs mercibūs abundat, suamque utilitatem præ exteris procurare statuit. Sed, hæc ratione non attentâ, valde strigens hac in parte videtur doctrina Grotii, quam habet lib. 2. cap. 2. §. 13. num. 5. in eod. cap. I. num. 192. transumpta, quod neinini jus fit impediri, quò minùs Gens quæque cum quavis Gente commercium colat: id enim permitti interest societatis humanæ, utpote cùm DEUS non omnia omnibus terræ partibus concesserit, sed per Regiones dona sua distribuerit, quò homines alii aliorum indigentes ope societatem colerent.; ideoque mercaturam excitaverit, ut, quæ usquam nata sunt, iis communiter frui omnes possent, ut ait Libanius apud citat.

<sup>120</sup> Grot. Nihil itaque tribuendum invidiae, neque, cùm ex libr. I. cap. I. num. 81. & seqq. omnes à Naturæ &

Gentium placitis admittantur ad marium, fluminum, terrarum accessum, & rerum usum, Fœdere statuendum est, ut Gens aliqua ab hoc accessu vel usu removeatur. Pertinet huc, quod <sup>121</sup> scriptum reliquit Nic. Greg. lib. 8. si quis adeo tenax fuerit, ut bona distribui nolit, ei cavendum erit, ne legem per orbem terrarum ferat, omnis improbitatis auctorem, & omnes congressus, omnia commercia funditus tollat, beneficentia Divina ingratus. Neque obscurum cuiquam esse potest, ullum à Divina Providentia bonum cuiquam contingere, ut solus eō fruatur. Quodsi ex æquo omnia omnibus Natura dedisset, mutui amoris causæ facillimè præciderentur. Itaque factum, ut petamus, & denus per vires perpetuas, quod est amicitiae lex & vinculum fortissimum.

Nec obstat discursus, in num. 114. repetitus. Aliud enim est, transitum mercium per suum territorium negare; aliud, impedire, ne quis in via publica, in mari, aut Regione, ad se non pertinente, emat aut transeat: plura siquidem alicui licent in solo proprio, quæ vetita sunt in alieno. Quodsi <sup>123</sup> ergo discursum hunc paululum inverttere, & supponere allubescat, habere quem justum prohibendi titulum, ne quis alias merces in sua provincia comparet, aut per illam transferat, poterit hunc in finem aliorum operam sibi sociare, ut, si forte nonne-mo violentâ manu suam provinciam mercium emendarum aut transportandarum gratiâ perrumpere tentaret, manu fortiori repellatur.

De iisdem Fœderibus circa commercia quæstionem aliam proponit Grotius d. lib. 2. cap. 2. §. ult. an l'opulo alicui liceat cum alio Populo pacisci, ut is Populus certi generis fructus, qui alibi non nascuntur, sibi soli vendat? Adeoque status quæstionis in eo consistit, an Fœdus inter duos Populos contra omnes alios ita coalescere valeat, ut unus alteri tantum v. g. saccharum, vinum, pannum vendat?

Gro-

125 Grotius id licere censet, si is, qui emit Populus, paratus sit, aliis vendere æquō pretiō. Ratio ipsius est: quia aliarum Gentium non interest, à quo emant, quod ad desideria naturæ attinet. Lucrum autem alter alteri præverterelicitè potest, maximè si causa subsit, ut si Populus, qui ita stipulatus est, alterum Populum in suam tutelam receperit, sumptusque eō nomine faciendo habeat.

126 Zieglerus *de Jurib. Majestat. libr. 1. cap. 38. §. 3.* docet, Grotium, ut Hollandum, ita sentire in gratiam terraneorum, pacta ejusmodi quām sæpiissimè cum exteris ineuntium, & quandoque exprimentium. Dubitat insuper, an, si principia Grotii pensatiū attendamus, talia pacta & Fœdera cum ipsis convenient. Necego

127 sum liber à dubio. Nam paulò ante ex Grotio *eadem cap. 2. §. 13. num. 5.* ostendi, nemini jus esse impediendi, quò minus una Gens cum altera contrahat. Atqui, si Populus Populum obliget, ut sibi soli certum genus fructuum vendat, impedit, quò minus Gentes aliæ circa id genus fructuum

128 contrahant. Idem in *cit. cap. §. 18.* adstruit in omnibus hominibus jus commune ad actus tales, quibus ea comparantur, sive quibus vita commode duci nequit; adeò ut illud nec Lege latâ nec con spiratione impedire liceat: eò quòd tale impedimentum naturæ societatis contrarium sit. Ergo, cùm pactum, de quo quæritur, impedit jus commune ad comparandos certos fructus, qui possunt ad vi-

tam commodè transigendam multum conferre, societatis naturæ repugnat. Ab eodem in *d. cap. §. 22.* traditur, esse <sup>129</sup> jus commune ad actus, quos Populus aliquis externis promiscuè promittit, v. g. venari, piscari, aucupari: ideoque, si unus Populus excludatur, ei injuriam fieri. Major igitur fit injuria, si emptio certorum fructuum, quæ aliæ exteris promiscuè solebat concedi, uni duntaxat Populo indulgeatur, & reliquum genus humanum ex toto excludatur.

Addit Ziegler *cit. l. §. 4.* hōc Fœdere monopolium quoddam introduci: quod enim in Civitate est civis, certarum mercium vendendarum potestatem sibi vindicans, id inter Gentes, universim consideratas, est Populus, simile quid affectans. Sicut igitur monopolia regulariter sunt illicita, & libertati Gentium, quā licet cuilibet exercere mercimonia, aduersa: sic etiam illicita sunt pacta, & libertati Gentium obstantia, quibus certorum fructuum comparatio uni duntaxat Genti conceditur.

Nec potest Grotius incommodum, <sup>131</sup> quod reperitur in monopolio, in præsenti Fœdere aut pacto ex eo tollere, quod Populus, qui emit, teneatur aliis justō pretiō rem emptam vendere: quandoquidem cupiditas lucri apud mercatores nimis quām manifesta est, præfertim si nemo sit, qui modum aut metam avaritiae suâ authoritate ponat, ut contingit in Populo Libero, Superiorē non habente. Videatur Beaman ad Grot. *d. lib. 2. cap. 2. §. 24.*

## SECTIO III.

### De Effectu Fœderum.

#### SUMMARIA.

128. Fœdera servanda sunt. 129. Sub gravi reatu conscientia. 130. Non aitensis Pseudo-Politicorum principiis. 131. Generalia Fœderum capita attinguntur. 132. & seqq. In casu impotentia cessat obligatio mittendi auxilia. 133. Obligatio Fœderum incipit à momento dati consensus. 134. Esto scriptura non intervenerit. 135. Requiritur tamen hodie ratificatio Principalium, quando Fœdera per Legatos concluduntur. 136. Sibinde opus est interpretatione.  
P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

137. & seqq. Quapro diversitate materia interdum larga, interdum restricta est. 138. & seqq. In dubio ad verosimilē mentem Fœderatorum est recurrendum, ita per exempla probatur. 139. & seqq. An Fœdus Romanum in hac interpretatione sit utilius, valoris? 140. & seqq. Habetne locum interpretatione extensiva, ita ut nomine sociorum etiam futuri intelligantur? 141. & seqq. Obiectio quedam dilinetur. 142. & seqq. An Fœdus, cum Rego legitimo contractum, ad tyranno

*syrannum dilatetur?* 162. & seq. *Ant porrigitur de causa ad causam?* 164. *Fœdus debet executioni mandari juxta terminos conventionis.* 165. & seqq. *Quoniam tempore fieri debeat ex-*

*entio, si nullum fuerit expressum?* 169. *De Fœdere cognoscunt vel alii consocii impariales;* 170. *Vel arbitrii, aut Principes Fœderis.* 171. & seq. *De quibus ultimis causa subiungitur.*

## §. I.

*De Obligatione Fœderum.*

128 **E**ffectus Fœderum consistit in obligatione, quæ profuit ex mutua Fœderatorum conventione ad præstanda ea, quæ in articulis Fœderis sunt comprehensa: nam & hic, sicut in aliis conventionibus, nihil est tam naturale, quam promissa servare; sive jumentum fuerit adjectum, sive non.

129 Adeò ut ex parte Fœderatorum non tantum sit gravis conscientiæ reatus, fidem, in Fœdere datam, violare, sed etiam timenda sit gravissima à DEO poena, etiam in hoc mundo sustinenda, cujus recensione scatent historiæ, referentes funestissimos exitus fœdifragorum, uti testatur D. de Wollerent in sæpe cit. quest. de Fœderib. num. 67.

130 Neque curanda est Pseudo-Politicorum erronea opinio, Fœdera ex utilitate tantum metiri, & tamdiu observari debere, quamdiu sunt proficia: siquidem ex Sapiente Ciceronis iudicio verè utile nihil est, quod non sit honestum, nec mensura honestatis ex utilitate, sed magis utilitatis regula ex honestate est desumenda. D. ab Andlern verb. Bündnus. num. 1. 2. § 16. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 28. num. 1. § 2.

131 Licet verò non possimus singulos articulos, qui in singulis Fœderibus in stipulationem veniunt, speciatim excutere; quia tamen amicitiæ gratiâ Principes & Magnates inter se confederantur, observare tenentur, quæ in genere cuilibet amico sunt communia, puta cum amico libenter communicare bona, de ipsius salute curam agere, monendô, consulendô, succurrere, mala ipsi imminentia pro viribus propulsare, eaque omnia intensiore cum affectu, quam quæ aliis ex nuda humanitate præstantur. Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 9. §. 2.

In casu tamen impotentiae moralis, quando v. g. Fœderato quis promisit auxilium, quamdiu promittens ipse met domi periclitatur, suisque copiis opus habet, excusat à sua obligatione: quilibet enim sibi proximus non sub alia conditione socio suppetias promisso creditur, ac si ipsem non magis indigeat, ne, dum alienum incendium restinguere cupit, ipsem in propriis ædibus conflagret. Grotius lib. 2. cap. 16. §. 27. num. 1. Muelen ibid. in Commentar. D. Stapff de Majest. cap. 5. §. 78. Et hinc, cum in bello Punico II. tot Fœderati à Romanis discessissent, Petellinos solos ex Butriis in amicitia remanentes, atque ex Fœdere subsidia petentes, Romani, circumspectis omnibus Imperii viribus, fateri coacti, nihil jam longinquis socii in se praesidii esse, redire domum, fideque ad ultimum expletâ consulere fibimet ipsos in praesenti fortuna jusserunt. Livius decad. 3. lib. 3. cap. 15. Sed hoc, ait Grotius in appendice Epistola 134. 16. eo trahi non debet, ut excusat, aut qui facile duplices copias possit sustentare, aut qui, ut socium fraudet auxiliô, bello le suâ sponte involverit.

A quo tempore Fœderum obligatio sumat initium? Facile est responderem ex principiis generalibus. Nempe ab illo momento, quô mutuus consensus Fœderatorum intercessit: tunc enim obligatio censetur perfecta, quando duorum aut plurium consensus in idem placitum intervenit. Nec scriptura aut instrumentum ad obligationis complementum requiritur, nisi aliud expressè convenerit: credendum namque, scripturam adhiberi, ut monumentum contractus, non ut substantiæ ejus partem. Grotius lib. 2. cap. 16. §. 30. Fiunt enim scripturæ, ut, quod actum est, per eas facilius probari posset, & sine his valet, quod actum est, si babeat

<sup>137</sup> *babeat probationem*, ait Gajus in *L. 4. ff.*  
*de Pignor.* Respiciendō autem ad nostra tempora, ubi Foedera non per ipsosmet Principales, sed ipsorum Legatos frequentius inveniuntur, eorum obligatio vix incipere poterit, ante-

quam articuli non solum scripto consignati, sed etiam Principalibus exhibiti, & ab iis ratihabiti fuerint, arg corum, quae dicta sunt de pacis obligatione in anteced. cap. num. 137. *Et seqq.* Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 24. n. 31.

## §. II.

## De Foederis Interpretatione.

<sup>138</sup> **Q**uod in pacificatione nonnunquam ad interpretationem recurrere sit necesse, constat ex eodem *cap. priori num. 172.* Eadem necessitas apparet in Foederibus, in quibus personæ Confœderatæ non omnia semper, quæ ad mutuam convenientiam spectant, tempore Foederis prospicere, aut determinare valent.

<sup>139</sup> Etsi in hoc discrimen sit inter pacem & Foedera, quod pacis conditio, quatenus agitur de securitate publica & pacis subsistentia, ex cit. *cap. num. 173.* semper videatur esse favorabilis, latamque mereatur interpretationem; Foederum econtrà non una sed diversa sit qualitas, modòque latam, modò stri-

<sup>140</sup> tam expolcat explicationem. Sic enim Foedera belli tum offensiva tum defensiva subinde favorabilia, subinde sunt odiosa. Nam, esto offensio, in se spectata, sit exosa & detestabilis;

<sup>141</sup> cum *bominem homini insidiari nefas* appelleret Florentinus in *L. ut vim 3. ff. de J.* *J.* potest nihilominus in una vel altera circumstantia reddi favorabilis, ut si Foedus offensivum contrahatur contra Barbaros, Turcas, Tartaros, aut invasores alieni Imperii, non tantum ad recuperanda jam admissa, sed etiam ad enervandam illorum potentiam, usque dum præstent & satisfactionem pro damnis de præterito illatis, & securitatem de non offendendo

<sup>142</sup> in futurum. E conversò videtur quidem defensio ex natura sua maximè favorabilis; attamen ubi Foedus defensivum initur inæqualibus conditionibüs, aut sanctitur cum Barbaris, Turcis, Tartaris contra bonum & emolumentum Christianæ Reipublicæ, exitiosum evadit. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 23. num. 30. *Et 36.*

Cæterum, si verba sint dubia, ad <sup>143</sup> verosimilem Foederatorum mentem confugiendum est. Unde si in Foedere convenisset, ne quis locus muris imposterum cingatur, conventionis autem tempore aliud munimenti genus non extaret, is locus ne aggere quidem cingi posset; dummodò constet, unicam causam prohibendi muros fuisse, ne locus muniretur. Grot. lib. 2. *cap. 16. §. 20. n. 3.* Sic etiam, si <sup>144</sup> in Foedere comprehensum sit, ut hæc vel illa Civitas specialiter sit maneatque salva, Civitatis nomine non tantum locus, in quo cives habitant, sed etiam cives universos intelligi debere, sentit idem Grot. d. *cap. 16. §. 15.* dummodò ex mente pacientium aliud colligi nequeat. Quam in rem ad <sup>145</sup> ducitur pactum Romanorum, quod promiserant Poenis, liberam fore Carthaginem, si facerent imperata, datis trecentis obsidibüs, & armis omnibüs, instrumentisque belli, si quæ Carthaginis erant: sub hac enim loquendi formula Carthaginenses intelligebant, libertate se fruituros in Urbe Cartagine, quæ tunc erat; licet Romani <sup>146</sup> captiosâ intentione Carthaginenses circumvenerint, dum, postquam imperata fecerant, illi in alium locum, procul à mari decem millia passuum remotum, migrare jussi sunt; quæ tam circumentio Viris, ex sensu communi ac populari juxta mentem Carthaginensium loquentibus, minimè placet. Grot. d. l. *§. 15.* Muelen *ibid. in Commentar.* Textor *cap. 24. n. 16.*

Num verò Jus Romanum ad Foederum interpretationem adhiberi possit? Juxta Grot. d. *cap. 16. §. 31.* negativè dicendum erit, utpote qui universim negat, contractus Regum & Popu,

Populorum ex Jure Romano interpretandos esse; nisi appareat, inter quosdam Populos Jus istud Civile in his, quae Juris sunt Gentium; etiam pro Iure Gentium receptum esse; quod temere presumendum non est.

<sup>148</sup> Id quod laudatus Textor in *num. 29.* intelligit de interpretatione authenticâ, vim legis obtinente: quin autem probabilis inde interpretatio summa queat, non dubitat in *num. 30.* quia magnam autoritatem pro se habet Rex aut Populus, qui Juris Romani, ceteroquin expressè non recepti, assentiam potest allegare, dum orbis cultior quondam maxima ex parte Romanus; & ipsa interpretationis norma, Romanis usitatâ, ex Naturalis æquitatis lumine plerumque temperata erat.

<sup>149</sup> Difficultas remaneat: an interpretatio, quam vocant extensivam, in Foederem locum habeat, possitque Foedus de persona ad personam, aut de causa ad causam, in pacto non expressam, extendi? Textor *cit. l. cap. 24. num. 27.* non aliter in hanc extensionem consentit, quam si fuerit expressa ratio generalis, unica, & adæquata, ex qua non ambiguè constet, voluisse Foederatos etiam in simili casu conventionem suam procedere. Pro dilucidatione hujus assertionis aliquot casus <sup>150</sup> examinare luet. Primus est. Romani & Poeni contraxerunt inter se Foedus, aliis, qui in Foedus adsciti fuerint, aut adscendi sint, non nominatis. Postea Romani Foedus aliud pangunt cum Saguntinis. Quæstio est: an Saguntini censeantur esse socii Poenorum, ac inter ipsos eadem subesse censeatur obligatio, quæ erat inter Romanos & Poenos? Grotius & *lib. 2. cap. 16. §. 13. n. 2.* admittit quidem, quod Romani Saguntinos in societatem admittere, & adscitos defendere potuerint; non tamen ex vi Foederis antecedentis cum Poenis, sed ex Jure Naturali, quod Foederè non erat abdicatum: ita ut Saguntini apud utrosque cō essent locō, quasi nihil de sociis convenisset: proindeque Grotius in ea est sententia, quod Foedus & Foederis obligatio ad socios futuros se non extendat, sicutque Saguntini Po-

norum socii non sint. Quam sententiam tuetur quoque Vitriar. *quest. 14.* & *15.* & Ulricus Huberus *de Jure Civitat.* *lib. 3. cap. 3. sect. 4. n. 22.* Et rectè: Ratio est: tum quia de sociis futuris <sup>152</sup> non est cogitatum cō tempore, quō Foedus coaluit; consequenter etiam de iis actum non est, velut arguit Thomasian. in *not. ad cit. Huberum;* tum <sup>153</sup> quia in sociis attenditur personæ qualitas, fidelitas, potentia, prudentia, industria &c. adeoque opus est speciali eorum electione & assumptione: tum quia ex vulgato Juris Civilis bro<sup>154</sup> cardico socii mei socius, socius meus non est; & in socios fortuitò non incidimus, sed eos quærimus. Hinc <sup>155</sup> apud Livium *dec. 3. lib. 1. cap. 3. in fin.* Legatis Romanis Poenorū nomine responsū est: *Populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Cartaginensium societati præponant;* & *cap. 5. nobis vobiscum Foedus est à Lutatio Consule dictum, in quo cavitur utrorumque sociis: nihil de Saguntinis (necdum enim erant socii nostri) cautum est.*

Dices cum Muelen in *Commentar. ad 156* citat. loc. Grotii, & Textore in *Synopsis Jur. Gent.* *cap. 24. num. 8.* Grotium impugnantibus: materiam, quæ respicit defensionem ex Foederè, favorablem esse; adeoque ad socios futuros, tanquam ex Foederè ad defensionem vocatos, Foedus quodlibet extendi.

Resp: ex *num. 139.* & seqq. <sup>157</sup> materiali, quæ respicit defensionem ex Foederè, ob speciales circumstantias non semper favorablem esse; præsertim verò quoad extensionem ad socios futuros: ad hos enim Foedus porrigitur; & novam obligationem cum iis, quibuscum nedum aliquod commercium, sed nec cognitio forsitan intercesserat, inducere, planè odiosum est. Nihil dicendō, quod ruptio <sup>158</sup> Foederis, quæ in opinione contraria evenire dicitur, si socius post primum Foedus, alterò sociò ignorante, receptor ab eo offendatur, pariter odiosa & perniciosa sit.

Casus alias est. Ponamus, Gallos <sup>159</sup> cum Anglorum Rege Foedus pepigisse; postea Regi Anglorum, e Regni finibus expulso, tyrannum vi substitutum

tutum fuisse; eritne Foedus Anglorum ad tyrannum extensum?

Responsio negativa jam ex num. 69. colligitur; tamque sufficiunt Grotius d. cap. 16. §. 17. Pufendorf de J. N. lib. 8. cap. 9. §. 9. infra. D. Stoff de Ma-

160jef. cap. 5. §. 79. Ratio est: partim quia qualitates in Foederibus, puta quod Foedus sit initum cum Rege & eius Successoribus notant jus propriè dictum; non nudam usurpationem; seu tales, qui justo titulo Regnum acquisiverunt, non qui injustâ vi nituntur: partim quia Foederis extensio non datur ad casum, quod Foederis executio redditur impia: adeoque sociorum Foedus ad tyrannum non extenditur.

161 Manet potius Foedus, cum vero & legitimo Rege contractum; nec solvitur ex eo, quod possessionem violenter amiserit: cum ius Regni persistat intactum. Grotius d. cap. §. 18. Muelen ibid. in Comment.

Casus tertius est. Foedus initur à 162 Cæsare cum Hispanis contra Turcas. Exoritur bellum Cæsari cum Gallis; eritne Hispanus obligatus ad ferenda auxilia Cæsari, contra Gallos militanti?

Resp. negativè. Ratio est: quia obligatio, in unam causam determinatam contracta, vi conventionis ad aliam, de qua nil expressum est, ampliari nequit: nec enim obligationes quoad extensionem ad novam causam multiplicari, sed, cum odiosæ sint, coarctari debent. Ut nihil dicam, 163 interpretationem extensivam in Foederibus non procedere, nisi expressa sit causa generalis, unica, & adæquata, ex qua non ambigüè constet, voluisse contrahentes se etiam in casu simili obligare: cum propositum in mente nihil operetur, si in actum externum non exeat. Textor in *Synopsi* cap. 24. num. 27.

### S. III.

## De Executione & Cognitione Foederis.

164 F oederis interpretationem comittatur aut consequitur executio, seu actualis præstatio eorum, quæ hinc inde conventa sunt, quoad substantiam, modum, locum, & tem-

165 pus. Siverò de tempore nihil in Foedere expressum fuerit, nonnunquam dubitari potest, quandónam præstari debeat auxilium, quod promissum erat? Enimverò si quis socio sponderit, se in casu, quod petetur bellò, armis & pecuniis ei adstiturum, dubium est, non inane, utrum armavel pecuniæ statim sint præstanda, postquam promissori innotuit, socio bellum actu denuntiatum, aut ipsum ab hostibus jamjam circumfusum esse; an verò exspectanda sit admonitio?

166 Et quidem, spectandò privati Juris principia, pro utraque contradictionis parte se offert ratio. Pro prima: quod in omnibus obligationibus, quibus nulla dies aut conditio adjicitur, debitum mox sit efficax; consequenter auxilium, in casum belli promissum, illicò ac bellum socio denuntia-

tum aut illatum esse dignoscitur; præstari debeat. Pro altera: quia ex 167 iisdem principiis etiam in obligationibus puris ac determinatis ad hoc, ut actu præstetur res debita, opus est interpellatione creditoris; isque, qui neque à die neque ab homine interpellatur, in mora esse non censetur. Et hæc ratio posterior apud me præ- 168 valet anteriori: nam, et si socius socio, bellum habenti, sit obligatus, armis aut pecuniis subvenire; quia tamen, ubi de tempore subveniendi nihil conventum est, incertus manet, quoniam tempore vel loco fidem suam liberare debeat, non injustè exspectat, usque dum ab altero socio de tempore & loco, quorsum & quando desiderata auxilia sint mittenda, moveatur.

Quodsi de Foederum obligatione, 169 interpretatione, vel executione his oriatur, tunc cùndum est vel ad conventionem reliquorum sociorum, si qui sint, quos articulus litigiosus non tangit, veluti Graecos, Latinos veteres,

Y y y

&

& Germanos olim fecisse, narrat. Grotius lib. 1. cap. 3. §. 21. num. 6. aut provocandum ad arbitros, de quibus in cap. anteced. à num. 342. aut ab ipsis met litigantibus per Legatos res ad æqualitatem reducenda; aut denique à Principe Foederis, tanquam arbitro communi, cognitio requirenda est. 170 Quod ultimum medium valde usitatum apparet in Foedere inæquali: cùm in eo plerumque conveniri soleat, ut controversiæ disceptentur apud eum, qui Superior est in Foedere. Grotius 171 d. num. 6. Licet, ut idem in num. 8. & 9. pulchrè ostendit, ex hac cognitione Summum Imperium ex parte illius, de

cujus persona fit cognitio, non destruatur: cùm etiam Reges apud Juges, à se constitutos, judiciò contèndere soleant. Respiciantur dicta in lib. 3. cap. 4. num. 19. Fåtetur tamen 172 Grotius in num. 10. ad normam cautele, à nobis in num. 33. Et seqq. positæ, accidere plerumque, ut, qui Superior est in Foedere, si is potentia multum antecellat, paulatim Imperium propriè dictum usurpet; præsertim si Foedus perpetuum sit, & cum jure præsidia inducendi in oppida. Quamobrem ejusmodi Foedus precaria seu libertas seu servitus à Prudentibus appellatum est.

## SECTIO IV.

### De Contrariis Foederum.

#### SUMMARIÆ.

173. Contraria Foederibus est renuntiatio. 174. Potest fieri non obstante juramentō. 175. An unus Foederi possit renuntiare, invito altero? 176. Admititur in Foedere personali. 177. & seqq. Dammodo causa gravis suffragetur. 180. Foedus reale est fortius personali. 181. Exemplum Romanorum. 182. In Foedere bellicæ unus socius non potest altero invito vel ignorante pacem inire. 183. Esi persape contrarium fias. 184. Uti nec adversario auxilia submittere permittitur. 185. & seq. Si plures fuerint socii, majoris partis consensus non offici minori parti in Foederis dissolutione. 187. & seq. Si conditio, Foederis adjecta, non servetur, licet à societate recedere. 189. Idem est, si quis impediatur frui aliquò commodò, vi Foederis concessio. 190. Supposito, quod agatur de re gravi. 191. & seq. Non est licetum, Foedus ex parte ducentaxat servare velle. 193. Nisi specialiter ita convenienter. 194. & seqq. Foedus quin renuntiatio solvitur in favorem alterius Confœderasi, non renuntiantis. 196. Foedus rum-

- pitur, esto unus ex sociis illud observare non posse. 197. Sed tantum in gratiam alterius. 198. Qui tamen panam exigere non vales. 199. Lapsus temporis expirat Foedus, tempori allatum. 200. & seqq. Nec requiritur aliqua renuntiatio. 203. & seq. Alteri subsequentes, quin nullam aliam, quam renovasi Foederis interpretationem prabent, juxta aliquas Foedus non renovant. 204. Alii contrarium sustinent. 205. Foedus tacite renovatum est diversum à priori. 206. Censeatur tamen iisdem regulis constare. 207. Foedus, ante lapsum termini renovatum, manet idem. 208. Finito negotiò, cuius gratia Foedus coactus, Foedus cessat. 209. Cessat etiam Foedus personale per mortem naturalem. 210. & seq. Neceſſe verò est, ut omnes socii moriantur. 212. Praeterquam si, qui moriens est, sit præcipuus. 213. In Foedero reali mors nihil immutat. 214. Cessat etiam per mortem civilem. 215. Quòd non pertinet manutatio forma Reipublicæ. 216. & seq. Nisi circumstantia aliud suadant. 218. Cessat denique per non-usum.

#### §. I.

### De Foederum Renuntiatione.

173. **C**ontraria Foederum sunt variæ. Primò loco ponitur renuntiatio, quæ, si mutua sit, ac omnium Foederatorum consensu approbata, dissolvit Foedus, ex illo non solum Civili sed & Naturali dogmate, quòd ex iisdem causis aliquid dissolvatur, ex quibus colliga-

tum erat; non obstante, si quod ac- 174 cesserit, juramentō: hoc namque sequitur naturam actus, cui apponitur; imò tacitam habet insertam sibi conditionem, quòd eosque tantum obstringat animam, quo usque compasciens, aut aliis, in cuius gratiam juratum est, juri suo non renuntiaverit.

Fran-

Franciscus Ignatius de Wollerens s̄epe cit. quest. Salisburg. de Foederib. num. 80.  
 175 Verūm, si renuntiatio tantūm sit unilateralis, nec communi consensu singulorum Foederatorum approbata; res longioris indaginis est, an & quando societas censeatur esse dissoluta?  
 Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 25. à num. 5. hanc quæstionem præ aliis pertractat, cuius vestigiis insistendō sic luet discurrere. Aut Foedus est  
 176 personale, aut reale. Foedus personale dissolvitur renuntiatione, seorsim ab uno ex sociis factā, si nihil aliud inter socios conventum fuerit; quia socio liberum est, à Foedere recessum facere, ubi non constat, quod ad tempus determinatum aut in perpetuum  
 177 velit in Foedere persistere. Ne tamen hæc renuntiatio dicatur interpestiva vel fraudulenta, sicutque insufficiens ad Foedus dissolvendum; oportet adesse renuntiandi causam, non qualemcumque vel levem (cætero-quin enim contra num. 130. Foedus prohibitu unius dissolvi posset) sed rationabilem ac gravem, puta quod res in eum devenerit statum, ut socii longior in Foedere persistentia sociis cæteris parum aut nihil conducat; renuntianti verò non modicum afferat  
 178 damnum: finis siquidem contractæ societatis est communis utilitas, mutuō concursu & auxiliō stabilienda; qui finis cessat in illis circumstantiis, in quibus uni socio nocivum est, stare in societate, alteri verò neutquam præjudicium, alterum à communione  
 179 dimittere. Et certè, si liceat socio ex dictis in n. 132. condicta subsidia negare, quando ipsem gravi premitur necessitate: cur illicitum sit, à societe abire, quando propria stringit necessitas, & nemini fit injuria? Quod uni prodest, & alteri non nocet, hoc, æquitate Naturali suggestente, facendum est, ut innuit JCtus in l. i. §. 11. l. 2. §. 5. ff. de *Aqua & aquæ plur. arc.*  
 180 Foedus reale fortius est personali, neque unius duntaxat voluntate solubile: cum enim perpetuum censeatur, non tantum obligat ad tempus, aut tamdiu, quāmdiu uni nocet, & alteri non prodest, sed durat in omni tempore, circumstantia, & casu: cætero-

quin perpetuitas vix aliquando habetur, si prætextu novæ causæ vel mutatæ circumstantiæ licet à Foedere recedere. Et in hoc sensu laudatos existimo à Vocabula apud Tacit. in *Orat. ad milit. seditiones.* veteres Romanorum socios, quod agros vastari, urbes exscindi, & omnia extrema maluerint perpeti, quām à Foedere desciscere.

Deduco exinde duo corollaria. 181 Primum est, in Foedere bellico nefas esse, particularem cum hoste pacem, invito altero socio aut ignorantie, concludere: nam fidei, in Foedere datæ, repugnat, quidquid tendit ad Foederis destructionem: Foedus autem bellum non magis destruitur, ac si communis hostis in amicum recipiatur, & loco belli, hucusque contra ipsum intentati, pax ineat. Et quamvis 182 non uno constet exemplō, persæpe à Confoederatis pacem particularem fieri; quia tamen, ut ait citatus Textor num. 10. non omnia exempla ad Jus referenda sunt, sed ad factum; nihil exinde concluditur. Tuitius nihilominus erit, ut in Foedere bellico specialiter exprimatur, non licere uni ex sociis absque cæterorum assensu pacem cum hoste pangere. Alterum 183 est, stante bellico Foedere, sociis prohibutum esse, vires aut viros hosti submittere: quandoquidem inter se combinari nequeunt, amicum esse amico, eique defensionem contrainemicum promittere, & tamen inimico vires aut viros submittere, quibus amicus aut impugnetur, aut, si ipse pugnaverit, retundatur. Non solum isti socii, ajunt Corinthii ad Athenienses apud Thucydid. sed nobis etiam pro Foederibus hostes eritis: necesse erit enim, si armaferatis inter Corcyreos, vos opprimi cum eis. Sed

Disceptatur adhuc 1. an, si plures 184 sint socii, & major pars in dissolutiōnem Foederis consentiat, Foederi renuntiatum esse censeatur?

Resp. negativè. Textor d. cap. 25. n. 2. Ratio est: quia, dum agitur de jure 185 singulorum, cuius generis est dissolutio Foederis, major pars non præjudicat minori, sed valet potius regula, quod in re communi melior si conditio prohibentis.

Y y y 2

Disce-

187 Disceptatur II. an, si qua conditio societati fuerit adscripta, sed non impleta, licitum sit, renuntiare societati?

Resp. affirmativè. Gentilis *de Jure Belli lib. 3. cap. 24.* Ratio est: quia in reliquis etiam conventionibus, ubi conditio adjecta non impletur, licitum est, à conventis recedere: cùm obligatio conditionata, cessante conditione, evanescat. Quod ipsum eòdem Authore procedit, si quis impediatur frui aliquò commodò, cuius intuitu Fœdus conciliatum erat: cùm cessante causâ finali societatis, cesseret ejusdem effectus & obligatio. Ita tamen hoc & illud, ab eodem Authore pronuntiatum, locum obtinet, si agatur de materia gravi & momentosa: nam ob rem levem à magno contractu discedere, ignominiosum & propudosum est. Motiva levia nunquam non occurunt; vix ergo contractus haberent firmitudinem, si propter rem levidensem eversionis periculo subjacerent.

191 Disceptatur III. an concessum sit, Fœderi pro parte renuntiare, & demptō uno vel alterō capitulō, cætera servare?

Resp. negativè. Grot. *lib. 2. cap. 15. S. 15.* Gentil. *d. cap. 24.* Textor *d. cap. 25. num. 24.* Ratio est: tum quia omnia capitula inter se nexus & vinculum habent, nec unum rumpi vel separari potest, alterō remanente intacto: tum quia contractus quilibet censetur individuus, ut pro parte impleri, & pro parte non impleri non possit. Dissentit Cramer. *de Jure Gent. concl. 52.* Valebit tamen conventio, ut, licet in uno capitulo Fœderi non fuerit satisfactum, reliqua nihiloseciūs inviolata observentur; sed ita, ut parti non satisfaciēti non possit imputari aliqua

noxa, & pars innoceñs non obligetur præstare, quod capitulo neglecto correspondebat. Pufendorf *lib. 8. cap. 9. §. 11.*

Disceptatur IV. an Fœdus unius re- 194 nuntiatione & contraventione, illicitè facta, solvatur ex parte illius faltem, qui in renuntiationem aut contraventionem non consentit?

Resp. contra citatum Cramerum, solvi catenùs, ut non - consentiens possit vel recedere, vel urgere Fœdus, & poenam conventionalem, si quæ fortè adjecta fuerit, exigere: quippe 195 cùm Fœdus non minùs tunc rumpi dicatur, quām pax, de qualius actua est in *cap. priori à n. 182.* ideóque liberum sit parti innocentì, fidem frangere parti, fidem anteà frangent; vel contractui societatis ulterius insistere. Textor *d. cap. 25. num. 13.*

Disceptatur V. an, si unus ex sociis 196 necessitate quādam impediatur, quo minùs articulos Fœderis observare valeat, Fœdus explicatā mox ratione rumpatur, seu solvatur ex parte alterius?

Resp. Fœdus rumpi & solvi stricto jure, ita ut Fœderatus alter, cui promissa non præstantur, à Fœdere liberetur: quia in Confœderatione magis ad opus & auxilium actuale, quām ad voluntatem respici solet. Potest 197 tamen, cui fides non servatur, si velit, insistere Fœderi, & petere, ut, sublatā necessitate, fides impleatur: cùm impotentia, quæ solummodo temporalis est, obligationem non perimat, sed in tempus habile duntaxat suspendat. Etsi jus exigendi poenam, 198 in Fœderis transgressores adjectam, vel idèo non stringat, quòd poena sine culpa, quam excusat necessitas, non debeatur. Conferatur Gentil. *d. lib. 3. cap. 24.*

## §. II.

### *De Lapsu Temporis, in Fœdere præfixi.*

199 Inter contraria Fœderis secundò loco recensetur lapsus temporis, pro ejus duratione præfixi. Grot. *lib. 2. cap. 15. §. 14.* Ideò namque certum

tempus adjectum creditur, ut daretur intelligi, post illius consummationem consummari Fœderis obligationem. Nec opus est expressā aliquā renuntia- 200 tionis.

tione, quasi, è non facta, Fœdus tacitè renovatum videatur: tum quia dies interpellat pro homine, & obligationem, ipsò factò jam extinctam, <sup>201</sup> ta citè pronuntiat: tum quia præsumptionem tacitæ renovationis excludit præsumptio contraria pro libertate, quam nemo in dubio noviter onerare voluisse censemur. Muelen ad Grot. d.l. <sup>202</sup> Pufendorf d. lib. 8. cap. 9. §. II. juxta quem Authorem actus, qui finitò tempore exercentur, judicium benevolentiae magis quam renovati Fœderis subministrant: cum simplex amicitia etiam post Fœdus solutum persistat.

<sup>203</sup> Excipiuntur à Grotio d.l. & Kulpisio ad Grot. exercitat. 7. §. 4. actus illi, qui nullam aliam interpretationem, quam renovati Fœderis, recipiunt. Sed cit. Muelen, & Nicolaus Hertius in not. ad Pufendorf d. loc. lit. a. vehementer dubitant, an præter expressam renovationem ejusmodi actus fingi possint, ex quibus Fœdus tacitè <sup>203</sup> renovatum conjiciatur: oportet enim, hujusmodi indicia esse manifesta, propterè quod temporis mutatio aliquando Fœderis continuationem ad modum alterutri Fœderatorum damnosam efficere posset, præsertim si ad tantundem temporis renovatum censi seri debeat, quantum fuit illud, quod <sup>204</sup> elapsum. Textor verò in *Synopsi* sæpe cit. cap. 25. n. 17. ac Vitr. ad Grot. d.l. q. II. probant, animum renovandi Fœderis etiam ex actibus seu facto declarari posse: nam si quis, elapsò jam Fœderis termino, auxilium à socio vi Fœderis postulet, isque, non ignarus,

finiti temporis, idem præster, vix aliam inde conjecturam licebit capere, nisi quod partes ipsa auxiliū petitione & concessionē voluntatem in Fœdere permanendi indicare voluerint. Erit <sup>205</sup> tamen Fœdus, ita renovatum, à priori, utpote jam extincto, & in nihilum redacto, diversum & distinctum; &, si v.g. illud ad quinquennium fuerit conventum, &, quinquenniō præteritō, per triennium promissa antehac auxilia non amplius sint præstata, nihil ulteriorū præstandum aut supplendum est, licet post triennium Fœdus illud renovetur. Textor d.l. num. 18. Ni- <sup>206</sup> hilominus Fœdus renovatum censabitur iisdem regulis & capitulis constare, quibus constabat primum, si aliud inter partes noviter convenitum non appareat: nam plerumque actus subsequentes præsumuntur exerceri in conformitatem antecedentium, atque ab iis mensuram & normam accipere. Textor ibid. num. 19.

Quodsi Fœdus, antequam elabatur <sup>207</sup> terminus, expressè renovetur à Fœderatis, non tam renovatum quam extensum, idemque cum priori reputari debet: quippe cum illud nunquam actu cessaverit; &, cum cessare debuisset, novò pacto stabilitum, & extensum fuerit. Idem ibid. num. 20.

Interdum Fœderi tempus non ex- <sup>208</sup> presè sed tacitè adjicitur, nempe si Fœdus ob certum negotium v.g. bellum Turicum, hic & nunc instans, ineatur: censetur siquidem Fœdus eousque durare, usquedum, confessò bellò, tempora pacifica redierint. D. de Wolleren de Fœderib. num. 18.

### S. III.

## De Morte Fœderatorum, & Fœderis non-usu.

<sup>209</sup> Tertiò loco Fœderis contrariam referimus mortem Fœderatorum tum naturalem, tum civilem. De morte naturali in Fœdere personali res admodum plana est: quia, sicuti societas privata nititur speciali affectu & confidentiā erga socios in individuo, & cum iis extinguitur; ita & <sup>210</sup> societas publica: præterquam quod

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

etiam unius socii morte dismembratur societas inter privatos juxta l. actionem §. 9. ff. pro Socio. inter Gentes autem & personas publicas omnium mors desiderari videatur, dum etiam unus ex sociis superstes auxilium conferre, & ad finem, cuius gratiā Fœdus coaluit, cooperari valet. Qua de <sup>211</sup> causa Hadriani Sexti Pontificis morte

Z z z

Vene-

- Venetos & alios Foederatos à Foedere non liberatos fuisse, ex quo Carolus V. Imperator poenam conventionalem, ob non servata ejus Foederis capita, exigere non dubitavit, ad-  
 212 struit Textor in *cit. cap. 25. num. 23.* li-  
 mitans assertum in casu, quô mortuus fuerit, cuius præcipua in Foedere ope-  
 ra & cura fuit arg. l. adeo in *pr. ff. pro Soc.*  
 213 E diverso in Foedere reali mors natu-  
 ralis omnia relinquit in statu pristino:  
 cùm ea de causa ad Successores aut  
 hæredes porrigatur, ut solutio per  
 mortem, quâ cæteroquin pleraque ex  
 rebus mortalibus solvuntur, exclusa  
 intelligatur.  
 214 Mors civilis intervenit, & solvit Fœ-  
 dus, si status publicus ex parte Foede-  
 ratorum immutetur, puta si jure belli  
 Respublica aut Regnum ab hoste sub-  
 jugetur: nam mutatur tunc subje-  
 ctum commune Foederis, mutatur  
 ratio & conditio prioris statûs & con-  
 ditionis, nec Fœdus in hostem hōc  
 ipsô, quod amicus non sit, transfun-  
 ditur. Aliud obtinet, si consensu  
 Regis Regnum in formam Reipubli-  
 cæ, vel à contrario Respublika sciens  
 & volens in Monarchiam converta-  
 tur: status enim publicus, utut alter-  
 ratus, manentibûs iisdem personis cō-  
 demique Corpore veteres quoque ob-  
 ligationes retinet: eò quod contra-  
 etus principaliter cum Corpore Politi-  
 co, qualecumque sit, & qualemcum-  
 que formam habeat, conclusus esse  
 præsumatur. Pufendorf *lib. 8. cap. 9,*  
*§. 6.* Textor *d. l. n. 25.* & *26.* de Wol-  
 216 leren *cit. l. num. II.* Sed hoc regula-

riter procedit: quia, ut bene differunt duo posteriores Authores, possunt interdum tales esse Foederis circumstan-  
 tiæ, & Foederatorum intentiones, ut  
 nollent se unire & sociare alicui Cor-  
 pori, incommodâ sibi Regiminis for-  
 mâ utenti; sicque, qui contrahunt  
 cum Monarcha, non vellent contra-  
 etum continuare cum Populo aut  
 Optimatibus: tunc enim pactio non  
 deberet operari ultra mentem &  
 intentionem paciscentium. In exem-  
 217 plum adduci potest, quod observat  
 Nicolaus Hertius in *not. ad Pufendorf*  
*d. §. 6. lit. a. de Sabinis*, qui, Tarqui-  
 niô superbô à Romanis expulsô, &  
 Principatu ac Regiô Imperiô in Rem-  
 publicam Popularem commutatô,  
 negabant, Foedera, cùm Tarquinio  
 inita, durare, aut Romanis prodesse  
 apud Dyonis. Halicarnass. *lib. 5. Roman.*  
*Orig.* Quod & Hernici causabantur  
 apud eundem *lib. 8.* negantes, *Fœdus*  
*usquam sibi ullum intercessisse cum Populo Ro-  
 mano:* *quod autem cum Tarquinio sit, fini-  
 tum esse, Imperiô ei ademptô, eoque mortuô*  
*in exilio.*

Pro contrariis Foederum ultimô 218  
 locô non usum colloco, quando sci-  
 licet Foederatus diuturnô tempore  
 non præsttit auxilia promissa, licet  
 tempus & occasio præstationem exe-  
 gerit: tunc enim, si alter Foederatus,  
 cui auxilia fuissent exhibenda, tacue-  
 rit, ex lapsu temporis longioris (etiam  
 non immemorialis) consurgit præ-  
 sumptio, Fœdus ex tacito Foederato-  
 rum assensu fuisse resolutum. Textor  
*cit. l. num. 21.*

## S E C T I O V.

### De Sponsionibus.

#### S U M M A R I A.

219. *Sponsionis definitio, à Grotto adornata.* 220.  
 Aliter proposita à Vitrario. 221. *Est conven-  
 tio publica.* 222. *Qua à Ministris Summa Po-  
 testatis initur sine mandato.* 223. *Circa negoti-  
 tum, ad eandem spectans.* 224. *Sponsionum  
 multiplex species.* 225. & seq. *Summa Potestas  
 ex tali sponsione non obligatur.* 227. & seq. *Ex  
 aequitate ratione interdum obligatur, si ex necessi-  
 tate sit facta.* 229. *Explicatur Sponsio Cau-  
 diana.* 230. *Sponsio, sub expressa conditione  
 secundare ratificationis facta, non convalescit ex*

- silentio Summa Potestatis.* 231. *Convalescit  
 autem, si simpliciter sit facta, & actus aliqui  
 accelerint.* 232. *Qui aliam interpretationem  
 quam tacita ratificationis habet ferunt.* 233. *Sponsores obligantur ex sua Sponsione.* 234. *Nisi  
 necessitate extorta, vel sub conditione fuerit inita.* 235. *Vtiam obligare Sponsoribus non licet.* 236. *Eti si pro qualitate delitti etiam capite paniri va-  
 loant.* 237. *Adducitur exemplum de Clodio.* 238. *Agitur de obligatione eorum, qui Sponso-  
 ribus aliquid promittunt.*

## S. I.

## Quid &amp; quotplex sit Sponsio?

**A**ffinis Foederibus est *Sponsio*, à Grotio sub una rubrica in lib. 2. cap. 15. quod inscribitur de *Foederibus ac Sponsionibus* tractata, & in §. 3. num. 1. ita descripta: *Sponsio* autem est, ubi hi, qui à Potestate Summa mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, quod illam propriè tangit. Quam descriptionem aliis verbis effert Vitriarius ad Grot. d. l. quest. 13. dicendò: *Sponsio* est conventio publica, quæ à Ministro Summae Potestatis circa negotium, ad eandem spectans, sine ipsius mandato initur.

**Dicitur I.** quodd sit conventio publica: tendit siquidem ad finem & commodum publicum; habet pro materia negotium publicum; interponitur à persona, saltem secundum quid publicâ, prout statim audiemus: adeoque *Sponsio* rectè publica appellatur.

**Dicitur II.** que à Ministro Summae Potestatis initur sine ipsius mandato. Ubi certitum est discriben inter Foedera similesque conventiones publicas, & sponsiones: nam illæ fiunt à Summa Po-

testate, vel ab alio ex ejus mandato: hæ fiunt à Ministris Summae Potestatis v. g. Belli - Ducibus absque illius jussu & imperio. Brunnemann de *Pace Polit. diff. 4. tb. 5.* Becman *ibid. lit. a.*

**Dicitur III.** circa negotium, ad eandem spectans. Nam promissio, quæ versatur circa negotium privatum, huc non pertinet, ubi de conventionibus, quæ Summam Potestatem respectu exterorum afficiunt, agimus; quin neque promissio, quâ factum proprium, cæteroquin publicum, puta inducias breves vel de - aut abductionem copiarum Dux pollicetur, est hujus loci. Becman ad Brunnem. cit. l. tb. 3. lit. c.

Sponsionum tot species constitui posse, quot sunt species Foederum, dum à Foederibus distant solâ personarum facientium potestate, sentit Grot. d. l. §. 16. n. 1. Addo ego, Sponsionum species multiplicari juxta species conventionum publicarum, ad Summas Potestates spectantium: cum etiam pax aut inducias v. g. Sponsionum sint materia. Brunn. de *Pace Polit. d. diff. 4. th. 2.*

## S. II.

## An Summa Potestas ex Sponsione obligetur?

**S**ummam Potestatem ex *Sponsione*, quam neque ratihabuit, neque ex ea locupletior evasit, non obligari, communis & certa nostrisque fundamentis, in lib. 3. cap. 5. n. 49. positis, concors est sententia: cum enim privatus privatum obligare nequeat absque mandato; absurdum & insipidum foret, dicere, Summam Potestatem ex facto subditorum absque mandato obstringi. Hinc rectè Postumius occasione Sponsionis Caudianæ, quâ Romani pacem à Samnitibus sub duris conditionibus accepterant, apud Livium dec. 1. lib. 9. cap. 7. negat, injussu Populi Romani quidquam sanciri posse, quod Romulum teneat: quid-

enim, inquiens, vobiscum Patres Conscripti, quidcum Populo Romano actum est; quis vos appellare potest? Hosti enim nihil spondistis: civem neminem spondere pro vobis jussistis: nihil ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandatis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Grotius d. cap. 15. §. 16. num. 1. & libr. 3. cap. 22. §. 3.

An verò Summa Potestas non obligatur, saltem ex æquitate Sponsionem, injussu suò factam, ratihabere? Alia est quæstio, in qua, si *Sponsio* sit facta in talibus circumstantiis, ut planè Minister Summae Potestatis ob urgentem necessitatem ita pacisci, ac minus malum præ majori eligere sit coactus,

Zzzz 2

op.

opinor, Summam Potestatem ad ratificationem teneri. Cum enim in simili contingentia ipsem et Supremus Princeps, si corporaliter adfuisset, pro Reipublicæ salute debuisse malum gravius declinare, adeoque per Sponsionem levius damnum concedere, æquum est, ut absens approbet, quod ab aliis bonâ fide pro Reipublicæ utilitate gestum est. Atque hoc ex capite Pufendorf *libr. 8. cap. 9. §. 12.* & Muelen ad Grot. *d. cap. 16.* sentiunt, Sponsionem Caudianam, quæ totus exercitus, flos & robur militum, totque civium millia fuere servata, à Populo Romano, si rem ex æquo & bono estimare velimus, approbari debuisse.

*a 230* Quæstionem huic vicinam propo- nit Grotius *d. cap. 15. §. 17. num. 1.* an Sponsio Summam Potestatem obliget ex notitia & silentio, si nempe Sponsionem factam resciat, nec tamen con-

tradicat? Distinguit ille, an purè sit facta Sponsio, an sub conditione, si rata haberetur à Summa Potestate. Posteriore casu conditio impleri, & ratificatione sequi debet: alioquin, deficiente conditione, Sponsio corruit. Priore casu ulterius videndum, an præter silentium res aliqua aut factum accesserit, nec ne. Nam, ubi res aut factum non intercedit, nudum silentium conjecturam haud probabilem de ratihabendi voluntate suppeditat: nec enim, qui tacet, semper aut statim consentit. Becman ad Brunnem. *cit. dissert. 4. tb. 7. lit. a.* Sed, si actus aliqui accesserint, qui ad aliam causam, quam approbationem Sponsionis probabiliter referri nequeant, nempe si Sponsione facta de Foederibus Summa Potestas actu jam misisset auxilia, tum Sponsio esse ratihabita recte intelligitur; qualē Sponsionem, cum Gaditanis conventam, probat Cicero pro Balbo.

### S. III.

#### *Ad quid teneantur Sponsores?*

*a 233* Sponsio Sponsorem obligat ad id faciendum, quod potest, nimirum ut Regi vel Reipublicæ persuadeat ratificationem & præstacionem eorum, quæ gessit: cum, qui factum alienum spondet, omnem operam impendere teneatur, ut illud in effectum deveniat. Brunnem. *d. dissert. tb. 8.* Becman *ibid. lit. a.* Quòd si Sponsio à Rege vel Republica repudietur, Sponsores obligantur sua bona, si quæ habeant, cedere ad compensandum damnum, quod patitur alter, qui fidem eorum secutus est; &c., si bona non habeant, aut ista non sufficient, hosti in servitutem traduntur. Grot. *d. cap. 15. §. 16. n. 4.* ad imitationem Postumii, qui suō & ceterorum Sponsionis Authorum nomine in Senatu Romano, *Samnitibus*, inquietabat, *Sponsores sumus, reisatis locupletes, in id, quod nostrum est, in id, quod præstare possumus, corpora nostra & animos, in hac seviant, in hac ferum, in hac iras acuant.* Livius *d. dec. 1. lib. 9. cap. 7.* Id quod intelligendum esse, existimo de casu, quō Sponsio

vel sinè necessitate, vel sinè conditione ratificationis interposita fuit: nam ubi vel necessitas ad spondendum impellit, vel conditio de ratihabendo adjicitur, Sponsio est innocua, & ab omni onere libera. Grotius *lib. 3. cap. 22. §. 12.*

Erat quidem, referente Grotiō *d. l. 235 n. 3.* communis aliquando tententia, à Sponsore etiam vitam validè obstringi posse: sed jam supra in *lit. a. cap. 3. a. n. 56.* ostendimus, homini tantam in vitam suam non esse licentiam, ut eam quāvis ratione possit obligare. Hinc ultra servitutem, & quidem temperatiorem, qualis usitatur inter Christianos, Sponsor non tenetur. Quamquam, si temerè quis ea, quæ spectant ad Summam Potestatem, cum dispensatio Reipublicæ spopondisset, Summa Potestati vetitum non sit, pro qualitate delicti poenam capit in Sponsores, sicut in alios maleficos, decerneret: quòd forsitan, ut ex Valerio Max. *lib. 6. cap. 3.* refert Becman ad Brunn: *d. dissert. 4. tb. 8. sub lit. b.* referetur poena Clodii, quem Senatus Romanus, quia

quia turpem cum Corsis pacem fecerat, dedidit, & posteā, dum ab hostiis deditio acceptata non fuit, in custodia necari iussit.

238 Quæres: an, qui Sponsori fidem obligat, sua ex parte fidem exsolvere teneatur?

Becman cit. l. tb. 4. lit. c. affirmat. Cujus ratio assignari potest, quod, cum Sponsorem sibi obligatum habeat ex num. 233. & ipse obligatus esse debeat ad fidem, sine conditione vel limitatione datam, opere compleadem.

## C A P U T IV.

### De Jure Legatorum.

**B**elli, Pacis, Fœderum, & alia negotia, cum Civitatibus extraneis tractari solita, à Civitatibus, quæ Polyarchico Regimine gubernantur, per se ipsas vix expediri possunt; quoad alias verò, quæ Monarchicè pér Reges aut Principes reguntur, non quidem necessarium, conveniens tamen & expediens judicatur, ut magis per substitutos, quam ipsosmet Principales expedienda suscipiantur, veluti notatum dedimus cap. 2. n. 52. Usque Poëta, de Legato loquens, ita canit:

*Vox Regum, lingua salutis,*

*Fœderis orator, Pacis via, terminus Iræ,*

*Semen Amicitiae, Belli fuga, Litibus hostis.*

Rectâ igitur via, post Bellum, Pacem, ac Fœdera, ad Jura Summae Potestatis circa Legatos progredior.

## S E C T I O I.

### De Natura, Diversitate, & Origine Legatorum.

#### S U M M A R I A.

1. Legati: etymologia. 2. Synonymia. 3. Designatio. 4. Est Minister publicus. 5. A Summa Potestate. 6. Ad aliam similem destinarius. 7. Non autem ad personam inferiorem. 8. Ut negotiorum fibi demandatum expediat. 9. Legati destinantur vel ad negotia, in specie dicta. 10. Vel propter honorem. 11. Vel propter officium. 12. & seq. Agunt in nomine sui principalis. 14. Legati alii sunt maiores seu primi ordinis; alii minores & secundi ordinis. 15. Eorum diverse nomina. 16. Major difficultas circa priores quam posteriores. 17. Alii sunt ordinarii, alii extraordinarii. 18. Alii Simplices, alii Plenipotentiarii. 19. Alii temporales, alii perpetui.
20. Hoc aliqui exclaudunt à veris Legatis. 21. Adscribuntur ipsis. 22. In Statu Ecclesiastico dantur Legati à Latere. 23. Legati Missi. 14. Legati Nati. 25. & seq. Notatur Zieglerus, banc Legatorum distinctionem carpens. 28. Legatorum usus humano generi coarctatur. 29. & seq. Eorum tamen admissio & immunitas non descendit ex necessitate Juris Naturalis. 31. Sed verius ex Jure Gentium. 32. Afferantur in hac rem testimonia. 33. Sententia Pufendorfi exponitur. 34. Variarum sententia explicatur. 35. & seq. Responsio ad priorem. 37. Responsio ad posteriorē. 38. Judicium Taciti.

#### §. I.

### Quid sit Legatus?

Egatus, à legando dictus, non quod ab uno mittatur ad alterum, dum persæpe, qui jam in loco præsens est, in Legato sum assumitur; sed quia in alterius locum substituitur, & quasi legatur. Stephan. Cassius de Jure & Judice Legat. sect. priori num. 25. Dicitur aliò nomine.

**L** Egatus, à legando dictus, non quod ab uno mittatur ad alterum, dum persæpe, qui jam in loco præsens est, in Legato sum assumitur; sed quia in alterius locum substituitur, & quasi legatur. Stephan. Cassius de Jure & Judice Legat. sect. priori num. 25. Dicitur aliò nomine.

A a a á a

mine Orator, præsertim apud Latinos, uti constat ex l. 7. ff. ad L. Jul. de Vipubl. Licet etiam apud Germanos inveniatur, ut constat ex R. J. de anno 1566. §. und wiewohl unser Ora-  
tor &c. 35. R. J. de anno 1594. §. diez  
weil aber sc. 2. Germanicè Gesander  
oder Abgesander / Italicè Ambascia-  
dore, Gallicè Ambassadeur.

3 Describi potest, quod sit Minister publicus, à Summa Potestate ad aliam similem destinatus, ut negotium, sibi demandatum, nomine sui Principalis expeditat.

4 Dux I. *Minister publicus.* Cùm enim vices gerat personæ publicæ, & ipse publicas inter personas referatur, necessum est: quamobrem Legatus apud Livium se publicum Nuntium Populi Romani vocavit.

5 Dux II. à *Summa Potestate.* Pertinet siquidem facultas constituendi Legatos adjura Majestatis ex omnium confessione; sique declaravit olim Senatus Romanus apud Livium dec. 1. lib. 6. cap. 10. in fin. assertens, jus Legationis *externo*, id est, Populo libero aut Regi, non civi, id est, subdito comparatum esse. Grot. lib. 2. cap. 18. §. 2. num. 1.

6 Dux III. *ad aliam similem destinatus.* Nam & ille, ad quem Legatus mittitur, Summò Imperiò pollere debet, ut ostendit Cicero, quando ad impe- diendam missionem Legati ad Antonium dixit: *non cum Annibale res est, hoste Reipublicæ, sed cum civi;* & in Philippic. ait: *ad extraneos mitti Legationes:* & *cum civibus per Legatos agere, turpe*

7 & *absurdum esse.* Indeque, si Principes ad Status aut Civitates sibi subjectas quandoque ex suis Ministris aut Officialibus aliquos ablegent, illi non Legati sed Commissarii nuncupantur.

Dixi IV. *ut negotium sibi demandatum &c.* Negotia hæc, per Legatos expediri consueta, certâ regulâ comprehendendi non posse, advertit D. ab Andlern in Corp. Constit. Imperial. verb. *Gesander* num. 10. Ad tria autem genera ea refert ex Perezio in Cod. ad tit. de Legat. num. 2. nempe ad negotia in specie sic dicta, ad officia, & honores. Inter negotia recensetur Matrimonium, inter personas publicas, majorique dignitate conspicuas, celebrandum; Foedus, cum amicis jungendum; auxilium contra hostes petendum; pax, cum hoste componenda. Propter officium suscipitur Legatio, si mittens sit obligatus ad mittendum Legatum, ut Reges Hispaniarum ad Pontificem recens creatum ratione Regnum Siciliæ & Neapolis. Ob bonorem mittuntur Legati ad denuntiandum adventum Principis, susceptionem Regiminis, nativitatem prolis; ad gratulandum ob similem aut alium fortunatum eventum; ad condolendum ob mortem & alios casus adversos &c. Jamque olim Rex Babylonis Mero- dach pet Legatos de valetudine gratulatus esse legitur Ezechie Regi *Isaie* 39. vers. 1. & seqq. Et licet quoad hanc materiam non videatur esse aliqua necessitas, mittendi Legatos; id tamen omitti non debere, monet laudatus ab Andlern, ut mutua inter Principes & Republicas amicitia conservetur, Addatur Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 4. cap. 1. num. 16. & seqq.

Dixi V. *nomine sui Principalis expeditat.* Nam, quidquid agit Legatus, non propriò sed alienò nomine & mandatò agit; indeque, si quid aliud, quam sibi demandatum fuerit, gesserit, aut suò nomine contraxerit, vel conculserit, non ut Legatus sed pri- vatus reputatur.

## S. II.

### *Quotuplices sint Legati?*

8 Legatorum non una sed diversa est indoles. Nam primò alii sunt majores seu primi ordinis, qui charactere repræsentatiō Summæ

Potestatis, à qua mittuntur, fulgent; alii sunt minores seu secundi ordinis, qui, charactere repræsentatiō destituti, juris quidem potestate à priori bus

bus non differunt, specie tamen dignitatis quoad præcedentiam, honores, & cæfemonias distinguuntur. Vitriar. ad Grot. lib. 2. cap. 18. q. 2. Illi propriè loquendò veniunt nomine Legati, simpliciter enuntiatò, dicunturque alienò à Latinis vocabulò Ambassiatorès, vulgò Gesande; isti verius Ablegati vel Prolegati, germanicè Abgesandte / Gallicè Envoyes appellantur; etsi, teste Vitriariò *cit. loc.* hæc vocabula sæpe confundantur; & juxta Swederum in *Introduct. ad Jus Publ. part. spec. sect. 1. cap. 28. n. 2.* Legati & Ablegati in Receptibüs Imperii promiscuè sumantur.

Quia tamen quotidianus demonstrat usus, ob cæmonialē Legatorum tales subinde tricas oriri, quæ cum temporis sumptuum, & negotiorum dispendio quam longissimè protrahuntur: hinc censem plerique ex Politicis, negotia, præsertim ardua, vel dilationem non sufferentia; faciliùs, feliciùs, & velociùs per Legatos secundi quam primi ordinis confici. Nicolaus Hertius in *Element. Prud. Civil. part. 1. sect. 9. §. 7.*

Secundò alii sunt Legati ordinarii, alii extraordinarii. Ordinarii sunt, qui Summæ Potestatis negotia, communiter evenientia, in Aula externa subeunt. Extraordinarii, qui extra ordinem ad negotium aut officium aliquod particulare tractandum, v. g. ad matrimonium, ad applausum, ad aliquid nuntiandum &c. dimituntur.

Tertiò alii sunt Legati Simplices, qui mandatum simplex sine speciali clausula acceperunt; alii sunt Plenipotentiarii, qui mandatum speciale cum libera sunt consecuti. Hertius d. §. 7.

Quartò quidam Legati vocantur temporanei, quidam perpetui. Temporanei appellantur, qui ad certum tempus, vel usque ad exitum ac finem commissi negotii constituuntur. Perpetui nominantur, qui perpetuò Summæ Potestatis vires aut partes excipiuntur. Hos (quorum usum antiquis ignoratum fuisse, commemorat Grotius d. lib. 2. cap. 18. §. 3. num. 2. in fin.) alii interdum Ordinarios, Residentes, Statarios, Agentes, aut Consules vocant, veris autem Legatis agrè æquiparant: tum quia persæpe

nudum ministerium præstant, ac neque Summam Potestatem alii, neque alios Summæ Potestati obstringunt: tum quia non raro ejus loci, in quo degunt, cives aut subditi sunt, quos citra Principis sui consensum & patre solvi legibus, & Jurisdictione eximi non posse, manifestum est. Nihilo minus, si à Summa Potestate constituantur ut veri Legati, cum facultate illius negotia vicariò nomine gerendi, qualiacunque illa sint, commercia, aut res alias concernentia, non video, ex quo fundamento ex numero & prærogativis Legatorum, verè talium, eliminari debeant. Stephan. Cass. de Legat. Jure cit. sect. priori num. 37. Nec enim, ut docet Huberus de Jure Civit. lib. 3. sect. 4. cap. 2. num. 9. hodie stabilitas amicitia inter Populos diversos absque eorum ministerio coli posse videatur; etsi, cum ad exploranda aliorum consilia deputentur, non putet citat. Author, contra verum Jus Gentium peccatum Populum, qui ejusmodi Legatos non admittit.

His Legatorum differentiis, potissimum apud Reges, Respublicas, ac Principes Sæculares iusvenientibus, succedunt aliæ, apud Summos Principes Ecclesiasticos, seu Romanos Pontifices usitatæ. Nempe Legati, quos Sedes Apostolica mittit, triplicis sunt generis: Legati à Latere, id est Cardinales, quos, velut à Latere Pontificio, cui Romæ assident, abstractos, in provincias dimittit; Legati Missi, seu Nuntii Apostolici, quos, extra Collegium Cardinalium, è numero Prælatorum selecti, & Legationis causâ aliquo destinat; Legati Nati, quibus agnascitur Legationis dignitas & functio cum ipso munere, cui præponuntur, veluti Celsissimis nostris Archi-Episcopis Salisburgensis obtingit. Sed quia de his jamjam egi in loco proprio, puta in mea *Jurisprud. Canonico-Civil. to. I. lib. 1. tr. 5. cap. 4. à num. 41.* nil amplius commemoro. Id solum præterire nequeo, Casparum Ziegler de *Jurib. Majestat. lib. 1. cap. 32. §. 5.* ex familiari in Sedem Romanam odio adstruere, quod distinctiones suorum Legatorum Pontifici Romano, quatenus in territorio certo Summam tenet Majesta-

Aaaa a a 2

jestatem, non invideri possent, nisi eas intuitu Ecclesiae, cuius caput sese iactat, affectaret. *Enimvero Romanus Pontifex quæ talis totius Ecclesiae Caput est sine jactantia vel affectatione: quippe Vicarius Christi, à sole DEO constitutus; Pastor omnium ovlum, pretiosô Salvatoris nostri sanguine redemptarum; Judex omnium fidelium, à nemine mortalium in terris judicandus;* prout in lib. 3. cap. 1.

*per tot. ostensum & declaratum fuit. Hinc, tanquam Supremus Orbis Christiani quoad Spiritualia Princeps, Legatos suos juxta distinctionem, proximè declaratam, ad diversas Nationes & Regiones ablegat: quos, cum Augustissima & Serenissima Imperatorum & Regum Catholicorum Capita condecenti excipient honorem, homini privato, quisquis ille est, irreverenti calamô laceſſere non licet,*

## S. III.

*Ex quo Jure Legatorum Admissio & Securitas descendat?*

*Q*uod consuetudo, Legatos autem Internuntios seu procuratores ad negotia publica exhibendi, cum ipso genere humano inoleverit, inde manifestum apparet: quia negotium inter absentes geri, valde congruum est Naturali Rationali, ad societatem suâpte sponte inclinanti; id autem aliò modo, quàm missorum à nobis ministeriò, difficulter accidit. Speciōsè & nervosè Illustr. D. Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 4. cap. 2. num. 1.*

*Ut vero Legati ab eo, ad quem mittuntur, necessariò admittantur, aut plena securitate potiantur, Jus Naturæ non præcipit: tum quia ex Jure Naturæ liberum est hominibus, seu in libertate Naturali, seu in Societate Civili viventibus, velintne cum Gente extranea commercium aut societatem instituere, nec ne; ideoque Legatos, ad se missos, recipere non tenentur:*

*tum quia, si Legati delinquent in loco legationis, Jus Naturæ delinquentes non eximit à Jurisdictione & coercitione Summæ Potestatis, ibidem dominantis, sed magis exoptat, ut noxii & noxae, unde unde sint, plectantur.*

*Itaque verosimilius est, admissionem & securitatem Legatorum adscribendam esse Juri Gentium: utpote cum mutuam inter Gentes societatem & amicitiam, cuius respectu Jus Gentium invaluit, nihil aut securius patravit, aut firmius roboret, ac servet, quàm mutuum per Legatos commercium, vix aliter in usum deducendum,*

*ac si Legati simul admitti, & immunitate gaudere debeant. Grotius lib. 2. cap. 18. §. 1. & 3. Textor in Synopsi Jur. Gent. cap. 14. num. 2. & 3. Mueller ad Grot. d. l. Hinc de admissione Secun- nator Carthaginensis apud Livium dec. 3. lib. 1. cap. 3. contra Annibalem conqueritur: Legatos, ab sociis & pro sociis venientes, bonus Imperator vester in castra non admisit: Jus Gentium fustulit. De immunitate Legatorum notat Julius Cæsar de Bello Gall. lib. 3. hoc no- men apud omnes Nationes sanctum inviolatumque fuisse. Pomponius quoque in l. ult. ff. de Legationib. si quis, inquit, Legatum hostium pulsasset, contra Jus Gentium id comissum esse existimat, quia Sancti habentur Legati; & ideo, si, cum Legati apud nos essent Gentis alicuius, bellum cum eis indictum sit, responsum est, liberos eos manere, id enim Juri Gentium conve- niens esse.*

*Pufendorf lib. 2. cap. 3. §. 23. & Cra- merus de J. N. & G. conclus. 83. arbitrantur, ipsò Jure Naturæ Legatos esse inviolabiles, etiam apud hostem, siquidem speciem Legatorum, non speculatorum, præseferant, quàmdiu in eum, ad quem missi sunt, hostilia non moluntur: cum enim ejusmodi personæ sint necessariæ ad pacem conciliandam, servandam, aut arctius per foedera & pacta adstringendam, quam ipsum Jus Naturæ omnibū modis honestis amplecti jubet, utique & cavisse censetur idem Jus securitati persona- rum, sine quibus fuis, ab eodem præceptus,*

ceptus, obtineri nequit. Vitriar. ad Grot. d. lib. 2. cap. 18. q. 3. refert admissionem & immunitatem Legatorum ad illud Jus, ex quo est negotium, propter quod mittuntur; ut, si mittantur vel ad pacem, vel ad foedera propter pacem, sit Juris Naturalis, quod pacem imperat; si vero mittantur propter commercia, aut simile negotium, quod communem necessitatem & utilitatem inter omnes Gentes continet, tribuat Juri Gentium; sin mittantur ex civilitate vel amicitia, gratiandi vel condolendi gratiam, reducantur ad Jus Civile, seu potius voluntatem ejus, ad quem mittuntur.

35 Sed pace horum liberè dixerim, me ab opinione priori, jam olim in mea *Jurisprud. Canonico-Civ. to. 2. lib. 1. tr. 1. cap. 4. à num. 39.* defensâ, non dimoveri. Nam, quod attinet discursum Pufendorfii, ille non videtur stringere: tametsi enim Jus Naturæ tum societatem, tum pacem inter Gentes sociatas imperet, non tamen simpliciter opus est ministerio Legatorum: vel quia non est implicantia, quo minus ipsimet Reges aut Principes personaliter convenient; vel quia negoti-

tum pacis etiam per literas confici potest; vel quia per solam abstinentiam ab armis status bellicus in pacificum convertitur. Datō etiam, quod Legatorum interventio summè necessaria videatur ad pacem, attamen eorum immunitas exinde non concluditur esse necessaria: cum, ut dictum in n. 30. Legatus non sit missus ad delinquendum, sed ad sua conficienda negotia; eaque propter ex causa delicti securitate frui non debeat, nisi de Jure Gentium aliter invaluisse noscatur.

Eadem ferè responsio datur ad discussum Vitriarii. Nam hæc consequentia non apparet legitima: pax est necessaria de Jure Naturæ; ergo etiam Legatus: quandoquidem missio Legati neque medium est uniuersum ad pacem firmandam; neque necessario desiderat immunitatem illam, quam ex Jure Gentium voluntario derivatam esse, testimonia Prudentium in num. 32. convincunt. Quibus sub-38 jicio Tacitum, qui i. Annal. 42. 3. immunitatem Legatorum *hostium jus, sacra Legationis, & fœtus Gentium* vocat; & 3. Histor. 80. 4. *sacrum* etiam inter exterias Gentes Legatorum *jus nominat.*

## SECTIO II.

### De Personis, ad Legationem concurrentibus.

#### SUMMARIÆ.

39. Qui missione Legatos, debent habere Majestatem. 40. Quid de Regibus captiuis aut exilibus? Remissive. 41. Prior regnum in dubium vocatur. 42. Stabilitur & robordatur. 43. Legatis, ab alio quam Summo Principe rite dismissis, debetur admissio & immunitas. 44. In bello Cœtibus etiam Populo jus Legationum est. tribuendum. 45. Piratarum aut lacrymarum Legatos recipere interdum necessitas iubet. 46. Legati mittuntur ad eos, qui Majestatis fulgent. 47. Et, licet aliter docere videatur Textor; 48. & seqq. Attamen ad ejus fundamentum facile responderetur. 50. & 51. Ostenditur, quod cetero Legati mittuntur ad Bellum Daces. 52. & seqq. Legati non debent esse ingredi ante incepit ei. ad quem mittuntur. 54. Debent habere propensionem ad causam tractandam. 55. Debent

potere diversis viribus. 56. Debent excellere scientia & prudentia. 57. & seqq. Debent, ex genere & conditione fulgere, qualiter desiderat authoritas illius, ad quem mittuntur. 59. Summi Pontifices pro Legatis destinare Personas Ecclesiasticas. 60. Hujusmodi persona possunt etiam in Legatos asservari a Principibus Secularibus. 61. Maxima in causis, summa frigore non degenerentibus. 62. Ut fecerint etiam Viri Sancti. 63. & seqq. Non curanda adversariorum distleria. 66. Possunt ad annos negotium plures Legati destinari. 67. & seqq. Eorum ramen potestas variat juxta varietatem mandati. 69. Legati Pontificis, non prohibentur, ultime subsecueri, nisi speciem ad personam respiciatur. 70. In aliis in dubio, praesumitur electa fuisse persona industria.

## S. I.

*De Personis, à quibus mittuntur Legati.*

**P**ersonæ, ad Legationem concurrentes, præcipue tres sunt: nempe persona, quæ mittit Legatum; persona, quæ mittitur; persona, ad quam mittitur. Personæ, à quibus mittuntur Legati, debent ex n. 5. habere Supremam Potestatem; nec sufficit, eandem aliquando habuisse: quia Reges, qui bellò solenni victi Regnōque exuti sunt, cum aliis Regni bonis & jus legandi perdiderunt, ut dicit Grot. lib. 2. cap. 18. §. 2. n. 2. Quod quidem Grotii dictū Gronovio in not. ib. n. 7. non adeò rectum, neque admittendum videtur, nisi tantum temporis intervallum intercesserit, ut illi Regnum pro derelicto habere credi possint. Ego autem me refero ad asserta in cap. 2. num. 44. & cap. 3. n. 59. & in illo sensu, quō Regi dejecto vel expulso jus pacis & foederum indulsi, etiam jus Legationis, ad pacem & foedera ordinatum, indulgeo. Textor in *Synopsi Jur. Gent.* cap. 14. num. 12. Huberus de *Jure Civitat.* lib. 3. sect. 4. cap. 2. num. 4. ubi etiam notat, in dubio, num quis Regnō privatus sit nec ne Legatos admittendos esse, nisi ab his, quibus id dubium non est. Hic ipsius Textor in num. 4. regulam antecedentem, quod jus mittendi Legatos soli competat Potestati Supremæ, non autem alteri Principi, Superiori recognoscendi, falsam hodie pronuntiat, nisi etiam complectamur analogicas Potestates, ut quæ imaginem Summæ Potestatis, cuius vices jure suo agunt, repræsentant. Verum meo iudicio non est necessum, datam regulam falsitatis arguere, si ita declaretur, ut quidem ex se & natura sua jus Legationum Summæ Potestati tantummodo deferatur, sicuti jus belli, pacis, & foederum & quemadmodum verò tam concessione Summæ Potestatis quam immemoriali temporis præscriptione jus belli, pacis, & foederum à Principe inferiori potest acquiri ex cap. 1. num. 61. d. cap. 2. num. 50. d. cap. 3. num. 56. ita non occurrit implicantia,

ob quam jus Legationis tali modō à Principe inferiore non possit acquiri. D. Pelzhofer *Arcan. Stat. lib. 4. cap. 5. num. 2.* & seqq.

Neque dubito, quin hujusmodi Legatis eadem admissionis ac securitatis prærogativa debeatur, quæ debetur Legatis Summorum Principum: si enim jus belli, pacis, & foederum sortiantur quoad exterros cum illis effectibus & prærogativis, quæ derivantur ex Jure Gentium; pariter jus Legationum cum effectibus & prærogativis, quæ Legatis ex eodem Jure convenient, debetur; præsertim si ex tempore, de cuius initio non constat, Legati Principum inferiorum etiam apud exterros pro talibus agniti, admissi, & plenariā securitate potiti fuerint. Textor cit. cap. 14. num. 7. & 8.

Contingere autem potest in bellis maximè civilibus, ut Populus in duas partes dividatur, dubiumve sit, ab utra parte stet Summum Imperium; ut & accidere valet, ut duo de Regni successione ex jure admodum controverso decertent. In qua facti contingentia, cum aliud medium haud sufficit, id receptum videtur, ut Gens una quasi pro duabus, & unius Regis loco itidem quasi duo in ordine ad Legationes censeantur. Grotius d. cap. 18. §. 2. num. 3. adducens Tacitum, quib. 3. Histor. cap. 80. Flavianos accusat, quod sacrum etiam inter Gentes Legatorum jus in Vitellianis civili rabie temerassent. Huberus de *Jure Civitat.* d. lib. 3. sect. 4. cap. 2. num. 6. advertens, hanc rem, ut sunt res hominum, à vi- rium estimatione juris quoque speciem induere diversam, ut, si pars altera multò sit inferior, rebelles potius quam adversa pars habeantur.

De piratis ac latronibus observandum; quod, licet veram Civitatem non constituant, adeoque nec cætera Civitatum jura nec jus Legationis consequantur; nihilominus fatorum necessitas quandoque faciat, ut eorum Legati recipiantur, sicut, inter alias histo-

historias, narrat Curtius de Alexandro M. lib. 7. cap. 6. cum, cùm obse-  
disset viginti millia latronum, ac inter  
primos dimicans sagittâ, quæ spiculum

in medio crure fixa reliquerat, ictus  
esset, ex acie subductum, postero die  
Legatos Barbarorum ad se missos pro-  
tinus admitti jussisse.

## §. II.

## Ad quos mittantur Legati?

**46** Legatos ad Principes & Respubli-  
cas, Superiorem non recogno-  
scentes, mitti, præmissum est in  
n. 6. notatque Paschal. de Legat. cap. 2.  
apud Textorem d. cap. 14. n. 15. Chri-  
stianorum Regum pervetustum esse  
morem, ut suas Legationes ad eos  
tantum destinent, qui tituli dignitate  
ipsis æquantur; quales sunt Reges &  
Imperatores, exceptis quibûsdam Re-  
buspublicis, cuiusmodi sunt Veneta,  
Helvetia, & Rhetia, idque singulares  
**47** ob causas. Sed hæc opinio juxta  
eundem Authorem num. 16. non aliter  
hodiernis moribûs obtinet, nisi & de  
magnis vel insignioribus Principibus  
intelligatur: cùm videamus, non tan-  
tum ad Principes Germaniæ & Italiae  
multoties à Regibus mitti Legationes,  
sed etiam subinde ad Respublicas Im-  
**48** perii. Mibi vero, doctrinæ conse-  
quentiam amanti, etiamnum arridet  
regula, in num. 46. data; & insuper  
filius declaratio in num. 42. facta, huc  
quoque applicanda videtur, quod  
siempe, sicut jus mittendi Legatos aliis  
Principibus, Superiorem non reco-  
gnoscensibus, ex speciali indulto aut  
usu temporis immemorialis compe-  
tere valet; ita & jus recipiendi Le-  
gatos, sive à Principibus ejusdem or-

dinis sive à Regibus & Imperatoribus  
missos.

An autem Legatus, qui mittitur à **49**  
Principe Supremo ad alterum non Su-  
prenum, sit primi vel secundi ordinis;  
&, quâ cæmoniarum ac solennita-  
tum differentiâ Legatus ab isto vel  
illo missus recipi debeat aut soleat?  
Quæstio est magis Politica quam Juri-  
dica, neque ex Jure Publico Univer-  
sali, sed ex moribus cujusque Populi  
vel Regni determinanda. Conferatur  
D. Pelzhoffer Arcan. Stat. lib. 4. cap. 6.  
num. 6. & seqq.

Quodsi contra num. 46. opponas, **50**  
Legatos interdum mitti ad Belli-Du-  
ces, Summâ Potestate haud instru-  
ctos; ut Romani Legatos miserunt  
ad Hannibalem, Saguntum obsiden-  
tem; & Carthaginenses pariter Lega-  
tum destinârunt ad Publum Scipo-  
nem, in Africa degentem. Respon-  
sori potest, hæc aut similia in bello  
fieri ob instans periculum, aut propter  
negotia, quæ moram non patiuntur,  
& quidem ita, ut Legati recipientur à  
Belli-Duce non ex potestate propriâ,  
sed auctoritate Regis aut Reipublicæ,  
cujus auspiciis bellum geritur, sine cu-  
jus mandato nil aliud concludere licet,  
quam sub spe rati. Text. cit. cap. 14. n. 19.

## §. III.

## Quinam &amp; quales mittendi sint Legati?

**52** Qualitates in illis, quibus Legatio  
committenda, permultas ad-  
struunt Knichen Oper. Politic.  
lib. 2. p. 2. sect. 1. th. 5. & 9. & Pelzhof-  
fer Arcan. Stat. lib. 4. cap. 1. à num. II.  
I. enim requirunt, ut Legatus Prin-  
cipi, ad quem destinatur, non ingra-  
tus aut inacceptus sit: alias enim aut

difficultas erit in admittendo, fierique  
poterit, quod factum est apud Livium  
dec. 1. lib. 3. cap. 23. ubi plebs & militia  
Romana, Aventinum obsidens, tres  
Consulares Legatos, tanquam exosos  
& invisos, audire noluit; aut exigua **53**  
spes erit de negotio, ad intentionem  
Mittentis feliciter expediendô: quo-  
niam .  
B b b b b 2

niam invisum: nemo libenter audit; displicet oratio, sententia, res omnis, cuius persona displicet; multique plus præsidii in benevolentia Principis, quam in eloquentia & aliis virtutibus Legati collocarunt. Knichen d. tb. 5, n. 1. Ideoque Demosthenes nullâ ratione adduci poterat, ut ad Alexandrum, quem in oratione semel offenderat, Legationem susciperet. Pelzhofer d. l. num. 27.

54 II. ut ipsemet Legatus affectum aut propensionem habeat ad negotium, sibi tractandum; qua de causa ad pacis conclusionem non facilemittendi sunt Viri militares, dum *bellicis laudibus innutriti rariissime pacem amant*. Plinius in *Panygyr.* Ingrata quippe iis quies est, & facilius intra anticipitia clarescunt. Tacit. de Morib. German. cap. 14. 4.

55 III. ut possideat omnigenas virtutes, præsertim temperantiam, proborum actionum antesignanam; magnitudinem animi, ad adversa & contraria quæque impetreriti; fidelitatem oris & cordis juxta limites mandati, à Mittente accepti; prudentiam & circumspectionem, veluti omnium agendorum directricem.

56 IV. ut excellat scientiâ & experientiâ exquisitâ, saltem quoad negotium, in Legatione tractandum: absurdum namque foret, si Legatus in Aula, ad quam destinatur, primum deberet discere, quæ jam antehac callere tenetur,

57 V. ut & genere ac conditione talis sit, qualem authoritas & dignitas tum Mittentis, tum ejus, ad quem mittitur, exposcit; & simul tam ætate, quam habitu corporis ita sit comparatus, ne vilipendium & contemptum pariat; sicut olim accidit apud Romanos, qui ad pacem, inter Nicomedem, & Prusiam Reges conciliandam, misserant Legatos, quorum unus caput multis cicatricibus sparsum habebat, alter pedibus æger erat, tertius ingeniocors: hos enim salsô scommate risit Catô, eam Legationem, inquiens., nec caput, nec pedes, nec cor habere; prout refert Livius in Epit. lib. 50. Plura de his citati Authores.

58 Disquiritur autem I. an Personæ Ecclesiasticæ Legationis officium obire possint?

Resp. id negari non posse, si qualitatibus, antea requisitis, effulgeant. Et quidem de Legatis Pontificiis res certa ac definita est, non alios, quam Ecclesiasticos, nec qualescumque, sed in Dignitate, Personatu, vel Canonico-tu Ecclesiæ cujisdam Cathedralis positos, assumi, sicuti textus est perspicuus in cap. II. de Rescript. in 6. De Legatis autem Principum Sæcularium constat, quod, si Clericos habeant Vasallos, aut Status seu Imperiales seu Provinciales, isti possint & debeant Legationis munus suscipere, si Principi sic placuerit, ut insinuatur in cap. cum parati 19. vers. in Legatione Regis de Appellat. ubi Emmanuel Gonzalez in not. num. 2. & colligitur ex cap. si Episcopus 13. vers. præceptione Regia Dist. 18. ubi Augustinus Barboſa in Collectan. num. II. Idque indubitanter procedit, quando negotium est tale, ex quo salus & utilitas Provinciæ aut Regionis pendet, ad quam non minus Ecclesiastici quam Sæculares Status ex officio concurre-re tenentur; aut quando negotium aliunde non dedecet conditionem & professionem Clericalem, v.g. pacificatione aut confœderatio propter pacem. Quam ob causam etiam Viri Sancti Legationis munere sunt functi, veluti memoriae proditum est de S. Odone Cluniacensi, qui, ut Italæ pacem compararet, caduceatorem egit inter Hugoneim Longobardorum, Regem, & Albericum Romanæ Urbis Principem, pace illicò ab utroque subscripta; item de S. Bernardo, à Florentinis ad Senenses, à Pisanis ad Lucenses sæpe missō & remissō, unionemque & pacem illorum Populorum curante. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 4. cap. I. num. 8.

Neque curanda sunt Adversiorum seu dicta seu dictoria, apud Knichen Oper. Polit. lib. 2. p. 2. sect. I. tb. 9. n. 6. & p. 4. cap. 12. sub num. 2. quæst. 2. invenienda, quod Clerici sint secretorum proditores, periculosa foveant principia, ac magis interesse Superiorum Ecclesiasticorum, quam Sæcularium Principum observent. Nam, etsi dentur aliqui, qui aliter, quam officium & obligatio Legati exposcit, Legationes suscepient; erunt tamen alij &

& fortassis plures, qui nostrô etiam tempore vices suas legitimè explendô, Imperatoribus, Regibus, & Princibus, quorum causas sat momentosas ad fortunatum terminum deduxerunt, ad amissim satisfecerunt. Et, quod bene notandum, hic non disputamus, an expedit, personis Ecclesiasticis munus Legationis committere; sed, an illud committere liceat, & ab ipsis suscipi debet? Nam quæstio prior est Politica, atque à scopo nostro declinans; quæstio autem posterior est Juridica, & nostro in foro affirmativa resoluta.

66 Disquiritur II. an plures Legati ad unum negotium expediendum dimitti possint?

67 Resp. de affirmativa vix dubitari posse: cum in arbitrio Summae Potestatis resideat, an vices suas uni vel pluribus consignare velit. Videntur tamen, & probè examinandum erit ex literis Legationis, an mandatum acceperint conjunctim, ut nullus sine altero quidpiam concludere valeat; an disjunctim, ut, si unus non possit, aut nolit, ceteri nihilominus 68 in causa procedant. Nam manda-

tum prioris generis facit, ut, quæ fuerunt acta, unde vel altero non præsente, sint invalida; posterioris generis mandatum actis & actitatis valorem tribuet, esto unus tantum negotio manus apposuerit.

Disquiritur III. an Legatus alium substituere, vel alteri munus suum committere possit?

69 Resp. de Legatis Pontificiis perspective decimum esse, quod causam sibi commissam alteri delegare seu potius subdelegare valeant, praeterquam si personæ Industrix fuerit electa. Textus in cap. ult. de Offic. Et potest. Judic. Deleg. De Legatis aliis vix aliquid certum determinari, sed determinatio ex clausulis & tenore literarum erui poterit. In dubio autem crederem, presumendum esse, quod Legans ad personam individualem respexerit: quia plerumque respectus habetur ad certas qualitates & circumstantias, quæ non æqualiter in omnibus reperiuntur; consequenter qui personam certam ad Legationem seligit, aliam hoc ipso elegisse vel approbasse non censetur. Parilia habentur in libr. 3. cap. 5. num. 38.

## SECTIO III.

### De Officio & Obligatione Legatorum.

#### SUMMARIUM.

71. Officium Legatorum generatim exponitur. 72. Explicatur speciatim. 73. Formula mandati diligenter inspicienda. 74. In dubio consulens ipsorum Mitterens. 75. Qui etiam mandatum perspicuum dare obligatur. 76. Quid si mandatum duplex ad sis, publicum & secretum? 77. Legatus tenetur observare secretum. 78. & seqq. Sequendo ramen mandatum publicum obligat suum Principalem alteri, quocum negotiatur. 82. & seqq. Legatus mandati limites excedere nequit, esto prouideat, it, quod mandato contrarium est, longe utilius & fructuosius suo Principali fare. 85. Nisi discretione & prudenter Legati quidpiam specialiter sic relietur. 86. Legatus tenetur ex officio, honorem & autoritatem Mitterentium conservare. 87. Non

- alteri, quam iphi, de sua commissione referre. 88. Ut & tenentur omni diligentia suum negotium suum perducere. 89. Ac, cōfiniro, max domum reverci. 90. & seqq. Mandatum in illo quem suscipere & exequi non licet. 92. & seqq. Referantur exempla. 94. Aliqui putant, licere Legato mitteribus testare Ministeriorum animos. 95. Refelluntur. 96. Ex factō Legati, iuxta terminos mandati procedentis, obligatur Summa Potestas. 97. An obligetur ante ratificationem? Ratio negandi. 98. Ratio affirmandi. 99. & seqq. Affirmativa eligitur, si negotium ad sui perfectiōnē plus a requirat capienta. 102. Affirmativa assumitur, quando negotium est unicum, & unicō quasi actu perficitur. 102. Si Legatus dolose egreditur, Mitterens ex ejus facto haud obligatur.

## §. I.

## De Officio Legatorum.

**O**fficium Legatorum generatim consistit in facultate, nomine Legantis ea faciendo & exequendi, quæ ipsi fuerunt commissa; nec non adhibendi media, sive quibus commissum negotium expediri nequit. Speciatim desumitur ex mandato, quod habet, & clausulis, eidem insertis, inter quas si reperiatur illa *cum libera*, dat Legato facultatem ea agendi, quæ ipsem est Principalis, si præsens adesset, agere posset. Eapropter formula mandati diligenter erit inspicienda: mens etenim Principis & voluntas, in mandato seu instructione declarata, est cynosura & stella polaris, ad cuius veluti unicum lumen Legatus respicere, functiones dirigere, responsa examinare, & iussa exequi debet. Nempe Minister est Legatus, non arbiter; obsequi tenetur mandato, non arbitrari. Pelzhoffer *Arcanor. Stat. lib. 4. cap. 3.*

**74 num. 2.** Quòd si mandatum non nihil obscurum aut ambiguum appareat, nihil statuet Legatus, nisi prius constet de vero sensu Principalis seu Mittentis: cùm, ut dictum, Legatus non arbitrari, sed obtemperare; nec quidpiam discutere, sed magis credere obstringatur. Pelzhoffer *d. l. num. 3.*

**75** Ubi & Principem monet, ut nunquam desit, quin exactè instruat suum Legatum citra amphibologiam, aut minus sinceræ expressiones: satius enim foret, planè non confidere, quam ambiguitate periclitari negotia.

**76** Sed quia mandatum plerumque duplex est, unū apertum (& hoc propriè loquendō mandatum dicitur, aliōque nomine id diploma Legationis aut credentiales vocari solet. Nicol. Hertius *Prud. Civ. p. I. sect. 9. §. 11.*) quod palam iis, quibuscum agendum, exhibere licet; alterum secretum & arcanum, quod nemini ostendere concessum, imò subinde ipsum Legato prohibitum, illud aperire, priusquam ad certum locum pervenerit: hinc querunt DD. nostri, an Legatus, supposito,

quòd mandatum unum discrepet ab altero, apertum vel secretum implere teneatur?

Puto cum Grotio *lib. 2. cap. II. §. 12.* Pufendorf *lib. 3. cap. 9. §. 2.* Textore in *Synopsi Jur. Gent. cap. 14. num. 65.* dicendum esse, quòd Legatus omnino sequi teneatur mandatum arcanum Legantis, utpote quod obligat Legatum, ut non agat, nisi ex præscripto, sibi, non aliis cognitō, & sic, tanquam speciale derogat alteri aperto, tanquam generali. Sequendō tamen **78** mandatum publicum, & juxta illius fines agendō, Legatus procul dubiō validē procedit, ac Mittentem ad ea, quæ gessit, ratihabenda obligat, veluti docent laudati Authores, & jam in *lib. 3. cap. 5. num. 53. & seq.* universim de Ministris Principum, diversa mandata habentium, traditum est. Rationes ultra eam, quam *d. l. assignaveram*, sunt: tum quia, ut loquitur Grotius, hæc res similis est præpositioni generali, in qua accidere potest, ut nos obliget, qui præpositus est, agendō contra voluntatem nostram, sibi soli significatam: tum quia fides publica, in mandato publico comprehensa, obligat mandantem, ut servet, quod juxta formam illius gestum aut promissum est: tum quia mandatum arcum est res, inter solum Legantem & Legatum acta; consequenter alios, qui respexerunt ad terminos mandati manifesti, nec gravat, nec sublevat: tum quia privata instructio est instar cogitationis, in mente retentæ, quæ, nisi foras exeat, in foro humano consideratur, ac si nunquam extitisset.

Dubitari quoque solet, an non Legatus limites mandati excedere possit, quando prospicit, id, quod mandato repugnat, Leganti in hisce circumstantiis longè utilius & fructuosius esse?

Responsio communis est negativa. Illustr. D. Pelzhoffer *d. libr. 4. cap. 3. num. 28.* Ratio est: quia ex *num. 74.* Legati munus haud est, inquirere in ea,

ea, quæ Legantivideantur magis proficua, sed mandato morem gerere, atque ab eo nec latum unguem recedere: alioquin, notante Cassiō apud Gellium lib. I. Noct. Attic. cap. 13. in f. deberet corrumpi atque dissolvi omne Imperantis officium, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequiō debitō, sed consilio non desideratō respondeat; indeque Valer. Max. lib. 2. cap. 7. advertit, quod mandata præterientes, culpan certò committant, exiūs verò fortune adscribendus, adeoque incertus sit. Extant profectō exempla, quod Legati, mandati limites transgressi, poenas non leves dederint; velluti de Legatis Atheniensium, in Arcadiam missis, &c, re optimè gestā, do-

mum reversis, narrat *Aelianus Histor.* lib. 6. cap. 5. illos capitali suppliciō affectos esse. Simile quid memini in cap. 1. num. 72. & seq.

Limitat tamen hanc responsonem Knichen Oper. Politic. lib. 2. p. 2. scđ. I. cap. 2. tb. 14. lit. B. si Legati prudentiæ & arbitrio non quidem mutatio finis, sed mediorum, ad illūm consequendum tendentium, committatur, vel arbitrio & prudentiæ illius aliquid tribuatur: tunc enim, si finis propositus absque graviori impendio & citra futurum periculum obtineatur, Legatus contra mandatum aliquid fecisse propriè dicendus non est. Addatur D. Pelzhofer d.l. cap. 3. num. 20. & seq.

## S. II.

### De Obligatione Legatorum.

86 **O**bligatio Legatorum, quam habent ex officio, est I. ut Domini, à quo mittuntur, autoritatem omni modō sartam & integrum conservare studeant: quod maximè fieri potest, si Legatus in incessu, in sessione, in allocutione & sermone, cum Principe, ad quem mittitur, ejusque Ministris habendō, ita sit erga alios humanus & urbanus, ut honor & præminentia ejusdem sui Domini in omnibus elucescat, & ejus authoritati ne in minimo quidem derogetur. Knichen Oper. Politic. lib. 2. p. 2. scđ. I. tb. 12. num. I.

87 II. ut Legatus nemini quidquam in loco suæ Legationis de sua commissione referat, quam Principi v.g. & ejus Ministris, ad hoc deputatis; ut & nulli alteri, quam suo Principi, aut quem ille nominaverit, aliquid de sua functione vel expeditione scribere permittitur: taciturnitas enim in Legato sammoperè commendatur, ut-pote cuius fides & fidelitas singulariter electa & discreta fuit. Knichen d.l. num. III.

88 III. ut Legatus unicè in id intentus sit, quâ ratione negotium sibi commissum ad integrum sui Domini satisfactionem usque ad finem prosequatur: proindequæ negotia extranea,

quin & propria, curare nequit, si, ut plerumque contingit, impedimento sint, quò minus publica condignè gerantur. Knichen d.l. n. IV.

IV. ut, Legatione finitâ, Legatus quantocuyus domum revertatur, suo-que Principali fideliter & candidè, quæ tempore Legationis hinc inde quæsita, responsa, asserta, & conclusa fuerunt, referat, quatenus reliqua deinceps agenda ritè disponi & ordinari queant. Knichen d.l. tb. 13. n. 1. Ubi etiam advertit, quòd, si negotium tam prægnans haud sit, ut Legatus, eō confectō, statim redeat ad Mittentem, melius esse, ut priùs de absoluto negotio Mittentem reddat certiorem, ejusque iussum exspectet.

Planè, si quid Legatus in mandatis haberet, quod rectæ rationi, Legi Divinæ, bonisque moribus adversaretur, nulla esset obligatio faciendi, quod mandatum est; imò nec licentia foret, quidpiam tale agendi: nam alibi jam traditum est, mandatum rei turpis non stringere ad observantiam, nec, si observetur, mandatarium à culpa excusare, Apostolô ad Romanos I. v. ult. dicente: *dignos esse morte non solum, qui ea (peccata scilicet, in versibus antecedentibus recensita) faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Hinc, ut disse-

dixerit Hornius *de Civit. lib. 2. cap. 8. §. 8. num. 4.* miserè disputant de Jure, qui licere Legato fas ac nefas exequi, Jus Gentium vocant. Emissarium & sicarium vocaveris mancipium illud nequitiae, non Legatum. Est horum genus, quod Regium veritatis tramitem transfilit, & ex turpi assentandi libidine discrimen honesti ac perperam facti aut ignorat turpiter, aut impugnat malitiosè: pròprium Sagientiaz Civilis, & Regiaz doctrinæ de honestamentum. Quinquagenarius certè Princeps, & quinquaginta, qui ad capiendum Eliam missi sunt, se quoque Imperio Regis Ochoziæ (cujus erant Legati) tuebantur: *homo DEI, inquietes, Rex. præcepit, ut descendas;* 4. Reg. 1. vers. 9. & tamen igne puniti sunt, Divinâ Nemesis excusationem respuente. Heliodorus quoque, Antiochi Legatus, cùm templum spoliare contra Summi Pontificis Oniaz prohibitionem aggredieretur, Principis mandatum prætexebat; & tamen à D E O mirabiliter punitus legitur. 93 2. *Macab. 3.* Sic nihil juvat Legan-

tis voluntas, quando non Imperium Principis, sed causa innocentem facit. Author *Legationis Lavardine*, id est, Eminentiss. Card. Sfondrati p. m. 83.

Non nescio, unum aut alterum 94 Authorem confidenter docere, posse Legatos numeribus ac largitionibus tentare fidem Ministrorum. Principis in loco Legationis, et si iurata eas sit, & expiscari, quid adversus suum Principem alii machinentur, quin peccet contra Jus Divinum aut Gentium. Verumtamen hæc doctrinæ oppidò de veritate suspecta, in in praxin neutiquam est deducenda: quia ad malum alterius cooperari, veluti mox dictum, non licet: cooperatur autem ad malum, qui, quod Minister sub secreto & fide jurata accepit, per munera expiscari audet; meritus sanè, ut actio de servo corrupto contra ipsum moveatur, non quatenus illa præcisè oritur ex Jure Romano, sed quatenus in Jure Naturali, prohibente, quò minus alter ad delinquendum moveatur, fundatur. Ziegler de Jur. Majest. lib. 1. cap. 31. §. 12.

### S. III.

#### *De Obligatione Mittentis ex facto Legati.*

96 **E**x facto Legati, si persistenter intra terminos mandati, non minus obligatur Mittens, quam ex facto alterius Ministri, de quo in lib. 3. cap. 5. num. 51. verissimum enim est, id, quod quisque per alium facit, ita 97 haberi, ac, si ipsem fecisset. Quæstio solummodo ventilatur, an Mittentem obliget factum Legati, priusquam ille ratum habuerit? Negat hoc Textor in *Synopsi cap. 14. num. 66.* Et seq. etiam in calu, quò Legatus erat Plenipotentiarius, ac mandatō cum libera instructus; allegans exemplum Scipionis Africani de pace, cum Carthaginensisibus conclusa, & postmodum à Senatu Romano ratihabitæ: quam ob causam superius in cap. 2. n. 138. conclusum est, pacem, à Legatis conventam, ante ratihabitionem Mittentium haud obligare; uti de Foederibus in cap. 3. n. 137. id ipsum comprobatur.

Affirmare econtrà jubet ratio, ex natura clausulæ cum libera petita: quia, si Legatus illius virtute possit agere, quæcunque Principalis verosimiliter egisset, non opus est ullâ ratihabitione: nam & si Principalis aliquid in persona propria gesserit, id obligatorium est absque ulteriori ratihabitione.

Ego pro negotiorum, quæ incumbunt Legato tractanda, diversitate diuersam existimo tenendam esse sententiam. Enimvero, si negotium sit tale, quod quidem in substantia videtur esse unicum, pluratamen ad sui perfectiōnem requirit capitula, uti v. g. sunt pacificationes & foedera, ratificatio Mittentis, nisi voluntatem suam aliter declaraverit, omnino videtur necessaria: quippe cùm ex dictis in cit. cap. 2. 100 cap. 3. mandatum cum libera etiam in privatis causis hori gribuat illimenta prorsus & illimitata facultatem ager- di

di pro libitu, donandi, prodigendi, sed obliget mandatarium, ut bona fide atque ex arbitrio boni viri procedat: adeoque potiori jure mandatum cum libera Legatum obliget in causa publica & tali, quae in multos articulos dividitur, ut prudenter & sincerè ex arbitrio bene regulato procedat. Et quia Mittenscire non potest, an Legatus in omnibus & per omnia suo officio satisficerit, antequam obligatio suum complementum & robur accipiat, actitatorum revisio & ratificatio desideratur. Quodsi negotium sit ita constitutum, ut unicò quasi actu perficiatur, nec conditionem aut diem admittat, cuiusmodi v.g. in Germania est electio Imperatoria, illud statim valorem habebit, ubi Legatus ultimam manum imposuerit: nec enim permisum aut consultum est, ubi ali-

quid in instanti quasi & unicò contextu peragi debet, nec conditionem aut diem admittit, negotium in pendenti maneat, usquedum ratiocinio superveniat; sed, ne diutior mora diversa pariat incommoda, satius est, illud hic & nunc statim perfectum declarari, si juxta praescriptos mandati terminos absolutum fuerit.

Quidquid tamen seu in hoc seu in anteriori articulo Legatus malâ fide dolosè fecerit, id neutquam Legatum obligabit: hic enim in autoritate, illi conferenda, utique bonam ipsius fidem conditionis loco supposuisse, & signanter praecipisse intelligitur, ut, quod ab isto gestum est, ab honore & commodô mandantis non abhorreat, saltem prout tempora praesentia ferunt. Pufendorf de J. N. Et G. lib. 3. cap. 9. §. 2.

## SECTIO IV. De Privilegiis Legatorum.

### SUMMARIA.

104. & seqq. Admissio Legatorum est Furi Genitium. 106. Quidquid in contrarium ab aliis opponatur. 107. & seqq. Ostenditur enim, illum fundamenta non esse solida. 111. Supponitur autem, non adesse causam rationabilem, Legatos excludendi. 112. Datur instantia de ipso Principe, alienum territorium ingresso. 113. & seqq. Adducuntur varia exempla de Legatis non receptis. 117. & seqq. Nova instantia producitur, & profugatur. 119. & seqq. Exemplantur aliquis causa, ex quibus Legatus impunitus rejetetur. 122. Admissio Legatorum potest esse vacua, & ex facto presumpta. 123. Exponitur præcipua Legatorum prerogativa, consistens in immunitate & impunitate; 124. Etiam contra viam iustam. 125. Alioquin enim parvus juriaret. 126. Et paci vellent Legationis onus subire. 127. Afferuntur aliorum testimonia. 128. Eadem immunitate gaudere Legatorum Coates. 129. Uti & bona iurorum mobilia. 130. Exim in finem licet a communicatis bodice exar-

rantur. 131. & seqq. Contra alias probatur Legatorum immunitatem ad solum ejus territorium, ad quem ministerunt, coarctari. 134. & seqq. Argumentum aliquod contrarium proposuit & solvitur. 136. & seqq. Occurrunt alteri & novo arguento. 138. Exponitur effeta, ex commenatu, a Domino alieni territorii concessio, resultans. 139. Legati, qui suum characterem celant, nulli gaudent securitatem. 140. & seqq. Furi rationis contra Legatos exercere non licet. 142. & seqq. Exempla adducuntur. 144. Exceptio quadam ab Flornio ponitur, sed non admittitur. 145. Probatur alia exceptio. 146. Intra prerogativas Legatorum est honor & culmen externus. 147. Qui tamen ad Furi Genitium non recte reducuntur. 148. & seqq. Competit etiam Legato saltem aliqualis Furi distitio in suis Comites. 150. & seqq. Legatis non conceditur jus asyli ex Fure Genitium. 153. & seqq. Exemplum Innocentii XI. Ponitensis Maximus.

### §. I.

#### De Admissione & Receptione Legatorum.

104 **P**rivilegia, quibus fruuntur Legati, planè conspicua sunt. Ex illis hōc loco recenseo admissionem & receptionem  
P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Legatorum: postquam enim aut à Mittente, aut ab ipso Legato per literas, ut vocant, *credentials* ei, ad quem tendit Legatio, facta est intimatio, Ddddabs,

absque legitima causa rejici non potest: quandoquidem ad suscipiendum Legatum ex Gentium Jure obstrictum esse Principem vel Rempublicam, ad quam Legatus mittitur, jam supra num. 31. indicatum, & communi Scriptorum suffragio receptum est. Hinc nemo, ait Pelzhofer *cit. lib. 4. cap. 2. num. 1.* justè recusat tam necessarium humanæ societati officium: Legatos enim excogitavit communis necessitas. Imperia & Regna muta sunt; nec Gentes, tot spatiis dissitæ, se audiunt, aut ipsimet Imperantes aliter conveniunt, quam lingua & sermone Legatorum. Plusquam barbarum, & minimè Regium est, detrectare aut rejicere Legatos, si à legitima Potestate ac debitò modò mittantur. Jungatur Huberus *de Jure Civit. d. sect. 4. cap. 2. num. 10.*

**106** Opponit quidem se Textor in *Synopsi Jur. Gent. d. cap. 14. num. 28. §. 29.* & probare contendit, cum non peccare contra Jus Gentium, qui Legatum respuit etiam sinè causa, ex illa ratione, quòd conventio de foedere, pace, induciis, neutralitate, similibusque negotiis, quorum causâ Legationes mitti solent, sit meri arbitrii respectu Regis vel Reipublicæ, quorsum mittuntur; nec requiratur aliqua justa causa, ut in perfectionem talis negotii Rex aut Respublica consentiat: consequenter etiam admissio Legatorum, quæ ad illum scopum collimat, meri sit arbitrii, sive causa interveniat, sive non.

**107** Verum, si penitus examinetur hæc argumentandi ratio, non bene subsistit. Siquidem conventio defcedere, pace, induciis &c. non semper est meri arbitrii, sed, suppositâ hominum Societate, Jus Naturæ simul & Gentium & pacem imperat, & omnia, quæ ordinantur ad pacem; adeò ut, qui bellò se invicem lacercent, obligentur ad pacem, quamprimum integræ satisfactio fuerit exhibita. Quid aliud, inquit laudatus Pelzhofer, quispiam expectet, quam æternas simulantes, perpetuas insidias, & hominis ab homine aversionem, nisi interveniat lingua illa Gentium & Regnum, quæ inter dissitos Populos conjugat animos, oppressis pollicetur

auxilia, & centum talia naturæ humanæ commoda salubriter conferat? Et, positō, quòd nulla conventio Gentibus ex necessitate foret instituenda, Legationem tamen, quâ Gentes inter se in vita sociali communicant, respuere non possunt: sicut enim in societate privatâ, citra ejus lassionem, non possum sine causa aspérnari socios, mecum colloqui volentes; ita & in societate universali, citra ejus lassionem, non potest Gens una Gentem alteram, per Legatum ad ejus alloquium admitti sollicitantem, absque causa recusare. Ipsem Textor *loc. cit. proficitur*, peccari quodammodo contra officium humanitatis, si quis Rex, vel si qua Respublica sine justa causa Legationem alterius Potestatis aversetur: at non peccatur contra officium humanitatis ex alia causa, nisi quòd agatur contra Leges Socialitatis, à Jure Gentium introductas: convincitur ergo, peccari contra Jus Gentium, ubi Legatus pro mero arbitrio rejicitur.

Notanter autem & frequenter dixi, peccari contra Jus Gentium, si Legatus absque causa repudietur. Nam Jus Gentium non præcipit omnes Legatos admitti, sed vetat sinè causa rejici, ut loquitur Grotius *lib. 2. cap. 18. §. 3. num. 1.* Grave siquidem jugum imponeretur Gentibus, si Legatos, à quibus plus periculi quam subsidiū timendum haberent, admittere tenerentur: cum pleræque obligationes tacitam hanc recipient conditionem, si absque notabili incommode possint in executionem redigi. Profectò, si Principeps ipse, qui Principis alterius territorium ingreditur, aliter tutus non sit, quam si volente & admittente Dominò ingrediatur; anne privilegium magius majoremque securitatem Legato tribuemus? Neutquam: quia Minister non est potior Dominò suô. Pelzhofer *d. cap. 2. num. 1.* Atque in hoc sensu apud Grotium *d. l. num. 2.* permulta extant Legatorum exempla, qui aut non recepti, aut remissi sunt; nec tamen creditum est, Jus Gentium violari. Sic Romani Vejentium Legatis denuntiârunt: *n̄ fac̄ esserent Urbe, p̄nas daturos;* & Cartaginem Lgatis

gatis responderunt: eos se non posse admettere, quorum exercitus esset in Italia; quin & Aetolis dixerunt: si qua Legatio ex Aetolis, nisi permisso Imperatoris, qui eam provinciam obtineret, & cum Legato Romano venisset Romanus, pro hostibus omnes futuros. Livius dec. 4. lib. 7. cap. 32.

<sup>114</sup> Sic Persei, adversus Romanos bellum molientis, Legatos non admiserunt Achæi; eique, ne Romanum mitteret, sed ad Licinium, ab iisdem Romanis insinuatum est; ut & Legatis Jugurthæ edictum, intra decem dies Italiam excederent, nisi Regem & Regnum deditum venissent. Sallust. in *Jugurtha*.

Sic Lacedæmoniorum Legatus à Pericle dimissus est, quod ab hoste armato venisset. Thucyd. lib. II. Totilæ Legationem rejecit Justinianus; & Gothi, qui Urbini erant, Belisarii Oratores.

<sup>116</sup> Procop. lib. 2. &c. Sic in Sacris Literis narratur, Rabsacem, Regis Assyrii Legatum, justè ab Ezechia Rege receptum non esse, quod timeretur Populum perversurus 4. Reg. 18. Eminentiss. Author *Legationis Levardin*. pag. m. 78.

<sup>117</sup> Neque objicias, hoc modò jus Legationis, quod alias refertur ad Majestatem, alieno arbitrio subjici: non enim jus Legationis, quatenus ad Majestatem spectat, alieno subditur arbitrio, sed ejus tantum effectus per non-admissionem suspenditur; quemadmodum neque jus Pacis neque jus Fœderum, prout fluit ex Majestate, alieno placito subest, licet effectus citra aliorum consensum obtineri nequeat.

<sup>118</sup> Certè Jus Gentium supponit consensum eorum, qui in nexus sunt; nemoque Principum, quantumcunque ab-

solutus, alium Principem suò factò obligat, nisi volentem: alioquin si uni asseratur libertas mittendi Legatum, & alteri imponatur obligatio, missum indistinctè recipiendi, in illo deberet esse servitus dominans, & in hoc servitus serviens, quæ in Sceptrum non cedit, ut arguit Pelzhofer sæpe citat. cap. 2. sub num. I.

Causas verò, ex quibus Legatus pos-<sup>119</sup> sit rejici, Grotius d. lib. 2. cap. 18. §. 3. num. I. reducit ad tria capita: primò ex parte Mittentis, ut, si ille prius Legatos alterius, ad quem mittitur nunc Legatio, non admiserit; aut si callidâ Legationis simulatione jam sæpe deceperit, & iterum decepturus metuantur: secundò ex parte ejus, qui mittitur pro Legato, veluti si Principem, quod mittitur, antehac offenderit, contumeliis affecerit, hostilia paraverit &c. tertio ex parte negotii, pro-<sup>120</sup>pter quod Legatus advenit, ut, si quidem apertè simulet aliam expeditiōnem, reipsâ tamen veniat ad exploranda consilia, concitandam plebem, corrumpendos Ministros, disturbanda foedera &c. Ziegler *de Jurib. Majest.* lib. I. cap. 32. §. II. Vitriar. ad Grotium d. l. quest. 10.

De reliquo, ut Legatorum admissione<sup>121</sup> semper expressa sit, opus non est: nam etiam tacitè & ita fieri potest; ut, si quis Rex v. g. sciens, Legatum ad se venire, non repugnet aut protestetur, ipsum consensu tacitò approbat videatur; sicut in aliis quoque casibus qui scit, & non contradicit, cum deberet se opponere, censetur tacitè consentire. Textor d. cap. 14. num. 25.

## §. II.

### De Securitate & Immunitate Legatorum.

<sup>122</sup> Ex admissione Legatorum resul-  
tat alterum & principale privile-  
gium, videlicet securitas & im-  
munitas: quia, dum Mittens indicat,  
se hunc vel illum destinare pro Legato,  
& is, ad quem destinatur, pro tali re-  
cipit, creditur ipsi omnimodam secu-  
ritatem & immunitatem tacitè pre-

mittere, non tantum contra vim in-  
justam (hæc enim non est prærogati-  
va, Legatorum propria, sed omnibus,  
qui in alieno territorio versantur,  
communis est, ut contra violentiam  
illicitam defendantur) sed etiam con-  
tra vim justam; ita ut occasione de-  
lieti seu proprii seu alieni nullò modò

detineri, arrestari, inquietari, aut puniri valeat; etiamsi ceteroquin ab hoste mittatur, & cum eo, tanquam subditus, moralem connexionem habeat.

125 Præterquam enim, quod privilegia ita sint intelligenda, ut aliquid tribuant contra Jus Commune; nihil autem magni, nihil præcipui foret, si Legati ab injusta tantum vi tuti dicerentur, veluti notat Grotius *d. cap. 18. §. 4. n. 4.* insuper saluti Legatorum sufficienter prospectum non esset, nisi omnimoda tuitione etiam à vi injusta gauderent: cùm facile prætextus obtendi, & sub specie delicti vel proprii vel alieni Legatus molestari posset.

Quin & pauci invenirentur, qui munus Legationis obire vellent, si non certò sibi persuaderent, se ab omni molestia & inquietudine, quocunque modò inferrendâ, tutos futuros. Unde Cicero in prima *Verrina nonne*, ait, *Legati inter hostes incolumes esse debent?* Et Seneca de *Ira cap. 2.* violavit *Legationes*, ruptò *Gentium Jure*. Et Curtius lib. 4. cap. 2. *Caduceatores, qui ad Pacem eos compellebant, Tyrii contra Jus Gentium occisos præcipitaverunt in altum.*

Eapropter non attendi merentur Gentium quarundam exempla, quæ in Legatos omne quasi genus injuriarum effuderunt; qua in re præ aliis sèpiùs excesserunt. Turcæ, de quibus Pelzhofer *libr. 4. cap. 2. sub n. 9.* Cùm enim in aliis quoque capitibus Jus Gentium parum reverentur, mirum non est, quod etiam in sacrosanctas Legatorum personas involare audeant.

128 Gaudent etiam hâc securitate Legatorum Comites; de quibus Lege Juliâ apud Romanos cautum erat, de vi publica teneri, non modò qui Legatos sed & qui Comites eorum injuriâ affecerunt per *l. 7. ff. ad Leg. Jul. de Vi publ. Grot. citat. libr. 2. cap. 18. §. 8. num. 1.*

129 Gaudent perinde Legatorum & Comitum bona mobilia, tanquam accessoria ad personas, eaque nec pignori subjici, nee capi ad solutionem, nec etiam per judiciorum ordinem gravari possunt. *Grot. ibid. §. 9.*

130 Ut tamen agnoscantur Legati, præcis temporibûs certa præferebant signa, Romanisque sagmina (herbæ genus) erant familiaria, prout ex l.

*sancitum §. 1. ff. de Divis. Rerum & qualitatibus patescit; hodie vero sub fide publica dantur literæ salvi conductus aut committitus à Rege vel Republica, quod Legatus proficitur; de quibus in cap. 2. à num. 282. Textor d. cap. 14. num. 34. & seq.*

Quousque autem hæc immunitas Legatorum protendatur, an ad solum territorium ejus, ad quem mittuntur; an etiam ad loca intermedia, per quæ transendum est? Nondum inter Prudentes unanimiter conclusum invenitur. *Grotii sententia d. cap. 18. §. 5. n. 1.* est: Legem de vi Legatis non inferendâ eum duntaxat obligare, ad quem missa Legatio, nec pertinere ad alios, per quorum fines transeunt Legati. Cujus ratio est, quod in primis promissio securitatis, consensu tacito vel expresso facta, neminem obstringat præter promittentem; deinde, quod Legatus suum characterem non alibi, quam in loco Legationis repræsentet; præterea quod, si Legati ad hostes eorum, per quorum terras comeant, eant, aut ab hostibus veniant, aut aliqui moliantur hostilia, intercipi aut interfici possint: quemadmodum à Romanis justè intercipi potuisse Philippi Macedoniæ Regis Legatos, ad Annibalem, cum quo foedus contra Romanos pangere volebant, missos & remissos, refert *Livius dec. 3. lib. 3. cap. 26.* & probat *Textor num. 37. de Atheniensibus* vero, Illyriis, & aliis, qui Legatos, ad sc non missos, occiderunt aut apprehenderunt, observat *Grotius ubi supra*. Concordat Cramerus in tract. de *J. G. concl. 86.*

Evidem, ut contendit Muelen in *Commentar. ad Grot. d. l.* Legatus ubique Gentium securus esse debet, ut potest dum Legationem commode nequit peragere, nisi, cùm plerumque per aliena & dissita loca ad terminum sit deveniendum, ubique integrâ securitate potiatur. Sed profecto non capio, quâ ratione securitatem præstare teneatur, ad quem Legatus non mittitur, sed tantum in ipsius dictione divertit: cùm præsertim, si talis sit, qualem in *num. 132.* descripsi, etiam hostiliter tractari valeat; debetque cuilibet territorii, per quod transit,

itur, Domino potius jus esse, se sua-  
quę custodiendi, quām incumbere ob-  
ligatio, alienum commodum securi-  
tate, Legatis oīcesā, adjuvandi.

136. Vitriarius quoque ad Grotium *d. l. quest. 14.* Legato in territorio inter-  
medio securitatem omnimodam ideo  
censet tribuendam: quia Principem  
suum repräsentat, qui est instructus  
Imperiō ac Majestate, quōcunque

137 loco fuerit. At neque hoc à me  
impetrare valeo, ut credam, Lega-  
tum alibi suum Principem & Princi-  
palem repräsentare, quām in loco  
Legationis: quippe cūm ibi duntaxat  
charaktere repräsentatitiō fulgeat, ubi  
tanquam Minister publicus negotia sibi

138 commissa tractare tenet. Quòd si  
tamen Legati transeuntes à loci Do-  
mino petant & impetrant veniam,  
debetur quidem contravim injustam  
non autem contra justam defendi;  
neque ex necessitate Juris Gentium,  
sed ex ultronea concessione, uti fate-  
tur ipsem Muelen *cit. l. &c.* si, veniā  
non petitā, intraverint alienam Regio-  
nem, ne quidem contra vim injustam  
securitas ipsiis præstatur, neque, si ma-  
lē tractentur, Jus Gentium læditur,  
sed amicitia aut dignitas ejus, qui mi-  
sit, aut ejus, ad quem tendunt Legati.

139 Grotius *d. l. §. n. 2.* Id ipsum, quod  
de Legatis, per territorium interjacentes  
commeantibus, dixi, de Legatis, qui  
characterem suum celant, ac ut priva-  
tos se gerunt, dicendum esse, perhibet  
Huberus de *Jure Civitatis. d. lib. 3. sect. 4.*  
*cap. 2. num. 20.* cāque ratione testatur,  
Carolum V. duos Francisci Regis Le-  
gatos, per Italiam ad Turcas cuntes,  
interfici curâsse.

140 Disceptari video, an saltem jus ta-  
lionis immunitatem Legatorum suf-  
flaminet; & an Princeps aut Rex,  
apud quem Legatus moratur, in ipsum  
animadvertere valeat ex eo, quod &  
sui Legati ab illo, qui Legatum misit,  
antecedenter contra Jus Gentium fue-  
rint violati? Grotii, quem sequitur  
Clariss. D. Stapff de *Majest. cap. 5. §. 92.*  
mens in *d. cap. 18. §. 7.* expedita est, jus  
141 talionis locum non habere. Ratio in  
promptu est: quia, quidquid sit de

injuria, ante Legionem factā, ad-  
missio Legati est nova immunitatis  
stipulatio, nontantum favore Legati-  
tis, sed magis ad commodum ipsius Le-  
gati: consequenter antecedens inju-  
ria remissa, aut saltem ad tempus Le-  
gationis usque dissimulata censetur.  
Non igitur magnanimè tantum, in-  
quit Grotius, sed & ex Jure Gentium  
Scipio, postquam Legati Romano-  
rum à Carthaginensibus male essent  
habiti, ductis ad se Carthaginem  
Legatis &c, quid fieri deberet, inter-  
rogatus respondit, nihil tale, quale  
factum esset à Carthaginensibus: *nihil  
enim, ut Lervius dec. 3. lib. 10. cap. 19. ad-*  
*vertit, se facturum dixit, institutis Populi  
Romani aut suis moribus indignum.* Xer-  
xes Persarum Rex simili ferè modō,  
cūm Legati ejus Spartæ violati essent,  
negavit, se erga Legatos, qui ad fa-  
cimus expiandum mittebantur, La-  
cedemtoriis, qui Jus Gentium con-  
cucassent, similem fore. Textor  
*d. l. num. 41.*

Exceptionem subnexit Hornius de  
*Civit. d. lib. 2. cap. 8. §. II. num. 4.* si con-  
tingat, talem mitti Legatum, qui an-  
teā Author extitit injuria, alterius Le-  
gato irrogatæ; quasi privilegium im-  
munitatis non mereatur, qui ipsem  
contra immunitatem deliquerit. Sed  
& hoc casu cum Vitriario ad Grot.  
*d. l. quest. 15.* dicendum videtur, ante-  
cedenter injuriati per ipsam Legati  
delinqüentis admissionem remissam,  
plenamque ei securitatemi esse pro-  
missam.

In eo tamen casu, quō Princeps eli-  
git Legatum, qui subditus est & ma-  
net ejus, ad quemmittitur, non vide-  
tur hoc agere, ut hominem, sed ut  
officium ejus eximat; adeò ut Lega-  
tem Legatus repräsentet quoad ea,  
quaे agit ex officio, non quoad alia.  
Huberus de *Jure Civitatis. d. cap. 2. num. 28.*  
Sicut & si Princeps Legatum suum pa-  
tiatur esse Ministrum pariter ejus, ad  
quemmittitur, in hoc consensisse  
creditur, ut tanquam suus Minister sit  
sanctus, sed ut Minister ejus, ad quem  
mittitur, pro subiecto habeatur. Idem  
*ibid. num. 29.*

## S. III.

## De Honore &amp; Cultu Legatorum.

<sup>146</sup> **E**x eo, quod Legati representent suos Principales, consurgit nova prærogativa, honor scilicet & cultus, quod Legati in respectum & reverentiam eorum, à quibus missi erant, sunt excipiendi & afficiendi. Sicut enim Rex unus, ad alium veniens, ob Majestatem, quam etiam in alieno Regno juxta lib. 2. cap. 3. num. 56. quoad præminentias suas gerit, Regio honore colendus est; ita & Legatus, qui Majestatem Regis sui in loco Legationis repræsentat. D. ab Andlern *Constit. Imperial. verb. Gesander num. 12. Ziegler de Jur. Majestat. lib. I. cap. 32. §. 10.*

<sup>147</sup> Etsi quoad cæremonias & solennitates, in exceptione & hospitatione Legatorum adhibendas, observetur distinctio inter Legatos primi & secundi ordinis; ac pleraque, quæ inter Gentem unam & alteram usitata sunt, non tam Jure Gentium, quam voluntariâ pactione, compositione, aut antiquâ observantia determinata vel determinanda reperiantur. Vitriarius ad Grot. d. cap. 18. quest. 3. inf.

<sup>148</sup> Ad honorem Legati quoque pertinet Jurisdictione in suos Comites: quamquam enim & hoc pendeat à voluntate Mittentis, quam potestatem in Comites assignare velit Legato; attamen aliquam saltem Jurisdictionem, nempe cognitionem & modicam coercitionem ei semper concedere præsumitur, quatenus scilicet est necessaria, ut illi regantur, & Legatio per ipsum facta remoram non patiatur. Textor d. cap. 14. num. 62. Vitriar. ad

<sup>149</sup> Grot. d. l. quest. 17. Rationem assignat Hornius *de Civ. d. lib. 2. cap. 8. §. 5. num. 2.* quia Legatus Principem refert, qui nunquam sine Imperio est; & minùs consuleretur Mittentis autoritati, si Legatus tanti Imperii non esset capax, quantum sufficit ad Comites regendos, sed oporteret suos aliis tradere ad castigandum.

Adhæc Legatorum honorem auget jus asyli in eorum domibus pro omnibus, qui illuc confugiunt, quatenus inde nec abstrahi, nec ad poenam condemnari possunt. Hoc tamen Iuris Gentium non esse, sed pendere ex concessione ejus, apud quem Legatus agit, tenet cum communi Grotius d. cap. 18. §. 8. num. 2. Rationem duplificem dat Vitriar. ad cit. Grot. quest. 18. prima est, quia Jure Naturæ & Gentium ea censentur competere jura Legato, quæ ad Legationem subeundam sunt necessaria; asylum autem est minimè necessarium ad hunc finem. Altera est: quia & is, qui deliquit, est subditus Domini territorii; & locus, in quem fugit, est in- & de territorio, cui talis securitas connexa non est: nam ea, quæ manant à persona Legati, ad ipsum Legatum, Comites, & vasa pertinent, non ad alios, vel ad hunc locum. Addatur Cramerus *de J. G. concl. 87.* Indeque, cum Romæ manus olim abusus irrepereret, ut tota ferè Urbs ob multiplicitia Legatorum palatia & adjacentes Regiones in asylum & aram impietatis transierit, nullumque tam atrox facinus, cui non arx & securitas in aliquibus Legatorum ædibus, aut vastis areis vicisque confinibus pateret, extiterit, per varios Romanos Pontifices jus asyli domibus Legatorum justè ademptum, & nominatim à sanctæ memorie Innocentio XI. jure prohibitum est, ne quis deinceps Legatus Romam veniat, qui asylum prætendere præsumat; qua de materia fusiori, & ut assolet, fluidissimô calamô scripsit, factumque Sanctissimi hujus Pontificis contra oblocutores viriliter defendit Eminentiss. Cardinalis Sfondrati in saep cit. libello, quem inscribere voluit *de Legatione Lavardini, seu de jure, origine, progressu, & abusu quarteriorum, franchitiarum, seu asyli.*

## SECTIO V.

## De Judicio &amp; Judice Legatorum.

## SUMMARIA.

155. Proponitur quæstio, ad Legati in causis civi-  
libus personalibus in loco Legationis conveniri  
possint? 156. Referatur sententia negativa, à  
Grotio defensa. 157. & seqq. Adducuntur  
diversa ejus motiva. 160. Subvertitur argu-  
mentum omniane inconvenienciae. 161. Refe-  
runtur sententia Texoris, distinguens inter debitam  
liquidam & illiquidam. 162. & seqq. Per multas  
rationes in speciem probatur. 165. & seqq. Ra-  
tiones ista sub iudicem revocantur. 169. & seqq.  
Super adducuntur varia munimina pro sententia  
Grotiana. 173. Legatus nequitdem statutis  
circa personas & causas personales tamen obligatur.  
174. & seqq. Proponitur quæstio, ad Legati in  
causis realibus possine in loco Legationis conve-  
niri? Cum ratione dubitandi ex Jure Romano.  
176. Res mobiles non possunt ibidem peti. 177.  
& seqq. Bene vero res immobiles, ut diversi-  
modi roborantur. 181. Tenentur etiam Legati  
servare scutula, que versantur circa res immo-  
biles. 182. & seqq. Hereditatis periclo contra  
Legatum in foro Legationis recte moveruntur, si  
aliqua immobilia bona complectantur. 184. & seqq.

Proponitur quæstio de Judice Legatorum de deli-  
ctis, & referuntur opinio Grotii. 186. Delicta  
levia sunt dissimilanda. 187. & seqq. Ob alia  
Legatus dimitti posset. 190. & seqq. Nun-  
quam tamen in loco Legationis ob delictum etiam  
grave, contra officium hominis commissum, puniri  
potest. 193. & seqq. Posset autem puniri, si  
delinquat contra officium Legati. 197. Possunt  
etiam intercipi Legatorum litera. 198. & seqq. Duo  
exempla contra nos proponuntur. 200. & seqq. Ad  
primum varie responderetur. 201. & seqq. Respon-  
deretur etiam ad alterum. 205. & seqq. Texoris  
doctrina referatur, Legatum puniri posse, dicentes  
quoties offendit subiectus illius, ad quem missus est.  
207. & seqq. Refutatur. 209. & seqq. Refe-  
runtur sententia Crameri, generaliter afferentis,  
Legatum ex contractu & delicto convenire posse.  
211. & seqq. Resolvuntur illius objectiones. 213.  
Ut Legatus ob hostilem machinationem puniatur,  
requiritur sufficiens probatio. 214. Conatus  
causam etiam in crimine incidit. 215. & seqq.  
Offendit, quidam circa Comites Legatorum  
fis obseruantur.

## S. I.

De Judicio & Judice Legatorum in Causis Civili-  
bus Personalibus.

155 Cum multa præmiserim an. 123.  
de Legatorum securitate &  
immunitate tam contra vim  
injustam quam justam; in-  
dagare restat, an ergo in loco Lega-  
tionis nullum Judicium aut Judicem  
agnoscere tencantur? Et primò in di-  
sceptationem venit, quid in causis ci-  
vilibus personalibus dicendum sit?

156 Grotii judicium in s̄epe cit. cap. 18.  
§. 9. num. 1. hoc est. Si quid (Legatus)  
debiti contraxit, & ut sit, res soli eō  
locō nullus possideat, ipse compellan-  
dus erit amicē; &c, si detrectet, is, qui  
misit; ita ut ad postremum usurpen-  
tur ea, quæ adversus debitores, extra  
territorium positos, usurpari solent,  
id est, repressaliæ quoad personas aut  
bona aliorum incolarum ejus Regni,  
157 ubique deprehensa. Rationem  
in d. l. præmittit Grotius: quia omnis  
coactio abesse à Legato debet, tam

quæ res ei necessarias, quam quæ per-  
sonam tangit, quod plena sit ei secu-  
ritas. Accedit, quod neque digni-  
tati Mittentis honorificum sit, ut Le-  
gatus, qui personam ipsius subit, alieno  
Judicio & Judici submittatur; ne-  
que muneri & expeditioni Legatio-  
nis conveniat, ut, cum Legatus ne-  
gotia publica habeat gerenda, priva-  
tis judiciis adstringatur. Præter hæc 159  
Legati Jure Gentium hac in parte ita  
considerantur, ac si non existerent in  
territorio ejus, in cuius Aula moran-  
tur: proindeque & res eorum, tan-  
quam personæ accessionis, ita consi-  
derandæ erunt. Clariss. D. Stapff de  
*Majest. cap. 5. §. 94.*

i Si à quopiam cum Besoldo d. lib. 2. 160  
Polit. cap. 8. §. 2. num. 12. replicetur,  
metuendum esse, ne, si id Juris sit,  
Legatus res alienas secum in patriam  
abducat, & nemo inveniatur, qui cum  
Ecccc 2 Lega-

Legato contrahere velit. Respondet ad I. §. 10. num. 1. idem Grotius: etiam Regibus, qui cogi nequeunt, non deesse creditores; & apud quosdam Populos moris fuisse, ut de contractibus, qui increditum iissent, jus nullum redderetur, non magis scilicet, quam adversus ingratos.

161 Aliâ longè semitâ incedit Textor cit. cap. 14. à num. 52. & in debitis quidem illiquidis sentit cum Grotio; in liquidis verò judicat, contra Legatos forum loci Legationis esse fundatum; utique si præcesserit monitio; & apud Mittentem instantia de solvendo.

162 Motiva ipsius sunt I. quia Legatorum gravitate indignum æquè ac injustum est v.g. mutuum, depositum, comodatum &c. accepisse tempore Legationis, & non reddere ex fide contractus, sed titulô Legationis ad defraudandos creditores, qui ibidem, ubi Legatum agebat, cum ipso contraxerunt, velle abuti: quam rationem procul dubio considerasse videatur JCtus in l. consensisse §. 4. ff. de Judic. dum Legatum subjicit judicio loci, ubi tempore Legationis contraxit..

163 II. quia in contractibus privatis Legatus non repræsentat Regem vel Populum Mittentem, sed tantum in commissis negotiis publicis; prout etiam sentit D. Pelzhofer Arcan. Stat. lib. 4.

164 cap. 2. sub num. 10. III. quia Jus Gentium decipientibus Legatis, aut contra fidem contractus ex alieno damno lucrum captantibus, non assistit; habetque Mittens, quod sibi imputet, eur talem Legatum miserit, aut postea ad solvendum non adegerit.

165 Verum non moror hæc motiva, suōpte pondere fatisfcentia. Ad I. enim resp. indignum haud dubie & injustum esse, si Legatus debita contrahat, nec solvat; at indignius & injustius esse, ut, si solvere nolit aut non possit, ob personæ sanctitatem & immunitatem, cum præjudicio causarum publicarum, & contemptu Mittentis ad tribunalia vel obtorto collô ad solutionem com-

166 pellatur; nihil refragante JCtô vel Jure Romanô, utpote cùm non de Legatis Regum ac liberarum Gentium, sed municipalibus duntaxat, ibidem sermo sit: nec enim privilegio

immunitatis, quod Legati publici habent ex Jure Gentium, in dispendium publicum renuntiare valent. Ad II. 167 repausit, etiam Régem & Principem Supremum, cum privatis contrahentem, privatorum loco considerari, nec tamen eidem cum privatis judicio substerne; quin & Legatum delinquentem non repræsentare Mittentem, esto nihilosecius foro privilegato potiatur. Ad III. replicatur, Jus 168 Gentium non minus Legatis contrahentibus, quam delinquentibus, assistere, non quidem ut decipient, aut delicta accumulent, sed, ut ex rationibus, jam allatis, ab omni coactione quoad res & personas sint exempti.

His superaddere placet, quod nuper 169 advertit Stephanus Cassius de Legatorum Jure & Judice sect. 2. n. 137. quod nempe incommodum Legationis sibimet ipsis cives, qui Legato sive ædes sive merces paratamque subministrant pecuniam, avaritiae ac foenoris aut usuræ cupiditate, imponant, dum lucellum ex illa Legati, magnificantiam, pompam, & abundantiam ubique ostentantis, liberalitate aut profusione, veniantur: poterant enim negare, & non, nisi numeratâ pecuniâ, aut interpositâ aliorum fide, concedere; poterat etiam & debebat cogitare, in Legato non esse, ut immunitati sua renuntiet, & cum dedecore Mittentis foro contractus se subjiciat. Nec ex 170 cusat ignorantia, quæ hac in parte invincibilis esse nequit: cùm vel ex recta ratione, nisi lucri cupiditas excœcasset, vel ex aliorum informatione intelligere possent, quid sibi in Legatum debitorum juris esset. Quid? quod Magistratus, civibus suis bene prospiciens, edicto publico ignorantiam depellere valeat; publicando, quod, qui cum Legato contrahit, id suo periculo faciat. Idque Legatorum fidei non 171 tam obesset, quam prodebet: quippe qui, rationibus probè subductis, sumptus ex salario metiri, non ex vanâ ostentatione aut æmulatione, discentent; & fortè de pecuniæ ex æario sui Principis promptiori solutione securiores essent, si spem omnem, aliunde mutuandi, decollasse Princeps videtur.

173 De reliquo, cùm ex dictis Legatus non subsit foro loci, in quo Legatione fungitur, in causis personalibus, neque sub eius quoad statuta, circa personas & personalia ibidem promulgata: ideoque non alligatur solenni-

ratibus, ad valorem contractus publicatis & receptis, sed satisfacit, quando ea, que jus Naturæ & Gentium prescribit, adhibet. Textor citat, cap. 14. num. 59. Et seq. Pelzhofer 4. cap. 2. num. 10.

## S. II.

### De Judicio & Judice Legatorum in Causis Civilibus realibus.

174 Secundò circa Legatos controv-  
titur, ubinam in causis civilibus  
realibus conveniri possint & de-  
beant? Si LL. Romanas inspiciamus,  
*ex L. 2. & l. ult. Cod. Ubi in rem actio*

*mox deprehendimus, præter domici-  
lium etiam locum rei sitæ in actione  
reali esse forum competens; licet pos-  
sessor rei ibidem habitare non consue-  
tit; vel quia iudex rei sitæ, cùm  
debeat rem protegere, poterit etiam  
de re cognoscere: vel quia facilitas &  
maior est facultas, in loco, ubi res est  
sita, tam cognoscendi, dum ibi omnia  
concurrunt adminicula; quād ex-  
equandi, dum res est parata. Num au-  
tem ad Legatos, si rem in loco Lega-  
tionis habeant, actione reali petitam,  
id ipsum pertineat? Videndum est.*

*175 Ubi sanè non displicet distinctio, quam  
affert Textor in Synopsi Jur. Gent. d.  
cap. 14. num. 57. inter res mobiles & im-  
mobiles. Res mobiles actione reali  
nequeant in loco Legationis peti:  
jam enim supra in num. 159. notatum  
est, res ejus generis, velut accessoria,  
participare immunitatem, personis  
debitam; & alias de rebus mobilibus  
coimpertum est, illas, nisi rebus immo-  
bilibus fuerint connexæ, sequi magis  
conditionem personæ, cui principaliter  
deserviunt.*

*176 Res immobiles, in  
loco Legationis sitas, ibidem repeti  
aut vindicari posse, verosimilius cen-  
so. Nam, quod Jure Romano sta-  
tutum est, quod judicium rei sitæ pos-  
sessor immobilium subire teneatur, li-  
cet alibi domicilium habeat, ea de cau-  
sa non reperitur in Jure Publico Uni-  
versali immutatum: quia etiam Rex,  
qui in alieno Regno Ducatum aut  
Principatum possidet, Leges illius Re-*

*ges loci, circa res immobiles aut jura  
realia latas, æquæ à Legatis ac cæteris  
possessoribus esse observandas; ideoque,  
si ad constitutionem pignoris in  
re immobili desideretur insinuatio ju-  
dicialis, pignus aliter, quād si fuerit  
apud Judicem insinuatum, non va-  
lere: dum enim circa res versatur con-  
stitutio, habetur respectus non ad per-  
sonas sed ad res, & sic possessores cum  
respectu ad res tenentur. Textor 4.  
cap. 14. num. 59.*

P. SCHMID JURISPA. PUBL. UNIVERS.

F f f f f

De.

181 De petitione hæreditatis residuum est dubium, an, si illa moveatur contra Legatum, sive ex testamento, sive ab intestato, possit in loco Legationis proponi?

Textor cit. l. n. 58. non dubitat affirmativè concludere; nec ego ab ipso recedo, si hæreditas non tantum mobi-

lia sed etiam immobilia bona complectatur: cùm enim ex præmissis immobilia rectè petantur contra Legatum in loco rei sitæ; etiam mobilia, quatenus ad hæreditatem spectant, & universum patrimonium defuncti reintegrant, ex continentia & connexione jurium, in eo loco petivalebunt.

### §. III.

## De Judicio & Judice Legatorum in Causis Criminalibus.

184 Tertiò magna cum contentione de Legatis disquiritur: utrum in causis criminalibus foro privilegiatō gaudeant? Varia hac in parte placita refert Grotius lib. 2. cap. 18. §. 4. & demum in num. 5. sensa sua clariùs exprimit, ac censet, placuisse Gentibus, ut communis mos, qui quemvis in alieno territorio existentem ejus loci territorio subjicit, exceptionem pateretur in Legatis, ut qui, sicut fictione quādam habentur pro personis Mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium: unde & Civili Jure Populi, apud quem vivunt, nqn tenentur.

185 Concludit deinde, quòd, si tale sit delictum, quod contemni posse videatur, aut dissimulandum sit, aut è finibus jubendus exceedere Legatus: si crimen sit atrocius, & ad publicum malum spectans, mittendus sit Legatus ad eum, qui misit, cum postulato, ut eum puniat, aut dedat; si autem vim armatam intentet Legatus, occidi possit, non per modum poenæ, sed per modum naturalis defensionis.

186 Ego in primo casu, quòd delictum est levius, Grotio me totaliter conformo, itaque mentem ipsius explicabo, quòd, si delictum sit tale, ut maculam aliquam, vilipensionem, aut depressionem Legato delinquenti norit causet, id dissimulare oporteat: cùm in lubrico versaretur Legatorum salus, si omnium ferè actuum suorum rationem reddere, & ob quemlibet excessum Legatione suā exceedere deberent.

187 At verò, si ex delicto sequatur diminutio autoritatis, potest is, apud

quem degit Legatus, justè recusare ulteriorem cum eodem tractatum & expeditionem: quandoquidem Magnos Principes oppidò dedecere videatur, si ad suum alloquium homines inferioris & sequioris notæ admittere teneantur. Et in hoc sensu intelligo geminum exemplum, quod recenset Author *Legationis Lavard.* pag. m. 13: illud nempe, quod apud Dionem in excerptis Legatorum extat hisce verbis: cùm juvenes quidam Legati à Carthaginē Romanū venissent, ibique contumeliosa quādam fecissent, missi sunt Cartaginem, traditique Cartaginensibus, ab his verò nihil iis nocitum; & alterum de tertio bello 189 Punico, ubi, dum Legati Carthaginensium ad Romanos, cum classe appulso, in castra veniunt, auditōque Senatus mandatō, plenam doloris, querelæ, indignationis, contumeliaeque orationem effundunt, reverentiae obliti, insultantibus potius quam rogantibus similes; Consul Censorius dixit: excedite castris incolumes: nam adhuc Legati esis.

In altero & tertio casu nonnihil dissentio, & sicut olim in mea *Jurisprud. Canonico - Civil.* to. I. lib. I. tr. I. cap. 4. an. 51. distinxī, etiam nunc ad mentem Besoldi lib. 2. Polit. cap. 8. §. 2. sub n. 15. distinguo delictum atrocious, an sit contra officium hominis cuiuscunq; sicut est adulterium, furtum, homicidium &c. an verò specialiter adversetur officio & obligationi Legati, puta quòd Legatus gravem ac personalē injuriam inferat Princi, quo cum versatur, rebellionē excitet, Populū in caput ejus conciteret. Si

191. Si prius ; existimò, in Legatum animadverti non posse, sed, si vindictam aut satisfactionem querere lubeat, eam Mittenei relinqu, aut deditio-nem Legati ab eo requiri debere. Ra-tio est: quia nec Princeps, in alterius Principatu talia committens, subjacet alicui poenæ, Jurisdictione, quæ in pa-rem non datur, deficiente: ergo nec Legatus, qui Principem repræsentat, ob similem Jurisdictionis defectum, poenæ subjacet; nec medium aliud su-pereft, nisi ut à Principe Mittente sta-tuatur supplicium, aut Principi, in cu-jus ditione prævaricatus erat, dedatur. Hornius *de Civit. lib. 2. cap. 8. §. 6. n. 4.*

192. & §. 9. num. 1. Et 6. Ubi notat, facile hinc arbitrari licere, quid censemur sit de barbarie Basilii Moschi, qui cu-jusdam Legati capiti pilcum clavo affi-gi jussit, causatus, *rusticè istum texisse caput*; uti & de Alexandri Magni fa-cto, cædantis Persarum Legatos ob libidinem atque lasciviam, alii, inquit,

193. viderint, quomodo excusent. Si po-sterius; sentio, poenæ propriè dictæ, ob eandem rationem, quod Legatus qualiscunque, etiam hostilia tentans, non subjiciatur potestati Jurisdictionali ejus ditionis, in qua perperam agit, locum non esse; competere tamen illa media, quæ cæteroquin de Jure Gentium contra hostes fuerunt adin-venta: quia, si Mittens ipsem in alieno territorio perpetret, quæ non amicis sed hostibus sunt propria, ut hostis tractari potest: adeoque Lega-tus, qui Mittentis personam solum-modò repræsentat, benigniora media

194. sperare non poterit; nihil juvante vel excusante sanctitate & immunitate, Jure Gentium alioquin concessâ: cum, qui specialiter peccat in Jus Gentium, ejus favorem non mereatur; & gra-ve, si non penitus intolerabile, videatur, Legatum, qui tanquam amicus cum tacita securitatis promissione admissus erat, posteà in hostem conver-sum; aliter quam hostem respicere. Vitriar. ad Grot. d. cap. 18. §. 13.

195. Itaque talis Legatus capi, detineri, cum suis rebus arrestari, quin & oc-cidi poterit, si vim armatam adhibeat, uti potest occidi hostis, si armata ma-nu in nos irruere tentaverit; quâ ra-

tione, cum innumeri Reges in acie cæsi, vel capti, & post conflictum interempti fuerint, eodem jure censebitur Legatus; &, ubi nec Principi parcitur, incolumitatem nullam Mini-ster sibi pollicebitur, ait Hornius d. cap. 8. §. 9. num. 2. Et 3. Quod sp̄ctat, 196 quod narrat Livius dec. 1. lib. 5. cap. 20. de Legatis Romanorum ad Gallos, qui, cum Jus Gentium violâssent, & adversus eos, ad quos pacis causâ ab-legati fuerant, sumptis armis pugnâssent, à Gallis occidi potuissent, ut ju-dicat Grotius d. cap. 18. §. 4. num. 7. Quorsum & illud adjiciendum puto, 197 quod tradit Stephan. Cass. de Jur. & Jud. Legat. scđt. post. n. 104. multò magis ejus-modi Legatorum literas, ad eos post capturam destinatas, intercipi posse; sicutamē, ut prius, quam à Mittente fue-rit compertum, an Legati delictum im-prober, aut probet, non referentur, aut legantur: cum alioquin injuria fiat non tam Legato, quam Mittenti, à quo illæ literæ sunt profectæ; quippe quæ ne quidem tunc aperiri debent, quando jam bellum cum Mittente gli-scebat. Pelzhofer Arcanor. Stat. lib. 4. cap. 2. sub num. 10.

Duo quidem in contrarium illustria 198 judicia profert Grotius d. l. n. 3. Unum ex Livio, qui d. dec. 1. lib. 2. cap. 2. de Legatis Tarquinii, prodictionem Ro-mæ concitantibus, addubitatum, ait, an cum cæteris pröditoribus in vincula essent conisciendi; Et quamquam visi sint comisiffi, ut hostium loco essent, Jus ta-men Gentium valuit. Alterum ex Sal-199 lustio de Bello Jugurth. ubi etiam Co-mitem Legationis facit immunem: fit reus magis, inquiens, ex aequo bono que, quam ex Jure Gentium Bonilcar Comes ejus, qui Romam fide publicā venerat; quasi di-ceret, bonum & æquum seu merum Naturæ Jus pati poenas exigi, ubi re-peritur, qui deliquit; at Jus Gentium Legatos, & qui his similes fide publicā veniunt, excipere. Verùm illustria 200 hæc judicia historiæ luce reddit clari-riora Knichen Oper. Politic. lib. 2. p. 2. scđt. 1. th. 16. pag. m. 829. Ad primum nempe reponit, Legatos fuisse dimis-sos impunes ex dupli causa: tum quia non constabat de vero delicto, contra officium Legatorum comisso,

- ex quo Tarquinius ob delictum filii, se invitò & nesciente commissum Regnō & Urbe ejectus, & ne cdum à Nobili Juventute Romana abdicatus erat.:
- 201 tum quia status Romanorum tunc maximoperè turbulentus exitit, ut consultum non crederetur, nimium rigorem adhibere, & gliscentem jam invidiam ardentes inflammare. Et hinc sub prætextu, quòd Legati Jure Gentium sint inviolabiles, impunes dimissi sunt. In idem ferè recidit animadversio Hornii *d. cap. 8. §. 7. n. 4.* ubi ita habet. Tarquinii Legati, ut admittentur, ratio statū videbatur suadere. Propter ejectum non ita pri-dem Regem, infames atque inuisi erant Principibus Romanis; & attracturi vi-debantur omnium odia, si insuper Legatis vim attulissent, rei scilicet omnium Populorum judiciō. Nam Regem expellere, qui reverā habet Imperium in Populum, omnium suffragiō nefas est: nunc si præterea Legatos violarent, præcipue cùm vicini crederent, eos in culpa fuisse, id verò erat non tam in Tarquinium, quàm omnes Populos esse injurium.
- 202 Ad alterum respondet *cit. Knichen, Bomilcarem Jugurthæ, qui ex fide publica Romam venerat, Comitem ob homicidium dolosum ac proditorium magis ex Jure Naturali ad mortem condemnatum esse, quàm ex Jure Gentium, utpote quod de Legatorum Comitibus circa similem casum deter-*
- 203 minatè nihil disposuit. Quòd si Romani contra Jus Gentium egissent, id neutquam adversaretur sententia, prius stabilita: nec enim homicidium refero inter delicta, quæ specialiter officio Legati repugnant; &, si eo ex capite in præsenti huc referendum foret, quia, ut dicit Knichen, persona à Bomilcare occisa erat ex Regio sanguine, non obstatet tamen præfatæ nostræ sententia, in qua Legatorum occisio tantùm jure defensionis admittitur, quando vim armatam actu inferunt. Conferatur Hornius *citat. l. num. 6. §. 8.*
- 204 205 Strictior longè in defendenda Legatorum immunitate est Textor in *Synopsi cap. 14. num. 43. seqq.* admittens Dominio territorij facultatem punien-

di Legatos, quoties non tantum ipsius personam sed etiam subditos ejus offendunt adulterio, stupro, incendio, homicidio &c. ex ratione, quòd Legatus non ex causa delictum patrandi, sed negotia commissa tractandi publica fide recipiatur; juxta illud Theo-<sup>206</sup> dahati Gothi, apud Procopium Legatis Justiniani dicentis: *sancum Legatorum nomen, quamdiu dignitatem Legationis modestiā suā tueantur: existimare enim homines, fas esse, vel interficere Legatum, si is in Principem, ad quem mittitur, sit injiosus, aut alienum matrimonium violet.* Sed quia hòc modò Legati præ reli-<sup>207</sup> quo vulgo vix aliquid haberent præcipui, dum nullum ferè delictum occurrit, propter quod in loco Legationis à Judicio & Judice immunes esse possent: credo equidem, ipsos non mitti addelicta perpetranda; concedo etiam, eos in casu, quòd deliquerint, illud impunē non ferre; sed Mittenți seu Leganti puniendos offerri debere; constanter autem teneo, fidem publicam ipsi suffragari, quamdiu characterem suum, peccandò contra Legati munus, non amittunt: nihil re-<sup>208</sup> morante Theodahati sententiā, quæ, nisi ad crimina, in quibus vis concurrit, ut fieri potest in violatione matrimonii, restringatur, impræsentiarum pro regula nequit acceptari. Videatur Simon Kuchenbecker in *not. ad Hornium cap. 8. §. 8. num. 1.*

Adhuc strictiorem in hac immunitate se monstrat Cramerus in *tratt. de Jur. Gent. concl. 84.* ubi generaliter asserit, Legatum in loco delicti vel contractus & puniri & conveniri posse: tum quia sanctus est, qui ab injuriis defenditur, non qui à Juris execuzione immunitatem habet; neque Legatus delinquens sacrosanctus, neque injustè agens justus vocari per naturam poterit: tum quia singulare privilegium, Legatis constitutum, non plus sanctitatis inferre potest in bello & inter hostes, quàm in pace & inter amicos, nimirum securitatem & incolumentem; adeoque talis sanctimonia tollit jus belli, seu promiscuam sacerendi nocendique licentiam, non pacis, in qua delinquentes puniri possunt.

At

211. At neque hæc argumenta eō constant momentō, ut à priori me sententia dimoveant. Nec enim sanctitas, quā conspicui cernuntur Legati, est intrinseca, à vitæ sanctimonia & honestate desumpta; sed extrinseca, & in immunitate à vi & violentia quaunque, sive proveniat à Jure, sive promanet ab injuria, optimè fundata; 212. debetque non tantū aliquid singulare Legato conferre quoad jus belli, sed etiam quoad jus pacis, dum publicè interest, ne, qui mittitur ad amicos, & vices agit Summæ Potestatis, ab amico, in pari, & non in altiori Potestatis gradu constitutō, quidpiam adversi patiatur, quādū in hostem non convertitur.

213. Ne autem in sensu jam declaratō Legatus quidpiam contra Jus Gentium patiatur, non quælibet suspicio aut præsumptio sufficit ad delictum, ipsi imponendum, sed, ut illud sit manifestum, notorium, aut apertis testimoniis demonstrabile, oportet: alioquin vix unquam ratio & prætextus deesset, Legatum, si forte de rebus minus acceptis agere teneatur, persequendi Hornius cit. cap. 8. §. 10. n. 4. Vitriar. 214. ad Grot. cap. 18. §. 12. Et si cum eodem Hornio §. 10. num. 1. & seqq. in crimen, contra Principem & Imperium committendō, solum conatum aut

improba seditionum consilia sufficere, existimem: quidquid enim sit de illa quæstione, an de Jure Gentium universim conatus pro ipso scelere reputari debeat? In hoc sanè casu, veluti discurrit idem Author num. 4. ut hostis occidi possit, Jus Gentium non requirit, alterius cædein præcessisse: sufficit, hostili animo eam agitari. Alias nunquam aggressor, ne quidem in bello defensionis causā, posset transfodi. Legatum autem, moventem seditionem, hostilia nefariō ausu meditari, probatione haud indiget. Interimitur ergo jure, quod in hostem competit, in quem æterna porrigitur auctoritas.

Porrò de Legatorum Comitibus, si<sup>215</sup> malè fecerint, post relatas & refutatas aliorum sententias Ziegler *de Jur. Majestat. lib. I. cap. 32. §. ult.* ita concludit: posse Principem Legato, præsertim longius iter confecturo, & ad remotas Regiones missio, etiam Imperium in Comites & pedissequos suos concedere. Id si factum, posse Legatum<sup>216</sup> ubivis locorum, nisi à Domino territorii prohibetur, judicium exercere; si non factum, Legatum ex nulla collatione Legationis imperium tale non consequi, sed tum delinquentes domum remittendos esse. Relegantur tamen dicta in num. 148.

## S E C T I O VI.

### De iis, quæ cessare faciunt Officium Legati.

#### S U M M A R I A.

217. Officium Legati exspirat morte Mittentis. 218. Postquam à Legato fuit cognita. 219. Instantia ex Greco de mandatario tangitur. 220. & seqq. Congrua ad illam responsio subjungitur. 221. Mors illius, ad quem missus est Legatus, saltem suspendit officium Legati. 223. Multo magis mors Legati Legationem defraudat. 224. Revocatio quoque Mittentis cessare facile officium Legati. 225. Si fuerit intimata Legato. 226.

An ob hanc validi procedit. 227. An, constitutio secundō Legato, constatur primus esse revocari? 228. & seqq. Sententia negativa eligitur & probatur. 231. Expirat quoque Legati officium illius delictō. 232. Ut & supervenientia inimicitia inter Mittentem & eum, ad quem missus est. 233. Nec non finitus negotiō. 234. Aut spontanea illius renuntiatione. 235. Si in casu, quæ subdicens est Mittentis, ejus ratificatio accesserit.

#### S. I.

##### De Morte.

217. Nter ea, quæ cessare faciunt officium Legati, I. est mors tum Mittentis; tum illius, ad quem facta missio; tum ipsius Legati.  
P. SCHMID JURISPR. PUBL. UNIVERS.

Enimvero, quod attinet mortem Mittentis, certum videtur, Legati munus, cùm dependeat à voluntate Mittentis, & hæc per mortem exspiret, cum,

Ggggg

cum eadem morte exspirare; consequenter omnia, quæ post mortem Mittentis, à Legato cognitam, ab eo sunt acta, esse nulla, nisi à Successore ratificantur, aut Legatus iterum 218 firmetur. Dixi post mortem, à Legato cognitam: quandoquidem, ubi mors incognita manet, Legatus adhuc validè procedit, utpote decoratus charactere publico, in speciem validum, à quo valor negotiorum dependet.

219 Obstare videtur, quod de mandatario docet Grotius lib. 2. cap. II. §. 17. n. 1. Distinguit enim interMinistrum, qui electus est, ut promissionem significet, & inter eum, qui electus est, ut ipse promittat. Priore casu mortuò donatore donationem acceptari posse, existimat, ut perfecta ab una parte; alterò casu non posse: quia non facta 220 est, sed mandata fieri. Sed, quia Grotius non loquitur de Ministro publico, & etiam in privato admittit conjecturas contrarias, dum, ut discurrunt Muelen *ibid. in Commentar.* hæc omnia pendent ex voluntate mandantis, cui liberum est, extenderé vel restringere agenda per mandatarium: 221 ideo putem, in Legato mortem Mittentis necdum cognitam non obstare, quò minus Legationem suam validè

continuare possit, dum voluntas Mittentis fuisse præsumitur, ut, quādiu character Legati in existimatione hominum subsistere creditur, acta ab eo subsistant.

Mors illius, ad quem facta est mis-222 sio, in Statu Monarchico suspendit haud dubiè, vel potius extinguit officium Legati: cùm, sicut admissio, sic & continuatio Legationis ab ejus voluntate, quæ cum defuncto exspirat, nec Successorem in Regno ligat, dependeat; et si Knichen *Oper. Polit. lib. 2. p. 2. sect. 1. tb. 12. sub num. III.* existimet, Successori in Regno successivo à Legato mandata sui Principalis, si maxime Regnum aut Principatum concernant, adhucdum exponi posse; monens tamen, tutius esse, ut, ubi negotia in oram sufferunt, nova instructio à Mittente exspectetur.

Quod concernit mortem ipsius Legati, constat, electam plerumque censi personæ industriam; sicque Legationem ad hæredes Legati non extendi, nisi eatenùs, ut, quod à Legato perperam est factum in damnum & perniciem Legantis, ab hæredibus resarciantur, non quidem absolutè, sed, quantum ad ipsos ex hæreditate per-223 venit.

## S. II.

### De Revocatione.

224 Officium Legati cessare facit II. revocatio Mittentis ex ratione, mox in *num. 218.* insinuatā, quod sola Mittentis voluntas Legatum creet, simul & creatum conser-225 vet. Debet tamen hæc ipsa revocatio intimari Legato: nam, antequam ipsi innotescat, procedit validè, prout non tantum Jure Romano de mandatario dispositum est in *I. si mandatum 15. ff. Mand.* sed & Juri Naturali consentaneum esse, non obscurè tradunt Grotius *d.l.* & Pufendorf *de J. N. 226* & *G. lib. 3. cap. 9. §. 4.* quia ex una parte mandans seu Mittens nihil imputare potest mandatario seu Legato, quod, non habitat revocationis notitiā, bonâ fide negotia sua prosecutus fuerit; ex

altera verò parte sibi ipsi imputare debet, vel quod Legatum miserit, vel quod sollicitior non fuerit, ut revocationis notitia ad Legatum perveniret.

Questio tamen non absonta est: 227 utrum, si Rex aut Respublica, duos successivè Legatos ad eandem Aulam dimittat, adveniente secundō, primus tacitè revocatus esse censeatur? Si maneamus præcisè intra terminos Juris Romani, dicendum est affirmativè: quippe cùm de procuratore in *I. si quis 31. §. ult. ff. de Procurator.* disertè cautum legatur, constitutò secundō, censi primum revocatum. At no-228 lim à procuratore hac in parte illationem facere ad Legatos & Ministros publicos: nam experientia demon-strat,

strat, persæpe mitti Legatos extraordinarios ad Aulas, in quibus jam resident Ordinarii Legati, absque eo, quod istorum officium censeatur existin<sup>229</sup>tum. Idque de Legatis Pontificiis in Jure Canonico luculenter ad modum constitutum est in cap. volentes 8. de Offic. Legat. ubi deciditur, quod, si Legatus à latere veniat in Provinciam suæ Legationis, Legati alii, jam antecedenter ibidem existentes, eosque censeantur ab officio suspensi, usque dum Legatus à latere ibidem remanet: bono argumento, Legato.

rum aliorum officium ne cum exspissasse, & ideo reviviscere, quamprimum Legatus à latere discesserit. Ratio autem est: quia in publicis ocurrunt multa & diversa negotia, quæ, ut ab uno & eodem tractentur, nec semper utile nec conveniens est: adeoque non implicat, ut successivè duo mittantur Legati ad unum locum, & quilibet negotium, quod sibi demandatum, exequatur, aut etiam plures ad effectum unius rei concurrant, quin unus alterius officium cessare faciat.

### S. III.

#### *De aliis modis, quibus Officium Legati cessat.*


<sup>231</sup> **O**fficium Legati cessare facit III. delictum, in loco Legationis admissum, non quidem ipsò jure, ut in scholis loqui amamus, sed, ubi ita voluerit, ad quem Legatus missus est, juxta superius explicata a num: 186.

<sup>232</sup> IV. Officium Legati cessare facit causa notabilis, post Legati receptionem superveniens, puta quod Mittens fiat inimicus ei, apud quem Legatus moratur, aut amicus evadat ejus hosti: nec enim prudenter cogitari potest, quod aliquis se obligare voluerit ad Legatum retinendum in eventum, quod non amplius confidenter & amicè cum ipso converfari licet.

<sup>233</sup> V. Cessare facit hoc officium tem-


poris lapsus, aut expeditio negotii, cuius gratiā Legatus erat missus: siquidem nil novi est, ut tempus aut absolutio negotii cessare faciat officium aut commissionem, antecedenter suscepitam.

VI. Cessare facit Legationem spontanea Legati renuntiatio, quæ quidem à tali, qui Mittenti non est subditus, liberè fieri potest, si fiat in tempore, & antequam munus gerere cæperit; at, qui subditus est, cum cœteris paribus ad subeundam Legationem compelli valeat, non nisi gravis causa v. g. longa infirmitas sufficiens erit, ut ab hoc onere liberetur, quin & causa gravis haud sufficiet, ubi consensus ipsius Mittentis non accederit.



Ggggg 2

LI.



# LIBER V.

*D E*

## Subditis.



Ivitæ seu Societas perfecta, quæ tractationis nostræ adæquatum objectum constituit, in debita Imperantium & parentium subordinatione consistit, ut dictum & explicatum est in lib. 1. cap. 2. num. 142. De Imperantibus & eorum juribus in lib. 2. 3. & 4. abundè disserui. De parentibus quidem ob intimam & perpetuam ferè cum Imperantibus relationem & cognationem hinc inde plura fuerunt intermixta: *quod enim comparatur, sinè altero non intelligitur; & quod jungitur, sinè altero non est*, ait Seneca lib. 5. de *Benefic.* ex instituto tamen de illis sub nomine Subditorum in hoc quinto & ultimo Libro sic agere proposui, ut neque, quod jam præmissum est, inutili repetitione recoquatur; neque, quod adhuc dicendum restat, noxiō silentiō prætermittatur.

### C A P U T I.

#### De vario Subditorum Statu.

**S**ubditorum Status non unus sed varius est: quamvis enim in hoc omnes convenient, quod Summæ Potestati fidem, obsequium, & obedientiam debeant; in eo tamen discrimen non parvum conspicitur, quod non tantum obligatio in aliquibus durior, in aliis sit remissior; sed & jura quibusdam ampliora, nonnullis minora competant. Priusquam verò diversitatem statūs indicemus, aliqua de Subditis in genere prælibare, non ingratum aut incommodum erit.

S.E.

## S E C T I O I.

### De Subditis in genere.

#### S U M M A R I A.

1. Subditus latè dicitur, qui in alienjus ditione moratur. 2. Seriè subditus est, qui secundum omnes Potestates Summi Imperii debet obsequium. 3. Quò numerò peregrini non censentur. 4. Definitio Subditus in sensu strictiori. 5. Est persona, cum libera cum serva. 6. Que habitat in Regione alienjus Domini. 7. Etique fidem, obsequium, & reverentiam debet. 8. Vassallus quod talis non rectè censetur esse subditus. 9. Nisi ex alio capite subjectionem debeat. 10. Illi & qui bona in alieno territorio haboant, Subditis propriè dictis non rectè censentur. 11. Dissentius quidem aliqui; 12. & seqq. Eorum tamen rationi facile occurriunt. 14. Liberi Summorum Imperantium sunt veri ipsorum Subditi. 15. De conjugibus disputatur. 16. & seqq. Eligitur & probatur eorum sententia, qui conjuges existimantur ex numero Subditorum strictè talium. 19. & seqq. Respondetur congruè ad objectas in contrarium historias. 21. & seqq. An quis Subditus esse possit plurimum Dominorum? Ratio dubitandi pro affirmativa. 23. & seqq. Ratio decidendi pro negativa. 25. Ostenditur, id fieri posse in Civis-

taribus sibi invicem subordinatis. 26. & seqq. Non autem in Civitatibus aliis, nullam inter se habentibus subordinationem. 28. De Subdito transitorio vel honorario aliter discurrendum. 29. Ut & de Subjectione reali. 30. An idem sit, esse Subditum aut Civem? 31. & seqq. Afferatur & probatur, non esse idem per se loquendo. 34. & seqq. Instancia quadam proponitur, & refellatur. 36. & seqq. Declaratur discrimen, inter Subditum & Civem intercedens. 39. Indicatur, quòd in presenti Civis & Subditus premisæ sumantur. 40. Subjectio tot modis acquiritur, quot modis acquiritur Imperium. 41. Originale acquiritur Subjectio Civium pactò expressò vel tacitò. 42. Continuitur nativitate, 43. Ubis non est opus renovatione pacti anterioris. 44. Licet aliqua exterior professio plerumque requiratur. 45. Augetur affectione in numerum & jura Civium. 46. Que iuricà Summæ Potestatis fieri nequit. 47. Testimonium Ciceronis de contrario Romanorum more. 48. Subjectio firmatur homagi. 49. Quid praestatur ab eo, qui subditus est.

#### S. I.

### Quid sit Subditus?

feratur D. ab Eyben in *Elect. Jur. Feudat.* cap. 9. §. 3.

Potest itaque Subditus in strictiori 4 significatione describi, quòd sit persona, quæ Domino Regionis, in qua habitat, fidem, obsequium, & reverentiam debet. Ita ferè Nicolaus Hertius vol. 1. to. 2. *dissert. de Subjectione territoriali* §. 6.

Dixi I. *persona*; nec addidi *libera*, prout addere solent alii: cùm & servi non tantum Summæ Potestatis Imperio subjecti sint, sed & in Civitatibus herilibus, quæ serviliter gubernantur, vera ejus membra dicantur. Hertius in *Element. Prud. Civ. p. 1. sect. 5. §. 2.*

Dixi II. *que Regionis Domino, in qua 6 habitat*; partim ut denotetur, non censeri quis cuiuscunque Domini Subditum, sed illius duntaxat, intra cuius ditionem & fines commoratur; partim ut ostendatur, non sufficere ad veram Subjectionem qualemcunque in loco existentiam, nisi vera habi-

Hhhh

tatio.

- tatio cum animo ibidem manendi accesserit juxta num. I.
- 7 Dixi III. fidem, obsequium, & reverentiam debet: quæ tria non disjunctivè, sed collectivè debent accipi, dum, qui ad illa conjunctim obligatus non est, veris Subditis accenseri nequit. Ex quo
- 8 Colligitur I. vasallos, qui prædium aliquod ab alio in feudum acceperunt, quæ tales non esse Subditos: esto enim teneantur ad fidem & reverentiam, ad obsequium tamen seu obedientiam & partitionem ( exceptis servitiis feudalibus ) non tenentur; indeque non obsequentes gehorsame / sed fideles dunt taxat getreue appellari consueverunt. Anton. Guilielmus Ertl de Superiorit. Territor. apparatu 2. pag. m. 47. Gail. de Arrest. cap. 7. num. II. & seq. D. ab Eyben Elect. Jur. Feud. cap. II. §. 13. D. ab Andlern Constit. Imp. verb. Unterthan num. 2. Hertius cit. dissertat. §. II. Repetantur dicta in lib. 2. cap. I. num. 27.
- 9 Dixi notanter quæ tales: cùm spissimè contingat, ut aliquis simul vasallus & Subditus sit, si nempe non tantum prædia v.g. aut majorem aliquem districtum cum obligatione fidelitatis receperit, sed etiam homagium Subjectionis ad instar aliorum Subditorum præstiterit; aut, si quis in Regionē habitaverit, ubi omnes incolæ Subditorum numero adscribuntur. Authors citati.
- 10 Colligitur II. illos, qui bona in alieno territorio possident, absque eo, quod domicilium aut habitationem ibidem fixerint, veris Subditis accensendos non esse: tametsi enim & Legibus, quæ de bonis feruntur, & oneribus, quibus bona gravantur, obnoxii sint; quoad personas tamen sunt liberi, nec aliquam Jurisdictionem aut Potestatem in se revereri tenentur. Böhmer Introd. ad Jus Publ. d. lib. 3. cap. I. §. 12. Gail. cit. l. cap. 6. n. 8. & seq. Reinking de Regim. Eccles. & Sæcul. lib. I. class. 5. cap. 4. num. 20. & alii, quos allegat D. ab Eyben cit. cap. II. §. 14.
- 11 Dissentit quidem cit. Hertius sub §. 3. atque hujusmodi possessores Subditos reales esse nominandos, contendit; dum recta ratio docet, ut communis velut tutelæ pretium non minùs ca-

piat is, qui bona, quæ qui personas Imperiō suō complectitur. At, quia sat pretii recipit territorii Dominus, qui bonis exterorum non minùs quæ Subditorum collectas & tributa imponere valet, necessitatem non video, cur exteri pro Subditis realibus reputari valeant; nisi alicubi consuetudine receptum fuerit, ut, qui domicilium cæteroquin non habent, intuitu bonorum homagium præstare obligentur. D. ab Eyben cit. l. §. 17. Ubi ita habet: posses realem Subditum, uti „homagium reale, vocare, cùm hu- „jus qualitas seu forma formet con- „ditionem ejus, qui homagium præ- „stat: quale homagium, talis Subdi- „tus: de cætero autem & rei veri- „tate inspectâ homagia realia, nendum „Subditum realem, nulla agnoscimus: cuncta enim obligationibus „ad obsequendum constant, quas juri „in personam non ad rem vel in re „respondere certum est. Sic ille.

Illud in quæstionem trahi video, 14 num liberi vel conjuges Summorum Imperantium Subditorum censi debant adscribi?

Mihi de liberis non videtur latere aliqua difficultas, dum & Naturale Jus liberos subjicit patri; & nascendi conditio descendentes facit inferiores ascendentibus; & natus ex Rege Coronæ Successor non possessor est, nec Majestate jam fulget, sed genitoris Ma- jestatem agnoscere tenetur. Major 15 autem est difficultas de conjugibus, utpote quas Summæ Potestatis non Subditas sed socias appellant Myler de Principib. & Stat. Imper. cap. 34. §. 4. Strauch in Spec. Jur. Publ. lib. I. tit. 34. §. 2. Ertl de Jurib. Princip. exercit. 30. in princ. Subditas econtrâ proclamant Betsius de Pact. Illustr. Familiar. cap. 8. p. 43. Schilter Instit. Jur. Publ. tit. 16. §. 3. Nicolaus Hertius cit. dissertat. de Subject. territor. §. 6. eò quod societas conjugalis cum juribus publicis nihil habeat commune; & habitatio in di- tione Principis faciat habitatores om- nes eidem obnoxios.

Crederem, quod, cùm in lib. I. cap. 2. 16 à num. 46. marito non adstruxerim po- testatem aliam in uxorem, quæ in- causis, familiam & conjugium concer- nenti-

- uentibus, Summis Imperantibus in suas conjuges majus Imperium concedere nequeam: partim quia, qui ad Imperium Regale evicitur, & uxorem vel anteà duxit, vel postea assumpsit, utique Leges statūs conjugalis, in quo uxor non est serva aut ancilla, sed socia, immutasse non præsumitur: 17 partim quia, si Dignitatem spectemus, Regina Rege non inferior, sed eidem æqualis est; sive par in parem non habet Jurisdictionem aut Imperium 18 strictè dictum: partim quia, tametsi uxor, antequād ad thorum & thronum Regium ascendat, Subditorum censu exempta non fuerit; ipsa tamen assumptio & traductio ad thalamum & tholum facit eādem jurium omnium, quæ maritum Regium exoriant, participem: unde & Majestatis titulō insignitur, & Regiō diadema redimitur: Majestatem autem & Majestatis insignia utique in personam Subditam cadere, aut eidem aptari non solent.
- 19 Quòd si legamus in historiis, etiam Reginas Regio tum sceptro tum gladio subjectas, & frequenter ob imputata sibi delicta ad mortem condemnatas fuisse; nostrum equidem institutum non est, ejusmodi casus & causas examinare, aut iudicium desuper 20 explicare; verū tamen, utī Grotius lib. 2. cap. 5. §. 8. n. 1. advertit de conjugibus in genere, quòd, si major sit viro potestas in foeminam, quām domestica, ea non ex Jure Naturæ sed scitis & institutis Gentium derivetur; ita & in specie de conjugibus Regiis dici potest, quòd, si Summa Potestatis jura in illas, non minùs, quām alias personas subjectas, fuerint exercita, hoc non ex dictamine Naturæ, sed peculiari Nationis aut Regionis more aut Legibus provenerit.
- 21 Illud præterea non adeò planum, sed controversum appareat, possitne quis esse Subditus plurium Dominorum? Esto enim in affirmativam sinè formidine transeat Cramerus in tract. de J. G. concl. 32. attamen pro una & altera parte stant sua momenta. Et quidem, si placita Romani Juris excutiamus, ex textitus in l. Labeo §. l. assumpcio 6. §. 2. l. eos qui 27. §. 2. ff. ad Muni-

cipal. perspicuum redditur, posse quem in duobus locis habere domicilium: cùm ergo, qui alicubi domicilium habet, sit Subditus Domino illius loci; rectè concluditur, eum, qui pluribus in locis sortitur domicilium, pluribus Dominis fieri subjectum. Videatur D. ab Andlern *Conflit. Imper. verb. Unterthan* n. 2. Idque confirmatur ex no- 22 toria praxi, quā cernimus, in uno subinde loco diversos existere Dominos, quorum unus Imperium merum, alter mixtum; iste Jurisdictionem altam, ut vocant, ille bassam exercet; quō fit, ut & Subditus diversos Dominos agnosceri teneatur. At, si ra- 23 tionem Juris Publici universalis expendamus, illa non patitur, ut ejusdem Civitatis duo sint Capita, velutì dictum in lib. 2. cap. 1. num. 35. consequenter nec patitur, ut in eadem Civitate pluribus Capitibus quis subjectus esse valeat. Accedit, quòd, quī Sum- 24 mam Potestatem obtinuit in aliquo districtu, omnes, ibi degentes, ita sibi devinctos habeat, ut, velint nolint, aliam Summam Potestatem revereri non possint.

Huberus de *Jure Civitat.* lib. 2. sect. 2. 25 cap. 1. num. 24. non malè distinguit inter municipia seu urbes minores, unam Summam Potestatem recognoscentes; & inter Civitates majores seu Republicas diversas, quarum singulæ singula habent Summa Capita, à quibus regantur. In prioribus nihil obstat, quòd minùs unus in duobus locis Subditorum aut Civium loco habeatur, munerum & onerum civilium particeps, utī luculenter innuunt allegati Juris Romani textus: tunc enim Subjectio respectu plurium Dominorum non absolute sed subordinata est, itaque Dominum inferiorem reveretur, ut tamen, qui Superior & Supremus est, semper excipiatur. In Ci- 27 vitatibus posterioribus, qui Subditus est uni, nequit simpliciter & strictè loquendò alteri esse subjectus, utī patet ex assignata ratione in num. 23. & seq. & ulterius declaratur ex eo, quod non tantum difficile & ferè impossibile sit, duabus Dominis, quorum unus respectu alterius nullam subordinacionem habet, servire; sed etiam obliga-

tiones, quâ quis dupli Civitati vel potius dupli Summæ Potestati obstringitur, sæpe non possint adimpleri, ut puta si duo Principes, in quorum Principatibus quis Civis esse supponitur, inter se dissideant, ultionem meditentur, bellum moliantur: aut enim unum odiò habebit, & alterum dilget; aut neutri, quod debet, obsequium quoad tributa & servitia militaria præstare valerit.

28 Dixi: simpliciter & strictè loquendò, id est, cum obligatione ad fidem & obedientiam: quin enim aliquis possit esse Subditus transitorius, & multò magis Civis honorarius in pluribus urbibus,

etiam sub diverso Imperio sitis, quoad favores & privilegia, ambigere haud sinit experientia; cessatque tunc ratio obsequii, pluribus Dominis exhibendi, dum, ubi Subjectio transitoria vel jus honorarium Civitatis obtinetur, nulla stringit necessitas imperata Summæ Potestatis ibidem simpliciter execuendi. Huber. d. l. num. 26. Idem ex num. 10. tenendum de Subjectione reali, si quam admittere placeat: cùm nihil implicit, ut quis bona in distictis Regnis & Provinciis possideat, ad onera realia cuiuslibet Regni vel Provinciæ obstrictus, liber tamen ab omni obsequio, quod personam devincit,

## §. II.

### *Idémne sit, Subditum aut Civem esse?*

30 Quid idem sit, esse Subditum aut Civem, non obscurè insinuat Bodinus *de Republ. lib. I. cap. 6.* ubi definiens Civem ait, eum esse liberum hominem, Summæ alterius Potestati obligatum: sunt enim & peregrini, & incolæ alicujus Civitatis liberi homines, Summæ alterius Potestati obligati; & ideo secundùm hanc descriptionem pro Civibus agnoscendi debent.

31 Verum, ut loquitur Nicolaus Hertius in *Element. Prud. Civil. p. I. sect. 5. §. 2.* non unâ ratione inter se distant Subditus & Civis. Nam & Summus Imperans, si non quâ talis, sed quâ pars Communitatis seu Civitatis consideretur, uti consideratur à Grotio *lib. 2. cap. 4. §. 12.* & *cap. 20. §. 24. n. 1.* Civium nomine crebrò designatur, dum Plinius in *Paneg. Trajanum* aperte vocat *Civem*; Vellejus quoque *2. Hist. 99.* Tiberium *Civem eminentissimum* appellat; cum econtrà implicit, Supremum Imperium habere, & simul 32 Subjectionem profiteri. Similiter Cives, ut Cives, in Statu Democratico Summam Potestatem exercent; eoque sensu dixit Aristoteles *3. Polit. 1.* simpliciter nullare aliâ magis definitur *Civis*, quâ participatione *Judiciorum* & *Imperiorum*; & paulò post, quis igitur, inquit, sit *Civis*, ex his manifestum est: cui namque potestas est versari in Imperio, vel de-

liberativo, vel judiciali, *Civem jam esse dicimus hujus Civitatis.* Quis autem Subditos cum Civibus hòc intellectu confundat? Adhæc Subditi sunt tum externi, apud nos aliquàndiu commorantes; tum incolæ, qui sedem fortunarum suarum in certo loco collacrant; tum servi, alterius dominio contra naturalem libertatem subjecti; nec tamen quis dixerit, hujus generis personas in numero Civium existere. Pufendorfius *de J. N. lib. 7. cap. 2. §. 20.* Hertius cit. §. 2. & in *dissert. de Subject. territor. §. 7.* Huberus *de Jure Civitat. lib. 2. sect. 2. cap. 1. §. 10. & 12.*

Nec refert, quòd in Civitatibus herilibus non alii reperiantur Cives, quâ servi; ideoquâ non minus servi, quâ liberi homines, ad sortem Civium pertinere videantur. Nam hòc ipsò, quòd Civitates heriles sint irregulares, regula ex iis pro rebus, ordinariè contingentibus, desumi nequit; præcipue quia, ut loquitur Hertius in *Element. Prud. Civ. d. sect. 5. §. 1.* in talibus Rebus publicis, solò Imperante exceptò, Cives veri non inventiuntur; & ut meminit Euripides in *Helena*, *nemo nisi unus liber est in Barbaris;* & ut dicit Tacitus *I. Hist. 16. 7.* *certa Dominorum domus est, ceteri servi.*

Differunt itaque Subditus & Civis; & Subditus quidem omnis censetur, qui

qui sese in alicujus Civitatis ditionem contulerit, multoque magis, si ejusdem commodis frui velit: cum naturalem suam libertatem abdicasse, ac Imperio ejusdem Civitatis, saltem quoisque ibi degere placet, subjecisse se judicetur. Pufendorf *d. lib. 7. cap. 2.*

**37 §. 20.** Civis autem in propria & genuina significatione juxta citatum Pufendorfum est, qui mutuis pactis initio in Civitatem commigravit; aut in aliorum deinceps locum successit; vel juxta Huberum *cit. l. §. 10.* est homo liber, qui jurisfruendi vitæque feliciter agendæ gratia cum aliis sub eadem Summa Potestate sociatus est.

**38 Nempe**, cum ex Civibus, tanquam

partibus, componatur Societas Civilis perfecta, quam Civitatem nuncupamus, ille demum Civis erit, qui est socius seu pars Societatis Civilis, sive que munerum & onerum, juris fruendi, & vitæ feliciter agendæ particeps. Besoldus *lib. I. Polit. cap. II. c. I. n. I.*

Hoc ipsò tamen, quod impræsen-  
tiarum agamus de Subditis non sub  
aliaratione, quā prout Civitatem &  
Societatem Civilem, ex ordine Im-  
perantium & obsequantium constan-  
tem, componunt; Civem & Subdi-  
tum promiscue capimus, velut jam  
in Libris antecedentibus factum est.  
Besoldus *d. libr. I. Politic. cap. 10. §. 1.*  
*nun. I.*

### S. III.

## Quot modis acquiratur Subjectio?

**40** **S**ubjectio in genere tot acquiritur modis, quot modis acquiritur. Summum Imperium: sunt enim, ut dictum in principio hujus *Cap. inter se correlativa Dominus & Subditus, Imperans & obediens*; nec datur Dominium (intellige Jurisdictionale) absque correspondente Subjectione; nec datur Imperium absque obedientia: consequenter si ex parte Imperantis Imperium acquiratur electione, successione, bello, matrimonio, alienatione, præscriptione, uti deductum est in *lib. 2. cap. 2. pertot. ex parte parentium* inevitabilis sequela resultat Subjectio.

**41** In specie illa Subjectio, quæ cadit in Cives, acquiritur originaliter pacto expresso vel tacito: cum enim ex *lib. I. cap. 2. à nun. 181.* ad constitutionem Civitatis pactum sit necessarium, seu tacitum seu expressum, quod plurimum voluntates inter se ad mutua commoda & incommoda uniantur; Civilis Subjectio sine hujusmodi pacto vix consurgere poterit.

**42** Continuatur Subjectio nativitate: natus enim ex Subdito vel Cive fit Subditus ac Civis illius Civitatis, cuius pater est membrum & pars; & quidem, ut scribit Hertius in sua *differt. de modo Confus. Civitat. sect. I. §. 7. vol. I.*

P. SCHMIER JUANIS PR. PUBL. UNIVERS.

*to. I. nati à primo ortu jura Civium,*  
quæ in eorum ætatem cadere possunt,  
consequuntur; cætera tum capiunt,  
cum perfecto usi fuerint judiciō.  
Seilicet, ut bellè differt Pufendorf *de 43*  
*J. N. lib. 7. cap. 2. §. 20.* qui Civitates ab initio constituerunt, non sanè hoc censemur egisse, ut illæ singulis, qui ab initio eás constitutuissentibant, extinctis, simul extinguerentur, sed potius longa atque æterna commoda sibi per easdem obtinenda ob oculos posuerunt, quibusque adeo ipsorum liberi ac tota posteritas gauderent. Quæ cum sine Imperio, quod Civitas velut animatur, obtineri nequeant, eō ipsò quoque omnes, qui in Civitate nascuntur, Imperio isti sese subjecisse intelliguntur. Inde est, quod, qui semel Imperium in aliqua Civitate accéperunt, non necessum habeant, ut denuò sibi Subjectionem à recens natis stipulari, ut omnes illi sint extinti, qui initio Imperium in ipsum contulerant.

Ne tamen dubitandi locus supersit, *44*  
in plerisque Regnis & Provinciis opus est solenni aliquâ professione, vi cuius, ut restatur citatus Hertius, Athenis olim adolescentes primùm in album curialium, deinde post biennium, cum annum decimum octavum attingerent, in tabulas popularium erant in-

I i i i

inscripti; apud Romanos, cùm primum togam virilem sumpsiissent, quod accidebat anno decimō septimō, in tabellas Civium referebantur filii.

45 Augetur Subjectio affectione in numerum & jura Civium. Nam, qui prius erat in libertate Naturali, aut saltem alterius Potestati subjectus, potest ad aliam Civitatem accedere, &c; si ibidem annumeretur Civibus, fit illius loci Subditus, parique cum iisdem Civibus jure & facultate utitur. Hertius d.l. §. 8. notans, cum patre liberos ejus, ante genitos, simul adscriptos intelligi, nili jam tum paternæ domus pars esse desierint. Quia verò extraneorum in Cives receptione sèpe Rebus publicis damnsa extitit, non licet, invitâ Summa Potestate, aliquem exterum jure Civitatis donare, prout advertit Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 3. cap. 1. §. 15.*

46 47 Etsi Romani hac in parte non fuerint difficiles, sed quoscunque, ad se con-

volantes, in Cives admiserint; teste sic Cicerone pro Cornel. Balbo: nullam esse Gentem ex omni Regione terrarum, neque tam dissidentem à Populo Romano, sed quidam atque dissidiob; neque tam fide benevolentiaque conjunctam, ex qua nobis interdictum sit, ut neque adsciscere Civem, aut Civitate donare possumus.

Firmatur Subjectio homagio, sive jurando obsequio germanicè Lands-Huldigung: nunc enim, ut testatum facit Besoldus *lib. 1. Polit. cap. 11. §. 1. num. 2.* ubique ferè locorum pro Subditis Civibusque habentur, qui homagium sive juramentum Subjectionis præstiterunt. Repetantur dicta in *lib. 2. cap. 3. mun. 32. &c seq.* Dixi studiosè firmatur. Non enim ideò quis Subditus est, quia jurat; sed ideò jurat, quoniam est Subditus. Hertius de Subject. Territor. post §. 13. ubi &c in sequentibus plura de hoc juramento subjicit. Addatur Böhmer *d. cap. 1. §. 17. &c seq.*

## SECTO II.

### De Varietate Subditorum ex Statu Singulari.

#### SUMMĀRIA.

50. *Varietas Subditorum desumitur ex statu singulari & universalis.* 51. Ex statu singulari consideratur vel qualitas naturalis; nisi est sexus. 52. *Discriminans viros à feminis;* 53. *Conditiones naturalium;* 54 & seqq. *Distinguiens ex naturali dictamine legitimos ab illegitimis;* 57. & seq. *Etas, secundens pueros ab aegro majoribus;* 59. & seq. *Statu familia;* 61. *Constitution corporalis.* 62. & seq. *Vel consideratur qualitas adventitia, faciens aliquos inferioris conditionis, nisi sunt agricola;* 64. *Mercatores;* 65. *Inter quos tamen plerunque reperiuntur nobilis;* 66. *Item artifices;* 67. *Alias faciens superioris conditionis, tempe studiosos &c. Professores Artium liberalium;* 68. *Magistratus & Consiliarios;* 69. *Participes iurium Regalium;*

70. *Statu & Ordines Regni.* 71. & seq. *Numb. divites ad priorem vel posteriorem classem referendi sint?* Rationes pro utraque coniunctionis parte. 73. *Affertur aliqua conciliatio.* 74. *Vel consideratur qualitas mixta, qua facit honestes Nobiles aut ignobiles.* 75. & seq. *Nec enim Nobilitatem sola natura proficiuntur;* 77. & seq. *Neque nihil ex Natura participat.* 79. & seq. *Sed pars in Natura, pars in estimatione hominum fundatur.* 81. *An Nobilitas iustè recipiatur in Civitate?* Ratio dubitandi. 82. & seq. *Assumitur opinio affirmans.* 84. *An quoad officia Nobiles ignorabilis merito preferantur?* Cum distinctione inter officia resolvitur. 85. *Monitum pro Nobilibus,* 86. *Plura de Nobilitate remissivc.*

#### S. I.

### De Varietate Subditorum ex Qualitatibus Naturalibus.

70 **P**remissa Subditorum generica consideratione, subintrat eorum Varietas, quæ desumitur aut ex statu singulari, quatenus spectantur ut singuli; aut ex sta-

tu universali, quatenus ut universi considerantur. Varietas ex status singulari provenit à qualitate vel naturali, vel adventitia, vel mixta. Ad qualitatem naturalem spectat I. *Sexus,* ratione

tione cuius alii sunt mares, alii fœminæ; quos inter multi discriminem non modicum afferunt, nec tantum à dignitatibus, sed etiam à jure Civitatis fœminas excludunt; at reclamante Hertiō Element. Prud. Civil p. 1. sēc. 5. §. II. dum, ut ipse loquitur, Sceptorum illas esse capaces, innumeræ testantur historiæ, etiam in Populis ingenii non servilis. Quod autem Rempublicam participare non videantur, sit propterca, quoniam innuptæ pars paternæ domūs sunt; nuptarum personam sustinent mariti. Credo tamen, regulam illam, alioquin ex Jure Civili desumptam, etiam de Jure Naturali procedere, quod scilicet in his, quæ ad honores & officia spectant, viri præcellant; in iis verò, quæ ad infirmitatem pertinent, fœminæ magis exemptæ sint. Huber. de Jure Civitat. lib. 2. sēc. 1. cap. 1. num. 25.

§. III. Conditio natalium, ob quam alii sunt legitimi, qui ex justis nuptiis procreantur; alii sunt illegitimi, qui extra matrimonium nascuntur. Hos apud alias Gentes, extra Romanos, in multis æquiparari, tradit Thomasius in not. ad cit. Huberum n. 21. Sed, præterquam quod Lege Veteris Testamenti Deuteron. 23. vers. 2. Manzeres, hoc est, de scorte natu usque ad decimam generationem prohiberentur ingredi in Ecclesiam Domini; etiam Naturali Jure legitimos ab illegitimis quoad jus successionis secerni, & istos ab illis excludi, docet Cramerus in tract. Jur. Gent. ch. 40. tum quia illegitimi non magis sunt jure liberi quam injusta nuptiæ sunt justæ: tum quia jus omne, quod intercedit inter parentes & liberos, ex societate conjugali descendit: tum quia, ut ait cit. Author, contradictrium est, naturaliter oririjus ex coitu, quem ipsa Natura damnat. Et, si opponatur, partum etiam illegitimum ex Jure Naturali alendum esse; reponit idem, jus alendi non oriri ex jure liberis competente, sed ex motu illo seu instinctu, omnibus animantibus communi. Revideantur dicta in lib. 2. cap. 2. num. 25. Et seqq.

§. IV. Aetas, quæ facit infantes, pueros, adolescentes, juvenes, viros,

senes &c. hac cum differentia, ut, qui justæ sunt aetatis, rationis capaces, maturò judiciō instructi, seipso suaque regere & disponere queant; reliqui verò aliorum curæ, tutelæ, aut directioni subesse debent. Quod verò pueri secundum aliquos non sint Civis, Romæque juxta num. 44. non nisi sumptâ virili togâ, Athenis post inscriptionem in tabulas, apud Veteres Germanos verò, ubi ad arma censebantur apti, in album Civium fuerint relati; id de actu secundo intelligendum est, ad mentem Aristotelis lib. 3. Polit. cap. 1. Et 3. pueros imperfectos sive actu primò Civis dicentis: cui conformiter Cicero pro A. Cluentio eos designatos Republicæ Civis; & Plinius in Panegyr. futurum populum parvulosque Civis appellavit. Repetantur dicta in n. 42. Et seq.

IV. Status familie, ex quo diversitas oritur inter patres- & filiosfamilias, dum illi imperium domesticum, etiam extra libertatis naturalis statum, in Civitatibus jam constitutis, servatæ erga Summam Potestatem subordinacione, tenent; hi, quādriu in sacris paternis sunt constituti, specialem erga parentes subjectionem & dependentiæ exhibere tenentur. Scripsi de hoc statu jam in lib. 1. cap. 2. à num. 51. nec aliquid superaddo, nisi quod ex judicio Aristotelis familia sit parva Respublica, ubi sunt Imperans & Subjecti, mediâ uxore, quæ unâ cum viro præst domui, et si infra virum, ut principem domū: quodve propter rea regimen familiæ ad utilitatem publicam sit dirigendum, quia familiæ sunt partes integrantes Civitatis. Huberus de Jure Civitat. lib. 2. sēc. 1. cap. 2. num. 24.

V. Constitutio corporalis, quæ discri-61 men subinde parit inter ægrotos & sanos, quando nimis in animum ipsum penetrat, ac intellectum hominis furore, maniâ, deliriō corripit: quippe cum mente capti ac furiosi, velut actuum moralium & civilium incapaces, alienâ ductione & directione egeant, ut obligationem sibi acquirere, aut se aliis obligare valeant. Conferatur Huber. de Jure Civitat. d. lib. 2. sēc. 2. cap. 3. à num. 22.

## §. II.

*De Varietate Subditorum ex Qualitatibus Adventitiis.*

**62** **E**X qualitatibus adventitiis aliqui dicuntur Cives aut Subditi eminentioris conditionis; alii inferioris. Ad classem inferiorem communiter referuntur agricultoræ: quantumvis enim agricultura sit innocens, utilis, & antiquissima humanæ Gentis occupatio, etiam à Viris honoratis olim exercita; indeque Besoldus lib. I. *Polit. cap. II. §. 9. num. 74.* doceat, sceptræ quondam in aratri formam effigiata fuisse; quò pertinent decantati versus:

*Cum caperet fasces à curvo Consul aratro,  
Et faceret patrio Rure Senator agros:*

Attamen illi, qui ferè ad nullam artem quam ad stivam nati videntur, à rure, quod colunt, dicti rustici, Civibūs & hominibūs urbanis viores censemur. Huberus *d. sect. 2. cap. 5. n. 5.*

**63** Solent tamen in urbibus minoribus ipsimet Cives agriculturam exercere, eodemque labore nonnunquam alii, qui cæteroquin supra vulgus eminere deberent, cogente paupertate distringuntur, ut notat Thomasin. *ibid. ad num. 5. & 8.*

**64** Ad eandem classem refert Besoldus *cit. l. n. 72.* mercatores, quorum equidem industria in comparandis mercibus admodum est salubris & proficia, prout indicat *J. C. t. in l. I. ff. de Contrab. empt.* quia tamen ad quæstum turpiter faciendum propendet, & antiqui Philosophi cum simplicitate naturali milius convenire existimabant, rem eandem minoris emptam vendere pluris, uti mercatores facere amant, eosdem deteriore loco habebant. Huber. *d.*

**65** *cap. 5. §. 11.* Etsi in pluribus hodie locis & Provinciis mercatoribus larga & magna legantur esse concessa privilegia; ipsaque mercatura non tantum à vilibus sed majoris conditionis hominibus sœpe colatur, dum, ut scribit Clariss. D. Josephus Bonaventura Franz in *Jurisprud. Elem. ad tit. Instit. de Empt. Vendit. num. 15.* apud Venetos, Lucenses, Genuenses, Florentinos,

Hollandos Nobilissimi mercaturæ operam navant; testaturque aliorum emporiorum quotidiana experientia, etiam ab illustribus personis per servos & institores suos absque Nobilitatis detimento negotiationes exerceri. Consentit Huber. *d. l. n. 19.*

Præterea ad hanc classem rediguntur ab eodem Besoldo *n. 73.* artifices; ita tamen, ut, qui crassioribus opificiis, quæ nempe parum de ingenio, & plurimum de robore & viribus corporis participant, detinentur, ad scabellæ inferiora rejiciantur; qui verò magis ingenio quam corpore sua artefacta perficiunt, uti propriùs ad Artes Liberales accedunt, ita gradu & æstimatione potiores sint, veluti pictores, sculptores &c.

Ad classem eminentiorem elevantur I. qui studiô Liberalium Artium excellunt: quanto enim animus hominis, ad effigiem Divinitatis efformatus, præstat donis & dotibus aliis; tantò Artes Liberales, ad anitum excolendum exornandumque institutæ, suos Magistros & Professores supra alios elevare debent. Huberus *d. l. n. 30.*

Elevantur II. qui præsunt officiis publicis, vel quod Principis lateri, tanquam Consiliarii, assideant; vel quod domi aut foris Magistratum gerant, aut jus dicant; vel quod toparchias, dynastias, aut certas præfecturas administrant: quippe cum Principem aut alios, quorum autoritate publica publicis ministeriis admoventur, suò modò repræsentent; uti traditum est in *lib. 3. cap. 5. num. 18.*

Elevantur III. qui Regalia quædam, Jura ex Summæ Potestatis concessione, tacitâ vel expressâ, habent. Hertijs *de Subject. Territor. §. 4.* Nam, quò vicinior quis Summo est, eo remotior est ab infimo. Nemo autem dubitaverit, eum, cui fas est, exercere jura, ad solos Reges & Summos Principes spectantia, Regibus & Summis Principibus esse viciniores, ac quibus nil aliud quam obsequii grati cedit in gloriam.

Ele-

70. *Elevantur IV. ac in maximo præ eminentiæ fastigio consistunt, qui in participium Majestatis veniunt, atque ad deliberationes & consultationes Republicæ cum jure suffragii admittuntur; cujusmodi in Statu Poliarachico sunt tum Optimates tum Civives, in Republica dominante jus Civitatis habentes.* Besoldus *d. cap. II. §. I. num. 7.* In Statu autem Monarchico sunt Status & Ordines Regni, quos Summus Princeps ex Legibus fundamentalibus, antiqua consuetudine, aut privilegio ad negotia majoris momenti adhibere solet aut debet. Hertius in *Element. Prudent. Civil. p. I. sect. 5. §. 2.*

71. Num divites ad priorem aut posteriorem classem reponendi sint? Vel id è dubitate licet, quòd ex una parte pecunia sit orbis domina, sibique sceptra & ligones subfternat: qua de causa Euripides, *quid per Deos, ait, de stirpe jactas nobili?* *Hæc in pecuniis sita est;* & Stobeus, *cum pauperes, inquit, sunt,*

*amplius non eminent;* ex altera verò parte divitiarum amplitudo sæpiùs apud mercatores & rusticos (quos exinde nobiliorum coetui adscribere fas non est) inveniatur, &, qui dignitate, officiō, natalibūs, virtute, & scientiā in clarescant, opibūs destituantur; de quibus *cit. Stobeus eloquitur: et si pecunia nostrum genus caret, generositas & nobilis sanguis manet.* Dicam tamen breviter, quòd sentio. Divitiae ex nativa indole illos, quos ditant aut dotant, nec honoratos faciunt, nec inhonoratos: pura siquidem fortunæ dona sunt, advolare simul & avolare vix non in momento consueta; media tamen & adjutamenta censemur aptissima, quibūs ad honores & dignitates non pauci ascendunt, & non rarò cum commodo publico: cùm enim divitum maximè intersit, salvam esse Rempublicam, ad ejus incrementum plura quàm pauperes persæpè concurrunt. Huberus *de Jure Civ. lib. 2. sect. 2. cap. 3. num. 39.*

### S. III.

## De Varietate Subditorum ex Qualitate Mixta.

74. *X qualitate mixta, tum naturali tum adventitia, distinguuntur homines in Nobiles & Ignobiles.* Enimverò, si Naturam inspiciamus, omnes à Diis sunt, inquit Seneca Epist. 44. *Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tua te perduxit industria.* Unde & Plato dicit: *neminem Regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex Regibus.* Nempe, ut discurrit Pufendorfius *lib. 8. cap. 4. §. 26.* natales Nobiles præ plebeis naturaliter nihil habent eximi, sed ea prærogativa oritur ex impositione & induitu Civitatis, quæ constituit, ut certus Status, cui annæxa certa jura, gradusque existimationis, in aliquem semel collatus, ad ipsius posteros citra novam collationem per solos natales derivetur: quâ impositione sublatâ, vel splendissimi natales à plebeis ne hilum quidem discrepabunt. Unde (pergit Pufendorf) quando Princeps plebem inter Nobiles transcribit, in ipsius

P SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

natura ortuque nihil immutat, nec novum aliquem vigorē ejus animo infundit, sed jubet ipsum censeri statu à plebeis contradistincto, quem unà cum adhærentibus juribus ad posteros suos sit transmissurus. Verò, si primævam Nobilitatis originem scrutari, & ejus continuationem in posteris ritnari lubeat, certè nonnihil habet, in Natura fundatum. Nam fatendum est, ait citatus Pufendorf §. 27. plerasque Gentes in conferenda Nobilitate præstantes quasdam artes & egregia merita respexisse; quibūs qui enituerat, uti rectè reliquos dignitate eminebat, ita largius judicabatur æstimari virtus, cuius præmia ad istos quoque derivarentur, quos naturâ quilibet quàm charissimos habet: præseriatim cùm ea res speraretur Civium virtutem extimulatura acrius assestandis ejusmodi præmiis; simul proles ista, domesticis exemplis excitata, parentum virtutem æmulatura credebatur,

Kkkkk

splen-

splendoremque illum iisdem, quibus partus erat, artibus tuitura. Nec minùs putabantur parentes operam daturi, ut, quantum in se erat, prolem sibi non indecoram Reipublicæ repræsentarent. Cui consequens est, ut, postquam Nobilitatem sorte nascendi acquiri receptum fuit, curiosè circa deligendas uxores versarentur Nobiles, ne dispari se genere miscentes proli suæ ista jura interverterent; &, ne proli fortasse super natalibus lites olim moverentur, accuratè majores longâ serie annotare consueverunt. Ita ferè Pufendorf.

79 Patet exinde, Nobilitatem non ex sola hominum aestimatione pendere, ex quo inspectâ origine non nisi eximiis dotibus & prærogativis, quæ hominem vel à natura vel à bona educatione & applicatione intrinsecùs exoriant, tributa; &, postquam uni ex majoribus semel est concessa, jam in ipso radicata sanguine, ad omnes posteros quasi Naturâ traduce derivatur: ut eapropter qualitas mixta, partim ex natura, partim ex adventitia homini ordinazione dimansans, non in 80 justè appetetur. Collimâsse huc videtur Horatius, quando cecinit:

*Fortes creantur fortibus & bonis.  
Est in juvenis, est in equis patrum  
Virtus, nec imbellem feroce  
Progenerant aquilæ columbam.*

Collimavit & Cicero, dum naturâ hominum generi datum esse, dicit, ut, qua in familia laus aliqua flouerit, banc, qui sunt ejus stirpis, cupidissime prosequantur. Eximus P. Otto Aicher in *Auct. libr. Ethicor. de Nobilit. cap. 2. disc. 1.*

81 Num verò in Civitate bene constituta Nobilitas ex genere justè recipiatur, & Nobiles ignobilibus præferantur? Disputant, & dubitant aliqui apud Besoldum *lib. 1. Polit. cap. 11. §. 6. n. 43.* arbitrantes, solam virtutem, animique nitorem & decorem esse respiciendum juxta tritos versiculos:

*Tota licet veteres exornent undique ceræ  
Atria; Nobilitas sola est atque unica  
virtus.*

82 Quia tamen exigit ordo Reipublicæ, ut observetur familiarum distin-

ctio, &c, qui seu virtutis seu scientiæ seu fortitudinis illustria reliquerunt exempla, etiam in sua progenie honorentur; certè non in oblonguum est, ut Nobilitas, veluti seminarium egregiorum Virorum, in pretio & aestimatione habeatur, ac Nobiles genere supra ignobiles cæteris paribus evanescantur. Qua in re notanter dixit 83; Cicero pro Sextio: *omnes boni semper Nobilitati favemus; & quia uile est Reipublicæ, Nobiles esse homines, dignos majoribus suis: & quia valere debet apud nos clarorum hominum, bene de Republica mæritorum, memoria etiam mortuorum. Santinelli de Romanor. Vet. Nobilitat. cap. 7.* Quoad officia tamen, in Civitate con- 84 ferenda, utique distinguendum erit inter ea, quæ singularem eruditionem, longam experientiam, acre ingenium desiderant; & inter alia, quæ etiam absque talibus donis & bonis ritè obiri possunt. Nam ad ista Nobiles non in justè præ cæteris promoventur; ad illa verò recta gubernandæ Reipublicæ ratio non sinit alios, ac qui apti censentur, applicari, veluti jam in *lib. 3. cap. 5. à num. 7. notatum extat. Huberus de Jure Civit. lib. 2. cap. 4. sect. 2. num. 58. Ertl de Jur. Princ. exercit. 98.* Ut verò 85 Nobiles solâ avorum serie non extollantur, sed, quorum præclaris factis & actis est acquisita sanguinis prærogativa, illorum vestigia premere contentur, emphaticè suggerit Seneca *Epiſt. 44. Omnes bi, inquiens, majores tui sunt, si te illis geris dignum. Geris autem, si hoc protinus tibi persuaseris, à nullo te Nobilitate superari. Quis ergo generosus? Ad virtutem bene à natura compositus. Hoc unum est intuendum; alioquin, si ad vetera te revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis forditisque alternata series. Non facit Nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit, nec, quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit Nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere.* Interim, quia 86 nec ubique eadem est Nobilitatis aestimatio; nec uniformis aut æqualis ubique Nobilibus defertur honor; amplius in ejus *commentationem aut commendationem excurrente non va-* cat.

cat. Ampliora tamen invenire licet apud Huberum citat. cap. 4. per tot. Besoldum cit. cap. II. §. 6. Pufendor-

fum cit. lib. 8. cap. 4. §. 28. Et seqq. Santinellum in d. dissert. de Romanorum Veterum Nobilitate, præsertim cap. 9.

## S E C T I O III.

### De Varietate Subditorum ex Statu Universali.

#### S U M M A R I A.

87. Subditū interdum conficiunt Universitatem, cuius definitio adornatur. 88. Est cœtus Subditorum. 89. Sic enim hōc locō accipiuntur. 90. Sub certo Regimine. 91. Sīne quo est simplex Societas. 92. Ex permisso Summae Potestatis. 93. Ad utilitatem communem sociatus. 94. Prima Universitatis species consistit in unione familiarum. 95. Aliqua ex illis vocantur metropoles. 96. & seq. Debent habere aliquam potestacem publicam, à Summa distinetam. 98. & seq. Civitates dividuntur in mediatas & immediatas ad sylum & praxin Imperii Romani. 100. & seq. Eadem divisio in sensu alio propo-nitur. 102. Species altera Universitatis cerni-

tur in studiis generalibus. 103. Vocantur has studia Universitates per excellentiam. 104. Non est necesse, omnes artes & facultates ibidem doceri. 105. Vocantur etiā Academia. 106. & seq. Earum origo & progressus. 108. Schola alia nomen Universitatis haud participant. 109. Esi habeant aliquod Regimen, sed sīne potestata conferendi gradus. 110. Tertia species Universitatis conspicetur apud artifices mechanicos. 111. Nam & isti inter se ad mutnam utilita-tem uniri possunt. 112. Quarta species se offert apud mercatores. 113. De quibus annellitur causula. 114. Subjungitur generale dictum Ha-licarnassii de his & aliis Subditorum differentiis.

#### §. I.

### De Universitatibus Familiarum.

87 **S**ubditū ex Statu universali, id est, conjunctim aut collegialiter spe-ceti constituant interdum Universitatem, cuius equidem, cū magna sit diversitas, definitionem. & grē dari, fatetur Huberus de Jure Ci-vitatis. lib. 2. sect. 3. cap. 1. n. 2. ac in n. 3. affert quidem aliquam, sed magis in negante quām ajente sensu; accura-tiorem verò subjungit in num. 14. quōd sit cœtus sive corpus Subditorum ali-cujus Civitatis, sub certo Regimine, permisso Summae Potestatis, ad utili-tatem communem sociatus.

88 Dicitur I. cœtus sive corpus Subdito-rum; quæ verba non admodum pla-cent Hertio in Element. Prud. Civil. p. 1. sect. 5. §. 15. eò quōd nihil obstat, quō minus Summi Imperantes partem fa-ciant Universitatis, prout de duobus Imperatoribus Germaniæ, Conrado & Henrico II. testantur historiæ, illum Monachis S. Galli, hunc Canonici-templi primarii Coloniarum & Aquis-

89 grani adscriptum fuisse. At quia, ut dictum in num. 39. de Universitatibus hic tractamus, quatenus ex personis, Summae Potestati subjectis, constant;

non moror factam instantiam, sed, quod refertur ex historia, sic interpre-tandum puto, ut Summi Imperantes in Collegiis sibi subditis aut Cives tan-tum honorarii extitisse censeantur; aut, cū multiplicem personam re-präsentare valeant, non quā personæ publicæ sed privatæ considerari debeant.

Dicitur II. sub certo Regimine: nisi enim servetur ordo, adiungitque non-nulli, qui pareant, alii, qui præcipiant cum aliquali Imperio, non est Universitas, sed simplex quædam societas; prout magis declarat Huberus d. l. n. 19. Et seqq. Cujus rei non exiguum di-scrimen deprehenditur, dum, ubi so-cetas simplex est, pars minor non co-gitur sequi majorem sociorum par-tem, sed, quod pluribus etiam placuit, vel unus dissentiens impedire valet; cū econtrā, ubi Universitas est, ma-jor pars regulariter ad se trahat mino-rem, uti dicetur infra.

Dicitur III. permisso Summae Potesta-tis: tum quia, ut constat ex lib. 3. cap. 3. num. 20. non licet Universitatem aut cœtum aliquem congregare, præter-

Kkkkk 2

quām

quàm si Potestas Summa immediatè vel mediatè consensum interponat: tum quia Regimen, Imperium, seu Jurisdictio, ad Universitatem constitutam necessaria, nequit ex alio fonte, quàm Summæ Potestatis largitate, in inferiores derivari.

93 Dux IV. *ad utilitatem communem*: cùm ex alio fine Principes haud concedant plurimum hominum congregations; imò Romani severè interdixerint ~~et a-~~  
~~etas~~ id est sodalitia, in quibus homines potissimum ob commessiones conveniebant; meritóque in Academiis tam Germanicis quàm Belgicis abolita sint collegia Studiosorum nationalia, quæ finem præcipuum habebant symposia. Huber *d.l. n. 33.*

94 Prima Universitatis species occurrit in familiis, cohabitandi causâ in unum locum sub uno Rectore confluentibus, ex quibus illæ, quæ majori cum laxitate ruri degunt, pagi vocantur; quæ autem arctius intra muros concluduntur, *Urbes* vel etiam *Civitates* compellantur. Besold. *lib. I. Po-*  
*litic. cap. 12. §. 4. num. 81. Et seq.* Inter ipsas etiam urbes aliquæ vocantur *Metropoles*, vel quòd aliis urbibus dominentur; vel quòd reverentiam peculiarem ob spatii amplitudinem, divitiarum splendorem, aut aliam prærogativam à cæteris urbibus consequantur. Hertius *cit. p. I. sect. 5. §. 16.*

95 Planè si Provincia sit amplissima, ex innumeris ferè pagis & urbibus conflata, immediatè tamen à Summa Potestate per Præfectos aut Duces illuc missos gubernetur, absque eo, quòd proprium Regimen, Magistratum, aut Imperium, Summæ Potestati subordinatum, habeat, Universitatis non men haud meretur: cùm ex *num. 90.* inter ipsa Universitatis membra debeat esse ordo & subordinatio imperantium & obedientium, atque adeò pe-

nes Universitatem esse aliqua Potestas publica, à Summa quidem distingue & ei subjecta, ad communem tamen felicitatem eorum, qui ibi congregantur, & non præcisè ad emolumen-tum Summæ Potestatis ordinata. Huber. *cit. l. cap. 5. num. 19. Et 21.*

Ipsas porrò Urbes seu Civitates & 98 Provincias dividere possumus ulterius in mediatas & immediatas; & quidem sub dupli respectu. Primò enim Civitates & Urbes *immediatas* ( signanter ad stylum & praxin Imperii Romano-Germanici ) vocare possumus, quæ Summæ Potestati immediatè subjacent; *mediatas* econtrà, quæ immediatè parent alteri, quàm Summæ Potestati, puta Principi cuidam aut Duci, qui, licet Summæ Potestati reverentiam & obsequium profiteatur, jure tamen proprio certam ditionem habet gubernandam. Henricus Coccejus in *Autonomia Jur. Gent. cap. I. §. 2.*  
Et 3. Secundò Civitates & Urbes 100 dicuntur *immediate*, quæ bellò ab alio Populo Libero aut Rege victæ, fiunt immediata membra Civitatis Victricis, quatenus amittunt libertatem & potestatem Civilem, nec suis Legibüs, Magistratibus, aut Judiciis uti, nec de suo bono publico statuere ipsæmet possunt, sed sequuntur arbitrium Victoris. Coccejus *d.l. cap. 8. §. 7. Et seqq.*  
*Mediate* autem nominantur, quibus 101 à Victore in tantum relinquitur sua libertas, ut antiquis & propriis Legibüs, Magistratibus & Judiciis uti, sive que boni publici peculiaris curam habere valeant; indeque non fiunt membra immediata Civitatis Superioris, sed mediata, dum ab ipsius Civibus Summa Potestas, in Civitate Victrice residens, non nisi mediatè agnoscitur & colitur. Fusiūs hanc materiam excusit laudatus Coccejus *d.l. cap. 8. §. 12. Et seqq. & cap. 14. per tot.*

## §. II.

### De Universitatibus Studiorum.

102 **A** Ltera ac planè excellens species Universitatis cernitur in Studiis generalibus, Summæ Potestatis

authoritate erectis: occurrit enim hic coetus docentium & discentium sub certo Regimine & Jurisdictione, ita ut

ut Rector, Senatus, aut illi, qui præfunt Studio, potestatem habeant, non solum disponendi, quæ Corpori & fini literaricæ videntur accommodata, sed etiam jus dicendi in causis studio-  
rum, & moderate saltem eorum excessus coercendi. Besoldus *lib. 1. Polit.*  
*cap. 12. §. 3. num. 44.* Imò hæc Studia Generalia per excellentiam vocan-  
tūr *Universitatis*; vel quia universis, Scientiæ amore illuc confluentibus, publicus datur accessus; vel quia communis utilitas, ob quam Universitas est congreganda, nullâ ratione fer-  
ventius comparatur, quam Libera-  
lium Artium concinnâ & continuâ traditione. Besoldus *cit. §. 3. sub n. 3 i.*

*104* Ut autem omnes omnino Artes & Scientiæ actu doceantur, ad Universi-  
tatem Studii Generalis haud requiri-  
tur: quamvis enim inter se quasi con-  
catenatæ sint & connexæ, non tamen  
necessum est, ut omnes in uno loco  
tradantur & doceantur. Hermes in  
*Fascic. Jur. Publ. cap. 37. num. 6.*

*105* Præterea vocantur *Academie*, seu à nomine Græco, quod *remedium & populum* significat, quasi remedium sit rūdis populi, nebulam ignorantiae ab-  
stergens, & caliginem inscitiae expurgans; seu ab Academo heroe, qui pro-  
pè Athenas in loco suburbano & nemoro-  
so tribus milibus drachmîs em-  
pto agello publicam scholam fecerat,  
in qua schola Plato primùm docuit,  
inde dictus Academicus & Auditores

à loco Academicí. Hermes *d. l. num. 4.*  
Siquidem, ut pulchrè differit Otto Ai-  
cher p. m. in cit. *Auctar. Libror. Ethic. de*  
*Honore & Nobilitate cap. 3. disc. 1.* olim  
Sapientia totô orbe peregrina ac pro-  
fuga vagabatur, humiles tantum ca-  
sas, deserta tuguria, ruinosa mapalia  
incolebat, vel in puteo cum Demo-  
crito, vel in dolio cum Diogene, vel  
etiam in portico cum Zenone lati-  
tabat. At successu temporis in pa-  
gos, urbes, aulas est admissa, Sum-  
morumq[ue] Principum & Rerumpub-  
licarum curâ surrexerunt publica Scien-  
tiarum Emporia, concessa Professori-  
bus & discipulis ampla privilegia, & pe-  
culiariter introducti sunt gradus & ho-  
nores Academicí, quib[us] insigniti vel  
ipsis Nobilibus item de palma mo-  
vent. Videatur *cit. Author disc. 3.*

Scholæ aliae, quomodounque ap-  
pellentur, nomen Universitatis mini-  
mè participant, si Regimen aliquod  
Civile aut Jurisdictio desit: nec enim  
jussa præceptorum, aut disciplina pæ-  
dagogorum Jurisdictionis & Imperii  
locô possunt accipi. Huber *de Jure Ci-*  
*vitat. lib. 2. sect. 3. cap. 2. §. 3.* Quin &  
si Regimen aliquod Civile aut Jurisdi-  
ctio reperiatur, jus tamen studiosos ad  
honores suarum Facultatum promo-  
vendi ex indulto Summæ Potestatis  
non habeatur; rectius Gymnasium aut  
Lycæum, quam Universitas aut Aca-  
demia, vocari solet. Besoldus *cit. §. 3.*  
*sub num. 31.*

### S. III.

## De Universitatibus Opificum, & Mercatorum.

*110* Tertia species Universitatis se of-  
fert apud Artifices Mechanicos,  
seu Opifices, qui in certas curias  
seu tribus redacti, jamque olim à Nu-  
ma Pompilio Rege Romanorum in-  
stituti, ferè ubique habent suos con-  
ventus, certas Leges, Jurisdictionem  
quoad causas & res opificiaris, ac  
modicam coercitionem & multæ di-  
ctionem. Besoldus *lib. 1. Polit. cap. 12.*  
*§. 2. num. 26.* Bodin. *de Republic. lib. 3.*  
*cap. 7. §. 8.* Hermes in *Fascic. Jur. Publ.*  
*131 cap. 39. num. 2. & seqq.* Proindeque  
P. Scumier *Jurispr. Publ. Univers.*

dubitandum non est, quin Corpora &  
Collegia Mechanicorum propter Re-  
gimen, ad mutuam artis suæ & artifi-  
cum utilitatem justis Legib[us] & Sta-  
tutis temperatum, in classem Univer-  
sitatum admittantur. Huber. *de Jure*  
*Civit. d. L cap. 2. num. 2. §. 24.*

Quartam speciem aliquando præ-  
bent Mercatores, quando & ipsi non  
tantum unionem & nexus speciale  
communis emolumenti causâ ineunt,  
sed etiam convenientib[us] Statutis, suf-  
ficiente Jurisdictione, Judice ac judi-  
ciō

<sup>113</sup> ciō sunt instructi. Quod tamen, ut arbitratur citatus Author num. 7. & 8. non temerē, nec nisi magnā utilitatis publicae ratione faciendum: quia genus quoddam monopolii exercent, quō alii extra chorū Mercatorum ab ejusdem mercimonii exercitio ex-  
<sup>114</sup>cluduntur. Plura de his Universitatibus dabunt citati Authores; de quibus & aliis Subditorum differentiis subtexo, quod scribit Halicarnass. lib. 7.

ibi: *Respublica est quodammodo Corpori humano similis. Ultrumque est compositum & constat ex multis partibus, quarum singule nec eandem vim habent, nec usus paros exhibent. Nam in Republica unaquaque gens proprium aliquem Reipublicae usum præbet, ut membra Corpori. Alii enim agros colunt, alii pro ipsis pugnant cum hostibus, alii mercaturam exercentes multa commodity Reipublica ex mari afferunt; alii necessarias artes exercent.*

## C A P U T II.

### De Juribus Subditorum.

**L**ustratō Subditorum Statu secundū diversam faciem & formam, quam habent in consideratione non tantū singulari sed etiam universali; gressum promovere, & intentō oculō lubet indagare, an & qualia Subditi Jura habeant tum respectu Summæ Potestatis, cuius jussa reverentur, tum inter se?

### S E C T I O I.

#### De Juribus Subditorum respectu Summæ Potestatis.

##### S U M M A R I A.

1. Datur Subditis verum jus respectu Summa Potestatis. 2. Generatio ipsis competit jus, ut, quocunque modo infestantur, ab Imperantibus protegantur. 3. Hacque prima sit Imperantum cura, operis. 4. Quod referuntur milita. Prudentium testimonia. 5. Preferenda tamen salus multorum damno pauciorum. 6. Competit etiam jus ex Legibus fundamentalibus quoad ea, quæ ibi promissa sunt. 7. Competit præterea ex iisdem Legibus sapè jus suffragii in communib[us] liberacionibus. 8. Competit quoque jus ex pacto privato. 9. Ut & ex prescripione. 10. Contra privatos ad afferenda jura licet agere iudicio. 11. Non item contra Summos Imperantes. 12. Contra hos enim sola petatio datur. 13. Cum ipso recipiendi, quod debitum est. 14. Liberum manet Summa Potestati, talēm consam ad proprium Judicium vocare. 15. & seqq. Post sententiam, contra se lacram à Principe, Subditus null-

lum aliud habet remedium, suo commodo proficiendi. 19. & seqq. Quod Subditis privatis non licet movere bellum ad vindicanda sua iura, prelixi ostenditur. 25. Subiectantur duo testimonia S. Augustini & S. Gregorii. 26. Aliqd existimarent, id licere Magistratibus. 27. Qui tamen refutantur. 28. Exemplum Trajanideclaratur. 29. Gregorii Taronensis sententia affertur. 30. An si Princeps rebellibus Subditis aliquid promiserit, ex ea promissione obligetur? 31. & seq. Affirmatur, si id factum sit absque meo gravi. 33. & seq. Ut & tunc obligatur, quando promisit talia, ad que aliunde teneantur ex officio. 35. & seq. Negatur, si meo injusto talia spoudeat, ad qua alias non obstringitur. 37. Obviaur argumento Grotii. 38. Explicitur quoad insipianitatem promissam. 39. & seqq. An salvus conductus, rebellibus promissus, servari debeat?

##### S. L

#### An & qualia Jura Subditi possint habere respectu Summae Potestatis?

**I**N lib. 2. cap. 4. à num. 1. & à num. 37: probatum reliqui, posse in Summam Potestatem erga proprios Subditos cadere veram obligatio-

nem: ex quo nativā sequelā deducitur, Subditis jus acquiri, ac Summam Potestatem obligari posse, ut servet & præstet, ad quod genetuerit quan-

- doquidem juri passivo debet ex altera parte correspondere jus activum.
- 2 Jura hæc speciatim recensere, non vacat. Generatim verò Subditis competit I. jus, ut, si quocunque modō premantur, opprimantur, spolientur, inquietentur, sive à concivibus sive ab exteris, à Summa Potestate efficaciter defendantur; adhibitâ etiam vi & ferrô, ubi necessitas exegerit, prout in lib. 4. cap. 1. n. 63. insinuavi. Ethæc, Authore Grotiô lib. 2. cap. 25. §. 1. n. 2. prima maximèque necessaria cura pro Subjectis: sunt enim quasi pars Rectoris; eaque de causâ Civili Potestati semet subdiderunt, ut eveniente periculô in personis, rebus, & facultatibus suis autoritate publicâ protegantur.
- 4 Unde Cicero in *Verrem* 2. *quot bella*, inquit, *majores nostri suscepérunt, quod Civis Romani injuriâ affecti, navicularii retenti, mercatores spoliati esse dicerentur?* Et Campani ad Romanos: *quandoquidem nostra tueri adversùs vim atque injuriam justâ vi non vultis, vestra certè defendetis.* Livius dec. 1. lib. 7. cap. 21. Et Plutarchus *de doctr. Princip. Minister*, inquit, *est Dominus, ad curam bominum, & corundem salutem, ut bona, que DEUS illi largitus est, partim distribuat, partim servet.*
- 5 Non tamen ait Grotius d. l. §. 2. semper, quamvis justa causa Subditi alicuius, obligat Rectores ad bella suscipienda; sed ita demum, si id sine omnium aut plurium Subditorum incommodo fieri potest. Rectoris enim officium magis circa totum quam circa partes versatur; & quò pars est major, eò ad Naturam proprius accedit.
- 6 II. competit jus ex Legibus fundamentalibus, ut, quæ à Summa Potestate in susceptione Regiminis, in favorem omnium vel aliquorum ex Subditis expressè vel tacite concessa & promissa sunt, fideliter executioni

mandentur: eò quòd per ejusmodi Leges, cùm naturam habeant conventionis publicæ, jus quæratur Subditis, ne in usu talium prærogativarum impedianter. Recolantur dicta in lib. 2. cap. 4. à num. 42.

III. ex iisdem Legibus fundamentali bus aut longæva consuetudine competit Subditis eminentioris conditionis, quos Ordines aut Status Regni vocamus, jus suffragii in consultationibus & deliberationibus, totam Rem publicam concernentibus; adeò tam en, ut, nisi à Summa Potestate convocentur, quoad ea, quæ salutem publicam attinent, Summam Potestatem quidem monere, nihil autem abs illius præscitu aut assensu decernere valeant. Pufendorf *de J. N.* lib. 7. cap. 6. §. 12.

IV. competit jus ex pacto privato, à Subditis sigillatum cum Summa Potestate circa res privatas initò, vi cuius Principem obligatum habent, ut, quod utrinque placuit, faciat, aut omittat: cùm in materia pactorum quoad jus activum & passivum, ex vinculo morali duarum voluntatum consurgens, non occurrat discrimin inter Principes & privatos; ut dictum in cit. cap. 4. num. 52. & seqq. Grotius lib. 2. cap. 14. §. 4. & 6. num. 2.

V. competit jus ex præscriptione: jam enim in lib. 2. cap. 2. num. 200. exposui, etiam Majestatis jura, quæ intrinsecam & inseparabilem connectionem cum Summi Principis personan non constituunt, præscriptionis auctorati subesse: quippe cùm Reipublicæ cujusque salus & quies exposcatur, ut, in cuius possessione per tempus longævum aut immemoriale quis extitit, inibi manuteneatur. Covarruvias in *cap. possessor.* p. 2. §. 2. n. 7. 12. & 13. Anton. Guilielm. Ertl *de Jurib. Princip. exercit.* 80.

## S. II.

### An & quò remedio Subditi Jus suum à Summa Potestate consequi valeant?

10 **C**ontra privatos ad consequendum jus nostrum parata ad manum remedia sunt actiones ae-

persecutiones judiciales, quibus à Juge petitur, ut, qui debtor est, ad præstandum debitum judiciariâ potestate

<sup>11</sup> state cogatur. At contra Principem, cùm Judicem supra se agnoscat neminem, ejusmodi actionem instituere haud licet; &, si maximè liceret instituere actionem, illa vel ex eo foret inefficax, quòd Princeps, etiam convictus de debito, ob defectum potestatis coercitivæ nequeat ad executionem compelli; veluti exposui in cit. lib. 2. cap. 4. num. 54. Grotius *de J. B. & P.* lib. 2. d. cap. 14. §. 6. num. 2. Pufendorf *d. J. N.* lib. 8. cap. 10. §. 6.

<sup>12</sup> Itaque, qui jus aliquod obtinet adversùs Principem, ipsum adire, aut libellum supplicem ei porrigit potest, rogandō & petendō, ut, quod juxta allegata & probata debere se noverit, non ex necessitate cogente, sed Regio aut Principali officiō dictante reddat

<sup>13</sup> aut restituat. Neque credendum est, quòd cordatus Rex, aut alias, Summō Imperiō præditus, legitimè contractum debitum solvere recusat, si cogitaverit, suam salutem atque eminentiam fide pectorum niti; ac indignum esse, si, cui justitiæ afferendæ est ipse constitutus, eam ipse ultrò proculceret. Pufendorf *d. §. 6.*

<sup>14</sup> Quòd si, qui Summam Potestatem exercet, aut non agnoscat debitum, aut illud in dubium vocet, in ipsius libera stat voluntate, an (quod omnino consilendum foret) arbitris decisionem committere, aut in proprio tribunal per delectos Consiliarios controversiam disceptare velit; quo

tamen in judicio, ut loquitur Idem ib. meritò debet obtainere illud Si similitræ apud Heliodorum: *fastigia dignitatis non respicit æquitas; sed is regnat in judicio, qui probabilioribus vincit rationibus.* Planè si Subditus se læsum per sententiam Principis aut arbitrorum existimaverit, omne remedium, quòd ad aliud tribunal recurrere posset, sublatum est. Vel enim recurrere vellet ad DEUM, vel ad hominem? Non ad DEUM: quia hic omnium quidem mortalium Judex, Vindex malorum, & Retributor bonorū est; attamen iudicium suum non exercet in hoc mundo, sed illud ad mundum alterum ac tempus, vitam mortalem consequens, reservat. Non etiam ad hominem: <sup>16</sup> quia, et si Princeps unus sit alteri similis quoad Potestatem, par tamen in parem non sortitur Imperium. Et, <sup>17</sup> si forte recursus fieret ad Pontificem Maximum, is in temporalibus actiones Summarum Potestatum non discutit, nec ullam in hisce causis audienciam aut appellationem concedit, per textum præclarum in *cap. vi duobus 7. in fin. de Appellat.* & *cap. 7. Qui filii sint legit.* Eminentiss. Coelestinus Sforzati in *Regali Sacerdot.* lib. 1. §. 1. n. 2. & seqq. Non male hinc Populus <sup>18</sup> apud Æschylum Regem alloquitur:

*Tu res Populi tuque urbs sola es,  
Non judiciis subditus ullis.  
Regni solio fultus ut ara,  
Undique regens cuncta arbitrii.*

### §. III.

#### *Possintne Subditi ad suorum Jurium assertionem aut defensionem Summæ Potestati Bellum movere?*

<sup>19</sup> **Q**uòd Subditi, qui conditionis inferioris, & fortis privatæ censentur, contra Summam Potestatem arma movere nequeant, etiamsi pro assertione vel defensione suorum jurium id existimarent esse necessarium, omnium scè Sapientum iudiciō decretum esse existimo. Scitè & expeditè Grotius lib. 1. cap. 4. §. 2. & seqq. Huic conclusioni jam prælusi in lib. 4. cap. 1. à num. 56. ubi ostensum est, ab aliis, ac qui Majestate po-

tiuntur, aut jus belligandi ab ea consequuntur, bellum institui non posse. In Subditis, inquit Pelzhoffer *Arcan. Stat.* lib. 9. cap. 4. num. 27. nullum Jus Majestatis est, ad quam solum Jus belli & pacis spectat. Prælusi quoque in <sup>21</sup> lib. 2. cap. 4. à n. 109. ubi, demonstravi, exitiosum & periculosum esse, Subditis jus dare contra Superiores, eisque gladium, quem in ipsum Caput, à DEO sibi præpositum, stringant, in manus consignare. *Nunquam hinc* cum

sum est, ait, cit. Pelzhoffer cap. 7. n. 4. in Majestatem Suam insurgere: qui enim Potestati resistit, Divinae ordinationi resistit, cum omnis Potestas a DEO sit. Pauci certè ex Rerum publicarum Rectoribus unquam de pace & tranquillitate vel etiam de vita securi forent, si obtentu afferendorum aut defendendorū jurium Subditis, alioquin in libertatem & ambitionem pronis, tribueretur licentia, classicum adversus Principem aut Primores in Ilandi. Nempe à Statu Naturali, ubi pro libertate quamplurima licent, transivimus ad Statum Civilē, & in Civitatem nos recepimus, ut pro bello, cuius fax & fœx libertas, gauderemus pace, ad tranquillitatem humani generis omnino necessariā: sicque in Civitate reperiuntur prohibita, quæ olim in libertate culpā vacabant. Sacrosancta hīc Summa Potestas est, continuo Subditorum obsequiō veneranda, non ausu temerariō violanda; non tantum si, quæ justa sunt, agat, sed etiam si pro arbitrio vivere, & Populis sua jura aut bona auferre attentet: nam bonos Imperatores votō expetere, qualescumque tolerare debemus, ait Marcellus apud Tacitum Histor. 4. 8. 3. Divus Augustinus quoque, explicans, quod Apostolus ad Romanos cap. 13. dixerat, necesse est, scribit, propter hanc vitam nos Subditos esse oportere, non resistentes, si quod illi (Rectores) auferre voluerint. Pariter D. Gregorius libr. 6. Epist. 1. si in morte, scribit, Longobardorum me miscere voluisse, bodie Longobardorum Gens nec Regem nec Duces nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Inventi sunt autem, ut perhibet Grotius d. cap. 4. §. 6. num. 1. nostrō saeculō Viri eruditī quidem, sed temporibus & locis nimiū servientes; qui sibi primū, deinde aliis persuaderent, ea, quæ jam dicta sunt, locum habere in privatis, non etiam in Magistratibus inferioribus, quibus jus esse putant, resistendi injuriis ejus, cuius

27 Summum est Imperium. Sed hallucinantur gravissimē, qui hac in parte discrimen inter Magistratus & privatos agnoscunt: nam & Magistratus, licet respectu inferiorum censeantur in autoritate positi, respectu tamen Sum-

mæ Potestatis privatorum instar habentur. Hertius in *dissertat.* ( habetur in vol. 1. to. 3.) de uno Hom. plures pers. sustin. scđt. 2. §. 11. quippe cum tota illorum agendi facultas dependeat a Summa Potestate, nec eis sit data, ut contra dantes insurgant, sed juxta voluntatem concedentis in inferiores sibi commissos exerceant. Sanè, quod 28 Trajanus, cum pugionem traderet Præfecto Prætorio, dixisse legitur: *boc pro me utere, si recte impero; si male, contra me,* teste Pliniō apud Grotium d. l. n. 5. hunc sensum exhibet, Præfectum debere sententiam Senatus Populi Romani, cui Trajanus, ne quid Regium ostentaret, ultrò se submittere voluit, etiam in ipsum Principem exequi. Recte igitur Gregorius Turo-29 nensis Regem Francorum sic affatur: *si quis de nobis, o Rex, iustitiae tramites transcendere voluerit, a te corripi potest: si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed, si volueris, audis: si autem nolueris, quis te damnabit, nisi qui se pronuntiat esse iustitiam?*

Ex supposito autem, quod Subditi 30 rebelles, excusso jugo, in Principem insurgant, querere lubet, an, si Princeps ad spongiandam rebellionem aliqua ipsis promittat, ex illa parte obligatio, ex hac jus aliquod oriatur? Aliorum judicia non refero, sed juxta circumstantiarum diversitatem diversam capio resolutionem. Nam I. si Princeps, nec metu nec vi adactus, aliqua spondeat, non dubito, quin vera obligatio & jus oriatur: tum quia, ut loquitur Clariss. D. Braun in tr. Jurid. de Fide §. 4. Subditi etiam rebelles habent communionem Juris Naturalis, ex quo venit, ut pacta serventur: tum 32 quia, ut disserit D. Pufendorf de J. N. & G. lib. 8. cap. 8. §. 2. si per pacta res componatur, ipsa negotii natura ostendit, Regem rebellibus gratiam delicti facere, sic ut obtentu rebellionis pacta nequeant irrita reddi. Quod si 33 II. Princeps ex incremente & accrescente Subditorum turba metu gravi conjiciatur in tantas angustias, ut alter, quam facta promissione juxta rebellium postulata, sese liberare nequeat, distinguendum puto, an ad ea, quæ promisit, aliunde sit obligatus

Mmmmm

nec

34 nec ne. Siprius; majorem quidem obligationem, nisi juramentum accesserit, nasci non puto, priorem tamen non abolitam, sed resuscitatam aut restauratam videri credo: siquidem urget anterior ratio, ex D. Braun allegata, quod rebellio non tollat communionem Juris Naturalis; cuius præscripto fides data adimpleri debet.

35 Si posterius; veram censeo sententiam. Illustr. D. Pelzhofferi *Arcan. Stat. lib. 10. cap. 5. num. 3.* dicentis: quæ ex Subditorum contumacia coguntur. Principes concedere, illis liberum deinceps est, pro authoritate & potestate, quam coelitus liberam acceperunt, abolendi, ut coacta & invita. Si via aut metu quidpiam peractum est, Jura privatorum rescindunt; an de Jure Regio aliter statuendum est? Sic

36 ille. Certè in lib. 4. cap. 2. à n. 248: abundè probatum esse, opinor, pacem, iniquo metu ab hoste, qui Summā Potestate ingrandescit, extortam, rescindi posse: cur igitur rescindi non posset conventio, quam facit Princeps, injustè compulsus à Subditis rebellibus, qui, cùm gravem injustitiam & crimen Majestatis per extorsionem violentæ promissionis admittant, ad omnem satisfactionem & juris, si quod ex simili promissione fuissent consecuti, remissionem obstringuntur? Irrita facient, quæ per seditionem expresserant, dictum est Taciti *I. Annal. 39. 2.* Et hujus mentis fortasse sunt plures alii, speciatim Pufendorf cit. cap. 8. §. 2. in fin. & Clariss. D. Franciscus Josephus Herz in tract. de Fide Pacta cap. 2. §. 5. num. 65. propè fin.

37 Quod autem Grotius lib. 3. cap. 19. §. 7. suspicetur, hoc concessō, inane fore omnes pactiones, ac proinde belli, nisi per victoram finiēndi, spem nullam; non moveor: cùm hæc ratio videatur probare nimium, quod scilicet omnes pactiones, metu extor-

tæ, valere debeant, quia spes alia, à malo intentato se liberandi, non sufficeret. Et, si idem Grotius id solummodo velit, quod, si Princeps, contumaciā & proterviā Subditorum adactus, amnistiam promiserit, ac poenas, pro excessibus præteritis debitas, remiserit, ulterius eos punire nequeat, uti tradere videtur d.l. §. 6. facile me conformare possum: cùm Principem haud dedebeat, parcere subjectis, & rigorem meritis indulgere veniam, maximè ubi communitas delinquit, dum Lucanō teste:

- *Quidquid multis peccatur, inultum est.*

Quid porrò sentiendum sit de re bellibus, an, si Princeps iis, ad se accedere volentibus, salvum conductum promiserit; promissis stare teneatur? Non adeò liquidum est. Anton. Guilielm. Ertl *de Jur. Princip. exercit. 18.* asserit quidem, salvum conductum, maleficis v. g. homicidis, raptoribus, & similibus concessum, inducere obligationem servandi fidem datam; excipit autem posteà rebelles Subditos, quibus obstare putat salutem publicam, quod minus promissio exsolvatur. Sed, præterquam quod ex num. 31. generatim pateat, rebellium conditionem haud obstare, quod minus fides adimpleatur; speciatim docet supra citatus D. Joan. Balthasarus Braun *de Fide §. 1.* fidem etiam datam hæreticis (qui utique rebellium catervæ associari possunt & debent) firmiter observandam esse; ostendit insuper contra nonnullos obtrectatores, salvum conductum, quem Imperator Sigismundus Joanni Hus, & Concilium Constantiense Hieronymo Pragensi concesserant, neutquam fuisse violatum, dum non aliter concessus erat, aut concedi solet, quam salvâ justitiâ adversus violentiam injustam, quæ de facto contra Jus infertur.

## S E C T I O II. De Juribus Subditorum inter se.

### S U M M A R I A.

42. An Subditis eadem jura inter se competant in Scien Civili, que competant in Naturali? 43,

*Negativa resolution. 44. Alio detar regula.*  
*45. Firmans exempli 46. Reborans ratiōne.*

47.

47. & seqq. Facient auctoritate. 50. Varietas statū parit varietatem iurium. 51. Ibi major iurium equalitas, major est usio. 52. Jura Universitatum sunt distincta à iuribus singularum. 53. Eorum determinatio pender à Summa Potestate. 54. Plerumque Universitas potest constitutere Magistratus & Officiales. 55. Habet etiam separata quedam bona, nec tenetur Principiationem reddere. 56. Nisi suspicio de mala administratione subsit. 57. Potest etiam indicere aliquas collectas. 58. Ex justis causis, quarum nonnulla enumerantur. 59. Habet or-

dinarie quoddam Imperium; & 60. Interdum etiam Imperium merum. 61. Post insuperficie Statuta. 62. Speciatim de rebus, que vales protant. 63. In communib[us] convensi- bus vera majora prevalens. 64. Nisi agatur de jure singularum. 65. Vacante Imperio in Status Monarchico potestas devolvitur ad Populum. 66. Qui de Successore providere, aut Regimen sibi reservare valle. 67. & seq. In Regno electivo deputantur Administratores, nisi certi sint ex Legi deputati. 69. In Regno successivo Regi mino- renni dantur Tutores.

### §. I.

## Qualia Jura habeant singuli ex Subditis durante Imperio?

42 **C**um Subditi, postquam in Civilem Soeietatem fese contulerunt, inter se habeant & equalitatem, & nullus altero superior aut inferior existat; non nemini consectaneum videri posset, eadem jura, quæ hominibus in Stato Naturali competunt, Subditis inter se 43 competere. Verum, quia in cap. preced. ostensum est, non unum & uniformem sed multiplicem esse Statum Subditorum, & ideo non omnium & equalia possunt esse jura; ac præterea in Societate Civili hæc ipsa, quæ cæteroquin ex Stato Naturali pullulant, jura, à Summa Potestate, prout exigunt salus Reipublicæ, circumscribuntur, ut patet ex lib. 3. cap. 3. à num. 121. 44 hinc alia statuenda est assertio, Subditis nimirum in Stato Civili erga se invicem ea ex Stato Naturali fluentia iura competere, quæ cum Stato Civili sunt convenientia, atque à Summa Potestate justis ex causis non immutata. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univ. part. spec. lib. 3. cap. 3. §. 7.* & seqq. 45 Exemplum unum jam dedi in libr. I. cap. 1. n. 42. de jure defensionis. Plura exempla suppetunt in nostra Jurisprud. Canonico-Civili, ubi de matrimonio, de jure proprietatis, de contractibus, de testamentis, de successionibus ab intestato, tanquam negotiis, quæ plerumque inter ejusdem Reipublicæ Civis agitantur, sæpenumerò declaravimus, quidnam in illis obtineat spestatō præcisè Stato Naturali; & quidnam à Jurepositivo, Canonico & Ci-

vili, dispositum fuerit. Ratio autem 46 capitalis est: quia in Stato Naturali quisque id præcipue curat, quod vergit & vertitur ad commodum privatum; in Stato autem Civili eò principaliter entendum, ut etiam illæ actiones, quas privati inter se ponunt, aut bonum publicum promoveant, aut eidem saltem non officiant. Nam, si de commodis Reipublicæ agatur, 47 omni studio, opera, fide, & diligentia rei communis propiciendum est, ait Plutarchus in *Polit. atque, ut Plinius ait libr. 7. Epistol. oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus eternas anteferre.* Scili- 48 cèt, ut loquitur Pericles apud Thucydidem, sic existimo, etiam singularis hominibus plus eam prodeesse Civitatem, quæ totarecè se habeat, quam si qua privatis florreat utilitatibus, ipsa autem universim laboret. Qui enim domesticas fortunas bene collocatas habet, patria tamen eversa, perireat & ipse, necesse est: contra verò, etiam si quis in privata Republica parum felix est, multò tamen facilius per illam incolumis servatur. Quare, cum Civitas quidem singularum possit sustentare incalmitates, singuli autem publicas non item, quid est, cur non universim ipsi consulere, ipsamque tueri oporteat, nec id facere, quod vos facitis, dum quasi attoniti jacturā rei familiaris salutem proditis Reipublicæ? Quod commune est, 49 dixerat Plato de LL. 4. connectit Civitates; quod singularum, dissipat: quare & publice & privatim utilius est, ut publica magis quam privata currentur. Dixerat & Cicero in Verrem: ut contemnendus est, qui in navigando se quam navim marvult in-

*columem; ita vituperandus, qui in Reipublice discrimine sua plusquam communi saluti consulit.*

50 Interim ipse Status Subditorum varius varietatem jurium, prout ex quolibet Statu dimanant, progenerat. Et praeter hæc jura dantur alia infinita, ut loquitur Böhmer *d.l. §. 6.* quæ nullum respectum ad Statum peculiarem, quō distinguuntur, habent, in quibus æquali jure fruuntur. Sic enim Nobiles in contractibus & commerciis

communibus non plus juris sibi vindicare possunt, quam ignobiles. Quòd si minor tamen in juribus est Subditorum inæqualitas, eò firmius cohæret Civile Corpus: nam, ut Servius Tullius apud Dion. Halicarnass. lib. 4. ait: *principi decretivis Civium æquare, ut omnes inter se pari & æquō jure in judiciis certare possint.* Sit ergo, infert Cicero lib. I. de Orat. in Jure Civili finis hic legitimæ atque usitatæ in rebus causisque Civium æquitatis conservatio.

## §. II.

### *Qualia Jura sint inter Universitatem & Subditos singulos durante Imperio?*

52 **J**ura, quæ habent Universitates quæ tales, distincta sunt à juribus singulorum: Universitas enim, quamvis ex singulis componatur, nec aliud sit, quam ipsimet homines, in unum congregati; attamen non ipsi homines dicuntur Universitas, sed hominum collectio; &c, sicut membra corporis physici distinguuntur à corpore; sic membra Corporis Politici ab ipso Corpore discreta censentur. Besoldus

53 *lib. I. Polit. cap. 12. §. 4. n. 60.* Quænam verò sint illa jura, potissimum ex indulgentia Summæ Potestatis, in erectionem Universitatis assentientis, defini debet. Plerumque tamen

Universitas jus habet, Magistratus & Officiales constituendi, de quorum indole, potestate, & obligatione servata proportione id ferè sentiendum est, quod in *lib. 3. cap. 5. per tot. de Magistribus & Officialibus*; quos Summa Potestas immediatè constituit, ad structum erat. Videatur Besoldus *d.l. num. 61.*

55 Præterea Universitates pro sui conservatione & sustentatione habent aliqua bona communia v. g. nemora, pascua, piscinas, salinas, pecuniam &c. quorum rationem non Principi, sed Universitati ab Administratoribus reddendam esse, permulti tradunt apud Besoldum sub *cit. num. 61.* eò quòd petitio reddendæ rationis sit effectus dominii non Imperii. Etsi, ut fatetur idem Author, si suspicio vel fama percrebescat de mala administratione, aut

Cives ipsimet de negligentia Quæstorum conquerantur, Princeps per viam inquisitionis reddendis aut inspiciendis rationibus sese intromittere valeat: cum utique Principi incumbat curare, ne res Universitatis per malam Curationum administrationem detrimentum accipient.

Insuper citatus Besoldus admittit 57 Universitati jus indicendi quasdam contributiones pro necessitatibus aut utilitatibus communibus: quippe cum dogma sit, haftenus sèpe repetitum, concessâ administratione concedi & ea, sine quibus administratio nequit perfici. Causas verò, quæ impo- 58 nendæ contributioni sufficient, ex Moditio refert sequentes, nempe si litet habeat Universitas cum alieno Subdito, ob quam multas tenetur expensas erogare; si poena ex delicto Universitatis solvenda sit; si refectio vel ædificatio instet moenium Civitatis, pontium, viarum, aut alterius operis publici; si salario pendenda sint Medicis, Prætori, Magistris Scholarum &c.

Adhæc, ut dictum in *cap. I. num. 90.* 59 quælibet Universitas debet habere quoddam Imperium seu Potestatem Jurisdictionis circa ea, quæ ipsi propria & consentanea sunt; &c, quòd Nobilior est Universitas, eò majorem aut ampliorem obtinet juris dicendi exercendive facultatem. Qua de causa Universitates Literariæ, licet non omnes, multæ tamen Jurisdictionem in causis etiam criminalibus, seu Imperium

perium merum obtinent, non quidem ex necessitate, sed libera Summæ Potestatis concessione. Huber. *de Jure Civit.* lib. 2. sect. 3. cap. 3. num. 34. Et 39.

<sup>61</sup> Demùm ex eodem ferè capite Universitatibus competit jus condendi statuta, quantum exigit salus & in columitas propria vel necessitas suæ administrationis: ita quidem, ut, si saluti patriæ seu Civitatis & Reipublicæ refragentur, robur non habeant; de cætero autem singulares personas & singulos de Universitate obstrin-gant, esto per consequens præjudicium aliquod patientur. Besoldus cit. l.

<sup>62</sup> num. 71. In specie verò ex mente laudati Besoldi non prohibetur Universitas familiarum facere ordinatio-nes de rebus, quæ venales in foro ex ponuntur, & simul interdicere, ne extraneus quispiam tales res, quas arti-fices & Cives hujus Universitatis faciunt, ibidem vendant: cùm enim forum jure dominii sit in potestate Uni-versitatis, hæc, dum jure suô utitur, nemini facit injuriam; suadente insu-per æquitate, ut Cives, qui tenentur

onera communia portare, præ extra-neis juventur commodô suæ Civitatis.

De reliquo, cùm Universitates Ci-viles ad imitationem Civitatum majorū regimen habeant, Aristocratico vel Democratico simile, in ejus exercitio verificatur & probatur regula illa, non tantum in Jure positivo, sed & Natu-rali fundata, quod, quæ major pars Se-natūs aut Populi decernit, totum Se-natum aut Populum concernant: vel quia pars minor aliàs includitur in ma-jori: vel quia plus oculi vident, quam oculus: vel quia, ut communes de-liberationes ad exitum perducantur, sufficere debet plurium assensus, ex quo omnium sententia raro speranda, pauciorum verò judicium majorum votis præferendum non est. Cramerus in *tract. Jur. Gent. concl. 28.* Id quod <sup>63</sup> intelligitur de juribus & rebus, ad to-tam Universitatem spectantibús: nam de rebus & juribus, quæ pertinent ad singulos, singulorum consensus acce-dat, oportet, dum, quod meum est, mihi invito nequit auferi. Idem Cra-merus d. l.

### §. III.

## Quænam Jura Subditis competant vacante Imperio?

<sup>63</sup> I mperiò vacante, ac Rege v. g. in Statu Monarchico per mortem ci-vilem aut naturalem extinctō, nec Successore ab eo relictō, tanto major est Subditorum Potestas, quanto ma-jor recuperatur libertas: quippe cùm redeat ad eum statum, qui fuit ab ini-tio, quando Civitas coalescere, & Ci-vilis Societas adolescere coepit. Böh-mer in *Introduct. ad Jus Publ. Univ. part.*

<sup>64</sup> Spec. lib. 3. cap. 4. §. 1. Itaque Popu-lus seu tota Subditorum collectio Summam Potestatem eatenus acqui-rit, ut & de Successore novo sibi pro-videre, &c, si malit, veterem Reipub-licæ formam immutare, &c, si libue-rit, ipsem, sicut in Statu Democra-tico, Regimen suscipere valeat, uti jam explicatum est in lib. 2. cap. 4. à num. 135.

<sup>65</sup> Potest etiam Populus, si Regnum sit electivum, durante interregnō Vi-

carium aut Administratorem Imperiū usque ad tempus, quō nova institua-tur electio, deputare; nisi ex Lege stata & fixa jam certi sint Proceres, ad quos summa rei pro temporum ne-cessitate devolvatur; veluti cit. cap. 4. <sup>66</sup> num. 139. animadvertis. Quam in rem opportunus est locus Dion. Halicar-nassi lib. 2. scribentis: Romulō extinctō Populus optionem sibi non vindicavit, sed rius rei cognitionem ad Senatum rejectit; & lib. 3. post Auri Martii mortem Senatus de-nudò, cùm Populus ipsi permisisset, ut, quam vellet, Civitatis formam constitueret, in-eadem manere statuit, Et interreges creavit. Illi verò, convocatā Populi multitudine ad Comitia, Regem elegerunt L. Tarquiniū. Sin verò Regnum sit successivum, nec <sup>67</sup> tutor aliquis ex Lege vel ab antecesso-re datus appareat, juxta idem cap. n. 144. Populus ipsemet tutorem nominare non prohibetur. Böhmer cit. l. §. 27.

# C A P U T III.

## De Obligationibus Subditorum.

**J**ura Subditorum, de quibus in Cap. proximo, excipiunt ipsorum Obligationes; quae quidem propemodum sunt innumeræ, utpote conditioni Subditorum connatæ, & cognatae; adinstar tamen Jurium ad duplēm classem referri possunt, aliquæ scilicet in ordine ad Summam Potestatem; aliæ in ordine ad Subditos inter se.

### S E C T I O I.

#### De Obligationibus Subditorum respectu Summæ Potestatis.

##### S U M M A R I A.

1. *Prima obligatio Subditorum est ad obsequium.*
2. *Ostenditur ex discurso Molina. 3. Et ex 8. Scriptura. 4. An etiam malis Imperantibus sit parendum? 5. Affirmatur ex Epist. D. Petri 1. cap. 2. 6. Extratione. 7. Nec non auctoritate S. Augustini. 8. & seqq. Si autem imperaretur, quod manifestè injustum est, nulla est obligatio obsequendi, ex auctoritate Veteris & Novi Testamenti. 10. Ex SS. Patribus Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus adducuntur. 13. & seqq. Ulterior confirmatio ex Hornio. Superaddetur. 15. & seqq. Referatur & refutatur Hobbesius. 18. Exemplum novum ex lib. Esther cap. 13. 19. *Quid in dubio de justitia mandati faciendum sit?* 20. & seqq. Docetur, esse abdiendum, quia præsumptio stat pro mandante. 24. & seqq. Doctrina Lessii proponitur. 27. *Quando dubium est de ipsa imperandi potestate, impunè non paratur.* 28. Altera obligatio Subditorum est ad patientiam. 29. & seqq. Non licet Majestati resistere. 31. Ut probatur ex cit. Epist. S. Petri. 32. Et S. Augustino. 33. & seqq. Nisi quis circa peccatum acquiescere queat. 35. *Quando malum est intolerabile,**

- sceptatur, an resistere licet?* 36. & seqq. Haraldis latè exponit, id non licere, si Princeps spissim facias; secus, si ejus Ministri. 40. Concluditur, id verum esse, si violentia solammodo infervatur circa bona, 41. Non item, si Summa Potestas viram auferre intenteret; 42. Præterquam si occisio invaseris absque periculo Civitatis fieri non possit. 43. & seqq. Tyrannus, qui talis est ratione tituli, à quolibet injunctè occiditur. 46. Allegantur exempla SS. Paginariam. 47. & seqq. Opponitur, & solidè explicantur Concilium Constantiense Sess. 15. 50. Tertia obligatio est ad fidelitatem. 51. *Quā omniā, admissit securiū aliquos crimen lese Majestatis.* 52. Stringit hanc obligatio etiam semper bellū. 53. & seqq. Non autem obligat ad vita periculum, si nullum indecommodum prudenter speretur. 55. Urbs obessa tradi potest hostibus, si nulla superfit defensionis facultas. 56. Ut & Populus absolvitur à fide, si ipsum Principem ex defectu virium defendere non valset. 57. Obligatio ad fidem, obsequium, & patientiam est generalis. 58. Varias juxta varietates Potestatis in Imperante.

##### S. I.

#### De Obligatione ad Obsequium.

**P**rima obligatio, quam habet Subditus respectu Summæ Potestatis, est ad obsequium: nam facultas imperandi, penes Summam Potestatem existens, supponit & requirit in Subditis obligacionem obsequendi: cùm Imperium sine obsequio necessitate sit gladius sine acu-

mine. Accedit, quod, ut pulchre differit Molina de J. & J. tr. 2. disp. 27. num. 2. DEUS Opt. Max. sicut mundum hunc universum quoad naturalia per causas secundas naturales gubernat, ita etiam per Potestates legitimas, à se proximè vel remoto constitutas, creatureas liberas ad fides suos, tum natura-

turalem, tum supernaturalem, dirigat: quô fit, ut legitimæ omnes Potestates, quibus obedire tenemur, à DEO sint, DEIque vices unaquæque in suo ordine & gradu teneat, ut, dum illis obedimus, eorumque præcepta servamus, DEO pariter in illis obediamus, DEIque præceptum ac voluntatem exequamur. Ideo clamat Apostolus ad Roman. 13. v. 5. necessitate Subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Succamat Caput Apostolorum 1. Petri 2. vers. 13. subjecti igitur estote omni humanae creature propter DEUM: sive Regi, quasi præcelenti; sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Repetantur dicta in libr. 3. cap. 2. à num. 18.

Quoniam vero, qui Summam obtinent Potestatem, non semper optimi, sed interdum sunt pessimi, non tantum si hæreditariô jure eluctentur ad Scepturn, ubi accipiendus & retinendus est, quemcunque nascendi forsaliis prætulit; sed etiam in Regno, quod electione liberâ confertur, in quo saepe, qui ab initio videntur eximi, progressu temporis comperiuntur esse exigui: apud Græcos & Romæ liberæ Scriptores, ex testimonio Hornii de Civitat. lib. 2. cap. 12. §. 4. num. 3. reperiuntur aliqui, docentes, non tantum negari obsequia, sed strui insidias, deturbari Reges, machinari cædes &c. posse. At Sacrae Literæ, earumque Interpretes SS. PP. aliud longè inculcant, nec tantum bonis & probis, sed etiam discolis & impiis esse parentum jubent, ut jam in lib. 2. cap. 4. à num. 122. animadversum est; & luculententer indigitat D. Petrus cit. Epist. 1. cap. 2. vers. 18. ibi: non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quàndiu enim Rex solium tenet, est Vicarius DEI, atque ex ordinatione Divina gerit Potestatem & Imperium; sicque, non obstante vita morumque improbitate, habet jus imperandi, & Subditus obligationem obediendi. Audiatur D. Augustinus de Testam. vet. & nov. q. 35. non nescius, ajens, David, Divinam esse traditionem in officio Ordinis Regalis, idcirco Saulem eadem adhuc traditione postum bontificat; ne DEO injuriam fa-

cere videretur, qui his Ordinibus honorem decrevit. DEI enim imaginem babet Rex, sicut & Episcopus Christi. Quàndiu ergo in ea traditione est, honorandus est, si non propter se, propter Ordinem. Unde Apostolus, omnibus, inquit, Potestatibus sublimioribus Subditi estote. Non est Potestas nisi à DEO. Quæ enim sunt, à DEO ordinata sunt. Hinc est, ut Gentilem, in Potestate positum, honorificemus, licet ipse indignus sit, qui DEI Ordinem tenens gratias agit diabolo. Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Conferatur D. Pelzhoffer Arcanor. Stat. lib. 9. cap. 15. num. 2.

Ubi autem, quod imperatur, manifestè iniquum, atque à Subdito sine crimine proprio in executionem dari non potest, cessat obsequendi obligatio, prout verbô & exemplô Viri Sancti docuerunt, nempe in Novo Testamento Apostoli Act. cap. 5. v. 29. ibi: oportet DEO magis obedire quam hominibus; in Veteri autem Testamento tres pueri, Sidrach, Misach, & Abdenago, qui Nabuchodonosori, statuæ aureæ adorationem jubenti, dixerunt: Dan. 3. v. 18. hoc notum sit tibi Rex, quod Deostuos non colimus, neque adorabimus statuam auream, quam erexisti; sicut & junior ex fratribus Machabæis respondit Antiocho, esum carnis Suillæ imperanti: non sum obediturus præcepto Regis, sed præcepta Legis audio, que Majoribus nostris per Moysem data sunt 2. Machab. 7. vers. 5. & 30. Hinc D. Augustin. de Correc. Donatist. ad Bonifac. Rex Nabuchodonosor, ait, cum servus esset idolorum, constituit Legem Sacrilegam, ut simulacrum adoraretur, sed ejus impie constitutioni qui obediare noluerunt, piè fideliterque fecerunt. Et D. Ambrosius, relatus in cap. 93. caus. II. q. 3. dicit: Julianus Imperator, quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se milites Christianos: quibus, cum dicebat, producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscabant Imperatorem Cœli. Et D. Hieronymus in Epist. ad Tit. 1. advertit: si Dominus ea jubet, quæ non sunt adversa Scripturis Sanctis, subjiciatur servus Domino. Si vero contraria præcipit, magis obediatur Spiritus quam corporis Domino. Recapitulentur dicta in lib. 3. cap. 3. à num. 8.

Nnnnn 2

Con-

- <sup>13</sup> Concedidit equidem, ait Hornius *d. lib. 2. cap. 12. §. 7. n. 2.* DEUS Principi Summam Potestatem, eā tamen lege, ut retineret eandem ipse, & ille ne quid contra suum Authorem auderet. Ubi autem concurrunt duo, se invicem extinguentia jussa, quorum alterum obligatorium est, id prævalet, quod à Superiore irritum fieri non potest: quare necessarium est, DEO præ impio homine, qui sub illius tamen <sup>20</sup> Potestate est, obsecundare. Certè Vicarius Potestatem habere nequit suō Principali majorem, aut eidem adversam: DEUS verò Potestatem non habet imperandi iniqua, utpote *cui odio sunt impius & impietas*: adeoque nec Princeps aliquis, velut DEI in terris quoad temporalia Vicarius.
- <sup>15</sup> Neque dicas cum Hobbesio, contrariæ sententiae assertore, quod Regum, non Subditorum, sit, discernere inter bonum & malum. Nam, ut recte distinguit Hornius *d. cap. 12. §. 8. num. 2. & seqq.* in iis quidem, quæ mētē civilia sunt, & ab humana voluntate pendente, Regiæ Potestatis est, discernere & decernere, quid malum aut bonum sit; at in iis, quæ naturalia sunt, & non ab humana voluntate sed ratione immutabili & æterna suam justitiam aut injustitiam secum ferunt, *signatum est super nos lumen & dictamen rectæ rationis*, cuique persuadens, quæ honestati convenient aut disconveniunt. Addo ego, in rebus fidei, de quibus in *lib. 3. cap. 1.* egimus, non audiendos Principes, sed Sacerdotes: utpote cùm earum declaratio vel determinatio non à profana & Politica sed Sacra & Ecclesiastica Potestate expectari debat: qua in re perspicua occurruunt exempla in *Actibus Apostol.*
- <sup>18</sup> *cap. 4. 7. & 12.* Unde Marodochæus, uti narratur in libro *Esther. cap. 13. v. 12. & seqq.* deprecatus Dominum, cuncta, ait, *nostri & scis, quia non pro contumelia aliqua glorie cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum (libenter enim pro salute Israhel etiam vestigia pedum ejus de osculari paratus essem) sed timui, ne honorem DEI mei transferrem in hominem, & ne quemquam adorarem, excepto DEO meo.*
- <sup>19</sup> Dixi in *n. 8.* manifestè iniquum. Nam, si dubium sit de mandati iniquitate,

conformiter iis, quæ in *lib. 4. cap. 1. num. 409.* de dubia belli causa differui, mandato Summæ Potestatis obtenerandum esse, arbitror: quia, tametsi alioquin pro regula tradatur, in dubio tutiorem viam esse eligendam; eamque, quæ longius à peccati periculo recedit, tutiorem censi: nihilominus hæc regula tantum procedit de operatione hominis spontanea, quam pro libitu suscipere vel omittere potest; nullatenus verò procedit de operatione obligatoriæ, qualis est illa, quæ imperatur à Summa Potestate: tunc enim, cùm certum sit, Summæ Potestati competere jus imperandi, & dubium videatur, an recte imperarit, præsumptio stat pro justitia imperii & necessitate obsequendi. Alias, cùm plerumque rationes aliquæ confingantur ad labefactandam Imperii justitiam, facile eveniret, ut sub prætextu dubiæ iniquitatis obedientia detrectetur. Et demus, arguit Hornius <sup>21</sup> *cit. cap. 12. §. 5. num. 7.* illud principium, sequendam esse partem tutissimam, dicemus, illum tutissimam partem eligere, qui obsequium præstat in re dubia. Si caret peccatō, quod ex duobus minus est, cùm utrumque sit incertum; multò magis recte operabitur, qui certum incerto præfert; & econtrà pessima erit electio, quæ certæ honestati incertum dubiumque peccatum anteponet. Certum est, debere Subditum obsequium; rem illicitam esse, incertum est: tutissimam igitur partem observabit, certum observando, & præstando obsequium.

Paulò aliter hunc articulum discutit <sup>24</sup> Lessius *de J. & J. lib. 2. cap. 41. num. 76.* dicitque, perseverante dubiō de honestate rei præceptæ, non esse Subdito licitum obedire: quia nemo potest operari licet cum conscientia dubia, eo quod periculo peccandi se expavit; obligari tamen Subditum, ut, <sup>25</sup> si possit, consideratis omnibus circumstantiis & principiis practicis, dubium suum deponat: quia tenetur considerare actum, prout hic & nunc agendum præcipitur, id est, cum omnibus circumstantiis occurrentibus, illumque expendere non solum secundum principia sua intrinseca & acti propria, sed

<sup>26</sup> sed etiam secundum extrinseca & communia; &, si secundum hæc appareat, esse licitum, tenetur facere: nam dubium tunc non perseverat practice, sed solum speculativè, nimurum an perse & absque istis circumstantiis, & consideratis principis propriis sit licitus? practice autem constat, esse licitum & prudenti judicio talis judicatur.

Planè, si dubium sit de ipsa Potestate, state præcipiendi, an nempe, qui Imperium sibi arrogat, illud legitimò titulò comparaverit, nulla parendi necessitas est: tunc namque subintrat illa regula, meliorem esse conditio nem possidentis, nec ad Legem aut præceptum quempiam obstringi, qui justè dubitat, an Lex aut præceptum sibi imponi valeat. Lessius d. num. 76.

## §. II.

### De Obligatione ad Patientiam.

<sup>28</sup> Altera & priori contermina est obligatio ad patiendum, si quid Summa Potestas etiam in nostram fecerit injuriam circa res, bona, aut jura, quod citra peccatum tolerare valemus: nam Summa Potestastam ampla & urgens est, ut, licet aliquid statuat contra fas & jus, quoad Subditos tamen jus passivum seu obligationem ad tolerantiam & patientiam operetur, juxta illud: qui Potestati resistit, DEI ordinationi resistit. Unde vox & mens Senecæ est: *equum at-*

<sup>29</sup> *que iniquum Regis Imperium feras.* Nempe sacrosancta est Majestas, etiam iniquè agens; Majestatem autem ostendere, aut indecorè resistere, quādū talis manet, nunquam licet; quemadmodum pater, etiam iniquè filium verberans, pater esse non desinit, ab injuria immunis, etiamsi filio injuriam

<sup>30</sup> faciat. *Pater est?* scribit Epictetus in Enchirid. cap. 38. præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus: si convicietur, si verberet, ferendum esse. At si Pater malus est? Nunquid igitur natura cum patre bono conjunctus es? Non, sed cum patre. Tu igitur munus tuum erga illum tuere: nec, quod ille agat, considera, sed quibus rebus agendis tuum institutum

<sup>31</sup> naturæ futurum sit consentaneum. Hoc cedit gratiae, inquit D. Petr. cit. Epist. I. cap. 2. vers. 19. si quis propter conscientiam DEI suffert molestias injustè afflictus: quæ enim est gloria, si peccantes & colapbis casi subsistatis? Sed si bene agentes & tamen afflicti subsistatis, hoc cedit vobis gratiae apud

<sup>32</sup> DEUM. Earopter D. August. de vera devocent. cap. 24. ita, inquit, à P. SCHMID JURISTA. PUBL. UNIVERS.

plebibus Principes, & à servis Domini sunt ferendi, ut sub exercitatione tolerantie sustineantur temporalia, & separentur aeterna. Auget enim merita virtutis, qui propositum non violat Religionis. Et de natura boni adversus Manichæos dicit: *injustum non est, ut improbis accipientibus nocendi potestatem, & bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur.* Illustr. Reding. Theol. Schol. to. 13. q. 12. art. 1. contr. 4. num. 15. Sotus de J. & J. lib. 5. quest. 1. art. 3. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 9. num. 11.

Dixi: *quod citra peccatum tolerare valimus.* Nam, ubi tolerantia peccatum involvit, tam parum sinè noxa est, quād parum executio mandati iniqui reputatur innoxia: cùm in estimacione morali perinde peccet, qui causam peccato præbet, aut quod minus peccetur, non impedit. Quamobrem, <sup>34</sup> ut legitur in Act. Apost. cap. 4. vers. 18. & seqq. Petrus & Joannes, cùm eis à Principibus, Senioribus, & Scribis in Jerusalem denuntiaretur, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine JESU, respondentibus dixerunt ad eos: *si justum est in conspectu DEI, vos potius audire quam DEUM, judicate: non enim possumus, quæ vidimus, & audivimus, non loqui.* Videatur Cramerus in tract. de Jure Gent. conclus. 78.

Quid verò, si malum, à Summa Potestate intentatum, sinè peccato quoad nostram personam tolerare valamus, illud verò tam grande & acerbum sit, ut planè videatur intolerabile, veluti si Princeps, in tyrannum conservatus, infringat Leges, violet pœcta,

Ooooo

in

in extremam servitutem conjiciat Subditos, urbes & agros devastet, aut incendat, cives ovium ad instar ad macelum rapiat, anne patientia sub præcepto, & resistentia sub prohibitione erit?

36 Hornius sæpe cit. lib. 2. cap. 12. §. II. num. 3. Et 4. ita respondet: si tyrannus propriâ manu Civem nihil delinquenter interficere satagat ex mala libidine atque crudelitate: huic Subdito nunquam Authores erimus, ut personam Principis lædat, sed mittendus

37 erit spiritus impiæ sævitiae. Cùm verò tyrannus solus integrum urbem haud possit invadere, quod verendum habeat, ne forsan incidat in æquè impium hominem, ac ipse est, qui nec DEI, nec Majestatis in tyranno existentis reverens, pari maleficio tollat invadentem, quod infestabatur: ministros plerumque habet, tam horrendi mandati executores, qui inno-

38 centes excarnificant. Hos tales malitia suâ non præstabit Sacrosanctos, & ab Imperio tyranni nullam facultatem injustè agendi consequuntur: ubi igitur ex mandato crudelitatem volunt exercere, tam improtecti agunt, ut à læsis omnes trucidari possint. Absistere debebant ab executione præcepti. Imperans non poterat eosdem ad peccata obligare, quæ ubi sponte perpetranda recipiunt, à quovis, quem contra jus & fas hilatrones aggrediuntur, jure cædi possunt. Tyrannum, occidentem Cives, Majestas tuetur, quæ eandem personam inhabitat; apparitores autem communicatum nullum Imperium defendere potest..

39 Ita miseri Subditi stringent gladium non tam vindicem, quam tutelarem. Neque ulterius privilegium resistendi valet, quam ad tutelam. Bellò non laceffent tyrannum, nec infestabunt reliquos innocentibus Subditos; multò minus, licet prævaleant, ac superent multitudine, invadent Regnum, aut dignitate Regiæ dominum crudelem spoliabunt: potius ubi ad meliorem redierit mentem, & securitatem Subditis imposterum pollicitus fuerit liberaliter, pristina obsequia exhibebunt, ostensuri, non à Principe se defecisse, sed obviā saltem ivisse crudelitatis

instrumentis. Hæc citatus Author, cui post alios ad stipulatur ejus Scholasticus Simon Kuchenbecker.

Si Theologos nostros in præsenti articulo consulo, illi distinguunt inter tyrannum, qui talis est titulô, vel solô regimine. Tyrannus, qui talis est solô Regimine, ac juxta num. 35. Potestate, à DEO sibi commissâ, abutitur in perniciem Subditorum, tolerandus est, nec vi repellendus, et si vim inferat quoad bona externa, ac Subditis aut sua auferat, aut exilium indicat: partim quia ejusmodi bona Principis Potestati subsunt: partim quia, si Princeps in eorum administratione excesserit, recuperari vel compensari possunt. Lessius de J. Et J. d. lib. 2. cap. 9. num. 11. Reding cit. tom. 13. q. 12. art. 1. contr. 4. num. 15. Suarez in Defens. fidei lib. 6. cap. 4. n. 5. Quod si verò in eam vesaniam Rex proruat, ut manu propriâ Civem innocentem obtruncare non vereatur, resistentia eatenus est licita, quatenus eam permittit jus necessariæ defensionis, non obstante, quod mors Regis exinde sequatur: nec enim vita Civium innocentium arbitrio Imperantium est subdita; nec, ubi semel periit, restitui vel compensari potest: ut proinde, si Princeps ferrum, quod in sceleratos duntaxat Divinum Numen ipsi concessit, in proborum & insontium jugula vibret, suæ libidini aut crudelitati adscribere debeat, quod, qui gladiô cæcidit, gladiô cadat. Sotus de J. Et J. supra cit. lib. 5. q. 1. art. 3. Reding d. l. num. 16. Molina de J. Et J. tr. 3. disp. 6. num. 2. Suarez d. n. 5. Qui posterior limitat suam doctrinam, si ex morte Regis aut Respublica perturbanda, aut alia magna incommoda contra bonum commune passura foret: tunc enim, ut ille loquitur, charitas patriæ & boni communis obligaret ad non interficiendum Regem, etiam cum mortis propriæ discrimine.

Tyrannus, qui talis est titulô, id est, Regnum absque legitimo successoris, electionis, aut aliò jure violenter occupavit, nullatenus tolerari debet, sed repelli, expelli, occidi potest principaliter à Respublica, & in consequentiam etiam à privatis, easuando remedium

dium aliud non superest, iniquum Republicæ invasorem compescendi. Ita præfati & plerique Theologi, quibuscum signa confert Illustr. D. Pelzhoffer *Arcan. stat. lib. 3. cap. 26. num. 5.* sub *Antesignanō D. Thoma 2. sentent. dist. 44 ult. q. 3. art. 2. ad 5.* Ratio colligitur ex laudato Suarezio *num. 13.* quia ejus generis tyrannus, quādiu Regnum, injustè detinet, & per vim dominatur, semper actu vim infert Republicæ, & sic ipsa semper gerit cum illo actuale, seu virtuale bellum, non vindicativum, sed quasi defensivum; &, quādiu contrarium non declarat, semper censetur velle defendi à quolibet suorum Civium, imò etiam à quolibet extra-neo: ideoque, si aliter defendi non potest, præterquām interficiendō tyrannum, cuilibet de Populo licet illum interficere. Unde, ut pergit citatus Suarez, in rigore verum est, id non fieri autoritate privatâ, sed publicâ, vel potius Regni, volentis à quolibet Cive, tanquam membro & organo suo, defendi, vel DEI Authoris Naturæ, dantis cuique homini potestatem defendendi innocentem. Et pro hac opinione afferuntur exempla S. Scripturæ, ubi *Judic. cap. 3.* legitur de Aod, quòd su' tulerit è medio Egion Regem Moabitarum, Israëlitas tyrannicè opprimentem; uti & *cap. 4.* refertur, ac in *cap. seq.* laudatur factum Jahelis, quæ Sisaram, Ducem exercitus Regis Manaan, per viginti annos Populum Israëliticum vehementer affligentem, interfecit. Cui *Judith. 13.* adjungitur gloriosum facinus Judithæ, quæ abstulit caput Holoferni, Princi-pi militiae Regis Nabuchodonosoris, cuius truculentia & immanitatem unacum aliis Gentibus Gens Hebræa gra-viter erat contrita & conculcata.

**46** Num verò hæc liceant in tyrannum absque causæ cognitione, an verò rebus planè perspectis & judicatis? Inter Græcos ac Latinos non convenire, testatur Bodinus de *Republ. lib. 2.*

*cap. 5.* dum Lex Valeria tyrannum occidere cuiquam permittit, deinde causam occisi dijudicare; Lex autem Solonis eum judicio sisti jubet, ac judicari, qui tyrannidem affectarit. Idem tamen Bodinus Legem Valeriam procedere existimat de illis, qui apertâ vi Rempublicam oppugnant, arces mu-niunt, milites contribunt; Legem verò Solonis de vi non apertâ, quando scilicet quis affectatæ tyrannidis reus arguitur.

Contrariæ sententiæ multùm partinari videtur Concil. Constantiense, quod in *Sess. 15.* reprobat sequentem articulum: *quilibet tyrannus potest & debet lícitè & meritorie occidi per quemcunque vasallum suum vel Subditum, etiam per clanculares infidias, & subtile blanditiæ, vel adulaciones, non obstante quocunque juramento seu confœderatione factis cum eo, non exspectatâ sententiâ vel mandatâ Judicis cuiuscunq[ue].* Sed, ut egregiè respondet Suarez *d. 48 lib. 6. cap. 4. n. 11.* Concilium non definit propositionem universalem negati-*vam: nullus tyrannus occidi potest;* sed reprobat duntaxat propositionem universalem affirmativam: *quilibet ty-rranus occidi potest:* verificatur itaque, si *ex num. 40.* ita explicetur, ut tyrannum, qui solò Regimine tyrannidem exercet, excepto casu in *num. 41.* occidere nefas ducatur. Si autem constet, aliquem non aliò quam usurpa-tionis titulô Regnum tenere, nec periculum sit, ex occidente secura de-teriora mala, quam bona, occidere, licet: talis siquidem, ut dicit Pelzhoffer *ubi suprà n. 5.* omnium constituitur ini-micus, omnium vitæ insidiatur, pacem turbat universorū. Resecanda membra, quæ omnibus nocent, nec spec-tant ad Corpus universum: tollendi virti, qui se intrudere gestiunt, ut omnibus tollant omnia. Triumphum ei-deferebant Romani, qui periclitantem Rempublicâ à tyrannide præ-servasset.

### S. III.

#### De Obligatione ad Fidelitatem.

**50** Tertia Subditorum obligatio est ad fidelitatem, vi cuius utilita-

tem & incrementum Summæ Pote-statis promovere, incommoda & præ-

præjudicia amovere, &c, si quæ maligna consilia aut insidias adversus Majestatem strui adverterint, manifestare tenentur: ita quidem, ut, si quis sciat, Rectoribus suæ Civitatis prava intentari molimina, ac cædem, rapinam, devastationem machinari, nec tamen manifestet, juxta non paucos Authores, quos inter numeratur D: Ant. Guilielmus Ertl *de Jurib. Princip. exercit. 63.* gravissimô læsæ Majestatis criminis se obstringat.

**§2** Hæcque fidelitas non tantum observanda temporibûs pacificis, in quibus Dominus Rempublicam quiete administrat, sed etiam temporibûs bellicis & turbidis; quando lacescit ab hostibus, aut omnino è Regno exulare cogitur: Domino enim suò id debebunt, ne eum deserant, quâ diu opes, opem, aut operam impendi valent.

**§3** Ad præsentissimum tamen vitæ periculum juxta Hornium *cit. l. §. 2. num. 3.* haud obligantur, si hâc vitâ Principis saluti nequeant consuli: cùm vitam sine causa prodigere, &c, dum nemini per mortem prospicitur, in mortem se præcipitare haud.


**§4** liceat. Unde tametsi Principes imperare possint, ut Subditi fortiter pugnent pro communi salute, malintque occumbere, quâ turpi & noxiâ fugâ Principem derelinquere; attamen, ut seipso prius trucidant, aut tormentariô pulvere vel aliô modô trucidari faciant, quâ in manus hostium deviant, præcipere non potest: quia, si media seipsum defendendi non amplius suppetant, sed necessitas urgeat, ut quis se dedat, aut decedat, utique nulla est ratio, quæ mortem, Princi

**§5** nullatenus profuturam, suadeat. Et hinc, si urbs quædam aut arx ab hoste periculosâ obsidione cingatur, atque vel milite destituta fuerit, vel apparatus bellicus & alia urbem aut arcem defendendi instrumenta defecerint,

licitum est, in manus hostiles arcem aut urbem tradere, vel præsidium hostile intromittere: quia non agit adversus fidem, qui necessitate adactus, quod sub fide promisit, servare nequit. D. Ertl *cit. l. de Jurib. Princip. exercit. 33.* Similiter, quando neque Populus Regem exulem adjuvare, neque hic Regnum sibi abreptum recuperare vallet, omnes, teste Pufendorfiô *de J. N. & G. lib. 7. cap. 7. §. 4.* fatentur, posse Populum, subjectum Regi, ad declinandum excidium alteri se se submittere, ac homagium præstare. Böhmer in *Introduct. ad Jus publ. univers. part. spec. lib. 3. cap. 2. §. 17.* Nam & Populus non obligatur ad impossibilia; &, ubi in Rege nihil amplius est præsidii, resuscitatur primæva libertas, sub alterius tutela deinceps merendi stipendia.

Atque istæ tres obligationes ad obsequium, patientiam, & fidelitatem, sunt præcipuae, & adeò generales, ut ad illas cæteræ omnes, quæ in particularibus Regnis aut Regionibus vigent, reduci possint. Sic enim obligatio, præstandi operas, tum personales tum mixtas, pertinet vel ad obsequium, quod debet Subditus Domino; vel ad fidelitatem, quâ v. g. Domino, ad bellum eunti, vel ob bellum sibi indictum aut illatum periclitanti, Subditus opem & auxilia ferre tenetur.

Porrò quò intensior aut remissior, est Imperantibus Potestas, eò gravior aut levior est obligatio Subditorum: cùm in Rebuspublicis & Civitatibus, quæ heriliter aut adinstar herilis Imperii gubernantur, utique durior sit conditio Subditorum, quâ in Civitatibus liberis, ubi nec servi nec mancipia reperiuntur. Quæ omnia pendunt ex locorum diversa politia, consuetudine, statuto, & lege.



SEC.

## S E C T I O II.

## De Obligationibus Subditorum inter se.

## S U M M A R I A.

59. Obligatio inter Subditos mensuram accipit à statu Naturali. 60. In statu tamen Civili multa sunt obligatoria, que in statu Naturali sub legem non cadunt. 61. Id quod oritur ex ratione Corporis. 62. Sic educatio liberorum alienorum, præcipi potest; 63. & seq. Ut & opera misericordia. 65. Potest etiam dominio sans limes statui. 66. Nec non ad contrabendum quis obligari. 67. Alteratur obligatio Naturalis per statutum Civilem quoad facultatem convenienti in iudicio. 68. Ex contractu unius alter subditus non tenetur. 69. & seq. Respectu Universitatis singuli ex Subditis tenentur promovere bonum

consumus. 71. & seq. Tenetur obedire Magistris. 73. & seq. Tenetur ad pacientiam; sed cum facilitate audeundi Superiori. 75. Tenetur quoque ad fidelitatem. 76. Ex debito Universitatis non tenentur singuli. 77. Nisi consensum suum dederint. 78. Dictum Seneca referatur. 79. De obligations ex delicto agitur remissive. 80. Universitas obligatur sua membra ad finem debitum perducere. 81. Ipsius justitiam administrare. 82. & seq. Item affiliis & oppressis succurrere. 84. Ex passionibus membrorum non obligatur Universitas. 85. Minus obligatur ex delicto. 86. Nisi se participantem fecerit.

## S. I.

## De Obligatione singulorum Subditorum inter se.

59 **O**bligatio, quæ inter Subditos singulos quoad se ipsos intercedit, mensuram accipit ab obligatione, quam homines inter se gerunt in statu naturali: quia, licet non exigua inter Cives intercedat diversitas, ut patet ex cap. 1. sect. 2. & 3. attamen quoad officia & obligationes hominum, de quibus statim in lib. 1. cap. 1. sect. 3. tractatum fuit, æquali jure censemur. Hinc Cicero lib. 1. Officior. Civem, inquit, oportet *æquum & pari cum Civibus jure vivere*.

60 Augetur autem & intenditur in Civitate hæc ipsa obligatio, dum officia humanitatis non raro transeunt in necessitatem, & quæ antehac sub Legem præcipientem non cadebant, nunc obligacioni subsunt. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 3. cap. 3. §. 11.*

Siquidem ad eum ferè modum, quō membrum unum corporis naturalis alteri compatitur, & quantum valet, succurrit; ita & ex Civibus, tanquam consociatis ejusdem Corporis Politici membris, unus alteri pro suis viribus & facultatibus, juxta diversitatem pactorum & statutorum, auxiliari tenetur. Besoldus lib. 1. Politic. §. 2. n. 27.

62 Sic in statu Naturali cura & educationis liberorum alienorum est officium P. SCHMID. JUSS. P. PUBL. UNIVERS.

charitatis; at in statu Civili est officium necessitatis ac munus publicum, quod etiam invitis & nolentibus deferri potest; eoque intellectu Imperator in §. 6. *Instit. de Attil. tut.* dicit, *Naturali Juri conveniens esse, quod impuberes sint in tutela;* nempe rationem Naturali id suadere, coactionem autem à Jure positivo induci. Böhmer d. §. 11. Sic opus misericordiae est, dare eleemosynas pauperibus, infirmis, & aliis, qui seipso alere aut juvare nequeunt; potest autem in statu Civili per Legem introduci obligatio, ut singuli Cives, quibus suppetunt media, aliquid ad sustentandas ejusmodi personas miserabiles contribuant. *Hec quippe benignitas*, ait Cicero lib. 2. 63 *Offic. Republicæ utilis est, redimi è servitate captos, locupletari tenuiores;* & ut loquitur Aristoteles 1. *Polit. 10. aliquod modò est ejus, qui Civitati præest, & ejus, qui rem domesticam administrat, etiam bone valetudinis suorum curam habere;* & apud Græcos Lex erat: *mutilati in bello publicè aluntur.* Böhmer d. l. §. 12. Sic 64 naturaliter quilibet rerum suarum est moderator & arbiter, ac pro libitu suo res quaslibet aut sibi reservare, aut in alterum transferre, vel statutò à se pretiò, vel gratis, aut omnino res illas destruere valet: verum in Societate P. P. P. P. Civi-

Civili Cives obstringi possunt, & ut servent res salvas & integras; & ut in alium distrahant; & ut, si distrahere velint, pretio communiter determinato se accommodent. Böhmer *ubi supra* §. 13. &c seqq. Sic, quantumvis nemo teneatur contrahere, justa tamen ex causa subditi divites non iustè coguntur, pecunias & alias res fungibles mutuo dare, aut venum exponere; sicut Annō 1643. Rex Hispaniæ Philippus omnibus Regni subditis, etiam Aulicis, indixit, ut omne argentum factum officinæ nummariae inferant, recepturi inde, quām primum classis argentifera appulerit, fortē cum usuris, octo in singulos centenos aureos, ut narrat Hertius in *dissertat. de Collis. leg. sect. 2. §. 27. vol. I. tom. I.*

67 Alteratur obligatio, quæ intervenit inter singulos in statu Naturali, per statum Civilem in eo, quod illic Judex haud inveniatur, coram quo, qui obligationi suæ detrectat satisfacere,

conveniri, & efficaciter compelli queat; hic Judex habeatur, cui jus & potestas data, nolentes & contumaces autoritate publicâ ad id, quod iustum & æquum est, adigendi. Conferatur Pufendorf de J. N. lib. 2. cap. 5. §. 3. &c seqq. & lib. 5. cap. 13. §. 1. &c 2.

Teneaturne unus Subditus aut Civis præstare, quod alter debet? Vix sciscitari licet. Nam Jure tam Naturali quam Positivo repugnat, ut aliis ad solutionem aut præstationem ejus, quod alter promisit, urgeatur: quandoquidem obligationes eum in finem sunt inventæ, ut quivis suam personam, non alienam, citra ejus voluntatem, innodare valeat; prout satis declararunt Imperatores Romani in tit. Cod. Ut nullus ex vican. Ne uxor pro marito &c. Ne filius pro patre &c. Grotius lib. 3. cap. 2. §. 1. n. 1. &c 2. Hertius in *dissertat. de Modo constit. Civitatis* sect. 1. §. 6. d. vol. 1. tr. 1. Exceptio fit in Repressaliis, de quibus in lib. 4. cap. 1. sect. 7.

## S. II.

### *De Obligatione singulorum respectu Universitatis.*

69 Subditi in singulari non tantum obligantur, juxta virium & facultatum suarum conditionem Summæ Potestatis ac totius Civitatis emolumen-  
tum respicere & perficere, sed etiam incrementum & ornamentum illius Universitatis, cuius est pars, promovere & conservare. Huber. *de Jure Civitat. lib. 2. sect. 3. cap. 1. num. 31.*

70 Siquidem bonum virum, ait D. Chrysostom. lib. contra Gentil. oportet publicâ utilitate facta sua omnia metiri; &, ut dicit Thucyd. lib. 6. in orat. Nic: existimo, bonum Civem esse eum, qui & corpori & fortunis suis prospicit; eum multò magis, qui vult suā operā Rēpublicam perfectam esse; &, ut differit Aristoteles 3. Polit. cap. 4. quemadmodū cunctis nautis navigationis salus proposta est: hanc enim exceptit eorum quisque; eādem ratione Civibus omnibus est communis salus proposta; &, ut ad cit. loc. Aristotelis commentatur D. Thomas, *opus commune. Civium est salus communis.*

Super hæc ad obedientiam, Magistratibus & Rectoribus Universitatum suarum exhibendam, tenentur singuli: repräsentant enim Summam Potestatem, atque in illius virtute & participatione mandata & judicia Subditis imponunt. Idcirco monitum est Principis Apostolorum in Epist. 1. c. 2. v. 14. ut paritio exhibeatur sive Regi, quasi præcellenti; sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum &c. Jovianus quoque Pontan. lib. 5. de obed. 72 boni Civis prima laus est, inquit, parere Rectoribus: contra nihil eō Civis tetrius, nihil pernicioſius, qui superbiam proterviamque suam illis opponat: binc seditionum semina, labesque rerum publicarum: ex Magistratum enim contemptu Legum oritur despicio, que res civilem tranquillitatem perturbat, labefactatque publicam libertatem. Böhmer part. spec. lib. 3. cap. 2. §. 12.

Ad patientiam eatenus tenentur Subditi, ut quidem Magistratibus & Judi-

# De Obligatione singulorum respectu Universitatis. 427

Judicibus, extra necessitatis casum., resistere nequeant; patulam tamen habeant viam recurrenti ad Potestatem Superiorem, ibique subsidium & protectionem contra gravamen, ab 74 inferiore illatum, quærendi; dummodo ab actionibus famosis abstineant, & eorum, quibus subsunt, honorem & existimationem non sugillent; veluti suggerit Imperator in l. si manumissori 4. Cod. de Obseq. Patron. præstand.

75 Ad fidelitatem etiam quin Subditi obstringantur, dubium non est: tenentur namque suis Rectoribus ac Superioribus & auxilium ferre, quando indigent; &, si vitæ, bonis, aut iuribus eorum struantur insidiæ, has avertere, & illis tempestivè manifestare per textus Civiles in l. 1. §. 35. Et l. 16. ff. ad Senatusconsult. Syllan. Videatur Althusius in Polit. cap. 20. pag. m. 258.

76 Porrò si quid Universitas debeat, singuli propterea non tenentur: nam singuli ut singuli sunt personæ singulares, ab Universitate prorsus distinctæ: unde debitum Universitatis ad singulos non spectat, uti in Jure Roma-

nio dilucidè statutum & explicatum est in l. 6. §. 1. ff. Quod cujuscunque Universitas. Si tamen singuli ut partes 77. Universitatis debitum contraxerint, vel quia voluntatem suam ipsimet unanimiter aut per majoris partis consensum declarârunt; vel quia negotium per eos, qui repræsentant Universitatem, gestum est, singuli quoque erunt obligati. Huber d. l. §. 36. Et 37. & cap. 6. §. 9. Et seqq. Besoldus lib. I. Polit. §. 5. num. 66. Unde Seneca 78 lib. 6. de Benef. cap. 20. si quis patriæ meæ, ait, pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æ alienum profitebor, aut candidatus aut reus, ad exsolendum tamen hoc portionem meam dabo. Sic istius munieris, quod universis datur, debitorem me nego, quia dedit quidem, sed non propter me, Et mihi quidem, sed nesciens, an mihi daret. Nibilominis aliquid mihi dependentum sciam, quia ad me quoque circuitu longo pervenit. Propter me factum debet esse, quod me obliget.

Quid juris sit in delictis, expositum 79 est in lib. 3. cap. 2. à num. 95. docetque Besoldus d. lib. I. Polit. cap. 12. §. 5. n. 67. Et seqq.

## S. III.

### De Obligatione Universitatis respectu singulorum.

80 **A**d eum ferè modum, quod Civitas major, & signanter qui Sumnam in Civitate Potestatem obtinet, obligatur, Subditos ad finem & felicitatem suam perducere; tenetur quoque Civitas inferior seu Universitas, & illi præcipue, qui regunt Universitatem, subjectos sibi Cives & Subditos ad suam beatitudinem provehere: nam vir sapiens bonusque gubernabit semper ita ad Subditorum salutem respiciens, ut ad nautarum marisque salutem gubernator. Plato lib. de Regno. Hoc igitur debet esse propositionum gubernatoribus, quod intueri, Et quod cursum suum dirigere debeant, nimirum ut Cives bonos Et beatos efficiant: idque ipsum est, quod Sapientes omnes Legislatores volunt. Aristot. Ethic. 2. cap. I.

81 Quemadmodum etiam Civitatibus eminentioribus, & earum Principibus compatriis incumbit, administrare ju-

stitiam, dum hoc solum confirmat stabilitatemque facit Republicæ statum, si pro dignitate paria tribuantur, Et que sua sunt, quisque retineat; id est, si justitia in bonorum distributione servetur, Et jus suum unicuique tribuatur, teste Aristotele 5. Polit. 7. ita Et Civitatibus minoribus Et eorum administratoribus competit, in omnibus observare justitiam, utpote que sola (ut loquitur Sinanca de Republ. lib. 9. cap. 34.) non modo Respublicas Et Imperia, sed Societatem omnem munit Et servat. Tanta siquidem justitiae vis est, ut nec illi quidem, qui maleficid Et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiae vivere. Cicero lib. I. Officior. Nempe, ut perhibet Hesiodus,

- - - Ubi justitiae sancti servantur homines,  
Judicibique pares, Et Civis Et advena,  
pendent,

P p p p p 2

Urbs

*Urbs viget, augetur soboles, pax leta  
vagatur.*

82. Pariter, ut à principio Reges creati sunt, ut miseros & afflitos à tyrannidis crudelitate liberarent, velut sentit Orosius lib. 7. de Regis institut. &, ut dicit Aristoteles s. Polit. 10. *Regnum in praesidium proborum hominum contra injurias popularium est constitutum;* sic & Civitates & Societates aliae cum suis Moderatoribus ad inventæ sunt, ut probi ab improborum assultu & temeritate defendantur.

83. Quamobrem D. Chrysost. in Epist. ad Roman. serm. 23. *innumerata*, ait, *bona Civitatibus per Magistratus proveniunt, que si sustuleris, omnia simul pessum ibunt:* ita ut neque urbes, neque agri, neque domus, neque forum aut aliud quippiam consistere queat, sed omnia simul subvertantur, potentioribus imbecilliores impunè devorantibus. Videatur Althusius in sua Polit. cap. 16. pag. m. 168. & seqq.

84. Num ex contractibus & pactiōibus Subditorum obligetur Universitas? Res plana & liquida est. Cūm enim ex num. 68. ne quidem singuli pro singulis Civibus obligentur; multò

minùs Universitas obligari poterit ex actis & pactis singulorum: sicut enim cum juribus privatorum nihil habet commune; ita nec obligationibus eorum onerari se patitur. Grotius lib. 2. cap. 21. §. 2. num. 1. Nisi forsitan ex iussu Universitatis, aut incommodum ejus conventio successerit. Minus 85 adhuc ex singulorum delicto Universitas obstringitur: nam, quia nulla est Civitas, que non improbos aliquando Cives, imperitam multitudinem semper habeat, prout Rhodii apud Senatum proposuerunt; difficile accideret Universitati, delicta singulorum luere, & toties nocenter argui, quoties nocentes peccant. Ut recte Livius apud Grotium d. l. monuerit, *ne unius amenantiam Quintius & Legati Civitati assignarent; suo quemque periculo furere.* Præ-86 terquam si Universitas delicti participem se fecerit, quod, cūm sciret & posset, delinquentes non impediverit: neque verò, ait Cicero in Pison. multum interest, praesertim in Consule, utrum ipse pernitiosis Legibus, improbis concionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. Grotius ibid. num. 2. Repetantur in lib. 3. cap. 2. num. 100. & seqq.

## C A P U T IV.

### De Cessatione & Desitione Subditorum.

**S**ubditus quis generatim esse desinit bifariō modō, vel juxta voluntatem, vel contra voluntatem. Juxta voluntatem id accedit potissimum emigratione, exemptione, præscriptione. Contra voluntatem contingit ejectione, captivitate, & dissolutione totius Civitatis. De singulis hisce modis in particulari differere, & clausâ dissertatione, totū Operi finem imponere, statutum manet.

## S E C T I O I.

### De Modis, quibūs aliquis juxta voluntatem Subditus esse desinit.

#### S U M M A R I A.

1. Voluntarie quis desinit esse Subditus emigratione.
2. Cuilibet enim licetum est, à sua Civitate recedere.
3. Allegatur authoritas Ciceronis.
4. & seq. Ponitur & removetur objectione.
5. Juxta

Grotius non licet gregarium discedere. 7. & seqq.  
Licet verò secundum Pufendorfium. 10. & seqq.  
Conciliatur utraque sententia, & illa per modum exceptionis, ista per modum regulationis extipitur. 13. An

*An Summa Potestas libertatem emigrandi circumscribere valeat?* 14. & seqq. Defenditur opinio affirmativa, & impugnatur negativa. 16. & seq. Ampliatur affirmativa, quando accedit nexus alius. 18. & seq. Dilatatur, quando migratio derahit aliquam bonorum portio. 20. Subditus, emigrans sine licentia in tali hypothesi, punitur. 21. Tollitur etiam Subjectio cum voluntate per exemptionem. 22. & seqq. Ostenditur per exempla, posse quemque esse in territorio, nec tamen territorii Domino subjectum. 26. & seq.

*Quande unus aut alter ex Subditis eximuntur, non invacuunt vera alienatio.* 28. Aliud est, si plures cum suo distractu eximantur. 29. Tales enim revocari possunt. 30. Exemptio probatus difficultis. 31. Subjectio cum voluntate tollitur quoque prescriptione. 32. & seqq. Poteſt fieri cum bona fide. 36. Et, si incipiat ab antecessore, compleri ab herede. 37. & seq. Nulla est absurditas, hominem planè liberum admittere. 39. & seq. Perturbata possessio manuteneri & conservari potest.

## §. I.

### De Emigratione.

**P**rimus modus, quō voluntate tollitur Subjectio, est emigratio, Jure Gentium & Naturali omnibus, qui in Civitatem se se associant, concessa: licet enim, qui Civitatem initio constituerunt, singulos obstrinxisse videantur, ut vires in commune conjungant & contribuant; veluti relucet ex assertis in lib. I. cap. 2. à n. 180. non tam credendum est, eos tam arctam obligationem sibi imponere voluisse, ut quasi glebae adscriptitii à loco non amplius discedant: partim quia contingit persæpe, ut publicum Regimen privatis cujusque rationibus non expedit: partim quia commodiorem alibi sedem figendi, ac dotes animi, quas in patria non adeò estimari quis cernit, in exteris regionibus seu excolendi seu applicandi, subinde se offert occasio: partim quia & ipsi Civitati convenit, Civibus emigrandi licentiam concedere, ut in locum discendentium aliunde meliores & aptiores substituantur. Böhmer in *Introduct. ad Jus Publ. Univers. part. spec. lib. 3. cap. 2. §. 18.* Et huc respexit Ciceron in orat. pro Balbo: *Jure nostro, inquietus, neque mutare Civitatem quisquam invitus potest, neque, si velit, mutare non potest;* & post pauca: *ex omnibus Civitatibus via est in nostram, nostrisque Civibus patet iter ad ceteras Civitates;* & paulò post: *δ Jura præclara atque Divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus nostris comparata, ne quis invitus Civitate mutetur, néve in Civitate maneat invitus.* Hec sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque juris.

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

*& retinendi & dimittendi esse dominum.* Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 24. n. 2. Vitriar. ib. quest. 35. Pufendorf de J. N. & G. lib. 8. cap. 11. §. 2. Hertius in *dissert. de Subject. territor.* §. 21. Ertl de *Superior. Territor. appar. 8. pag. m. 149.*

Neque dicas: patresfamilias in pacto, quō Civitatem constituerunt, se invicem obligasse, ut alter alteri coniunctus fiat, & singuli singulis nexu cohaerant; consequenter absque communis consensu recedere non posse. Siquidem & aliæ societas, quantumvis pacto colligatae, unius voluntate dissolvi possunt, si neque fraus intercesserit, neque sociis ex intempestiva renuntiatione malum quoddam accesserit: ut proinde æquali jure Societas Civilis dissolutionem patiatur, si cæteris concivibus nullum inde præjudicium eveniat; præcipue cum, ut sermocinatur Pufendorf d. §. 2. multæ Civitates parum current, an sui Cives migrant, quod multitudine hominum laborent, & potius circa eam minuendam sint sollicitæ.

An verò non tantum liceat recedere singulis sigillatim, sed etiam ceteratim aut gregatim? Citati Autores non convenient. Enimverò Grotius d. l. asserit, fatis expeditum esse, id non licere ex necessitate finis, quæ jus facit in moralibus: quia nimirum, ut explicat Muelen ib. in *Comment.* hoc modò maximè debilitatur Civitas; quod autem magis debilitatur, eò magis exponitur invasioni inimicorum & hostium, utpote qui vehementius accenduntur, & alliciuntur ad invadendum vicinum, cuius vices discessione

Qqqqq

7 sione plurimorum Civium maximè  
imminutas neverint. At Pufendorf *d. cap. II. §. 4.* non putat, discrimen assignari posse, cur non liceat è Civitate pluribus discedere, si liceat singulis: quòd enim hác vià debilitetur Civitas, non dat ei jus, invitum Civem retinendi; nec Civis injuriam facit Civitati, si futurum aliquod commodum, nondum debitum, suô discessu intercipiat. Neque verò, ait, necessum est, ut hæc Civitas tot myriades Civium habeat, aut vicinis semper sit formidanda; non magis, quàm ut hic vel ille privatus tot milia possideat, quorum utrique tamen per media illicita nihil subtrahendum.  
 9 Neque exinde sequitur, Societatem Civilē inter homines penitus tolli: quoniam corruptio unius est generatio alterius; & unius decrementa alteri incremento cedunt. Natura quippe Civiles esse Societates in genere humano jam multiplicato voluit, sed ut hæc vel illa Civitas perpetua florensque subsisteret, nusquam jussit.  
 10 Ego sententiam Pufendorfii permodum regulæ, Grotii verò doctrinam in modum exceptionis accipi posse, sentio. Siquidem per se loquendò, quod concessum est singulis, etiam pluribus concedatur, oportet. Sed quia nec singulis permisum est, à sua se Civitate separare, quando specialiter ipsius interest, puta quòd certum munus quis obeat, aut magnum æs alienum sit contractum, aut bellum vel obsidio immineat, nec alius, qui vices discedentis suppleat, substitui valeat; prout tam Grotius *d. §. 24. num. 2.* quàm Pufendorfius *d. cap. II. §. 3.* consentiente Böhmerò *d. cap. 2. §. 19.* admittunt: ideò integræ catervæ, familiæ, aut corpori longè majori cum difficultate permisum erit, simul & semel aliorum migrare, quando Civitatis utilitas exinde graviter periclitatur, utì plerumque in periculo est, ubi aliunde non est satis populosa, & in locum emigrantium alia capita non substituuntur.  
 13 Num Summa Potestas emigrandi licentiam circumscribere, & prohibere valeat, ne quis ejus injussu discedat? Disputant Doctores nostri. Quidam,

ut refert Böhmer *d. l. §. 21.* talem Legem, ut inhumanam, censuerunt esse invalidam, quòd libertati Naturali aduersetur, & contra Jus Gentium pugnet, contra quod Princeps nihil disputare possit. At Grotius *d. l. n. 1.*<sup>14</sup> Böhmer *d. §. 21.* Vitriar. ad Grot. *d. l. q. 36.* Muelen *ib.* Hertius *ubi supra* *§. 26.* & potissimi ejusmodi prohibitionem ut validam & licitam defendunt. Enimverò Jus Gentium, propriè tale, non imperat, ut cuivis Subdito indiscriminatim detur facultas emigrandi: utpote cùm Gentium, quâ talium, minimè intersit, possitne Civis domicilium suum deserere, nec ne. *Li-*<sup>15</sup> *bertas quoque Naturalis ita compara*ta est, ut in statu Civili juxta exigentiam boni publici restringi queat, quòd minus in actum secundum pro suo arbitrio exeat, veluti deductum est tum in hoc *lib. cap. 2. num. 43.* & *lib. 3. cap. 2. num. 121.* Ut adeò nil obstat Summæ Potestati, prohibere volenti, ne quis ejus injussu à Civitate recessum faciat. Atque hòc modò Danis, Scotis, Anglis, Moscovitis, Neapolitanis licentiam emigrandi denegatam esse, perhibet D. Ertl *cit. l. pag. m. 150.* jamque olim apud Argivos valebat illud Ovidii in *lib. Metamorph.*

- - Prohibent discedere Leges,  
Pœnaque mors posita est patriam mutare volenti.

Amplius ista prohibendi facultas <sup>16</sup> procedit in hypothesi, quâ Subditus ex mancipatu, servitute, originariâ vel adscriptitiâ conditione, arctiori vinculô constringitur manere in obsequio erga Dominum suum: tunc namque citra injustitiam haud licet, servitiis dominicis se subducere, & in alienas terras, nesciente vel contradicente Dominò, commigrare. Böhmer *cit. cap. 2. §. 20.* Hanc ob rem <sup>17</sup> quibusdam in locis receptum videamus, eos, qui ex uno in alium commigrant locum, habitandi & ibi negotiandi causâ non aliter ad jus Civitatis sum Burger. Redit admissi, quàm si Magistratus sui, sub quo haec tenus degerunt, literas testimoniales exhibeant, doceantque, & isthinc loci honestè

nestè vixisse, ac bonâ gratiâ discessisse, nec ullius Domini proprios esse homines. D. ab Andlern *Constit. Imp. verb. Burger n. 16.*

28 Fortius emigrandi licentia potest coarctari pensione aliquâ in eos, qui volunt emigrare, constitutâ, quam vulgo jus detractionis germanice Nach. Strur vel Abzug vocitare solent. Usus ejus jam tempore Cæsaris Augusti cognitus esse videtur, ut testatur cit. Böhmerus §. 23. fundaturque illius æquitas in hoc, quod, cum discessurus commoda propè multa ex securitate & protectione Reipublicæ, in qua viixerat, perceperit, justum sit, ut in compensationem beneficiorum jure antidorali aliquod emolumentum eidem Reipublicæ relinquat. Pufendorf cit. cap. II. §. 2. Quænam ve-

rò aut quanta pars ab emigrante pendenda sit? Discendum erit ex singularum Civitatum consuetudine, dum aliquando à centum quindecim, subinde decem, interdum tres, quatuor, aut quinque floreni detrahuntur. Beboldus *Thes. pract. verb. Abschoß.* Dieterus in *Addition. ib.* Wehner in *obser. Pract. verbo Nach-Steuer.* D. Ertl de *Superior. Territ. cit. loc. pag. m. 145.*

Quodsi Civium quispiam absque Civitatis, aut eorum, qui Civitatem regunt, authoritate è loco, ubi emigratio est vetita, discesserit, competit Civitati & ipsius Rectoribus vel actio ad Civem vindicandum, aut revocandum; vel facultas reposcendi multam ob delictum, quod sîne venia discesserit, uti perhibet D. ab Andlern cit. verb. *Burger num. 17.*

## §. II.

### De Exemptione.

21 Secundus modus est Exemptio, quâ ex benignitate Summæ Potestatis aliquis, qui in territorio illius habitat, à Subjectione eximitur: nec enim excedit facultatem Summæ Potestatis, unum aut alterum, de se aut Republica bene meritum, tantoperè honorare & extollere, ut, quamvis ex domicilio, quod contraxit in ejus ditione, Subditus sit aut esse debeat, nihilominus à Subjectione vel ex toto vel ex parte liberetur.

22 Neque opineris, esse implicatiam in terminis, ut aliquis eximatur ab Imperio Summæ Potestatis, & nihilominus remaneat in ejusdem ditione seu territorio: cùm ex lib. 2. cap. 3. num. 53. omnes, qui in territorio sunt, illius Summam Potestatem agnoscere teneantur. Siquidem, ut patulum sit ex eod. cap. n. 56. potest aliquis esse intra territorium alterius Principis, & tamen illius respectu nullam profiteri Subjectionem; veluti si Princeps Supremus ad Principem æquè Supremum amicitiae vel alterius negotii causâ veniat. Id ipsum de Legato, quod Regi vel Reipublicæ, ubi Legatione fungitur, obnoxius haud sit, etsi longiori tempore moram necat, in lib. 4.

cap. 4. sed. 5. ostensum est. Pariter in Imperio Romano-Germanico frequenter unus Status in alterius Statûs regione vel provincia cum exemptione degit; multæque Civitates Imperiales in Principum & Statuum provincialiis sitæ, non tamen subjectæ esse deprehenduntur. Ertl de *Superior. Territor. appar. 2. pag. m. 37.*

Quodsi persuasum tibi habeas, alie nationem Imperii non esse in libera Imperantium facultate, sicut ex d. lib. 2. cap. 2. à num. 113. colligitur: proinde que consensum eorum, qui cæteroquin suffragiô suô alienationes corroborare jure debent, adhibendum esse. Id in primis non obtinet in Regnis patrimonialibus, ubi largissima & omnis limitis expers potestas Imperantibus competit. Deinde in Regnis non patrimonialibus non videtur alienari Imperium, quando unus aut alter Subditus à Jurisdictione Suprema liberatur, sed idem ferè censetur fieri, quod accidit in emigratione, dum quasi ex finibus Regni excessisse creditur, qui, dum intra fines commoratur, Regiæ Potestati non amplius subjicitur.

Dixi studiosè: quando unus aut alter Sub-

*Subditus &c.* Nam, si plures Subditi, notabilem districtum in Regione quādam inhabitantes, unā cum eodem districtu à Summæ Potestatis Imperio eximerentur, firmiter teneo, veram tunc alienationem quoad partem Imperii fieri, quæ, nisi consensus Regni seu Statuum & Ordinum accesserit, subsistere nequit, uti *cit.l. n.114.* dictum est. Et hinc, ubi exemptione perperam esse facta supponitur, verissimum existimo, quod tradit D. Ertl. *d. appar. 2. pag. m. 51. & seq.* posse ejusmodi Subditos revocari sub jugum, &c., nī sponte velint, armatā manu compelli. Vasquius *Illustr. contr. lib. 2.*

*contr. 82. num. 19.* Quemadmodūm <sup>30</sup> ex eodem Ertelio & illud arbitror indubitatum esse, quod, si quis non tantum ab inferiori Jurisdictione, sed etiam à Suprema Potestate, in cuius Regno domicilium habet, se exemptione esse prætendat, ad evincendam suam intentionem argumentis planè solidis & urgentibus uti teneatur: cùm fortissima & invincibilis ferè præsumptio suffragetur nedum Supremis Imperantibus, sed etiam subalternis Principibus & Proceribus, omnes, qui in eorum ditionibus & territoriis longiori præsertim tempore commorantur, pro Subditis reputari.

### §. III.

### De Præscriptione.

*31 T*ertius modus, quō voluntariè cessat Subjectio, est præscriptio: nam quia in *cit. lib. 2. cap. 2. à num. 184.* ubertim declarari, à toto Populo Potestatem Summam privilegiō temporis immemorialis acquiri, & Statum Monarchicum in Democraticum converti posse; jam omne mihi dubium exemptum est, quin libertatem à Subjectione tanti temporis intercedine justè & ritè comparare liceat. Itaque præ cæteris Authoribus in specie tradit Vitriarius *Institut. Jur. Publ. lib. 2. tit. 4. num. 1.* & Pfeffinger *ibid. in 32 not. lit. a.* Ratio est evidens: tum quia cæteris paribüs Jura sunt proniora ad tollendam quām imponendam obligationem: tum quia minus detrimentum sentiunt Imperantes, si totus Populus v.g. jugū excutiat, quām si aliqui ex Subditis Imperio se subducant.

*33* Evidem difficile videri posset, quomodo Subditus aliquis in particuli contra Summam Potestatem libertatem à subjectione præscribere queat, cùm neque bonam fidem habere, neque tantō tempore, cuius initium ignoratur, supervivere valeat.

*34* Sed quoad primum respondet citatus Vitriarius, in præscriptione immemoriali bonam fidem nequidem ab ipso Jure Civili requiri, solumque temporis lapsum attendi; id quod absolutè

recipere nolim, dum in mea *Jurisprud. Canonico-Civ. lib. 1. tract. 2. cap. 5. à n. 58.* bonam fidem ad omnem præscriptionem positivam, quā scilicet aliquod jus in præscribentem transfunditur, desideravi; licet ad præscriptionem privativam, quā præscribens ab onere vel obligatione liberatur, nil aliud efflagitaverim, quām ut quis nihil egerit aut commiserit, obligationi suæ contrarium. Quidquid tamen de hoc <sup>35</sup> sit, in *cit. lib. 2. cap. 2. num. 194.* sati explicavi, etiam in illa præscriptione, quā Populus, antehac Subditus, adipiscitur Summum Imperium, bonam fidem statim ab initio præscriptionis suffragari posse; idque firmatur ex hoc, quia Subditus ex privilegio exemptionis, in speciem validō, sed forsitan à parte rei nullō, perfaciè sibi dictamen prudens formare potest, se non amplius Summæ Potestati in sua Civitate obnoxium esse. Quoad secundum <sup>36</sup> opus haud est, ut quis tantō supervivat tempore, quo usque memoriam hominum excedat: cùm præscriptionis tempora ab antecessore in successorem universalem rectè transmittantur, & præscriptione, à vivente incepta, ab hærede ipsius juste tum continueatur, tum compleatur.

Dices, eum hominem, qui ab omni <sup>37</sup> Potestate Superiori eximitur, esse ace-

acephalum, & sine Capite ; cum tamen ex Divino mandato Rom. 13. edoceamus, omnem animam Potestatibus sublimioribus fidi Subditam, & sic nullam existere, quæ Superiorem non recognoscit.

38. Resp. mandatum Divinum intelligi debere in sensu accommodo, ne & ipsos Principes Supremos comprehendat. Cæteroquin ex lib. I. cap. I. à num. I. notum est, in statu Naturali homines, extra Societatem Civilem viventes, esse liberos, nulliusve Superioris nutui subjectos ; nec tamen ullum inde absurdum aut inconveniens resultare : cur igitur, qui in statu Civitatis unus erat ex Subditis, non possit mediante præscriptione recuperare libertatem Naturalem, quin absurdum aut inconveniens sequatur ?

Urgebis : vix esse credibile, ut, qui sedem fortunarum suarum in Regno vel Principatu locavit, possessionem libertatis quietè continuet, dum mille, ut ita dicam, occasions se offerunt, quibus ad tributa solvenda, subeunda judicia, exequenda mandata, non verbis tantum moneatur, sed etiam multâ, poenâ, carcere compellatur.

Resp. esse quidem unum ex casibus rarioribus, si per tempus immemoriale in tranquilla immunitatis possessione relinquatur ; interim, quidquid molestiae aut turbarum ab extrinsecò advenit, possessionis justitiae nihil officere, nisi possessor ultrò acquiescat, ac jus suum interpositâ protestatione salvum habere nolit : quandoquidem qui ab alio interpellatus interpellanti non cedit, possessionem suam efficit firmiore.

## S E C T I O . II.

### De Modis, quibus contra voluntatem quis Civis esse definit.

#### S U M M A R I A.

41. Subjectio tollitur expulsione. 42. Quia tamen pro libitu Republicæ fieri nequit. 43. & seqq. Discriumen inter emigrationem & expulsionem assignatur. 46. Expulsionem subinde supponit colonia. 47. Qui non est Civis pro libitu dimittit potest. 48. Ex delicto potest expelli Civis. 49. In specie si prestanda non prestiterit &c. 50. Deditione tollitur Subjectio respectu Civitatis dederis. 51. & seq. Postquam deditus est receptus. 53. & seq. Aliqui putant, receptione etiam non secusa, nulli jas Civitatis prioris. 55. Quibus

non subscribimus. 56. Receptus & reversus non recuperas jas Civitatis. 57. Disparitas incertarum & dedicas. 58. Subjectio denique tollitur dissoluzione Civitatis, qua dictar vel materialis ; 59. Vel formalis. 60. Ultraque sufficit ad solvendam Subjectiōnēs. 61. Dissipatur quidem, quoniam Civiles remanere debeant ad servandam Civitatem ? 62. & seq. In municipiis tamen verius esse censetur, quod Civitas possit servari in uno. 64. Conclusio corius Operis.

#### S. I.

### De Expulsione.

41. **C**ontra voluntatem tollitur Subjectio comprimis Expulsione. Et posset quidem videri, Republicæ licitum esse, pro suo libitu quempiam ex numero Civium dimittere : quoniam ex dictis à num. I. Subditis quoque liberum est, è Civitate emigrare. Sed tam ex Cicerone in cit. supra oratione pro Balbo liquet, inter fundamenta libertatis repudiari, ne quis invitus Ci-

P. SCHMIER JURISPR. PUBL. UNIVERS.

vitate mutetur ; quam ex Pufendorfio de J. N. cit. lib. 8. cap. II. §. 6. relucet notabile discrimen inter expulsione & voluntariam emigrationem : qui enim in Civitatem aliquam concedit, omnes suas rationes, saltem in præsens, eidem velut illigat, quas turbari aut everti necessum foret, si quolibet tempore posset expelli : quod cum odiosum sit, Civis hoc quoque à Civitate quasi stipulari intelli-

Rrrrr

44 telligitur, ne contra voluntatem præter meritum possit ejici. Civitas è contrario fortunas suas uni alterive Civi vulgari non superstruxit; adeoque nihil aut parum ipsius interest, si is, exceptis casibūs in *num. II.* pro sua libertate emigret. Nec invidendum est, ait *cit. Pufendorf.* plurimum hīc licere Civi quām Civitati. Nam, ubi ille ad arbitrium Civitatis se se non composuerit, facile potest in ordinem redigi. Civi autem, si administratio Reipublicæ displicerit, nihil aliud relatum quām patientia aut emigratio.

45 Interim, si nimium excrescat multitudine Civium, medium evacuandi suppeditant coloniæ, ac Cives vel inutiles, vel suspecti, vel supervacanei è Civitate populosa ad regionem aut locum, minùs habitatum aut populosum, ducuntur; impari tamen effectu, dum subinde manent pars Civitatis, unde emittuntur; interdum foedus quoddam cilentelare contrahunt, ad reverentiam Civitati originariæ exhibendam obligati. *Pufendorf d. §. 6.* *Hertius Prud. Civit. p. I. sect. 5.*

46 *§. 16. & sect. 12. §. 11.* Quin &, qui Civis non est, sed tantum incola aut

accola, sicut ex sola Civitatis gratia, precario quasi ibidem degere permisus est; ita, si rursus incipiat Civitati displicere, absque causa relevante dimitti valet.

Itaque Civis aliquis contra voluntatem suam ex Civitate nequit expelli, nisi ob delictum aliquod indignum se fecerit, quo minus in Civitate deinceps toleretur, juxta illud Ciceronis pro domo sua: *boc jus à Majoribus proditum, ut nemo Civis Romanus Civitatem posse amittere, nisi ipse author factus sit.* *Pufendorf d. cap. II. §. 7.* *Hertius de Subject. Territ. §. 21.* Agit namque Civitas, sicut Medicus, &c, ubi membrum aliquod putridum reperit, illud resecat, ne contagium ulterius serpat, & in plura Politici Corporis membra grassetur. In specie vero Cives ad 49 vendenda bona & emigrantum cogi posse, si ex contumacia prorsus incorrigibili census & tributa non praestarent, nec tantum Dominis suis refractarios, sed etiam Vicinis graves & scandalosos se exhibuerint, post Bellum, Manzium, Bossium tenet. *D. Ertl de Superiorit. Territ. apbor. 8. pag. m. 148.*

## §. II. De Deditio.

50 **C**ontra voluntatem tollitur etiam Subjectio Deditio: nam, si Civis abs sua Civitate propter injuriam, alteri Civitati illatam, ejusdem discretioni dedatur, quatenus ob istud factum causam belli removat, is, postquam receptus fuit, cessat esse Civis Civitatis dendentis, ut potest quoque jus, quod habuerat, in alteram Civitatem transtulisse censetur. *Pufendorf d. cap. II. §. 9.* Dico notanter postquam *receptus fuit*: antequam enim recipiatur deditus, non videtur jus Civitatis anterioris amittere: quia deditio, ut arguit citatus Author, in se est tantum translatio juris illius, quod Civitas habet in suum Civem, facta alteri Civitati, non autem mera abdicatio vel renuntiatio; nisi forte sub conditione secuturæ receptionis:

adeoque deditio in se non privat aliquem jure Civitatis, præterquam ubi secuta est *receptio*; Cicerone pro Caecina hoc ipsum roborante, ibi: *Civis, quem pater patratus dedidit, si non est ab hoste receptor, retinet integrum causam & jus Civitatis.*

51 Evidem apud Romanos acriter 53 quondam hoc super articulo disputatum erat, *Publ. Mutiō Scævolā* dicente, ac defendantे, eum, quem Populus dedidisset, non aliter è Civitate expulsum videri, ac si fuisset igne & aqua interdictus, ut patet ex *l. ult. ff. de Legation.* Quin & Henniges ad 54 *Grotium lib. 2. cap. 21. §. 4.* in hanc opinionem transit, fundamentum suum ponens in ipsa deditio formula: quandoquidem bicce homines noxam nocuerunt, ob eam rem hosq; homines *ubis de-* do:

*do* : quām primum autem, aīt ille, ali-  
quid dedo, eō animō, ut meum esse  
dēsinat, consinuō dēsinat meum esse,  
etiam non exspectatā alterius accepta-  
tionē, quæ ad dominium amittendum  
nihil operatur, sed saltem efficit, ut res  
dedita fiat accipientis, non ut dēsinat  
esse dēdentis.

*ss* Verūm inhārendum est priori sen-  
tentia, quam etiam tūentur Pompo-  
nius *d. l. ult.* Grotius *d. cap. 21. §. 4. n. 7.* Vitriarius *ibid.* & communiter Inter-  
pretes, ac dicendum, in deditione,  
etiam quæ sub formula recitata fit,  
non hunc esse animum, ut deditus esse  
dēsinat dēdentis, sed tantū, ut alter,  
cui deditur, jus habeat, de illo statuen-  
di, quod voluerit; proindeque, sicut  
tū jam dictum, non est abdicatio prio-  
ris juris, præterquām sub conditione,  
si deditus simul receptus fuerit. Imō,  
ut loquitur citatus Vitriarius, deditio  
jus nullum dat aut adimit, quia tan-

tum est factum, quod executionis  
tollit impedimentum; sicque decretō  
aliquō aut judiciō opus est, ante-  
quod, sicut in aliis causis, ita & hīc  
jura & bona non amittuntur, sed ma-  
nent ejus, cujus anteā fuerant.

Planē si deditio quidem recepta, re-  
ceptus tamen casu aliquo redierit in-  
patriam, jus Civitatis ipsō factō, citra  
novum beneficium, haud recuperat;  
utī respondit Modestinus in *L. eos qui 4.*  
*ff. de Captiv.* Et postim. Quantumvis  
enim captivi, ab hoste reversi, gau-  
deant jure postliminii; dediti nihilose-  
ciūs privilegium hujusmodi non par-  
ticipant: quia jus postliminii illis tan-  
tummodo prodest, qui suā Civitate  
invitā & non-consentiente in aliorum  
potestatem devenerunt, non quos ip-  
sa Civitas ultrō aliorum potestati con-  
signavit. Grotius, Pufendorfius, Vi-  
triarius in *locis anteā citat.* & alii Com-  
mentatores.

### §. III.

#### *De Dissolutione Civitatis.*

*ss* **C**Ontra voluntatem demūm Sub-  
jectio tollitur dissolutione Civi-  
tatis, quæ ad normam dictorum  
in *lib. 2. cap. 4. à num. 82.* dupliciter con-  
tingit, aut interitu Corporis, aut ces-  
satione unionis. Interitus Corporis  
dicitur aliàs dissolutio materialis, quan-  
do scilicet Populus, Civitatem con-  
stituens, plane extinguitur aut perit,  
aut quòd mari absorbeatur, aut terrā  
*59* concutiatur. Cessatio unionis alio-  
quin dissolutio formalis appellatur,  
contingitque, quando ratio Corporis  
tollitur, ac nexus & unio inter mem-  
bra Societatis Civilis distrahitur, utī si  
propter contagionem aut dissensio-  
nes Cives non amplius inter se conve-  
niant, aut Cives singuli pedetentim di-  
stracti diversis Civitatibus accrescant,  
sive libertatem personalem retineant,  
sive ad servilem conditionem detru-  
*60* dantur. Utrovis autem modō dis-  
solutā Civitate, hōc ipsō quòd pereat  
fundamentum relationis inter Corpus  
& membra, perit etiam relatio & de-

nominatio Civis & Civitatis. Pufen-  
dorf *de J. N. lib. 8. cap. 12. §. 9.* Grotius  
*de J. B. lib. 2. cap. 9. §. 4.* Et *5.* Et,  
tametsi lis, de qua memini in *cit.* no-  
stro *lib. 2. cap. 4. num. 89.* necdum sopi-  
ta sit, utrūm Civitas, quæ Summō  
Imperiō est instructa, retineat idem  
Imperium, quando ad tam paucos re-  
digitur, ut Populi nomen & proprie-  
tatem perdat? Dum Grotius *d. §. 4.*  
in affirmativam; Pufendorfius autem  
*d. cap. 12. §. 8.* in negativam propen-  
det: attamen, si Civitas aliqua infe-  
rior, aut municipalis, Summō Imperiō  
destituta, ad paucos redigatur, illius  
jura etiam in uno conservari posse,  
docemur ex Jure Romano in *l. 7. §. 2.*  
*ff. Quod cuiusque Universitat. nomin.* ubi  
Ictus Ulpianus ita loquitur: *sed si Uni-*  
*versitas ad unum reddit, magis admittitur,*  
*posse eum convenire, & conveniri:* cùm  
*jus omnium in unum reciderit, & stet no-*  
*men Universitatis.* Et ideo, cùm  
Civitas & Universitas in paucis & uno  
remanere valcat, ex eo, quòd plurimi  
Cives

Cives deficere inceperint, nullatenus sequitur, reliquos, adhuc superstites, desinere esse Cives. Manent siquidem Cives, si non in actu, saltem in habitu & jure; dummodò eâ mente sint constituti, quod de adsciscendis Collegis, & restaurandô decedentium numerô, quamprimum licuerit, prospicere & providere veliat. Pufendorf *cit. cap. 12. §. 8.*

64 Atque hæc de Subditis, eorumque juribus & obligationibus dicta, quamvis ad singularum Gentium & Nationum mores nimium brevia aut pau-

ca videantur, pro instituti nostri ratione, quâ ea duntaxat eruere & adstruere conatus sum, quæ ex Jure Naturæ & Gentium ad omnium Populorum obligationem & usum pertinent, sufficere debent. Itaque cum hoc libro quinto, de Subditis inscripto, totum Opus, quod de Nobilissima Jurium omnium disciplina, Jurisprudentia nempe Publica Universali, Divinô Numine favente, adorare, & in hasce pagellas constringere studui, eô fine finio,

## UT IN OMNIBUS GLORIFICETUR DEUS.



IN.

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

*Numerus primus indicat paginam; secundus indigit nota-  
tam marginalem.*

## A.

### Aaron.

**A**aroni & Descendentibus in Lege antiqua com-  
petuit Dignitas Sacerdotalis. 147. 36.

### Abel.

Abel primus religionem erga DEUM per Sacri-  
ficium contestatus est. 145. 24.

### Abraham.

Abraham in quo statu fuerit? 34. 97. & seqq.

### Academia.

Academie unde dicta? 405. 105. Earum tenuia  
initia. ib. 106. Gloriosior progressus. ib. 107.  
Debet habere jurisdictionem aliquam. ib. 108.  
Et potestatem conferendi Gradus. ib. 109.

### Actio, Actus.

Actiones hominum publicæ sunt objectum Jurispru-  
dentiae publicæ. 3. 17.

Actiones hominum quæ talium, & quæ Christiani  
sunt, bene secernuntur in Jure Divino. 8. 55. &  
seqq.

Actiones justæ an simul utiles? 4. 27. 28.

Actiones publicas & privatas sub ratione honesti vel  
laudabilis considerat Ethica. 5. 36.

Actiones orantes sub ratione boni vel mali examinat  
Theologia Moralis. 6. 37.

Actiones moraliter mala sub penam cadunt. 171. 71.

Actus interni non subjacent poenæ temporali. 176.

111. Nisi cum externis conjungantur, ibid.  
112.

### Adam.

Inter Adamum & Evam erat status civilis. 13. 3.  
& 7.

Adami posteri potuerunt existere in statu Natura-  
li. ib. 8. & seqq.

Qualiter Eva fuerit Adamo subjecta? 27. 29. & seqq.  
An Adamus & Eva habuerint perfectam familiam?

35. 103. 225.  
Adamus habet regem quasi - Monarchicum  
47. 15.

### Adoptio. Adoptivus.

Adoptio est assumptio adjutoris seu Successoris Re-  
ge vivente. 89. 13.

Adoptivi in Regnis non succedunt. 91. 29.

### Advocatia. Advocatus.

Principes temporales sunt Advocati Ecclesia. 161. 137.  
In quoniam consistat officium Advocatæ? ib. 138.

### Equalitas. Equalis.

Rectores Civitatum inter se sunt æquales. 15. 25.

Inter æquales datur status naturalis. ib. 24. Nec  
locum inter eos habet præcedentia. ib. 25.

Equalitatis commodum. 55. 79. 80. Incomme-  
dum. 36. 87. 88.

### Equilibrium.

Equilibrium seu bilans Potentiarum quid sit? 253.  
149. Fundatur in metu vicinæ potentiae. ib. 151.

Aufert jus tertio quæsitus. ib. 152. Adversatur  
Divina providentia. ib. 153. & 254. 154. Est  
remedium pejus malo. ib. 156.

### Agricola.

Agricola inter viiores subditos referuntur. 404.  
62. 63. In bello sunt impunes. 265. 238.

### Alexander.

Alexandri Severi pulchra sententia. 125. 29.  
Responsum piratæ ad interrogationem Alexandri

Magni. 98. 88.  
Memorabile dictum Scytarum ad Alexandrum M.

125. 34.  
Nabarzani literæ ad Alexandrum M. 126. 41.

5555

Ale-

# Index Rerum & Verborum.

Alexander M. à Lucano & Seneca notatus. 247. 95.

## *Alienatio. Alienare.*

Summa Potestas patrimonialis liberè potest alienari. 100. 108. Non patrimonialis alienari potest in statu Democratico. 101. 112. Non etiam in statu Monarchico vel Aristocratico. ib. 113.

An ad partis alienationem requiratur assensus ipsius partis? ib. 114. & seqq. Valet saltem in favorem partis. ib. 118. Quin & in odium, si causus necessitatis vel utilitatis publicæ concurrat. ib. 119.

An Regni alienatio, sine consensu Procerum facta, auferat alienanti Summam Potestatem? 135. 120.

De alienatione bonorum Regionum ex causa pacis. 311. 98. & seqq. Vid. *Pax. Bond.*

## *Amicus. Amicitia.*

Ubi amicitia, ibi jus est. 6. 39. Natura vult nos amicos esse. 14. 17.

Licet amicum, bello involutum, defendere, etiamsi nec socii nec foederati simus. 259. 201.

Amicus sentit injuriam, amico illatam. 260. 204. Amicitiae legem, qui violat, non dat causam justam ad bellum. 323. 202. Nisi specialiter pax antecedenter sub amicitiae lege contracta fuerit. ib. 203. Non tamen id presumendum, præterquam si de animo maliguo aperte constet. ib. 205.

An peccet in legem amicitiae, qui subditos alienos in suam ditionem recipit? ib. 206.

Fœdus & amicitia interdum pro eodem accipiuntur. 344. 7.

Quænam foederatis & amicis sint communia? 385. 131. Vid. *Fœdus.*

## *Amnistia.*

Amnistia primum ferè omnium pacificationum caput est. 309. 80. Ejus descriptio. ib. Formula ibidem. 81. Aequitas. ibidem. 82. Origo ib. 83. & 316. 84. 85. 86. Censetur inesse paci, tametsi non exprimatur. ib. 87.

Amnistiae effectus latissimus. ib. 88. Ad ea, quæ acciderunt ante bellum, non extenditur. ib. 89. Neque porrigitur ad ea, quæ vindictam non spierant. ib. 90.

## *Anarchia.*

Anarchia quid sit? 61. 29.

## *Antoninus.*

Antoninus Pius, ut & Marcus Aurelius Antoninus, depraedantur. 124. 29.

## *Apanagium.*

Liberis secundò genitū in Regno gentilitio debetur apanagium. 94. 55. Determinatio illius fieri debet a lege, consuetudine, vel agnatis. ib. 56.

## *Arbitrium.*

Arbitrii deciduntur controversiae bellicæ. 338. 342. Fit dupli modo. ib. 343. 344.

Arbitrii, quorum pronuntiatio vim habet sententia, quale officium sortiantur? ib. 345. 346. Quis in dubio potestas arbitris censeatur data? ib. 347. 348.

An arbiter, qui pronuntiat de principali negotio, possit etiam pronuntiare de possessione? 339. 350. & seqq.

Ab arbitrio provocari nos potest. ib. 355. Subinde datur aliquid per modum appellationis. ibid. 356. 357.

Ejus exemplum illustre. ib. 358.

Pacis interpretatio arbitris committenda. 320. 181. Idem est de fœdere. 362. 169.

## *Aristocratia.*

Aristocratia definitur. 49. 27. An detur in ea Summa Potestas? ib. 28. & seqq. Affirmatur. ib. 32. & seqq. Competit Collegio cuidam, ex paucis constituto. 50. 35. & seq. Quot debeant esse Optimates? ib. 39. & seqq.

Aristocratia manet, si Senatores à Populo in perpetuum deputentur. ib. 43. Secus, si ad tempus & revocabiliter. ib. 44.

Aristocratiam non destruit Senatus Præses. ib. 45.

Ad Conventus Aristocraticos tempora & loca sunt designanda. ib. 46. Debet etiam prævalere majoritas votorum. ib. 47.

Aristocratiae bona & commoda. 51. 48. & seqq. Mala & in commoda. ib. 54. & seqq.

## *Arma.*

Armorum jus tum tractandorum, tum fabricandorum, est penes Summam Potestatem. 284. 405.

Ut subditi continuo in armis exerceantur, consulatum est. ib. 407.

Liceatne in bello arma venenata usurpare? 267. 259.

## *Armistitium.*

Vid. *Inducia.*

## *Asylum.*

Asylī jus Legatorum domibus competit ex sola benevolentia ejus, ad quem mittuntur. 386. 150. Non autem ex Jure Gentium vel Naturæ. ib. 151. 152. Exemplum Innocentii XI. Pontificis Maximi. ib. 153. 154.

## *Authoritas.*

Authoritas Imperantium est Imperiorum fulcrum. 220. 16.

Authoritas Officialium publicorum consistit in extero splendore & honore. ib. 17. & seqq. Vid. *Honor.*

## *B.*

## *Beatitudo.*

Beatitudo civilis est finis Civitatis. 40. 145. In quo consistat? ib. 146.

## *Bell-*

# Index Rerum & Verborum.

## *Bellum.*

- Sitne status naturalis status belli? 14. 12. & seqq.  
 Bellum est modus acquirendi Summam Potestatem, si justum fuerit. 97. 80. Non item, si injustum. ib. 82. Et si subinde bellum injustum occasionem præbeat, adipiscendi Summam Potestatem 98. 89. Nempe post interrallum temporis, subsecutâ patientiâ. ibid. 92. & seqq.
- An bello primorum & præcipuorum Regnum ortus debeatur? 96. 70. & seqq.
- Bellum quid sit, & unde dictum? 234. 1. Est status seu conditio personarum. ib. 2. Per vim certantium. ib. 3. Quatenus inter se certant. 235. 4.
- Num descriptioni belli inferenda sit authoritas Superioris? ib. 5. & seqq.
- Belli divisio in publicum, privatum & mixtum. ib. 9. An haec divisio bona, & an detur bellum privatum? ib. 10. & seqq.
- Num Bellum privatum sit antiquius publico? 236. 16. & seqq.
- Bellum publicum aliud solenne; aliud minùs solenne: ib. 20. Bellum solenne requirit denuntiationem. ib. 21. 23. 24. Ita ut denuntiatio facta Principi omnibus ejus subditis & sociis facta censatur. 237. 25. Vid. *Denuntiatio*.
- Bellum aliud defensivum aliud offensivum. ibid. 31. Hujus ulterior divisio. 238. 33.
- Bellum aliud justum, aliud injustum. ib. 34. An ex utraque Bellantum parte justum esse possit? ib. 35. & seqq.
- Bellum defensivum humano generi coecum est. ib. 40. Bellum offensivum an Juri Gentium adscribendum? 239. 42. An etiam Juri Naturali? ib. 43. In quo sensu dicitur esse Juris Gentium? ib. 47.
- An Bellum sit contra Jus Divinum novum? 240. 51. An Bellum contra Saracenos & Turcas sit licitum? ib. 52. & seqq.
- Bellum movendum ab eo, qui Summam Potestatem habet 241. 56. 57. Contra talem, qui itidem Summam Potestate pollet. ib. 58. 59.
- An alias, ac qui Summam Potestatem obtinet, jus bellandi habere possit ex privilegio? 242. 61. Aut ex præscriptione? ib. 62.
- An aliquando detur obligatio bellandi? ib. 63.
- Ad Bellum requiruntur Duces. ib. 64. Vid. *Dux*. Requiruntur etiam milites. 244. 77. Vid. *Miles*.
- Ad Bellum desideratur justa causa. 246. 92. 93. Alia dicitur justifica, alia suaatoria, quæ posterior tam non attenditur. 247. 96.
- Causa Belli justifica unde sumenda? ib. 97. & seqq. Quotuplex est injuria, quâ nostrum jus violatur, totuplex est Belli causa. ib. 100. Vid. *Injuria*.
- Discrimen inter Bellum & judicium privatum. 248. 105.
- Ad justum Bellum non sufficit quelibet injuria, sed gravis sit, oportet. ibid. 106. & seqq. Debet etiam injuriatus pollere viribus propullandi injuriam. ibid. 110. 111. 112. Debet insuper abesse omne periculum Reipublicæ. 249. 113. 114. De-

bet præterea abesse omnis spes, recipiendi con-  
gruam satisfactionem. ib. 116. Sive Bellum necdum  
sit suscepsum. ib. 117. 118. 119. Sive jam inchoa-  
tem fuerit, utpote cum ab eo tunc desistendum  
sit. 250. 122. 123.

An ei, qui Bellum justè movet, justè resistatur? ibid.  
124. & seqq.

An ad Belli iustitiam necessaria sit justa intentio? 251. 129. 130. Vid. *Intentio*.

Injusta Belli causa est sola utilitas ex Bello sperata. ib. 134. 137. Jus imperfectum, quod non fundat obligationem iustitiae. ib. 136. 137. Denegatio matrimonii. 252. 139. 140. Modus seu titulus acquirendi dominium, in Jure Naturæ vel Gentium non fundatus. ib. 141. 142. Metus vicinæ potentiæ, nimium aërescentis. ib. 143. Vid. *Metus*.

Justane an injusta sit Belli causa æquilibrium poten-  
tiarum? 253. 149. 150. Vid. *Æquilibrium*.

Quid juris, si Bellum, quod ab initio videbatur justum,  
apparet posteà injustum? 254. 157. & seqq.

An sola infidelitas per se sit sufficiens ad Bellum con-  
tra Infideles? ib. 160. & seqq. Vid. *Infidelitas*.

An denegatio transitus militaris per alienum territori-  
um sit justa bellandi causa? 256. 174. & seqq.  
Vid. *Transitus*.

Sitne prohibitio liberæ transvectionis mercium per  
provinciam justa bellandi causa? 258. 192. & seqq.  
Vid. *Merces*.

Utrum sit justa bellandi causa, ut quis adjuvet amicum,  
ab alio oppugnat, esto nec socius sit, nec in auxiliu vocatus? 259. 199. & seqq. Vid. *Amicus*.

Sitne justa bellandi causa pro alienis subditis, ut ab eis  
arceatur injuria Imperantis? 260. 207. & seqq.  
Vid. *Subditus*.

Liceatne Principi, de Belli iustitia dubitanti, Bellum  
movere? 261. 214. & seqq. Vid. *Dubium*.

Effectus Belli est jus occidendi hostes, & omnes, ex ad-  
verso divicantes, aut impedites Belli persecutio-  
nem. 264. 227. 228. 229. Vid. *Hostis*. Non li-  
cet autem in Bello occidere infantes. ib. 232. Nec  
fœminas. 265. 233. Nisi conflictui se immisceant.  
ibid. 234. Nec personas Ecclesiasticas, aut Reli-  
giosas. ib. 235. Aut agricolas. ib. 236. Aut mer-  
catores. ib. 237. Aut eos, quorum genus vitæ ab-  
horret ab armis. ib. 238. Aut captos. ibid. 239.  
Aut vitam salvam pacifcentes. ib. 240. Aut deden-  
tes se viatori. ib. 241. Aut opinione probabili de  
iustitia Belli ductos, obtentâ jam victoria. ib. 242.  
Aut alios quoscunque innocentes, nisi indirecte ex  
necessitate finis bellici. ib. 243.

An personæ enumeratae in Bello possint occidi, vel  
acerbius tractari, si talio exigatur? 266. 248. Si  
terrore sit opus? ib. 249. Si pertinaciis restitura  
sit? ib. 250.

Effectus alter Belli est jus in res & bona hostilia. 267.  
261. Quid liceat hac in parte spectatō Jure Naturali?  
ib. 262. & seqq. An liceat diruere arces & urbes?  
ib. 267. & seqq. An res, ad hostes non pertinentes?  
ib. An res innocentium? ib. 271. 272. Quid liceat  
circa res & bona hostium de Jure Gentium? ibid.  
273. Quandónam res immobiles cedant in do-

# Index Rerum & Verborum.

minium capientium? ib. 274. Quandónam res mobiles? 269. 275. 276. Quomodò hoc in passu forum internum & externū differant? ib. 277. 278. Quid concessum sit, urgente necessitate, vel securitate? 269. 280. Vid. *Hostis*.

An capta in Bello injusto fiant capientium? Rationes affirmandi. ib. 281. & seqq. Rationes negandi. 270. 284. & seqq. Nova instantia cum sua responsione ib. 288. & seqq. Nostra opinio. ibid. 292. Refelluntur rationes oppositæ. 271. 293. & seqq.

Cumam cedant res, hostibus ablatæ? 272. 301. & seqq. Quid de distinctione inter res mobiles & immobiles, & actus publicos & privatos? ib. 306. 307.

An liceat in Bello integrum civitatem militibus in prædam dare? ib. 308. 309.

An liceat capere vel diripere res sacras & bona Ecclesiastica? 273. 310. & seqq. An Ecclesiæ? ib. 314. 315. An alia loca pia? ib. 316. An vasa sacrata? ib. 317. Adversariorum ratio dissolvitur. ib. 318. 319. Affertur historia ex Didaco Savedra. ib. 320. Adduntur exceptiones. ib. 321. & seqq. Vid. *Ecclesia Locus*.

Tertius Belli effectus est jus in captivos & eorum descendentes. 275. 325. Vid. *Servitus. Capus*. Celsat apud Christianos. 276. 335. 336. Durat etiamnum apud Turcas. ib. 337. Cui connexum est jus seu imperium in vietos. ib. 339. 340. An apud Christianos hodie obtineat? 277. 341. 342. An & quando tale imperium acquiratur? ib. 343. 344. Vid. *Religio*.

Ad effectus Belli spectat postliminium. 278. 351. Vid. *Postliminium*.

Capti in Bello apud Christianos arctius custodiri possunt. 279. 359. Nec ante dimitti, quām soluto lytro. ib. Vid. *Lyrum*.

Ad effectus Belli respectu subditorum reducitur jus conscribendi milites. 280. 368. Vid. *Miles*. Item jus sequelæ. 283. 397. Vid. *Sequela*. Item *Fusarium*. 284. 405. Vid. *Arma*.

An subditi, ad Bellum evocati, teneantur iustitiam Belli inquirere? 284. 409. 410. An qui ad consilium bellicum vocantur? ib. 412. Quid si rumor de iniustitia Belli circumvolet? 285. 413. 414. Quid, si factâ inquisitione, remaneat dubium? ibid. 415. 416. Vid. *Dubium*. Quid de milite conscripto? ibi. 421.

Ad effectus Belli respectu subditorum accenseretur jus extruendi munivendive fortalitia. 286. 435. Vid. *Foralitium*. Item jus imponendi præsidia. 287. 436. Vid. *Præsidium*. Item jus imperandi excubias. ib. 438. Vid. *Excubie*.

Obligationes in Bello multæ & graves sunt. 288. 439. Summa Potestas obligatur bellatoribus dare stipendum. ib. 440. Vid. *Stipendium. Miles*.

Ad quid obligentur inter se hostes in Bello? 209. 453. & seqq. Vid. *Hostis*.

Ad quid obligentur hostes respectu eorum, qui in Bello sunt Medii, seu Neutrales? 293. 479. Vid. *Neutralitas*.

Affines Bello sunt Repressalia. 295. Vide *Repressalia*.

## Beneficium.

Beneficii natura est, ut non sit necessitas sed potestas. 18. 52.

Benefacere nemo tenetur; sed neque benefacere voluntem quis impedit potest. 20. 65. 66.

## Bona.

An & qualiter liceat conservare sua bona? 18. 47. 48. & seqq.

An & quale jus parentes habeant in bona liberotum? 32. 84. & 33. 85.

Bona subditorum in Regnis patrimonialibus subsunt libero Summæ Potestatis arbitrio. 189. 72. In patrimonialibus competit ei tanta facultas, quanta est necessaria ad salutem publicam. ib. 73.

An potestas in bona subditorum vocanda sit dominium eminentis? 190. 74.

Quid juris sit circa bona hostium in Bello? 267. 268. Vid. *Bellum. Hostis*.

Bona Regia in Regno patrimoniali hostibus liberè ceduntur. 311. 98. In Regno non patrimoniali relinqui possunt iis, à quibus durante Bellò sunt occupata. ib. 99. Si necessitas pacem extorqueat. ibid. 100. Quæ verò necdum ab hostibus occupata sunt, urgente quidem necessitate vel utilitate publica, cedi non prohibentur. ib. 101. An autem consensus Ordinum Regni sit necessarius? 312. 102. 103. Nostrum judicium. ib. 104.

Quid si contradicat Populus ejus regionis, in qua sunt bona Regia cum Imperio? ib. 105. Quid si necessitas aliud exegerit? ib. 107.

Quænam bona in Regnis gentilitis linealibus ad primogenitum spectent? 94. 53. & seqq.

Ex quibus bonis secundogenitis in tali Regno debetur legitima? ib. 55. 56.

## C.

### Cain.

Cain primam Civitatem ædificavit. 43. 173.

### Captus.

Captus in bello justo fit servus capientium. 275. 325. An jus vitæ & necis in captos permittatur? ibid. & 126.

Captus in bello justo non potest sine licentia domini ausfugere. ib. 329. 330. Captus autem in bello injusto potest fugere. ib. 331. Idem est, si bellum non adeò perspicue sit justum. 276. 332. Capti a Turcis licite fugiunt. ib. 338.

Capti à Christianis, licet non fiant servi, arctius tam custodiri possunt. 279. 359. Nec licitum est ipsis fugere, nisi justo modò liberentur à captivitate. ib. Vid. *Lyrum*.

Capti, & à captivitate liberati, an rursus arma sumere possint contra liberantem? 280. 367.

### Casimirus.

Joannes Casimirus Rex Poloniæ Coronam sponte deponit. 133. 97.

Cer-

# Index Rerum & Verborum.

## Certamen.

**Certamen** singulare aliquam cum pace affinitatem habet. 341. 373. Illud in foro conscientia non procedere, per aliquotrationes probatur. ib. 374. & seqq. Rationes contrariae afferuntur pro casu, quod Summi Imperantes ejusmodi certamen inter se instituunt. ib. 378. item 342. 379. 380. 381. Exceptio fit in bello contra Barbaros Christiani nominis hostes. ib. 382. 383.

Quisnam in certamine singulari pro victore habendus? ib. 384. 385. 386.

Quorum consensu ad ejusmodi certamen requiratur? ib. 387. 388.

## Christianus.

Officium hominis & Christiani quomodo discernatur in S. Scriptura? 8. 55. & seqq. Quomodo in SS. Patribus? 11. 79.

An Christianis bellare licet? 240. 51 An contra Turcas? ib. 52. & seqq.

Inter Christianos abrogata est servitus. 276. 335. item 277. 341.

## Christina.

Christina Regina Suecia Regnum liberè resignat. 133. 96.

## Christus.

Christus fuit Legislator. 10. 71. Christus Dominus in novo testamento fundavit novam Ecclesiam & Civitatem sanctam. 153. 68. 69.

## Civis.

Dilectio inter cives & homines, in statu naturali constitutos. 17. 42.

Quot cives ad Civitatem necessarii? 39. 141.

Cives quod pacto in Civitatem coeant? 44. 180. An ex delicto civis teneatur Civitas? 175. 100. 101.

Quale Imperium Summae Potestati competit in vitam Civium? 184. Quale in civium existimationem? 188. Quale circa res & bona civium? 189. Quale circa jura civium? 196. Item 197. Item 198. Vid. Subditus. Civitas. Summa Potestas. Fns.

Civis & Subditus an inter se differant? 400.

Quomodo quis civis fiat? 401. 41. 42. 43. Item 402. 45. Quis possit recipere civem? ib. 46. 47.

Quomodo civis quis esse desinat? 428. Vid. Subditus.

## Civitas.

Civitatis cuiuscumque actiones considerantur à Jurisprudentia Publica Universali. 3. 18. Quatenus denotat eorum multitudinis. 4. 22.

Civitates erga se invicem sunt in statu naturali. 13. 9. Uti & Civitates, in Anarchiam collapsa. ibid. 10. Censentur etiam inter se aequales esse. 15. 25. Nec habere praecedentiam. ib.

Civitas unde sit dicta? 38. 129. Ejus synony-

ma. ib. 130. Definitio 39. 137. Est societas perfecta. ib. 138.

Quot familiæ ad ejus constitutionem requirantur? ib. 139. & seqq. Requirit Imperantium & patrimenti subordinationem. ib. 142. & seqq. Ordinatur ad Civilem beatitudinem. 40. 145. & seqq. Desiderat unionem. ib. 150.

Civitatis author & origo est DÉUS, ut author Naturæ. ib. 151. & seqq.

Contrariae sententiae defensores cum suis rationibus adducuntur. 41. 158. & seqq. Refutantur. 42. 162. & seqq. Novum fundamentum ex adverso ponitur. ib. 167. Itidem refellitur. ib. 168. & seqq.

Civitatis initiam primordialiter à Caino ducendum. 43. 173. & seqq. Propagatio adscribenda Noëmi filiis post diluvium. ib. 178. & seqq.

Civitas constituitur factō aut pactō hominum. 44. 180. Hoc pactum debet esse expressum vel tacitum. ib. 181. Cum subjectione ad arbitrium alterius. ib. 182. Ac certæ regiminis formæ determinatione. ib. 183. & seqq.

Civitatis Regularis species est Monarchia. 46. 1. & seqq. Vid. Status Monasticus. Monarchia. Item Aristocracia. 49. 27. & seqq. Vid. Status Aristocraticus. Aristocracia. Item Democratia. 53. 61. & seqq. Vid. Status Democraticus. Democracy.

Civitatis Irregularis ex defectu finis prima species est Civitas herilis. 58. 1. Ejus discrimen à Civitate tyramica. ib. 4. & seqq. Altera species est Civitas patrimonialis. ib. 8. & seqq. Illius exemplum. 59. 11. Titulus. ib. 12. Tertia species est Civitas, quæ dominationis extensionem pro fine habet. ib. 13. Sicut & quæ felicitatem ponit in bonis externis. ib. 16. Aut voluptatem pro scopo ponit. ib. 19. Aut alibi quam in virtute & honestate quietit. 60. 23.

Civitatis irregularis ex defectu formæ species est Civitas deformis. ib. 25. Quæ defumitur ex incertia aut tyrannide Principis. ib. 26. & seqq. Oligarchia. 61. 28. Aut ocholocracia & anarchia. ib. 29. Species quoque talis Civitatis est Civitas multiformis. ib. 30. An detur Civitas multiformis seu mixta? Rationes affirmandi. ib. 32. & seqq. Rationes negandi. 62. 36. & seqq. Resolvitur, quod sit valde difficilis. 63. 45. & seqq. Et semper una ex triplici forma regulari propendeat. ib. 48. & seqq. Ac si p̄ius modus quam forma misceatur. ib. 52. & seqq. Calu, quo tamen reperitur, est irregularis. 64. 55. Species itidem ejusmodi Civitatis irregularis est Civitas informis. ib. 56. Interregnum. ibid. 58. & seqq. Occupatio violenta. 65. 64. Factiones. ib. 65.

Civitas irregularis ex defectu nexū est Civitas systematica. 66. 67. Non quando uni Principi subsunt plures Civitates. ib. 68. Sed, si Principem habeant, cui subiectæ non sunt. ibid. 73. Aut nullum planè Principem recognoscant. 67. 77. Etiam si aliqua negotia omnium Civitatum assensu expediti debeant. ib. 79. & seqq.

Tunc

Civi-

# Index Rerum & Verborum.

**Civitates systematicæ an & quomodò dissolvantur?**  
68. 86. & seqq.

**Civitatis ob delictum innocentis vitæ & bonis propriis exui nequeunt.** 174. 91. Possunt tamen bonis & juribüs communibüs privari. ibid. 96. Quousque superfluit, qui deliquerunt. 175. 98.

**Civitas ex culpa singulorum non tenetur.** ib. 100. Nisi se fecerit culpæ participem. ib. 101.

**Civitas delinquentem, infra suos limites morantem, aut ipsum reposcentis arbitrio permittere, aut ipsam met punire debet.** ib. 102. Quasnam leges Civitas, volens animadvertere in talēm reum, observare teneatur. ib. 103.

**Civitas an possit innocentem obfessori, ad mortem eum reposcenti; dedere?** 185. 35. & seqq.

**In Civitatem à DEO immediatè transfertur Summa Potestas.** 83. 113. à Civitate in alios transferitur. 84. 124.

**Civitas dissolvitur aut interitu corporis, aut cessatione unionis.** 435. 58. 59. 60. An Civitas in uno cive servetur? ib. 61. 62. 63.

## Clementia.

**Clementia maximè decet Principem,** 125. 32.

## Cœtus.

**Vid. Societas. Civitas.**

## Collegium.

**Collegiorum institutio sive consensu Summae Potestatis est prohibita.** 183. 20. Vid. Universitas.

## Coloniae.

**Coloniae apud Civitates populosas usitatæ.** 434. 46.

## Commeatus.

**Ante pacificationem indulgetur commeatus.** 332. 282. Quid sit? ib. 283. An necessarius? ibid. 284. 285. Quotuplex? ibid. 286. Qualiter interpretandus? ibid. & 287.

**Commeatus, militibus datus, extenditur ad Duces & gregarios.** 333. 288. **Commeatus patris porrigitur ad filium.** ibid. 289. An etiam ad uxorem? ibid. 290. 291. **Commeatus domini an pertingat ad famulum & comites?** ib. 292. 293.

**Commeatus an eundi simus & redeundi facultatem includat?** ib. 295. 296. **Quoties ire & redire licet?** ibid. 298.

**Commeatus, datus personis, an proficiat rebus?** ib. 299. An profit intra & extra territorium concedentis? 334. 300. **Quamdiu duret?** ibid. 301. & seqq.

**Commeatus, rebellibus subditis promissus, an obliget promittentem?** 414. 39. 40.

## Commercium.

**Commercia Reipublicæ valde salutaria.** 208. 59. Eorum cura Principibus incumbit. 209. 71.

**An Commerciorum libertas destruatur per monopolum?** 208. 61. & seqq. An per justapulæ? 209. 66. 67.

## Communitas.

**Communitas nulla est, quæ sine Jure servari possit,** 9. 63. Vid. Societas. Civitas. Universitas.

**Communitas quatenus teneatur resarcire damnum, quod subditi illius causâ patiuntur?** 199. 146. Vid. Damnum.

## Goncilium.

**Concilium Generale à Sæculari Potestate neque congregari neque dirigi potest.** 158. 113. Licet hæc Potestas ad id animare, hortari, & coadjuvare valeat. ib. 114. 119.

## Conjugium. Conjuges.

**Conjugium qualis sit cohabitatio?** 24. 3. & seqq. Conjugii definitio. 25. 7. & seqq.

**Conjuges inter societas inæqualis intercedit.** 29. 46. Vid. Status Conjugalis. Potestas.

**Conjugum utriusque potestas in liberos assignatur.** 31. 72. & seqq.

## Conscientia.

**Conscientia notitiam & curam etiam Gentiles habuerunt.** 165. 22.

**Conscientia obligatio ex legibus.** ib. 18. 19. Vid. Lex. Obligatio.

## Conservatio.

**Conservationis jus oritur ex statu Naturali.** 17. 14. Infertur ex eo jus defensionis. ib. 35. Vid. Defensio.

## Consiliarius. Consilium.

**Consiliarii inter Officiales Summae Potestatis primò loco referendi.** 225. 65. Ab antiquissimis temporibus fuerunt exhibiti. ib. 67.

**Consiliarii debent esse fidei.** ibid. 69. Rerum minimum periti ibid. 70.

**Consiliariorum varietas.** 226. 71. 72. Consiliariorum jus consistit potissimum in facultate dandi suffragium. ib. 73. **Quod tamen non est decisivum sed consultivum.** ibid. 74.

**Consiliariorum prærogativæ.** ibid. 77. & seqq.

**Obligatio Consiliariorum non est parva.** 227. 82. Obligantur ad veritatem & sinceritatem. ib. 83.

Debet suum votum dare cum libertate. ibid. 84. Tenentur ad silentium. ib. 85. Adstringuntur ad iustitiam. ibid. 86.

**Num Consiliarius aliquando non rogatus suum consilium explicare obligetur?** ibid. 87.

**Positne abesse consiliis, quando scit, in materiam, ibi tractandam, salvâ iustitiâ se consentire non posse?** 228. 88. 89.

**An consilium, bonâ fide datum, ob eventum suum in pœnam incidat?** ib. 90. 91.

## Contractus.

**Vid. Pactum.**

**Ad contractum ineundum subditi iustis ex eadis à Summa Potestate reddi possunt inhabiles.** 206. 48.

**Potest enim Summa Potestas contractum à pacto**

**lepa-**

# Index Rerum & Verborum.

Separare, eisque certam formam praescribere. ib. 49.  
Potest præterea contractui suum valorem in uno vel utroque foro adimere. ibid. 50.

Contractus, non ritè celebratos, Summa Potestas improbare potest. 207. 52. Secus si ritè fuerint celebrati. ibid. 53.

An Princeps, restitutionem ex contractu indulgendō, quidpiam faciat contra Jus Naturale? ibid. 54.

Ad contrahendum subditi interdum compelli possunt. 426. 66.

An ex contractibus subditorum obligetur universitas? 428. 84.

## Corpus.

Discrimen iater Corpus politicum & physicum. 101. 114. 115. 116.

Corpus politicum vocatur Civitas. 39. 135.

Corpori politico quid licet circa partem in casu necessitatis vel utilitatis publicæ? 101. 119. 120.

In corpore politico, tanquam subjecto communi, residet Summa Potestas. 113. 7.

Corpus politicum ex facto Principis obligatum manet. 129. 72.

Corpus politicum quandonam interire censeatur? 131. 82. 83. item. 132. 84. 85. item. 435.

## Culpa.

Culpa juridica, cum peccato non conjuncta, non patit obligationem conscientiæ. 20. 64.

## Curator. Curatela.

Regibus, ad regendum inhabilitatis, assignantur curatores. 139. 151. item. 114. 12.

Curatela Regiam primogenitus recte suscipit. 139. 152.

## D.

## Damnum.

Damnum, quod quisque Reipublicæ causâ sustinuit, servatâ proportione ab omnibus resarcendum est. 139. 146. Et quidem ex jure stricto. ib. 148.

Damna, quæ subditi sunt passi in bello, si redundent incommodum communitatis, ab ea proportionaliter sunt compensanda. 314. 119. Secus est, ubi commodum non sensit communitas. ib. 120. Idem est de damnis, quæ cives ex sua culpa sentiunt. ib. 121.

Damnum, quod communitas de praesenti resarcire non valet, alio tempore resarciri debet. ib. 122.

De damno, quod sentiunt subditi ex ablatione bonorum propter pacem, eodem modo differendum. 313. 109.

## Deditio.

Deditio quid sit? 340. 361. Alia est absoluta. ib. 362. Alia conditionata. ib. 363.

Deditio absoluta confert victori jus universale quo ad personas & res gleditorum. ib. 364. Non

tamen confert jus in vitam. ibid. 365. Laudem meretur à clementia. ib. 366. & seqq.

Deditio conditionata non confert jus amplius, quam in capitulatione fuerit expressum. 341. 369.

Deditio quis desinit esse civis. 434. 50. Postea quām receptor fuit ab eo, cui facta deditio. ib. 51. 52. Etsi in hoc ceteroquin Authores non convenient. ib. 53. & 59.

Deditio recepta, deditus casu aliquo reversus, non recuperat jus Civitatis. 435. 56. 57.

## Defensio.

Jus defensionis naturalis. 17. 35. Parit facultatem occidendi aggressorem vitæ. ib. 36. & seqq.

Competit jus defensionis etiam in statu Civili. ib. 42. Sed diverso modè. ib. 43.

Idem jus defensionis & occisionis conceditur ad conservationem membrorum. ib. 44. Item ad conservationem pudicitiae. 18. 45. & seq. Ut & ad conservationem bonorum notabilis quantitatis. ib. 47. & seqq. Sicut ad conservationem honestoris pro statu naturali. ibid. 49. Nec non ad conservationem suorum iurium. ib. 50.

Nam sit obligatio defendendi vitam cum occidente invasoris? ib. 51. & seqq.

Nulla est obligatio defendendi vitam cum tali occidente. 19. 54. & seq.

An sit obligatio defendendi pudicitiam cum ejusmodi occidente? ib. 56.

An jus defensionis etiam contra tyrannum sit concessum? 422. 40. & seqq. Vid. Tyrannus.

## Delictum. Delinquens.

Delicta, ut punientur, debent esse externa. 76. 181. Nec nimis levia. ib. 113.

Si plures delinquant, non omnes puniendi sunt. ib. 114.

Delictum afficit suos authores. 174. 91.

De delictis Legatorum. 390. Vid. Legatus.

## Democratia.

Democratia describitur. 53. 61. An in ea detinet Summa Potestas? ib. 62. & seqq. Affirmatur & probatur. ib. 65. & seqq. Existit penes totum Populum. ib. 68. & seqq.

Democratia manet intacta, etiamsi certi Magistratus designentur, qui jus dicant. 54. 74.

Democratæ emolumenta enumerantur. ib. 77. Ut & decrementa. 55. 84. & seqq.

In Democratia manet idem Populus, & eadem obligatio. 129. 64. Vid. Obligatio.

In Democratia Summa Potestas non aliter interit, quam interitu Populi. 131. 82. & 83. Aut sublatio nexus inter cives. 132. 84. Vid. Summa Potestas.

Pereunte Populo in Democratia Summa Potestas planè expirat. 137. 134.

An Democratia statim consurgat, quando Rex aus optimates moriantur absque successoribus? ibid. 336. & 337.

Tttt 2

De

# Index Rerum & Verborum.

## Denuntiatio.

Denuntiatio ad Bellum solenne & justum est necessestaria. 236. 22. Ejus ratio. ibid. 23.

In Bello offensivo necessitas denuntiationis est indispensabilis. 237. 26. 27. In Bello autem defensivo est magis de honestate quam necessitate. ibid. 28.

Ritus denuntiationis varius apud Gentes reperitur. ibid. 29. 30.

## Depositio.

Rex per depositionem Regnum privari non potest. 134. 109. Nisi sub Populo sit. 135. 117. Et consequenter Rex impropre talis. ibid. 118.

Rex deponi non potest, etiam si Regnum alienet, aut alii subjiciat. ibid. 120. Etiam si quoque vertitur in tyraenum. 136. 122.

An Rex deponi possit, saltem ubi in hostem mutatur, & ipsam Rempublicam evertere conatur! ib. 125. & seqq.

## Derelictio-Res derelicta.

Derelictio rei an eadem sit cum prescriptione? 104. 139. & seqq.

An sufficiat rei derelictæ presumptio ad communem pacem & salutem? 107. 166. & 167. Vid. Prescriptio.

Summa Potestas nonnauquam amittitur derelictio-  
ne. 137. 132. item. 99. 95. 96.

## DEUS.

DEUS author Legis Naturalis & Divinae. 7. 49. Author statutū conjugalis. 25. 17. Author Societatis perfectæ seu Civitatis. 40. 151. & seqq. Author Summæ Potestatis. 82. 107. & seqq. Eam immediatè Civitati confert. 83. 113. Et mediata in unum aut plures dispensat. 84. 124. & seqq.

## Dignus.

Ad officia publica promovendi sunt digni. 218. 4. 5. 6. Inter dignos preferendus dignior. 219. 9.

## Dispensatio.

Dispensatio in lege quid sit? 168. 44. Quænam ejus causa? 45.

An dispensatio fieri possit in pena capitali, in homicidias constituta? 179. 135.

## Dives. Divitiae.

Dives an ceteris anteponendi: 405. 71. 72. Nostra resolutio. ibid. 73.

## Doctrina.

3 Veteri doctrina non recedendum, ubi nulla se prodit evidens rerum novarum utilitas. 9. 67.

## Dolus.

Dolus quotuplex? 326. 233. Substantialis videlicet alias conventiones, tam in specie pacificatio-

nem. ibid. 234. Accidentalis relinquere valorem intactum. ib. 235. Obligat tamen ad indemnitudinem. ib. 236.

Dolus bonus in Bello licitus est. 291. 457. Ejus exempla. ib. 458. 459.

Dolus malus in bello est vetitus. ibid. 460. 461.

## Dominium.

Dominium in vitam & membra non competit homini. 184. 21. Neque competit Republica in vitam & bona innocentium. ib. 24.

Dominium in honorem & existimationem propriam convenit cuilibet mortalium. 188. 66. An etiam Summæ Potestati? ibid. 67.

Dominium eminens in res & bona subditorum & quale sit? 190. 74. & seqq.

Quid circa dominium humanum possit disponere. Summa Potestas? 196. 122. & seqq. item 197. 129. & seqq. item 198. 141. & seqq.

Quænam sit vis domini circa testamenta? 213. 94. 98. 99.

An dominio rerum cohæreat obligatio pro debitis defuncti? 129. 68.

Modus acquirendi dominium, in Jure Naturæ vel Generum haud fundatus non præbet justam bellandi causam. 252. 141. 142.

## Dubium.

Quando de justitia belli dubium versatur speculatorum duntaxat, Princeps licet movet bellum. 261. 218. Quando dubium est practicum, bellum illicite movet. 262. 219.

Dubitans practicè facile se resolvit pro justitia belli, si in possessione sit. ib. 220. Si non sit in possessione, sed adversarius possideat, quid agendum? ibid. 221. 222. 223. Quid agendum, si possessio sit peccatum tertium? ibid. 225.

Quid faciendum, si, deposito dubio, pars utraque credit, se habere justum bellandi causam? 263. 226.

Miles, de justitia Belli speculatori dubitans, justè pugnat. 285. 417. Non autem dubitans practicè. ibid. 419. Idem est de milite subdito, si conductus sit, antequam bellum fuerit exortum. ibid. 421. Secus si conductus sit post bellum jam exortum. 286. 422.

Subditus, de justitia mandati dubitans, quid agendum habeat? 420. 19. & seqq.

## Domus.

Vid. Familia.

## Dux.

Sint Dux turba militaris est corpus sive spiritus. 242. 64.

Ducum aliqui primarii; alii secundarii. ib. 65. 66. 67.

De dotibus & prærogativis Ducis primarii. 243. 68.

Qualis potestas Ducibus hujusmodi censeatur esse concessa? ibid. 69. 70. 71. Ejus concessæ limites arctè sunt custodiendi. ibid. 72. 73. 74.

Qualis Jurisdictio illis competat? ibide 75.

Quæ-

# Index Rerum & Verborum.

Qualiter peccent Duces in bello? 289. 444. 445.  
Quomodo se peccatorum alienorum participes faciant? 290. 451.

Dux Belli nequit pacem concludere sine speciali mandato. 306. 58. Quantamcunque potestatem de cætero habuerit. ibid. 59. Suadente sic utilitate. 307. 60.

Qualiter accipiendæ sint pacificationes, à Belli-Ducibus Römatis factæ? ib. 61. 62.

Indicias breves concedere Belli - Ducibus est permisum. 335. 311. Non item longas. ib. 312.

## Duellum.

Vid. Certamen singulare.

## E.

### Ecclesia.

**E**cclisia statim in exordio mundi plantata. 145. 24.  
Est in Republica. ibid. 25.

Ecclesia nova à Christo instituta, ejusque dirigenda potestas Petro & Apostolis concessa. 153. 68. & 69.

Ecclesiæ potestas in causis spiritualibus est coercitiva. ibid. 73. & 74.

Ecclesiæ Regimen charitate & mansuetudine temperandum. 157. 107.

Ecclesiæ Caput Visibile Romanus Pontifex. 161. 137.

Contra Ecclesias non rectè geritur bellum. 273. 312.  
Nec ejus bona hostibus subjacent. ibid. Nec est pars Reipublicæ, bellum gerentis. ib. 314.

Ecclesia non debet incastellari. 274. 324. Aut in fortalitium applicari. 287. 434.

### Ecclesiastica persona.

Ecclesiasticis personis non est licitum arma sumere. 244. 82. & seqq. Esto hæc prohibito non pro manet ex dictamine Naturali. ib. 84. Possunt tamen in casu gravis necessitatis pro patria vel religione pugnare. 245. 86. Aut aliquid ex suis bonis in bellum subministrare. ibid. 87. Aut confilium suggerere pro bello justo. ibid 88. Aut ibidem agere officium spirituale. ibid. 89.

An personæ Ecclesiasticæ, feudum à Principe bellum gerente possidentes, teneantur sequi Principem vocantem? ibid. 90. 91.

Ecclesiastice personæ nequeunt in bello occidi. 265. 235.

Ecclesiasticarum personarum bona non possunt ab hostibus auferri. 273. 312. Nisi bello se contra decentiam statûs immiscent. 274. 321. & seq.

Ecclesiastice personæ, bello captae, à lytro sunt imunes. 279. 366.

Ecclesiastice personæ eximuntur à Repressaliis. 298. 518. 519.

Ecclesiastice personæ possunt obire munus Legationis non tantum in foro Ecclesiastico. 376. 59. Sed etiam in foro seculari, si Vasalli sint Mittentis. ib. 60. 61. 62. Quidquid alij contradicunt. ibid. 63. 64.

### Ecclesiastica Potestas.

Ecclesiastica Potestas differt à Politica in multis. 86. 139. 140. 141. Descendit à DEO, tanquam Authore Supernaturali 142. 10. Tendit ad finem spiritualem. ibid. 11. Veratur circa objecta, ordinem Naturæ transcendentia. 143. 12. Est una ubique terrarum. ibid. 13.

Ecclesiastica Potestas est diversi ordinis à temporali, ac cum ea in una Republica compatibilis. 145. 21. Habet suos limites. ib. 23. In Lege antiqua erat penes sacerdotes. 148. 40. 41. 42. In Lege nova Petro & Apostolis eorumque successoribus tributa. 153. 68. & seq.

Ecclesiastica Potestas in causis spiritualibus est coercitiva. ib. 73. & seq.

### Electio. Electivus.

Summa Potestas electiva est eadem cum successiva. 80. 90.

Sitne electio Successioni præferenda? ibid. 94. & seqq.

Electio est modus acquirendi Summam Potestatem in statu Monarchico & Artilocratico 88. 2.

In electione totus Populus habet jus suffragii, si Leges aliae non adlînt. ibid. 4.

Electiones tres species. ibid. 5. Continuata in una familia non parit necessariam continuationem. ib. 7.

Electionis forma. ib. 9. An per sortes fieri possit? ibid. 10. & seqq.

Ante electionem debet vacare Regnum. 89. 12.

An Regnum Successivum fieri possit electivum? ib. 14. & seqq.

### Emigratio.

Emigratio è Civitate civibus omnibus est contessa. 429. 1. 2. 3.

An emigratio turbæ & catervæ sit permissa? ibid. 6. item 430. 7. 8. 9. Affirmatur. ibid. 10. Nisi Civitatis specialiter interdit. ib. 11. 12.

Emigrationis facultas à Summa Potestate circumscribi potest. ib. 13. 14. 15. Et multò magis, si arctius quoddam vinculum accedit. ibid. 16. 17. Potest etiam emigraturis imponi certa pensio. 431. 18. Quæ variat. ibid. 19.

Emigratio ubi prohibitæ est, potest is, qui emigrat abs. que licentia, revocari, aut ad mulctam cogi. ib. 20.

### Epitaphium.

Epitaphium Mariæ Scotorum Reginæ. 119. 62.

### Ethica.

Differt à Jurisprudentia Publica Universali. 5. 36. Considerat suum objectum lubricatione honesti, aut decori. ibid.

### Eva.

Eva à DEO Adamo in adjutorium data. 24. 1. Quæliter Adamo subjecta fuerit? 27. 29. & seqq.

### Excubia.

Ad agendas excubias subditi à Summa Potestate co-guntur. 287. 438.

Vvvvv

Exe.

# Index Rerum & Verborum.

## Executio.

In executione pacis considerandæ sunt personæ exequentes. 318. 151. & seqq. Res, in quas sit execucio. ib. 157. & seqq. Ut & ordo observandus. ibid. 163.

An exceptio, remorandæ pacis executioni imposta, cognitionem mereatur? 319. 166. 167. 168. Vid. Pax.

Executio foederis quando facienda? 361. 164. & seqq. Vid. Fœdus.

## Exemplum.

Exemplum Principis est potentius verbis. 124. 23. 4. 25. item 166. 31.

## Exemptio.

Exemptio quid sit? 431. 21. Qualiter indulgeri possit? ibid. 22. & seqq. An consensu aliorum, quam Summa Potestatis, necessarius? ibid. 26. 27. 28.

Exemptio, perperam facta, revocatur. 432. 29.

Exemptio concludenter est probanda. ibid. 30.

## Existimatio.

Existimatio hominis quid sit? 188. 62. Quomodo sit in honorante? 20. 60.

Summa Potestas non habet jus in existimationem hominum, naturaliter spectatam. 188. 63. Habet vero jus in existimationem, civiliter acceptam. ibid. 68.

Homo est dominus suæ existimationis. ibid. 66.

An homo suam existimationem perdere debet ad servandum honorem Principis? ibid. 69. & 189. 70.

## Expulso.

Expulso civium è civitate an fieri pro libitu possit? 433. 41. Discriben inter expulsionem & emigrationem. ibid. 43. item 434. 45.

Expulso civium licet sit propter delictum. 434. 48. 49.

## F.

### Familia.

**F**amilia nascitur ex societate conjugali. 29. 51. An distinguatur à domo? 30. 52. 65.

Familie descriptio, ab Hubero concionata. ibid. 53. Vid. Status familia.

Quot personæ requirantur ad familiam? ibid. 55. & seqq.

Familiam constituunt coetus hominum Ecclesiastorum & Religiosorum. ib. 57.

Familia alia est perfecta. ibid. 63. Alia imperfecta. ib. 64.

Regimen familie cuinam debeatur? 31. 66. & seqq. Vid. Potestas. Conjuges.

De Juribus & Obligationibus in statu familie. 32. 80. & seqq. Vid. Potestas. Jus. Obligatio.

## Facialis.

Facialium Collegium Romæ institutum ad tractatum belli & pacis &c. 237. 29.

Formula denuntiandi bellum per faciales. ibid. item 248. 104.

## Fidejusso.

Paci accedunt fidejussores. 331. 269. Habent tacite conæxam obligationem de ferendo auxilio contra violatorem pacis. ib. 290.

An fidejussori pacis competit beneficium ordinis? ib. 271. 272. 273. An beneficium divisionis? ib. 274.

An fidejussor tenetur ad poenam conventionalem? 326. 232.

Quod effectu pro delinquente possit accedere fidejussor? 175. 105. & seqq.

## Fidelitas.

Subditi obligantur ad fidelitatem, tam respectu Summa Potestatis. 423. 50. Quæna respectu Magistratum subordinatorum. ib. Ad præsens. vitæ periculum si nihil efficere possint, non obligantur. 424. 53. Per exempla declaratur. ib. § 4. 55. 56.

## Fides.

Fides quatenus sit suadenda non cogenda? 256. 171.

Fides Divina. Causæ fidei. Vid. Sacra. Religio.

Summa Potestas obligatur servare fidem datam. 125. 33.

Fides etiam hostibus est servanda. 291. 462. Nam & hosti ex promissione & fide nascitur jus. 297. 466. Eaque fidei præstatio ad pacem humani generis est necessaria. ib. 467.

Frangenti fidem fides licet frangitur tara in pace; 323. 208. Quam in inducis. 338. 339.

An fides, rebellibus subditis data, servari debet? 413. 30. & seqq. Item 414. 39. 40.

Bona fides. Vid. Prescripçio.

## Finis.

Finis ultimatus Jurisprudentia Publica Universalis est salus publica. 4. 25.

Finis omnium Civitatum est beatitudo civilis. 40. 145. A quo si quædam devient, irregulares vocantur. 59. 13. & seqq.

Finis Summa Potestatis Politica est, dirigete actiones civium ad communem & publicam utilitem. 71. 15. 16.

Qualis est finis, talia solent esse media. 142. 11. Ad finem politicum adhibentur media politica. ibid.

Finis legis humanæ. 163. 5.

## Fœdus.

Fœderis derivatio. 341. 1. 2. Diversa acceptio. 344. 3. & seqq. Definitio. ib. 10.

Fœdus est conventio publica. ib. 14. Initur inter duas

# Index Rerum & Verborum.

- duas aut plures Civitates. ib. 12. Pro mutuis auxiliis & commodis. 345. 13.
- Fœdus an rectè dicatur, quod nihil constituit aliud, quam Jus Naturale. ib. 15. 16. Solvitur & salvatur. ib. 17. & seqq.
- Fœdus aliud est temporale. 346. 21. Aliud perpetuum. ib. 22. 23. An hoc sit lictum? ib. 24. 25. 26.
- An expediatur, iniire fœdus perpetuum? ibid. 27. 28. 30.
- Fœdus aliud est æquale. ib. 31. Aliud inæquale. ibid. 32. Posterior non destruit Summam Potestatem, utile tamen non est. 347. 33. 34.
- Fœdus bellicum aliud est offensivum, aliud defensivum. ibid. 37. Aliud mixtum. ib. 38. Valeatne fœdus mixtum? ib. 39. Valeat. ibid. 40. 41.
- Fœdus aliud personale, aliud reale. ib. 42. Illud, quod fit in statu polyarchico, est reale, ibid 43. In Monarchico variat. 348. 44. 45. Quid in dubio sit præsumendum? ib. 46. 47.
- Fœderum origo Societati Civili contemporanea, est. ib. 48. Exempla è S. Scriptura. ib. 49. 50. 51. Ratio. 52. 53.
- Fœdera iniire possunt, qui Summam Potestatem habent. 349. 55. 56. 57. An alii interdum hæc facultate polleant? 350. 58. & seqq. Quid de Rege captivo? ib. 63. 64. Vid. *Rex*.
- Fœdus cum quibus contrahendum, an cum iis, quæ à moribus nostris alieni sunt? ib. 66. An cum potentioribus? ib. 67. An cum valde remotis? 351. 68. An cum infidis? ib. 69. An cum pluribus? ib. 70. An cum tyranno? ib. 71. & seqq. Vid. *Tyrannus*. An cum infidelibus? ib. 74. & seqq. Vid. *Infidelis*.
- Fœdere cum pluribus contractò, bellòque inter socios exortò, illi, qui justè foveat causam, assistendum est. 355. 111. Si bellum utrinque sit iustum, utrique ferendum auxilium. ib. 112. 113. Quoad personam tamen fœdus antiquius prævallet. ib. Nisi posterior aliquid amplius contineat. ib. 114. 115.
- Fœdus tum belli tum pacis contra hostes etiam furiosi sanciri potest. 356. 116. 117.
- Fœdus circa commercia utrum contra certas personas, cum earum exclusione, possit initi? ibid. 118. Tenetur negativa. ib. 119. 120. Solvitur argumentum contrarium. 122. 123.
- Fœdus an possit iniri cum uno Populo, ut alteri tantum certi generis fructus vendat? ib. 124. & 357. 125. Argumenta pro negativa. ib. 126. & seqq.
- Fœderum effectus consistit in obligatione. 358. 128. 129. Qui non debet ex utilitate metiri. ib. 130. Ad quidnam obligent in genere. ibid. 131. In casu impotentiae moralis cœllat hæc obligatio. ib. 132. 133.
- A quænam tempore incipiat isthæc obligatio? ib. 135. An scripturam desideret? ib. 136. & 359. 137.
- Fœdera dubia interpretatione indigent. ibid. 138. Vid. *Interpretatio*.
- Fœderis executio, 360. 164. Si nihil de tempore
- dictum, quandónam sit facienda execucio? ib. 165. 166. 167. Nostra opinio. ib. 168.
- Ortæ lite de fœderum interpretatione aut execucione, eundem est ad conventum reliquorum sociorum, aut ad arbitrios. ib. 169. Adeundus etiam Princeps fœderis. 362. 170. Cujus cognitio non destruit Summum Imperium. ib. 171.
- Fœdus dissolvitur renuntiatione. 362. 173. Quæ licita est, non obstante juramento. ib. 174.
- Fœdus personale dissolvi potest etiam unius socii renuntiatione. 363. 176. Dummodò adsit causa justa & gravis. ib. 177. 178. 179. Fœdus reale non nisi omnium voluntate dissolvitur. ib. 180. 181.
- An in fœdere bellico liceat peculiarem cum hoste pacem facere? ib. 182. 183. An in eodem fœdere liceat vires aut viros hosti submittere? ib. 184.
- An si plures sint socii, & major pars in dissolutionem consentiat, fœderi renuntiatum censeatur? ib. 185. 186. An conditione aliquâ societati adscriptâ & non servata, lictum sit renuntiare? 364. 187. & seqq.
- An concessum sit, fœderi pro parte renuntiare? ib. 191. 192. 193. An fœdus unius renuntiatione solvatur ex parte aliorum non-consentientium? 194. 195. An Fœdus rumpatur ex parte aliorum, si unus nequeat id adimplere? ib. 196. 197. 198.
- Fœdus dissolvitur lapsu temporis. ib. 199. An tunc opus sit aliqua renuntiatione? ib. 200. & 365. 201. 202. An ex actibus subsequentibus ratificatum censeatur; ib. 203. & seqq. An Fœdus, tacite renovatum, sit priori simile? ib. 203. 206.
- Fœdus, ante lapsum termini renovatum, censemper potius extensus. ib. 207.
- Fœderi tempus interdum tacitè adjicitur. ib. 208.
- Fœdus dissolvitur morte Fœderatorum naturali, si personale sit. ib. 209. Et omnes ex sociis moriantur. ib. 210. 211. Nisi moriatur unus, qui erat præcipitus. 366. 212. Fœdus autem reale non dissolvitur morte. ib. 213.
- Fœdus etiam dissolvitur morte civili per immutationem status publici. ib. 214. Non item per mutationem formæ regiminis. ibid. 215. Præterquam ubi respectus habetur ad certam formam. ib. 216. 217.
- Fœdus dissolvitur non-usu. ib. 218.

## Fœmina.

- In successione lineali cognatica tam fœminæ quam descendentes ex fœminis succedunt. 93. 44.
- Fœminæ jus succedendi gentilitium habentes, an possint in testamento præteriri? ib. 50.
- An fœmina, si in Regno gentilitio succedat, Summam Potestatem in maritum transferre possit? 100. 102. & seqq. Vid. *Matrimonium*.
- Fœminæ Summæ Potestates incapaces non sunt. 134. 16. & seqq.
- Fœminæ an possint agere milites? 244. 78. & seqq.

# Index Rerum & Verborum.

## Forma.

**Forma Civitatis** consistit in debita Imperantium & parentium subordinatione. 39. 142. Desiderat Summam Potestatem. 40. 143. Vid. *Summa Potestas. Civitas.*

Quænam ex Civitatibus Regularibus quoad formam sit melior? 56. 93. & seqq.

An detur multiplex forma Civitatis, seu mixta? 61. 30. & seqq.

Ostenditur, hanc formam aut impossibilem aut valde difficultem esse. 63. 45. 46. 47. Unam plurimæ ex formis, quæ mixtæ dicuntur, propendere. ib. 48. & seqq. Fierique statum limitatum non multiformem. ib. 52. & 64. 53. 54. Demum, si nulla ex regularibus formis appareat, Civitatem potius irregularē, quam mixtam consurgere. ib. 55.

**Forma regiminis** consentiente Populo immutari potest. 100. 106.

## Fortalitium.

**Fortalitia** in suo fundo extruere aut munire, conuenit Summæ Potestati. 286. 425. Neque vicini justè possunt reclamare. ib. 426. 427. 428.

Possunt autem aliud fortalitium in suo ponere. 287. 429.

Ad fortalicia sumptus à subditis debent subministrari. ib. 430. Quin & ædes Subditorum in hunc finem applicari. ib. 432. 433. An etiam temploa huic accommodari? ib. 434. 435.

## Fortuna.

**Fortunæ lubricitas.** 125. 34.

## Frater.

Reges se invicem Fratres appellant. 15. 25.

## Fundamentales Leges.

**Fundamentales Imperiorum Leges** aliae sunt tacite, aliae expressæ. 126. 42. & seqq. Dicuntur Leges impropriæ. 127. 47. Debent exactissimè custodiri. ib. 48.

Ob Leges fundamentales non servatas Imperantes puniri, aut Imperio privari nequeunt. ibid. 49. Potest tamen nullitas actus exinde consequi. ib. 50. Salva Summā Potestate. 79. 80.

Populo non licet, ejusmodi Leges interpretari. 127. 51.

## G.

## Gens.

**Jurisprudentia Publica Universalis** ad omnes Gentes se extendit. 4. 20. 21.

Gentes interdum Civitates appellantur. 9. 61.

Gentes habent proprium aliquod Jus. ib. 62. 63.

Gentium societas an à natura dictata sit? 40. 151. & seqq.

Quandónam cooperit Gentium divisio? 43. 173. 179.

Inter Gentes plerasque valeat præscriptio. 102. 122. & seqq.

Gentium testimonia pro obligatione Summæ Potestatis. 123. 16.

Inter ritus Gentium, ad bellum solenne requisitos, est denuntiatio. 236. 20. 22.

Quænam sit differentia inter satisfactionem pro injuria inter Gentes, & inter cives? 248. 102. 104.

Qualis apud Gentes reverentia fuit' habita rebus & locis sacris? 273. 315. & seqq.

Apud quas Gentes servitus personalis adhuc in usu sit? 276. 335. & seqq.

Qualis honestas apud Gentes circa captivos & viros viguerit? 292. 472.

Gentium exempla circa admissionem Legatorum. 382. 113. & seqq. Ut & circa immunitatem. 384. 127. Item 391. 198. & seqq.

Gentium mores circa judicia. 201. 7. 8. 9. 10. Gens quædam in Africa in sua libertate vivebat. 13. 6.

Gentium consuetudine Regimen Monarchicum est recepcum. 47. 16.

Gens una, alterius Geatis aut Præcipis protectione committens, non amittit Summam Potestatem. 73. 30. Esto quo annis ei certam pensionem solvat. ib. 31. Aut ei, tanquam potentiori, reverentiam & respectum spondeat. ib. 32.

Gentium Jus. Vid. *Jus Gentium.*

## Gigas.

Gigantes an tyranni fuerint? 96. 71. item 97. 77.

## Gratia.

Cur Principes scribant, se regnare gratiâ DEI? 83. 112.

Gratia exspectativa an circa officia publica concedi valeat? 219. 14. 15.

## Guarantia.

Guarantia est assecuratio pacis servandæ. 317. 144.

Si præstetur ab ipsis Pacificantibus, nihil speciale operatur. ibid. 145. Nisi plures ab una parte sint socii. ibid. 146.

Si garantia præstetur à tertio vel mediatoribus, oriatur specialis obligatio, partem, à pacis articulis in justè resilientem, ad executionem compellendi. ib. 147.

Sponsores garantie obligentur, parti resilienti denuntiare bellum? ib. 148.

Si pacis articuli mutuò consensu non serventur, ad nihil obligantur garantie sponsores. ib. 149.

## H.

## Henricus.

**H**enricus III. Rex Poloniæ Regnum pro derelicto habuisse censetur. 137. 132.

## Herilis Civitas.

Herilis Civitas quid sit? 18. & In qua differat à C. vita-

# Index Rerum & Verborum.

vitæ tyrannica? ibid. 4. Ejus exempla. ib. 5. 6. 7.  
Vid. Civitas.

## Herilis Status.

Herilis status describitur. 35. 104. Vid. Status herilis.

## Historia.

Historiz usus in Jurisprudentia Publica Universalis. I. I.  
82. & seqq.

## Homagium.

Homagium præstatur à subditis. 116. 32. Est genuina tessera profitendi subjectionem. ib. 33. item 402. 48. 49.

Homagium interdum Magistratibus, Summo Principe inferioribus, præstatur. 231. III.

## Homo.

Homo est animal, ex natura sociale. 12. 1. & 13. 11. & 41. 154. Quo sensu homines, ante statum civilem, in libertate vixerint? 13. 5.

An hominem naturaliter metuat? 14. 13. & seqq. & 15. 20. & seqq.

Quæ & quanta sit obligatio hominis ad DEUM? 16. 30.

Jus hominis in statu naturali. ibid. 31. & seqq. Potest subinde mortis aut mutilationis periculo se submittere. 19. 57.

De iuribus hominis in hominem. ibid. 58. & seqq.

De iuribus hominis circa res. 21. 71. 72. Item circa loca. ib. 73. 74.

An homines quidam à natura servi? 35. 108. & 36. 109. 110.

An detur homo, nemini subjectus? 432. 37. & seqq.

## Honor.

An liceat ad honoris defensionem aliquem occidere? 18. 49.

An sit obligatio occidendi invasorem? 19. 54.

Honor Officialibus publicis exhibendus. 220. 17. & seqq. Etiam ab ipso Principe. ib. 21.

Honor exhibetur tum salutatione; ibid. 22. Tum osculô manûs; ib. 23. Tum capitis relevatione. ib. 24.

Honor exhibetur Officialibus & Ministris intra & extra territorium. ib. 25. Durante officio, & eō deposito. 221. 26. Vid. Officialis.

Honor Legatis debetur. 386. 146. Vid. Legatus.

Honores Academicci. 409. 107. 109.

## Hospitium.

Hospitium militibus, extra castrâ degentibus, à subditis in suis ædibus præstandum. 282. 390. 391.

Quid agendum, ne per inæqualem hospitorum classificationem subditii injustè graventur? ib. 395.

## Hostis.

Quinam dicantur hostes? 235. 13.

Hostes jure belli occiduntur. 264. 227.

An hostem interficere liceat immissò persecutore? 266. 251. & seqq.

An hostem venenô necare liceat? 267. 257. 258.

An ejus fontes venenô inficere concessum sit? ib. 260.

Hostium res & bona jure belli capiuntur. ib. 261.

Quando hostis commisit injuriam tantum materialē, ex ejus bonis nil capere licet, ac quod debitum est. ib. 262. 263. At quando commisit injuriam formalem, præter debitam satisfactionem, expensæ & alia peti ac retineri possunt. ib. 264.

Ex hostium contumacia crescit satisfactionis quantitas. 268. 266.

Arces & urbes hostium diruere licet, quatenus id exigit belli necessitas vel utilitas. ib. 267.

Quomodo Jure Gentium major sit licentia circa res hostium? ib. 273. & seqq. An ea valeat in foro interno? 269. 277. & seqq.

Capta ab hostibus in bello, in justo non fiunt captivum. 270. 292.

Cuiam cedant res, hostibus ablatae? 272. 301. & seqq.

Capti ex hostibus de Jure Gentium fiunt servi capientium? 275. 325. Vid. Servitus. Bellus. Capta.

Hostes in bello obligantur ad certam intentionem. 290. 453. Ad moderationem & temperatum quoad res & personas hostiles. ib. 454. 455. Ad sinceritatem & veritatem. 291. 457.

Licetne hostibus in bello uti dolis? ib. & 458. & seqq.

Obligantur etiam hostes ad fidelitatem & fidem inter se servandam. ibid. 462. Nec non ad honestatem. 292. 470. Ut & ad humanitatem. 293. 473. Vid. Sepulcra. Item ad observantiam festorum. ib. 476. Excusat tamen necessitas & utilitas. ib. 477. Perinde ac consuetudo. ib. 478.

Qualis sit obligatio hostium respectu mediorum seu neutralium? ib. 479. Vid. Neutralitas.

## Humanitas.

Humanitatis officium an pariat jus rigorosum & perfectum? 22. 82. & seqq.

Humanitatis officium ex necessitate vel innoxia utilitate consurgit. 23. 88. & seqq.

Humanitatis officium in bello requirit; ut cœris aut defunctis militibus tribuatur sepultura. 293. 473.

## I.

## Illegitimus.

Vid. Liberi.

## Imperans.

Vid. Summa Potestas. Majestas. Rex.

Xxxx

Im-

# Index Rerum & Verborum.

## Imperator.

Imperatorum Romanorum dicta & exempla laudabilia. 124. 25. & seqq.

Imperatorum præfatorum confessiones propriæ circa Potestatem Ecclesiasticam, Ecclesiasticis competentem. 156. 101. & seqq.

## Imperium.

Imperium accipitur pro Summa Potestate. 70. 5.  
Vid. Summa Potestas.

## Incōla.

Incōlae qualem subjectionem habeant? 117. 37.

## Inducia.

Paci confines sunt Inducie. 334. 305. Earum definitio. ibid. Alia definitio, ab aliis impugnata. ib. 306. & seq. Exculpata. 335. 308.

Inducie sunt vel breves; ib. 309. Vel longæ, quæ proprius accedunt ad pacem. ib. 310.

Indicias quinam concedere possint? ibid. 311. 312.  
Vid. Dux.

A quoniam tempore inducie sumant initium? ibid. 312. & seqq. An hac in parte cum Legibus sint sequiparandæ? ib. 316. Nostra mens panditur. 336. 318. 319.

An terminus inchoandarum induciarum sit ipsa dies conventionis, vel dies altera & immediatè sequens? ibid. 320. 321. Nostra assertio. ib. 322. 323.

Terminus ad quem induciarum computatur in termino seu ultima die. ibid. 324. 325.

Quando inducie sunt longiores, omnes actus hostiles, iis durantibus, sunt prohibiti. 337. 326. 327.  
An idem tenendum sit de induciis brevioribus? ibid. 328.

An loca induciarum tempore ab hostibus derelicta, occupare liceat? ib. 332. 333. 334.

Inducie cessant vel lapsu termini, vel contrariâ partium voluntate. ib. 335. 336. Non rumpuntur actibus privatorum. 338. 337.

Induciis etiā propria & usitata est illa regula: frangenti fidem fides frangatur eidem. ib. 338. 339.

Induciарum tempore elapsò, non est opus novâ belli denuntiatione, si breves fuerint; ib. 340. Aliud est, si longiores supponantur. ib. 341.

## Infans.

Infans Regius in Regno gentilitio fortitur Majestatem? 114. 13. Ejus loco administrant tutores, ibid. 14.

## Infidelitas. Infidelis.

An infidelitas sola habeatur pro causa sufficiente ad bellum, infidelibus inferendum? 254. 160. & seqq.

Infideles quā tales sunt capaces dominii. 255. 164.

Infidelium terræ, olim Hebræis concessæ, non subiacent Christianorum libertate potestati. ib. 168.

Infideles, qui Christianorum terras occupant, aut eos à Christiana fide revocant, aut Verbi Divini præ-

dicationem impediunt, justè impetruntur bello. 256. 172.

Infidelium infantes an occidi possint in bello, ne crescente ætate sequantur vestigia parentum? 264. 232.

Fœdus contrahi potest cum infidelibus tum in ordine ad commercia; tum in ordine ad bellum contra infideles. 351. 74. Exempla SS. Paginorum. ib. 75. 76. Authoritas S. Augustini ib. 77. Ratio. 352. 78. 79.

Fœdus an possit contrahi cum infidelibus contra fideles? ib. 80. Eligitur negativa, & probatur ex S. Scriptura. ib. 81. Cum explicatione exemplorum, in contrarium adductorum. ib. 83. & seqq. Adduntur textus ex Lege Nova. 353. 88. 89. Formatur inde argumentum ibid. 90. 91. Citantur SS. Augustinus & Ambrosius. ib. 92. 93. Subjungitur ratio. ib. 94.

Quod intellectu distinctio inter fideles & infideles repugnet Juri Naturali? ib. 95. & 354. 96. & seqq.

De variis cautelis in tali fœdere agitur. ib. 99. & seqq. Allegantur authoritates Doctorum. 355. 109. 110.

## Injuria.

Causa justa belli in genere est injuria. 247. 99. Et quotuplex est injuria, totuplex est belli causa. ib. 100.

Ob injuriam, necdum factam, sed prudenter prævisam, datur inter privatos cautio de damno inferendo; ibid. 101. Inter Gentes datur cautio de non-offendendo. 248. 102.

Ob injuriam, jam factam, inter privatos dantur varia remedia; ibid. 103. Inter Gentes, post media amicabilia, nil aliud supereft, quam bellum. ib. 104.

Qualis injuria requiratur ad bellum? ibid. 105. & seqq.

## Innocens.

Innocens puniri non potest. 174. 91. Nec innocentes liberi ob delictum paternum vitam privari. ib. 92. 93.

Innocentes ob delictum Communitatis, cuius sunt partes, bonis communib[us] & jurib[us] indirecte privantur. ib. 96.

Respublica non habet jus in vitam innocentium. 184. 23. Nec potest etiam pro salute publica innocentem interficere. ib. 28.

Non licet Civitati aut Summæ Potestati innocentem obsecratori, eum petenti, ad mortem tradere, quando se ipsam & innocentem servare potest. 185. 35. Imo & si se ipsam cum innocentem servare nequeat. ib. 39.

Innocens tamen ex charitate est obligatus, se hosti sistere. ib. 40. Esto, si nolit se sistere, compelli non possit, sed tantum relinqui. 186. 46.

## Intentio.

Intentio bona requiritur ad bellum licet gerendum. 251. 129. Est tamen bellum, malâ intenti-

# Index Rerum & Verborum.

sentio[n]e viciatum, nihilominus justum, si a iuris causa. ib. 13c.

## Interpretatio.

Interpretatio pactorum, quae sunt inter Imperantes & Subditos, ad quem spectet? 127. 51.

Interpretatio Legum ad quem pertineat? 166. 35.

Interpretatio pacis an favorabilis aut odiosa sit? 319. 173. Qua ratione instituenda? 320. 176.

Interpretatio pacis sit ab ipsismet Pacificantibus. ib. 177. Et privativè ab eo, cuius subditos concernit articulus dubius. ib. 178. 179. Alioquin etiam per Legatos suscipitur. ib. 180. Aut per arbitrios. ib. 181.

Interpretatio foederum & pacis non est ejusdem rationis. 359. 139. An favorabilis aut odiosa censeatur? ibid. 140. & seqq. Ad verosimilem Foederatorum mentem regulanda. ibid. 43. & seqq.

Interpretatio Foederum an ex Jure Romano petenda? ib. 147. Item 360. 148. An extendenda de casu ad casum? ib. 149. & seqq. An de causa ad causam? 361. 162. 163.

## Interregnum.

Interregnum est species Civitatis informis. 64. 58. Habet in dotem Democratiæ temporariæ. ib. 59.

Interregnum quod brevius, eò melius. 138. 138.

Tempore interregni solent constitui Administratores aut Vicarii. ib. 139.

## Judicium. Judex.

Judicij necessitas in Republica. 200. 1. Ejus auctoritas & ordinatio dependet à Summa Potestate. 201. 4.

Summa Potestas vel per se judicare, vel alios Judices constituere potest. ib. 5.

Quandónam cesset judicium ob defectum Judicis? 202. 11. & seqq.

Cessat judicium ob præsens periculum aut damnum. ib. 16. 17. Item in Summo Imperante, qui Judicem nullum agnoscit. ib. 18. Nisi ultrò in aliquem compromittere velit. ib. 19.

Ad judicium concurrunt, actor, reus, & Judex. 203. 21.

Judex procedere debet juxta acta publica. ibid. 22. Ex privata scientia non rectè procedit ibid. 23. Nisi aperte cognoverit, aliquem esse innocentem. ibid. 24. Tenetur judicare secundum Leges. ibid. 26. Etiamsi Supremus sit, nisi necessitas publica aliud suadeat. 204. 28. Tenetur etiam judicare juxta sententiam probabiliorem. ibid. 34. Neque potest ex sententiis æquè probabilitus eam, quam voluerit, eligere. ib. 35. & seqq.

Advocati, procuratores, Notarii ad Judicij substantiam haud requiruntur. ib. 37. & 38.

Ordo procedendi in judicio vel est naturalis, vel adscitus. 205. 39. Ille est necessarius. ib. 40. Iste non. ib. 43.

An utilius sit, ordinem naturalem vel adscitum in judicio observare? ibid. 45. & seqq.

Judex in Jure nostro Publico vix differt à Magistratu. Vid. *Magistratus*.

## Juramentum.

An juramenta, contractui adjecta, Summa Potestas in consequentiam irritare possit? 207. 51. Num juramenta in casu, quò rescinditur contractus, etiam rescindi possint. ib. 56. & seqq.

## Jurisdictio.

Jurisdictio Suprema capitul pro Summa Potestate. 70. 6. Vid. *Summa Potestas*.

Jurisdictio, quam habet Dominus feudi directus in Vasallum, est improoria. 73. 28.

Per modum Jurisdictionis controversie de Successione Regali decidi non possunt. 95. 61. 62. 63. 64.

Jurisdictio in alieno territorio nequit exerceri. 120. 65.

Jurisdictio, quam habent Officiales publici, dependet ex arbitrio Summae Potestatis. 221. 27. 28. Eamque non habent privativè sed cumulative. ibid. 29. 30.

Judicibus ex officio competit aliqua Jurisdictio. 231. 107. Interdum etiam criminalis. ibid. 108.

Belli-Ducibus necessaria est Jurisdictio tam in milites gregarios quam in Duces secundarios. 243. 75.

Legati plerunque Jurisdictionem habent in suos comites. 386. 148. 149.

Universitatibus competit aliqua Jurisdictio. 416. 59. Subinde etiam criminalis. ib. 60.

## Jurisperitus.

Jurisperitorum consensu in re morali vix est ut errorneus sit. 11. 81.

## Jurisprudentia publica Universalis.

Jurisprudentia Publicæ Universalis existentia in dubium vocatur. 1. 1. & seqq. Eadem existentia per confutationem rationum adversarum probatur. 2. 5. & seqq. Stabilitur ejus necessitas. 3. 13.

Jurisprudentia Publica Universalis describitur. ibid. 14.

Et habitus prudentiae, potestque referri tum ad habitum scientie. ib. 15. Tum ad habitum artis. ibid. 16. Dirigit actiones publicas. ib. 17. Cujuscunque Civitatis ib. 18. Sicque etiam Civitatum externalium. 4. 19. & seqq. Quatenus Civitates sunt. ibid. 22. Ad justitiam. ibid. 23. Et salutem publicam. ib. 25.

Jurisprudentia Publica Universalis distinguitur à particulari. ib. 18. Differt à Politica. ib. 23. item 5. 29. Differt à ratione statu. ib. 33. Differt ab Ethica. ib. 36. Differt à Theologia Morali. 6. 39.

Jurisprudentia Publica Universalis pro fontali origine agnoscit Jus Naturale. ib. 38. Ut & Divinum. 7. 49. Veteris & Novi Testamenti. ibid. 50.

## Jus.

Jus hominis in statu naturali quoed bona spiritualia. 16. 29.

Jus Libertatis. Vid. *Libertas*.

# Index Rerum & Verborum.

Jus faciendi, quæ spectant ad sui conservationem. Vid. *Conservatio*.

Jus defensionis. Vid. *Defensio*.

Jus hominis in hominem sive pacto est, ne lœdatur à quoquam in membris. 19. 58. In honore & existimatione. 20. 60. In rebus & bonis exter- nis. ib. 62.

Ut alter nobis benefaciat, Jus non habemus, sed, ne quis benefacere nobis volentem impedit. ib. 65. & seqq.

Competit Jus removendi, quidquid usum aut defen- sionem juris nostri adversus aliū intercipit. ib. 68.

Jus personale oritur ex pacto. ib. 68.

Circa res datur vel jus reale vel personale. 21. 73. Idem est circa loca. ib. 73.

Jus servitutis naturalis. Vid. *Servitus*.

Jus Status Conjugalis. 27. 29. Vid. *Status Conjugali*. *Potestas*.

Jus status familie. 32. 80. & seqq. Vid. *Potestas*. *Status Familia*.

Jus status herilis. 37. 123. & seqq. Vid. *Pote- stas*.

Jura Majestatis quænam? 117. 39. Sunt intrinseca & extrinseca. ibid. 41. & 118. 47. & 50. An præscriptionem admittant? Vid. *Præscriptio Majestas*.

Jus Summæ Potestatis circa Sacra. 140. Vid. *Sacra*.

Jus Summæ Potestatis circa Leges. 162. Vid. *Lex*.

Jus Summæ Potestatis circa Privilegia. 168. Vid. *Privilegium*. Item circa Pœnas. 171. Vide *Pœna*.

De Jure Summæ Potestatis circa Personas. 181. Vi- tam. 184. Existimationem. 188. Bona 189. Tributa. 191. Vectigalia. 194. Vid. *Vita*. *Existimatio*. *Bona*. *Tributum*. *Vectigal*.

Jura civium subsunt Summæ Potestati quoad deter- minationem & limitationem. 196. 121. Præser- tim quoad restrictionem & circumscriptionem do- minii. ib. 122. & seqq.

Subsunt etiam quoad acquisitionem; potestque sub- ditus ad aliqua jura acquirenda reddi inhabilis. 197. 129. 130. Idemque potest excludi à jure locorum desertorum. ib. 132. A jure viæ pu- blicæ. ib. 133. A jure subterraneo. ib. 134. A jure thesauri. ib. 137. A jure venandi. 198. 138. A jure fluminum. ib. 139. Non autem à jure acidularum aut thermarum. ib. 140.

Jura subditorum an Summæ Potestati subsint quoad ablationem. ib. 141. 142. 143. Ex causa neces- sitatis vel utilitatis publicæ jura privatis auferri possunt. 199. 144. Ita tamen, ut jus ablatum aliorum contributione resarcatur. ibid. 146. Et quidem ex justitia. ib. 148.

Jus Summæ Potestatis circa Judicia. 200. Vid. *Ju- dicium*. Circa Contractus. 206. Vid. *Contractus*. Circa Commercia. 208. Vid. *Commercium*. Cir- ca pretium, & mensuram, ac monetam. 209. Vid. *Premium*. *Mensura*. *Moneta*. Circa Suc- cessionem hæreditatijam. 212. Vid. *Successio*,

Circa Officiale & Officia publica. 217. Vid. *Officium*.

De jure Belli. 233. Vid. *Bellum*. De jure Repre- saliarum. 295. Vid. *Repræsalia*. De jure Pa- cis. 300. Vid. *Pax*. De jure Foederum. 343. Vid. *Fœdus*. De jure Legatorum. 369. Vid. *Le- gatus*.

Jus imperfectum non dat justam bellum causam. 251. 136.

Jus adversus Summam Potestatem habere possunt subditi. 410. 1. Ex legibus fundamentalibus. 411. 6. 7. Ex pacto privato. ib. 8. Ex præscriptio- ne. ib. 9.

Quod remedio subditi jus suum adversus Summam Potestatem querere possint? ib. 10. & seqq.

An ad suorum jurium assertionem possint movere bellum? 412. 19. & seqq. Vid. *Bellum*. Sub- diti.

## Jus Canonicum.

Jus Canonicum multum deservit ad Jurisprudentiam Publicam Universalem. 10. 71. & seqq.

## Jus Civile.

Quid Jus Civile conferat ad Jurisprudentiam Publi- cam Universalem? ib. 76. & seq. An Jus Civile Romanum ad foederum interpretationem adhiberi possit? 359. 147. item 360. 148.

## Jus Divinum.

Jus Divinum Veteris & Novi Testamenti confert plurimum ad intelligendum Jus Naturale. 7. 50. Ejus cognitio Rectoribus & Principibus est neces- saria. 8. 51.

In Jure Divino Veteri fuerunt multa præcepta cære- monialia & judicialia, quæ non amplius obligant. ib. 53.

Inter actiones hominum quæ calium & quæ Christia- nilunt, bene distinguitur in Jure Divino. ibid. 55. & seqq.

Jus Divinum in SS. Canonibus perspè allegatur. 10. 73. & seqq.

Jure Divinô pax hominibus est præcepta. 14. 17.

Non vetitum Jure Divino, aggressorem vitæ occidere. 17. 40. & seqq.

Ex Jure Divino Veteri textus Genes. 9. v. 6. explicatur. ib. 39. 40. 41.

## Jus Gentium.

Ex Jure Gentium Jurisprudentia Publica Universalis deducit multas conclusiones quoad Civitates inter se. 9. 61. Ejus convenientia. ib. 62. & seq.

Aliqui fecerunt duplex Jus Gentium, primævum & se- cundatum? ib. 64. Sed refutantur. ib. 65. & seqq.

Jus Gentium distinguitur in internum & externum. ibid. 69. & seq.

Jus Gentium probatur per Judicia consentienda. 21. 23.

An Jure Gentium bellum sit legitimus modus acqui- rendi Summam Potestatem? 97. 86. & seqq.

Ad.

# Index Rerum & Verborum.

An Jure Gentium præscriptio sit modus acquirendi eandem Potestatem? 102. 123. & seqq.

Bellum offensivum an ex Jure Gentium trahat originem? 239. 42. & seqq. In quo sensu dicatur esse Juris Gentium? ibid. 47.

Quid liceat in bello ex Jure Gentium quoad occisionem? 265. 245. & 266. 246. 247. Quoad modum? 267. 257. 258. Quoad arma. ib. 259. Quoad fontes? ib. 260.

Quid liceat in bello ex Jure Gentium quoad res & bona hostium? 268. 273. & seqq. An eorum dominium acquiratur etiam in bello injusto? 269. 281. & seqq.

An Jure Gentium liceat captivos occidere? 275. 325. 326.

An fides, inter hostes servanda, tribuatur Juri Gentium? 292. 468. 469. An sepultura? 293. 473. 474.

An repressilæ sint ex Jure Gentium? 296. 496. 497.

Quid pax habeat ex Jure Gentium? 303. 28. An ejus obligatio veniat ex eodem Jure? 315. 125.

Quid Jus Gentium permittat circa obsides? 330. 260. & seqq.

Sintne foedera Juris Gentium? 348. 51. 52. Legatorum admissio & securitas an promanet ex Jure Gentium? 372. 31. 32. Item 382. 111. Item 384. 127.

## Jus Naturale.

Est fontalis origo Jurisprudentiæ Publicæ Universaliæ. 3. 11. & 6. 38. Exitit ante Adamum. ibid. 41.

Ex quonam principio Jus Naturale dignoscendum sit? Regula traditur. 7. 42. & seqq.

Eius principium universale non rectè statuitur societas. ib. 46. & seqq.

De juribus & obligationibus ex Jure Naturali. 16. Item 19. Item 20.

An status Conjugalis Jure Naturali institutus? 25. 17. & seqq. An Imperium ex eo Jure competat marito? 27. 30. & seqq.

An in statu familiæ regimen Jus Naturale patri committat? 31. 67. & seqq.

An status servilis à Jure Naturæ introductus? 35. 108 & seqq.

Origo Civitatis Juri Naturæ rectè tribuitur. 40. 151. & seqq. Ut & origo Sūmmæ Potestatis. 82. 107. Item 83. 113.

Præscriptio à Jure Naturali inventa. 102. 123. & seqq.

Jus Naturæ qualem obligationem imponat Sūmmæ Potestati? 122. 9. 10. An ea, quæ ex pacto est, reguletur juxta Leges Naturales? 127. 48. 53.

An restitutio in integrum ob læsionem pullulet ex Lege Naturali? 128. 57.

Jus Naturale an quidpiam statuat de Sacris, Religione, fide &c. 141. Tot. sect. prima.

Obligatio servandi Legem positivam promanat ex Jure Naturali. 165. 23.

A Jure Naturæ est, ut in statu Civili inferior.

puniatur à Superiore? 171. 72. & 172. 73. & seqq.

An pœna capitalis, in homicidas constituta, possit adscribi Juri Naturali? 179. 138.

Juri Naturali Summa Potestas Civilis subjacet. 181. 2. Occidio innocentis adversatur Juri Naturæ. 184. 29.

Judicij necessitas est ex Jure Naturali. 200. 1. & seqq. An in aliquo casu quis proprius Judex esse valeat? 202. 11. & seqq. Qualis ordo in Judiciis ex Jure Naturæ? 205. 40. 41. 42.

Testamenti factio an sit Juris Naturalis? 213. 93. & seqq.

An Juri Naturali repugnet, exigere vel acceptare munera ex parte Judicum? 232. 117. & seqq.

Bellum defensivum descendit ex Jure Naturæ. 238. 40. Imò & offensivum. 239. 43.

Juris Naturæ & Gentium discrimen circa bellum, quoad occisionem. 267. 257. & seqq. Item quoad occupationem rerum & bonorum. ib. 262. & seqq.

Dolus formalis in bello damnatur à Jure Naturæ. 291. 460. 461. Sicut & perfidia. ib. 462. & seqq.

Repressilæ an concordent cum Jure Naturali? 296. 496. 497.

Pax quid habeat à Jure Naturali? 302. 23. Est servanda hoc Jure. 315. 125.

Fœdera cum infidelibus contra fideles an Juri Naturæ contraria? 353. 94.

Legatorum admissionem & immunitatem non præcipit Jus Naturæ. 372. 29. 30. 31.

## Jus Publicum Universale.

Jus Publicum Universale est necessarium. 2. 5. Est portio & partus Juris Naturalis. 3. 11. Postulat specialem tractationem. ib. 12.

## Justitia.

Ubi non est justitia, non est Respublica. 2. 7. Justitia est finis proximus Jurisprudentiæ Publicæ Universalis. 4. 23.

Quæ justitiam pro fine habet, beata est Respublica. ib. 25.

Justitia est virtus Imperantibus propria. 125. 31. Nec non Consiliariis. 227. 86. Ac Judicibus & Magistratibus. 231. 113.

Ex quonam justitia delinquentibus inferatur poena? 172. 78. & seqq. Cum distinctione inter Legem & sententiam res componitur. 173. 82. 83.

## Justus.

Justum & utile inter se non convenient. 4. 26. & seqq. Justum ab utili præscindi potest. 5. 28.

## L.

## Legatus.

Legatorum ministerium ad pacem concludendam aptissimum celetur. 306. 54. Sitamen man-  
Yyyyy  
de-

# Index Rerum & Verborum.

- . datum speciale & sufficiens non habeant, non admittuntur ad tractatus pacis. ibid. 55. An mandatum generale cum libera sufficiat? ib. 56. & seqq. Pacem dubiam per Legatos interpretari convenit. 320. 180.
- Fœderas per Legatos plerumque panguntur. 350. 59.
- Legatus unde dictus? 369. 1. Ejus Synonyma. ib. 2. Descriptio. 370. 3. Est Minister publicus. ib. 41. Missus à Surama Potestate. ib. 5. Ad aliam similem. ib. 6. Ut negotium sibi demandatum nomine sui Principalis expedit. ibid. 8. & seqq.
- Qui mittuntur à Surama Potestate ad inferiores, non Legati sed Commissarii dicuntur. ib. 7.
- Legati sunt vel primi ordinis, vel secundi ordinis. ib. 14. & 371. 15. Securius isti quam illi mittuntur. ibid. 16. Præterea Legati sunt ordinarii vel extraordinarii. ibid. 17. Simplices, aut Plenipotentiarii. ib. 18. Temporanei, vel perpetui. ib. 19. An hi Legatis propriæ talibus accensendi sint? ib. 20. 21.
- Legati Apostolici sunt in triplici differentia, nempe Legati à latere. ib. 22. Legati missi. ibid. 23. Legati nati. ib. 24. Defenditur hæc legandi potestas. ib. 25. & 372. 26. 27.
- Legatorum missio cum ipso humano genere inolevit. ib. 28. Jure tamen Naturali nec admissio eorum nec immunitas statuta videtur. ibid. 29. 30. Sed provenit à Jure Gentium. ib. 31. 32.
- Aliorum sententia de Legatorum admissione & immunitate. ib. 33. & 373. 34. Ipsorum fundamenta diluuntur. ib. 35. & seqq.
- Legatos mittunt, qui Summâ Potestate fulgent. 374. 39. An hæc regula bona? Defenditur. ibid. 41. 42. Quid de Rege visto? ibid. 40. Vid. Rex.
- An Legati, ab alio, quam Supremo Principe, missi gaudeant privilegiis Legatorum? ib. 43.
- Legatus an aliquando possit mitti à Populo? ib. 44. An à piratis & latronibus? ib. 45.
- Legati mittuntur ad sibi similes in Summa Potestate. 375. 46. Quid de Principibus inferioribus? ib. 47. 48. Quid de Legatis, missis ad Belli-Duces? ibid. 50. 51.
- Legati qualitates sunt, ut sit acceptus Principi, ad quem mittitur. ib. 52. 53. Uthabat affectum ad negotium gerendum. 376. 54. Ut habeat omnigenas virtutes. ib. 55. Ut habeat scientiam & experientiam. ib. 56. Ut genere & conditione talis sit, qualcm authoritas Mittentium, & ad quos mittitur, desiderat. ib. 57. 58.
- Legati munus an obire possint personæ Ecclesiasticæ? ib. 59. & seqq. Vid. Ecclesiastica persona.
- An plures Legati ad unum negotium destinari possint? 377. 66. Quid tunc observandum? ibid. 67. 68.
- Legatus an aliud substituere possit? ibid. 69. 70.
- Legatorum officium in genere consistit in expeditione commissi negotii. 378. 71. Specialia defusimenda ex mandato. ib. 72. Ejus tenor exactè debet observari. ib. 73. Ejusque declaratio à Mittenente peti. ibid. 74.
- Legatus, si duo mandata habeat, apertum & secre-
- tum, tenetur sequi secretum. ibid. 77. Sequendò tamen publicum validè procedit. ib. 78. & seqq.
- Legatus an possit excedere limites mandati, si putes, id salubrius esse? ibid. 82. & 379. 83. 84. Additur aliqua limitatio. ib. 85.
- Legati obligantur, autoritatem sui Principalis tueri. ib. 86. Nemini quidpiam de suo negotio, quam Principi & Ministris, ad hoc deputatis, referre. ib. 87. Unicè negotium sui Domini curare. ibid. 88. Post redditum cuncta fideliter referre. ib. 89.
- Legatus an facere possit aliquid quod contra Legem Divinam, aut rectam rationem pugnat? ibid. 90. 91. & 380. 92. 93.
- Legatus an fidem Ministrorum possit munericibus tenere? ib. 94. 95.
- Legatus obligat Mittentem ex suo facto, juxta terminos mandati gesto. ib. 96. An ratificatio præquiratur? ib. 97. 98. Nostra sententia. ib. 99. 100. & 381. 101. 102. Quod autem dolose fecit Legatus, non obligat Mittentem. ib. 103.
- Legatus ab eo, ad quem mittitur, admitti debet. ib. 104. & 382. 105. Quidquid in contrarium ab aliis opponatur. ib. 106. & seqq. Nisi justam recusandi causam habuerit. ib. 111. 112. Hujus rei exempla. ib. 117. & 383. 114. & seqq. An hoc modò jus Legationis subjiciatur alieno arbitrio? ib. 117. 118. Causa, ex quibus Legatus repudiari potest, enumerantur. ib. 122.
- Legato admisso debetur omnia modis securitas & immunitas. ibid. 123. 124. Etiam contra vim justam. 384. 125. 126. 127. Uti & ipsorum comitibus. ib. 128. 129. Si constet, quod tales sint. ib. 130. Attamen non extendit ultra territorium ejus, ad quem mittitur. ib. 131. & seqq. Non obstante aliorum sententiæ. ib. 134. 135. Item 385. 136. & seqq. Nec conceditur Legatis, characterem suum celantibus. ib. 139. An jus talionis hanc immunitatem sufflaminet? ib. 140. & seqq. An, si Legatus fuerit author injuriaæ, antehac Principi, apud quem degit, illexit? ib. 144. Quid si Legatus sit subditus illi, ad quem mittitur? ib. 145.
- Legatis debetur honor & cultus. 386. 146. Qui tamen ex Jure Gentium determinari non potest. ib. 147. Competit etiam ipsis jurisdictione aliquæ in fuos. ib. 148. 149. An etiam jus asyli illis suffragetur? ib. 150. Vid. Asylum.
- Legatus in causis civilibus personalibus non agnoscit Judicem loci, in quo Legationis causâ versatur. 387. 156. & seqq. Obviatur objectioni contrariae. ib. 160. Plura argumenta adversa profligantur. 388. 161. & seqq. Adduntur rationes, opinionem nostram stabilentes. ib. 169. & seqq. Idem est de Statutis localibus, personas & personalia concernentibus. 389. 173.
- Legati neque in causis civilibus realibus agnoscunt Judicem loci, quando agitur de rebus mobilibus. ib. 176. Secus, quando agitur de rebus immobilibus. ib. 177. & seqq. Unde & Statuta circa res istas observare tenentur. ib. 181. Quid sit de petitione hereditatis? 390. 182.
- An Legatus in causis criminalibus forum privilegatum

# Index Rerum & Verborum.

um habeat? 184. 185. Concluditur, delicta via esse dissimulanda. ib. 186. Aut Legatum dimitti posse, si ex delicto sequatur diminutio auctoritatis. ib. 187. 188. 189. In delictis atrocioribus, contra officium hominis admissis, nequitas Legatus in loco Legationis puniri. 391. 191. 192. Potest autem ut hostis tractari, si contra officium Legati delinquit. ibid. 193. & seqq. Quid de ipsorum literis? ib. 197. Respondetur ad exemplum de Legatis Tarquinii. ib. 200. Nec non ad exemplum de Bornilcare, Legationis comite. 392. 203. 204. Eorum sententia, qui in delictis, quae concernunt, subditos in loco Legationis Legatum judicio subdunt, refertur. ib. 207. 216. Refutatur. 207. 208. Refertur & refellitur alia sententia. ib. 209. 210. & 393. 211. 212.

Ad Legatum puniendum non sufficit quælibet præsumptio. ib. 213. Licet conatus criminis sufficiat. ibid. 214. Quid de Legatorum comitibus? ib. 215. 216.

Legati officium expirat morte Mittentis. ibid. 217. Si fuerit ipsi cognita. 394. 218. Non obstante paritate de mandatario. ib. 219. & seqq. Morto quoque illius, ad quem mittitur. ib. 222. Nec non morte propriæ. ib. 223.

Legati officium expirat etiam revocatione Mittentis. ibid. 224. Intimatè Legato. ibid. 225. 226. An, si duo successivèmittantur Legati, adveniente secundo, revocatus censeatur primus? ib. 227. & seqq.

Legati officium denique expirat ob delictum. 395. 331. Superveniente causâ notabili. ibid. 232. Lapsu temporis. ibid. 233. Resignatione ipsius Legati. ib. 234.

## Leges. Lex.

Leges Publicæ Universales sunt necessariae. 2. 5. Speciales ab illis differunt. ib. 6. Reges & Populi Liberi ab iis non sunt exempti. ib. 8. Non variantur juxta varietatem Civitatum. 3. 10.

Lex unde sit dicta? 162. 1. Est ordinatio rationis. 163. 2. Debet respicere utilitatem publicam. ib. 3. Et non præcise in commodium Imperantium vergere. ib. 5. Non debet esse multum ingrata Populo. ib. 6. Nec debet nimium multiplicari. ib. 7. Non est necesse, ut singulis de Populo placeat. ib. 9.

Lex fertur à Summa Potestate. 164. 10. Ab alio si feratur, opus est consensu Summae Potestatis. ib. 11.

Lex debet subditis promulgari. ibid. 12. Aut saltem usu ipso ab iis servari. ib. 13.

Legis diversitas qualis? ibid. 14. Qualis differentia inter Legem positivam & permissivam? ib. 15. & 16.

Lex omnis obligat. 165. 18. Et quidem in utroque foro. ib. 19. Etiam quoad infideles. ib. 21. & 22.

A Legis obligatione nemo ex subditis exceptus est. ib. 25. An etiam extranei subjiciantur Legibus? ib. 26. & 27.

An Populi consensus ad Legem sit necessarius? ib. 28. & 166. 29. 30.

An Legislator obligetur suâ Legi? ibid. 31. 32.

& 33.

Legis interpretatio ad quem spectet? ibid. 35. & 167. 36.

An Lex irritans & prohibiens sint idem? ib. 37. 38. Legis mutatio pender à Legislatore. ib. 79. Non facile debet fieri. ibid. 40. Nisi causa sit gravis. ib. 41. 42. 43.

De Legis dispensatione. 168. 44. 45.

## Leges Fundamentales.

Vid. Fundamentales Leges.

## Legitima.

Legitima primogeniti in successione gentilitate est totus Principatus. 94. 53. Legitimi. Vit. Liberi.

## Liberi.

Cuiam potestas in liberos de Jure Naturæ competat? 31. 66. & seqq. Vid. Potestas Sistuta Familia.

An in liberos parentibus competit jus vita & necis? 33. 89. & seqq.

Pater non potest liberos sine causa ejicare domo. 34. 101. Nec liberi sine consensu parentum abequerunt causa discedere. ib.

Liberorum successio etiam in Regnis potior est aliis. 89. 19.

Liberi illegitimí non succedunt in Regnis. 90. 25. Ut nec adoptivi. 91. 29.

Inter plures liberos præfertur primogenitus. ib. 33. & 93. 46. An præteriti vel exiheredari possint? ib. 50. & 51.

Liberis secundogenitis debetur agnatum. 94. 55.

An præscriptio in Regnis officiat liberis nondum natris? 111. 201. & seqq.

Liberi quomodo propter delictum patris valeant puniri? 174. 93. 44.

Quomodo circa successionem librorum ab intestato dispositi possint? 217. 125. 126. 127.

An discrimen inter legitimos & illegitimatos promonet ex Jure Naturali? 403. 53. & seqq.

## Libertas. Liber.

Spectata natura omnes liberi nascimur. 13. 4.

Una Civitas respectu alterius existit in libertate. ib. 9.

Libertas est præcipuum jus status Naturalis. 16. 31.

Hujus virtute homo est dominus suarum actionum. ib.

Est expers coactionis & judicij. ib. 32. Extrorum suarum moderator & arbiter. ib. 33.

In quo consistat vera libertas? 43. 171. Libertatis encomium. 55. 78. Vituperium. ib. 85. 86.

## Linea. Linealis.

Linealis Successio in Regnis quænam? 92. 42.

Linea primogenita in illa successione attenescit. ib.

Linealis Successio duplex, cognatica & agnatica. 93. 44. 45.

# Index Rerum & Verborum.

Quænam pertineant ad successionem linealem? ib.  
46.

Lineam propriam quilibet primogenitus sibi constituit ib. 47.

Linea primogeniti patior est linea secundogeniti. ib.

## Literæ.

Literæ moratoriaz quid sint? 199. 149. An licite debitoribus concedantur? ib. 150. &c. 151.

## Locus.

Summa Potestas restringitur ad certum locum. 118.  
51. Intra quem habet intentionem certam & fundatam. ib. 53.

An extra locum hunc planè concidat? 119. 56. & seqq. Vid. Summa Potestas. Majestas.

Loca vacua an & quomodo possint occupari? 21. 73.

Deturne in aliquibus locis servitus naturalis? ib. 74.  
& seqq.

An subditæ possint excludi ab occupatione locorum desertorum, steriliū &c.? 197. 132.

Loca pia nequeant venire in dominium bellatorum.  
273. 316.

Potest ipsiis indirectè nonnunquam inferri damnum.  
274. 223.

## Lytrum.

Pro hodiernis captiuis in bello solvitur lytrum. 279.  
359. Ejus exactio non est injusta. ibidem 360.

Quantitas non est determinata. ib. 361. Locum tamen habere debet humanitatis ratio. ibid. 262.

Nec non personæ captae. ib. 363.

Cuinam lytrum sit pendendum? ib. 364.

Quanam personæ, in bello captae, sine à lytro immunes? ib. 365. 366.

## M.

### Magistratus.

**M**agistratus cura incumbit Summa Potestati.  
229. 92. 93. 94.

Magistratus & Judex an & quomodo differant? ibid.  
96.

Magistratus descriptio. ib. 98. Ejus diversitas. ib. 99.

In Magistratu desideratur Juris notitia. 230. 103. 104.

Magistratus indiget aliquo Imperio. ib. 105. 106.

Cum potestate judicandi, execundi, coercendi.  
230. 107. Interdum ei competit Imperium meum. ib. 108. Rarior autem jus aggratiandi. ibid.  
109.

Magistrati parendum est. ibid. 110. Praestatur ipsi homagium. ib. 111.

Obligatio Magistratus. ib. 112. Præcipua est ad iustitiam. ib. 113. 114. Et ad declinandam avariciam, ac spernenda munera. 232. 115. 116.

Num aliquando Magistrati liceat exigere munera?  
ibid. 117. & seqq. An liceat acceptare? ib. 118.  
& seqq.

Ad universitatem constituendam requiritur Magistratus.  
407. 90. 91.

An Magistratus possint moveare Bellum adversus Summam Potestatem? 413. 26. 27.

## Majestas.

Majestas est usitatum nomen, quod Summa Potestas designatur. 70. 7. & seqq.

Majestas resideret in uno. 46. 4. Est consortis impatiens. ib. 5. & seqq.

An Majestas deretur in statu Aristocratico? 49. 28. & seqq.

An in statu Democratico? 53. 62. & seqq.

Majestas est indivisibilis. 62. 36. & 74. 35. Non componitur ex partibus separabilibus. 62. 40. & seqq.  
Est inviolabilis. 74. 34.

Majestatis jura quænam? 117. 39. Aliqua dicuntur extrinseca; alia extrinseca. ibid. 41. Unde nam dignoscit possint? ib. 42. An tot & tanta, quantum in DEO sunt? ibid. & 42. 43. Refutatio hujus opinionis. ib. 44. & seqq. Desumi debent à fine Civitatis. 118. 47.

An jura Majestatis præscriptionem recipient? 111.  
199. & 200.

Quoad jura Majestatis Princeps habet intentionem in suo territorio fundatam. 118. 53.

Extra territorium retinetur Majestas quoad dignitatem, honores, & independentiam. 119. 56. Dependet à charactere intimiori, & officio Vicarii DEI. ibid. 64. Nisi hostilia attinet. ib. 120. 66.  
Vid. Summa Potestas.

## Mandatum.

Sinē mandato non obligatur Summa Potestas ex facto Miqratorum. 223. 49. & seqq.

In concursu mandati publici & secreti illud obligat Summam Potestatem. ibid. 53. Vid. Officialis.

Mandatum iniquum non obligat ad sequelam. 379. 90.  
item 419. 8. & seqq. Aliud de mandato dubio.  
420. 19. 20. 21.

## Maritus.

Vid. Conjugæ.

## Matrimonium.

Matrimonii finis est procreatio sibi. 25. 10. 11. 12.

Matrimonio acquiritur Summa Potestas. 100. 101.  
Consentiente saltem Populō, si Potestas Summa sit gentilitia. ib. 103.

Matrimonii denegatio non est justa bellandi causa.  
252. 139. 140. Vid. Conjugium.

## Medius.

Vid. Neutralis.

## Mediator.

Ad pacem adhibentur mediatores. 307. 63. Eorum utilitas. ibid. 64. Ut admittantur, nulla est necessitas. ib. 65. Etsi partes adhuc in armis ferveant, & ab aliis Principibus offerantur. ib. 66. 67.

Satius est, mediatores ab initio statim recusare, quæcumque ipsorum propositiones audire. ib. 68.

Mediatores eâ conditione possunt offerre pacem, ut, istâ non acceptata, contradicenti bellum inferant.  
308. 72. 73. 74.

Me.

# Index Rerum & Verborum.

Mediatores jam admissi ex causa suspicionis primum cognitâ possunt recusari. ib. 75.  
Mediatorum officium. ibid. 76. 77. Quid si segniâ procedant? ib. 78.

## Membrum.

Membrorum dominium homo non habet. 17. 34.  
Pro eorum conservatione licet invasorem occidere. ib. 44. Non tamen est obligatio occidendi. 18. 51.  
Vid. *Defensio*.  
Poteſt quis aliquando sua membra periculo mutilationis ſubjecere. 19. 57.

## Menſura.

Menſuræ determinacio plerisque Gentibus in uſu eſt. 209. 69. Ejus diſpoſitio pertinet ad Summam Poteſtatem. ib. 71.

## Mercatus.

Vid. *Nundina*.

## Mercator. Mercatura.

Mercatores in bello non debent occidi. 285. 237.  
Mercatores in qua aestimatione fuerint apud Veteres? 404. 64. In qua ſint modò ib. 65.  
Mercatores aliquando conſtituunt Universitatem. 409. 112.

## Merces.

Merces extraneæ, in alienam provinciam illatæ, ſubjacent veſtigali. 194. 107.  
Merces importandæ vel exportandæ an quoad veſtigal diſcriben habeant? 195. 114. An, quæ viuſi & luxui ſerviante, diſferant? ib. & 195. 115.  
Mercium prohibita transveſtio an cauſam legitimam det bello? 258. 192. item 259. 198.

## Metropolis.

Metropolis eſt urbs aliqua principalis ex pluribus. 408. 95.

## Metuſ.

Metu injuſtus & gravis dat fundamentoſum reſcindendi contrac tum. 327. 238.  
Quæ metu injuſto in bello exorquentur, retineri licite non poſſunt. ib. 244.  
Metu extorta pax in bello juſto valet in utroque ſoro. ibid. 245. Ut & in bello dubio. ib. 246. Valet etiam, ſi metu injuſtu extorta, ceſſante metu, liberè conſirmetur. 328. 247. Secus, ubi bellum eſt manifeſte injuſtum. ib. 248. & seqq.  
Metu vicinæ potentiæ eſt juſta non bellandi cauſa. 252. 143. Niſi moralem certitudinem de maligno alterius animo inferat. ibid. 146.  
Subjectio, ex metu injuſto facta, non conſert Summum Imperium. 98. 89.  
Metu exceptio contra leges fundamentales non recte opponitur. 128. 58.

## Miles.

Bellum ministerialiter geritur. per milites. 244. 77.  
Quales eſſe poſſunt attentâ naturâ, quibus non

obſtat deſectus corporis aut animi. ibid. 78. Qui bus accenſentur ſeſminæ. ib. 79. 80. Item servi ex Jure Romano ib. 81. Et perſona Ecclesiastica ex Jure Canonico. ibid. 82. 83. An etiam ex Jure Divino? ib. 84.

Quanđónam perfonis Ecclesiasticis bellare liſeat? 245. 86. & seqq. Vid. *Ecclesiastica perſona*.

Qui bellum gerit, poſteſt conſcribere militem. 280. 368. Non etiam, qui jure belligerandi deſtituitur. 281. 369.

Tres modi conſribendi militem, Romanis uſitati; conſcriptio in ſpecie. ib. 370. Conjuratio. ib. 371. Evocatio ſeu Convocatio. ibid. 372.

Milites conſcripti iuſtrari ſolent. ibid. 374. 375. Reſerri in numeros. ib. 376. 377. Præſtare juramen tum. ib. 378. 379.

Milites conſribere non liſet extra territorium priuum. 282. 381. 382.

Miles quis eſſe cogi non poſteſt, niſi ſit ſubditus. ib. 383. & seqq.

Milites Reipublicæ ſumptibus alendi ſunt. ib. 387. Ubinam hofpitiari debeat? ibid. 390. Vid. *Hofpitiuſ*.

Teneantur milites, ad militiam evocati, iuſtitiam beſli examinare, ſi fuerint ſubditi? 284. 409. & seqq. Quid ſi fuerint conduclitii? 285. 421. & seqq. Vid. *Dubium*.

Ad quid obligeantur milites in bello? 289. 442. Qualiter peccent contra ſuam obligationem? ibid. 446. 447. An hominibus ſuæ Reipublicæ poſſint auferre neceſſaria? ib. 449.

## Monarchia. Monarcha. Monarchicus.

Monarchicus ſtatus deſcribitur. 46. 2. Debet in eo Summa Poteſtas reſidere penes unum. ib. 4.

An fuerit Monarchia, quando apud Romanos plures Imperatores regnârunt? ib. 6. & seqq.

Monarchiam commendat antiquitas 47. 15. Conſuetudo Gentium. ib. 16. Præſtantia. ib. 17. Utilitas. ibid. 18. Convenientia. ibid. 19. Diurnitas. 48. 21.

Monarchiam diſſuadent varia pericula, ib. 22. & seqq.

Monarchia inter tripliſem Regularis Civitatis formam in theſloquendô debetur primatus. 56. 95.

## Modestia.

Modestia eſt virtus, Imperantibus valde conſentanea. 125. 34.

## Moneta.

Moneta origio. 210. 75. Ejus cura ad Summam Poteſtatem ſpectat. ib. 76. 77.

In moneta debet etiam conſiderari materia. ibid. 79. & seqq.

Qualis materia ad monetam ſit adhibenda? 211. 83. & seqq.

An mutatio monetae quoad valorem intrinſecum aut extrinſecum pendeat à beneplacito Summa Poteſtateſtatus? 212. 90. 91. 92.

Zzzzz

Mo-

# Index Rerum & Verborum.

## Monopolium.

Monopolium quid? 208. 61. An sit licitum? ibid. 62. & seqq. Cautele circa Monopolium. 209. 65.

## Munus.

Munerum exactio vel acceptio an licita sit Magistris & Judicibus? 232. 117. & seqq.

## Mutatio.

Mutatio Legis pendet ab eadem Potestate, à qua provenit Lex. 167. 39. An expeditat Legem mutare? ib. 40. & seqq. Vid. Lex.

## N.

### Natura. Naturalis.

**N**atura Jus. Vide *Jus Natura*. Naturalis statutus. Vide *Status Naturalis*. Natura, post lapsum Adami corrupta 13. 2.

Natura inter homines cognitionem constituit. 14. 17. Dictat pacem, non bellum. ib.

### Necessitas. Necessarius.

Necessitatis vis & virtus. 18. 50.

Necessitas dat facultatem, ex bonis alienis tantum, quantum sustentationi propriæ necessarium est, sumendi 23. 88. & seqq.

In pari necessitate potior est conditio possessoris. ib. 91.

Necessitas summa non tribuit jus, in territorio neutrali extruendi munimenta, sed jam extracta occupandi. 294. 482.

### Neutralitas. Neutralis.

Qui in bello neutrales seu mediū sunt, nullum actum hostilem in terra vel personis suis tolerare tenentur. 293. 479.

Hostem, in solo neutrali deprehensem, occidere, aut ejus res capere haud licet. ib. 480.

Quid necessitas subinde in terra neutrali concedat? 294. 482. 483.

Neutrales & mediū utrique belligantium æquos & & æquales se exhibere tenentur. ib. 484. Nihil tamen facere possunt, quod validior fiat, qui causam improbam foveret. ib. 485.

Neutralibus non est concessum, arma & talia, quæ tantum in bello præbent usum, ad hostes appor- tare ib. 487. Bene verò res alias, quæ nullum in bello usum habent. ibid. 488. Quid si usum habeant intra & extra bellum? ibid. 489. & seqq.

Res, à Neutralibus ad amicos missæ, nequeunt à belatoribus intcipi. 295. 492.

Neutralitas strictè dicta quid sit? ibid. 493. Ejus commoda. ib. 494.

### Nobilitas. Nobilis.

Nobilitas est qualitas mixta. 405. 74. Fundatur partim in impositione & aestimatione hominum.

ib. 75. 76. Partim in natura & sanguine: ib. 77. Item 406. 79. 80.

Nobilitas in Civitate justè recipitur. 406. 82. 83.

Nobiles in officiorum distributione cæteris anteferri possunt, si cæteroquin apti fuerint & idonei. ib. 84.

Nobiles ex sola avorum serie non debent extolliri. ib. 85.

Nobilitatis non eadem ubique aestimatio. ib. 86.

## Nundinae.

Nundinarum institutio pertinet ad Summam Potestatem. 208. 60.

## O.

### Obligatio.

**O**bligatio hominis erga DEUM ex statu natu- rali. 16. 29. & seqq.

Num sit obligatio defendendi vitam cum occidente invasoris? 18. 51. & seqq. Aut quis obligetur cum tali occidente defendere honorem? 19. 54. & seq. Aut pudicitiam? ib. 56.

Obligatio hominis respectu alterius hominis est, ut neminem laedat. 19. 59. Aut offendat. 20. 61. Aut damnum in bonis inferat. ib. 63.

An oriatur obligatio restituendi ex culpa juridica? ibid. 64. An, si quis alterum, alteri benefacere volentem, impedit? ib. 65. & seq.

Quandónam ex pacto oriatur obligatio? ib. 69.

Obligatio ex statu Conjugali. 27. 29. & seqq. Vid. *Status Conjugalis. Potestas*.

Obligatio ex statu familiæ obstringit liberos ad obedientiam, parentibus exhibendam. 34. 100.

Obligatio in statu herili afficit servos respectu dominorum. 38. 126.

Obligatio an cadat in Summam Potestatem? 121. I. Operose defenditur, quod sic. ibid. 6. & seqq.

Summa Potestas obligatur ex pacto, cum subditis in ito. 126. 41. Ut & ex Legibus fundamentalibus. 127. 47. & 48.

Obligatur naturaliter. ibid. 53. Non civiliter. ib. 54.

Quomodo obligationes antecessorum ad successores transiant? 129. 64. & seqq. & 130. 79. 80.

Quò sensu bona defuncti sint obligata pro delictis personalibus? 129. 68. 69.

Obligatio Summæ Potestatis breviter delineata. 125. 35. 36.

Qualis sit obligatio ex Lege? 165. Vid. Lex.

Ad quid obligentur Officiales publici? 222. 49. Vid. *Officialis*.

Ad quid obligentur Consiliarii? 227. Vid. *Consilia- riis*.

Ad quid obligentur Magistratus & Judices? 231. Vid. *Magistratus*.

De obligatione inter Summam Potestatem, quæ belum

# Index Rerum & Verborum.

lum gerit, & milites. 288. 440. Vid. *Bellum*.  
*Summa Potestas. Dux. Miles.*

De obligationibus inter hostes. 290. 453. & seqq. Vid. *Hostis*.

De obligationibus hostium quoad tertios vel medios. 293. 479. Vid. *Hostis. Numerus.*

De obligatione servandi pacem. 315. Vid. *Pax.*

De obligatione Fœderum. 358. Vid. *Fœdus.*

De obligatione Legatorum. 379. Vid. *Legasus.*

Obligatio Summae Potestatis respectu Subditorum. 410. 1. Quoad protectionem. 411. 2. Quoad promissa in Legibus fundamentalibus. ib. 6. Quoad promissa ex pacto. ibid. 8. Aut acquisita ex præscriptione. ib. 9. Vid. *Subditus.*

Obligatio Subditorum respectu Summae Potestatis. 418. Vid. *Obsequium. Fidelitas. Patientia.*

Obligatio Subditorum inter se. 425. 59.

In statu Civili plura sub obligationem cadunt, quæ alias sunt arbitraria. ib. 60. 61. Utī est susceptio tutelæ. ib. 62. Datio eleemosynæ. ib. 63. Restrictio dominii. ib. 65.

Obligatio singulorum respectu Universitatis. 426. 69. & seqq. Obligatio Universitatis respectu singulorum. 427. 80. & seqq.

## Obsequium.

Subditi obligantur ad obsequium, tum Summae Potestati præstandum; 418. 1. Tum Magistratibus subordinatis. 426. 71.

An etiam malis Principibus obsequendum sit? 419. 4. & seqq.

Si imperetur, quod manifestè injustum est, nulla est obsequii obligatio. ibid. 8. & seqq. Refelluntur contraria. 420. 15. & seqq. Aliud est, si iniquitas sit dubia. ib. 19. & seqq. Quid si de ipsa præcipienda potestate dubitetur? 421. 27.

## Obses.

Obsides ad pacem accedere solent. 329. 253. Eorum descriptio. ib. 254. Assimi possunt ex civibus & extraneis, sed magno cum discrimine. ib. 255.

Obsides, et si apertè convenutum non fuerit, fugere non possunt. ib. 256. Nisi forte Civitas fidem datam liberare nolit. 330. 259.

Obsides in casu fractæ fidei non possunt occidi. ibid. 260. Etsi pactum speciale desuper accelerit. 187. 57. 58. Nec efficiuntur servi. 330. 261. Sed amittunt libertatem duntaxat corporalem. ib. 262.

Aequitas suadet, ut obsides, longiori tempore detinendi, per novorum substitutionem liberentur. ib. 263.

Conditione & fide impletâ, obsides reddendi sunt. ib. 264. Nisi debitum ex alia causa supersit. ibid. 265. An id pacto impediri possit? ibid. 266.

Obses, personæ datus, eâ mortuâ liberatur. ib. 267. Non item, si moriatur, qui dedit obsidem. ibid. 268.

## Occiso.

Quandónam liceat occidere injustum aggressorem? Vid. *Defenso. Vix. Membrum. Prudicitia. Honor. Bona. Iuri.*

De Jure occidendi hostes in bello. 264. 227. Vid. *Bellum. Hostis.*

De jure occidendi tyrannum. 421. 25. & seqq. Vid. *Tyrannus.*

## Officium. Officialis.

Officia publica in quavis Republica sunt varia. 218.

1. Eorum institutio pender à Summa Potestate. ib. 2.

Ad officia publica promovendi sunt digni ib. 4. Et idonei. ib. 7.

An exteri ab officiis publicis sint removendi? 219.

8. An digniores & magis idonei minùs talibus sint præferendi? ib. 9.

An officia publica vendere liceat? ibid. 10. 15. Disfudetur hæc venditio. ib. 12.

An ad officia publica concedi possint gratis exspectativæ? ib. 14. 15.

In officialibus publicis consideranda autoritas. 220.

16. Ratione cuius officialibus est exhibendus honor. ib. 17. & seqq. Tum in salutatione. ibid. 22.

Tum osculò manūs. ib. 23. Tum capitis relevatio-ne. ib. 24. Intra & extra territorium. ibid. 25.

Durante & deposito officiō. 221. 26.

Officialium potestas dependet à voluntate & con-cessione auctoris Potestatis. ib. 27. Eaque non da-tur ipsis privativè sed cumulativè. ib. 29. 30. 31. Et si Princeps ad locum, ubi sunt officiales ipsius, veniat, potestas illorum conquiescit. ib. 32.

Officialis ab eo, à quo susceptus est, iterum amoveri potest. ib. 33. Et, si moriatur officialis, nulla est obligatio, filium ejus aut nepotem substituendi. ibid. 35.

Utrum Officialis statim, ac nominatus est, officium suum exercere valeat? 222. 37.

Utrum Officialis in suo officio possit alium substi-tuere? ib. 38.

Officialis obligatur ad diligentiam. ib. 40. Fidelita-tem. ib. 41. 42. Ad reddendas rationes. ib. 43.

An unus Officialis teneatur pro alio? ib. 44. & seqq.

Ex facto licito Officialis, sed absque mandato Summae Potestatis exercitō, hæc non obligatur. 223.

49. 50. Obligatur vero, si mandatum præcessere. ib. 51. Et intra limites mandati Officialis per-sisterit. ib. 52.

Quando Officialis duo habet mandata, unum publi-cum, alterum secretum, sequendō mandatum publi-cum obligat suum Principalem alteri, quo cum negotiatur. ib. 53. 54.

Ex facto illicito Officialis, extra officium commissio, non obligatur Principalis. 224. 55. Intra officium, si delinquat Officialis, obligat Principem, quando ipse culpa aliqua imputari potest. ibid. 56. 57. Secus si culpa caret. ib. 58.

Eodem modō de non-facto Officialium, quantum ad subditos, discurrendum, sicut de ipso facto. ib. 59. Ipsem Princeps ex non-facto Officialium, dam-nificari potest, si agatur de jure querendo; non item, si agatur de jure quaerendo. ib. 61. 62. 63.

Post tempus immemorabile Princeps ex culpa Offi-cialis jus suum amittere potest. ib. 64.

# Index Rerum & Verborum.

## Ochlocratia.

Ochlocratia quandonam eveniat? 61. 29.

## Oligarchia.

Oligarchia quandonam accidat? ibid. 28.

## Opifices.

Opifices ex viatori subditorum classe censentur. 404.  
66. Faciunt Universitatem. 409. 110. 111.

## Optimates.

Optimates unde dicti? 50. 37. Quot requirantur  
ad statum Aristocraticum fundandum? ibid. 39.  
& seqq. A quibus constuantur? ibid. 41. & seqq.

Optimum laus & prærogativæ. 51. 48. & seqq.  
Eorum defectus. ib. 54. & seqq.

## Ostracismus.

Ostracismus quid sit? & an licitus? 183. 15. 16.

## P.

## Pactum.

**E**x pacto oritur jus personale de Jure Naturali.  
20. 68. Si utrinque perfectum fuerit. 21. 69.

Oritur etiam ex pacto obligatio naturalis servandi  
fidem datam. ib. 70.

Pactum requiritur ad constitutionem Civitatis. 44.  
180. Quotuplex illud sit? ibid. 181. & seqq.  
Tacitum sufficit. ib. 188.

Ex pacto, cum subditis initio, obligatur Summa Po-  
testas. 126. 38. & 41.

Tempore, quod Summa Potestas prima vice defertur,  
pacta sunt tacite & expressæ. ib. 42. & seqq.

In pactis Summus Princeps consideratur ut persona  
privata. 127. 52. Parvum obligationem natura-  
lem. ib. 53. Non autem Civilem. ib. 54.

In pactis, quæ concipiuntur in adoptione Regni, non  
datur restitutio. 128. 58.

Non est licitum, à pactis recedere, quod incipient  
vergere in perniciem publicam. ib. 62. 63.

Successor in Regno patrimoniali tenetur observare pa-  
cta antecessoris. 129. 66. In non-patrimoniali  
non tenetur directè. ibid. 71. Sed indirectè.  
ib. 72. Si nomine publico pacta sint inita. 130.  
73. Et adfuerit probabilis ratio pacisendi. ib. 74.  
Et si non eventus sed prudens motivum hic spe-  
cetur. ib. 75.

## Pagus.

Pagus quid sit? 38. 127.

## Papa.

Papa est genuinus S. Scripturæ Interpret. 10. 74.

Papa habet Summam Potestatem Civilem in patr-  
monio D. Petri. 115. 22. 23. 24.

Papa habet Summam Potestatem Ecclesiasticam in  
toto orbe Christiano. 143. 13. Item 154. 83.

Eaque à D. Petro usque ad modernum Pontificem  
continuâ successione propagata est. ib. 82.

Papa est primus & princeps in Ecclesia. 155. 88.  
Est Summus Judex in spiritualibus. 154. 85.  
155. 89.

Papa an & quod sensu titulum Pontificis Imperatori  
dederit? 160. 127. 128.

## Pars.

Pars Civitatis an invita possit alienari? 101. 114.  
Differentia inter partem civilem & naturalem.  
ib. 116. Item 184. 31. & seqq.

Pars major quandonam prævaleat? 101. 117. Vid.  
*Voxnum*.

## Patientia.

Subditi obligantur ad patientiam, si injuriā à Sum-  
mis Imperantibus accipiant. 421. 28. 29.

Dummodò citra peccatum eam tolerare valeat.  
ib. 33. Quid si Princeps sit tyrannus? ibid. 35.  
& seqq. Vid. *Tyrannus*.

## SS. Patres.

SS. Patrum authoritas magni facienda. 11. 78. Sci-  
verunt illi bene distinguere inter officium homi-  
nis & Christiani. ib. 79.

SS. Patrum testimonia ad probandam obligationis  
gravitatem, quam habent Summi Imperantes. 122.  
14. 15.

SS. Patrum sententiae ad demonstrandam diversitatem  
Potestatis Ecclesiasticae & Politicae. 142. 12. &  
seqq. Item 144. 18. Item 145. 22. & seqq.  
Item 155. 93. & seqq.

## Pax.

Status Naturalis an sit status pacis? 14. 12. &  
seqq.

Pax est finis belli. 300.

Pacis notio. ib. 1. Aliorum definitiones. ib. 2. 3.  
Diversa ejus acceptio. ibid. 4. & seqq. Nostra  
descriptio. 301. 7.

Ad pacem requiritur, ut fiat à personis publis. ib. 8.  
Ut presupponat bellum. ib. 9. Ut in perpetuum  
ineatur amicitia. ib. 10. Et, si iterum rumpatur,  
est per accidens. ib. 11. 12.

Pax, quæ sine conventione celebratur, non est ve-  
ra pax. ib. 14. Sicut & pax privata pacis nomi-  
ne haud censetur. ib. 15. Idem est de pace tem-  
porali. ib. 16. Et si æquivalenter sit pax, si tota-  
lis cessatio ab armis inducatur. ib. 17.

Pax alia est universalis, alia particularis. 302. 18.  
19. Alia religiosa, alia profana. ib. 20. 21. An  
illa licita? ib. 22.

Pax, in se & absolute spectata, suam originem trahit  
ex Jure Naturali. ibid. 23. & seqq. Relativè ad  
præcedens bellum spectata, deducitur ex Jure  
Gentium. 303. 28. 29.

Pacis concludendæ Potestatem habet; qui jus belli  
304. 31. 32. An Rex impeditus pacem facere  
queat? ib. 33. An captivus? ib. 40. An Rex  
exul? 305. 47. Vid. *Rex*.

Si quis Summō Princepe inferior acquisiverit jus bel-  
li, habet etiam jus pacis. ib. 50.

An,

# Index Rerum & Verborum.

- An, qui paravit, se pacem non facturum, nihilominus pacem inire possit? ib. 51.
- Non expedit, ut ipsimet Summi Imperantes pacis tractatibus praesentes sint. 306. 52. 53. Melius est, ut mittantur Legati cum sufficienti mandato. ib. 54. Vid. *Legatus*.
- An belli-duces jus sancienda pacis habeant? ib. 58. Vid. *Dux*.
- Ad pacem adhiberi solent mediatores. 307. 63. Vid. *Mediator*.
- Inter capita pacis primum est amnistia. 309. 80. Vid. *Amnistia*.
- Asterum pacis caput est restitutio & cessio personarum, rerum, jurium, honorum &c. 310. 91. Vid. *Restitutio. Bona*.
- Possintne bona subditorum pacis gratia hostibus cedi? 312. 108. Vid. *Subditus. Bona*.
- Tertium pacis caput est satisfactio vel compensatio pro impensis, in bellum factis, damnis datis &c. 313. 110. Vid. *Satisfactio. Damnum*.
- Ex pace conclusa oritur obligatio servandi ea, quae promissa sunt. 315. 123. Etiam si bellum antecedens iniquum fuisse supponatur. ibid. 124. & seqq.
- Pacem servare tenentur, quorum auctoritate & nomine fuit initia. ib. 129. Stringit etiam illorum subditos. ib. Respectu quorum pax habet vim legis. 316. 130. Stringit quoque successores Pacificantium. ib. 131. 132.
- Obligatio servanda pacis incipit a tempore conventionis absolutae. ib. 133. Aut, si conditionata fuerit, existence conditione, vel die. ib. 134.
- An, quae in bello capta, & per pacem restituenda sunt, censeantur ipsis jure restituta? ibid. 135. 136.
- Utrum ad pacem, per Legatos conclusum, debeat accedere ratificatio Principalium? ibid. 137. & seqq. Ratificatio non tantum verbis & scriptis, sed etiam factis potest fieri. 317. 142.
- An ad pacis obligationem opus sit promulgatione? ib. 143.
- Pacis firmata gratia sepe interponitur garantia. ib. 144. Vid. *Garantia*.
- Ad efficacem pacis obligationem desideratur ejus executio. ib. 150.
- Executores pacis interdum in ipsa pace denominantur. 318. 151. Quid si non fuerint denominati? ib. 153. 154.
- Quo modò fiat executio circa res? ibid. 157. Quo modò circa facta? ibid. 158. Quo modò circa transfugas? ib. 159. 160.
- Qualiter subintelligatur in executione pacis illa clausula: *satu jure tertii?* ib. 161. 162.
- Qualis ordo in executione pacis observandus? ib. 163. & seqq.
- Possuntne de exceptione, si qua pacis executioni fuerit opposita, cognosci? 319. 166. & seqq.
- An morae locus sit, si debito tempore non prestatum, quod pacis nomine promissum erat? ib. 169. 170. Quid de facto non prestatum dicendum? ib. 171.
- Pacis interpretatio. ib. 172. Vid. *Interpretatio*.
- Pax aliquando rumpitur, & quidem tribus modis. 321. 182. Primus modus est, si fiat contra id, quod paci inest, id est, vis bellica citra novam causam inferatur. ib. 183. Habet enim pax inhibitam conditionem, frangenti fidem &c. ib. 184. Nec refert, totine Civitati, aut aliquibus civibus, aut sociis vis inseratur. ib. 185. 186. Si modò socii in pace fuerint comprehensi. ib. 187. Rupta tamen non censeretur pax, si fiat injuria Pacificantium cognatis & affinibus. 322. 188. Aut unus ex sociis alterum sine aliorum assensu aggrediatur. ib. 189. Nisi aliter conventum fuerit. ib. 190. 191. Sicut nec tunc rupta creditur, ubi unus ex subditis violentiam admittit sine voluntate Superioris. ib. 192. 193.
- Ater modus rumpendi pacem est, si fiat contra id, quod in pace dictum est aperte. ibid 195. An hoc obtineat etiam in capitibus minoribus? ib. 196. 197. 198. Quid si quid agatur contra pacem sine culpa, nulla est ruptura. ib. 199. Quomodo tunc ateri parti consultum sit? 323. 200.
- Tertius modus rumpendi pacem est, si quid fiat contra legem amicitiae, specialiter in pacto expressum. ib. 201. 202. 203. Quid spectant atroces minae, insolita copiarum conscriptio, arces in coniubis non destructae. ib. 204. Adeò tamen, ut expresse de animo maligno constare debat. ib. 205. Nec proinde causa sufficiens videatur, si quis alienos subditos in suam ditionem receperit. ib. 206.
- Pax rupta censetur solam ex parte nocentis. ib. 207. Esto pars innocens nolit amplius implere suum promissum. ibid. 208. Esto etiam expressè causum reperiatur in pace, ut, si eidem contraveniatur, habeatur pro rupta. 324. 210.
- Quid importet clausula in pace: *raro manente paci?* ib. 211. Quid pactum de non contraveniendo? ib. 212. 213. 214.
- Paci contraria est nova bellandi causa, pacem subsequens. ib. 215. 216. An offendit, quae pacem sequitur, ex vetere vel nova causa derivari præsumatur? 315. 219. & seqq. Quid interfit, an præsumptio formetur pro causa vetere vel nova? ib. 223. & seqq.
- Poena conventionalis, in pace adiecta, non debetur, quando pax ab uno rupta alter ad arma proficit. 326. 228. Toties autem poenæ locus est, quoties paci contravenitur. ibid. 219. Potest etiam exiguntur ab heredibus. ib. 231. Tum à fidejussionibus. ib. 232.
- Paci contrarius est dolus. ib. 233. Vid. *Dolus*.
- Paci contrarius est metus. ib. 237. Vid. *Metus*.
- Pacis accessoria sunt obsides. 329. 253. Vid. *Obsides*. Item Fidejussiones. 231. 269. Vid. *Fidejussiones*. Pignora. ib. 275. Vid. *Pignus*. Commicatus seu salvus Conductus. 332. 282. Vid. *Commicatus*.
- Paci affines sunt inducere 334. 305. Vid. *Inducere*. Affine quoque est arbitrium. 338. 342. Vid. *Arbitrium*. Affinis etiam est deditio. 340. 361. Vid. *Deditio*. Item foro. 341. 370. Vid. *Foro*.
- Ez  
Aaaaaaq

# Index Rerum & Verborum.

Et singulare certamen, ib. 273. Vid. *Certamen singulare*.

## Peregrinus.

Peregrini an in Regnis alienis Summam Potestatem nancisci valeant? 115. 21.

An peregrini teneantur in aliena Republica ad obedientiam? 117. 35. 36. An teneantur leges loci, per quem transeunt, servare? 165. 27.

Peregrini an ab officiis publicis sicut removendi? 219. 8.

## Periculum.

An vitam aut corpus exponere liceat periculo? 19. 17.

## Petrus.

Potestas regendi Ecclesiam D. Petro & ejus successorum à Christo Domino est concessa. 153. 68. 69.

Ecclesia post ascensionem Christi non ab alio quam D. Petro & Apostolis erat gubernata. 154. 80.

D. Petrus Primus & Princeps fuit in Ecclesia Christiana. 155. 87. 88.

## Philosophus.

Philosophorum antiquorum sententiae non contemnenda. 11. 80.

## Pignus.

Paci firmandae accedunt pignora. 331. 275. Eorum differentia & convenientia cum fidejussore. ib.

An temporis lapsus efficere possit, ne pignus luatur? ib. 276. 277. Nostra sententia. ib. 278. & seqq.

An Summa Potestas pignori subjici valeat? 102. 121.

## Pœna. Punitio.

Pœna dictatur per Leges & Legislatores. 171. 70. Ejus definitio. ib. 71. Inficitur à Summa Potestate. ibid. 72.

Ex quanam justitia infligatur pœna? 172. 78. 79. 80. & 173. 81. 82. 83.

Pœnae divisio juxta Grotium. ib. 84. 85. Alia partitio. ib. 86. 87. 88.

Pœna est aliquid mere personale. 174. 90. Nec debet ferire innocentes. ib. 91. 92.

Quomodo Civitas in casu delicti pœnae subjici possit? ib. 95. Vid. *Civitas*.

An pœna exilii afficiat fidejussores? 176. 106. 107.

Quibus excusis pœna exacerbari possit? 177. 116. & seqq. Ex quibus causis possit mitigari? ib. 121. & seqq. Ex quibus causis possit condonari? 178. 129. & seqq.

An pœna capititis, homicidio in S. Scriptura præstituta, possit à Summa Potestate remitti? 179. 135. & seqq.

Quod intellectu pœna capititis in Lib. Genes. c. 9. sit accipienda? ib. 139. & 180. 140.

In remissione pœnae capitalis in homicidio Princeps non debet esse facilis. ib. 144.

## Politica.

Politica considerat Civitatem ratione utilitatis. 4.

23. Distinguitur à Jurisprudentia Publica Universali. ibid. 26. seqq. & c. 29. & seqq.

Politica procedit ex coniunctione & illatione probabili. ib. 31. Liberam sequendi voluntatem relinquit. ib. 30. Studet magis Legibus ferendis quam latius. ib. 32.

## Politia.

Politia interdum accipitur pro Civitate. 39. 133. Differt tamen à Civitate. ib. 134.

## Pondus.

Vid. *Mensura*.

## Populus.

Respublica est res Populi. 38. 130.

Populus est collectio civium. 53. 68. Habet Summati Potestatem in statu Democratico. ibid. 65. & seqq. Quenam iura Majestatis Populo in hoc statu reservanda sint? 54. 76. & seqq.

Populo non competit Summa Potestas realis in statu Monarchico vel Aristocratico. 76. 47. & seqq. Vid. *Summa Potestas*.

In electione Regum aut Optimatum jus suffragii habet totus Populus. 88. 4. Quandónam jus eligendi in Regno successivo revertatur ad Populum? 89. 14. & seqq.

An Populus possit judicare de successione dubia? 95. 63. & 68.

An Populus devictus statim amittat Summam Potestatem? 98. 89. & 92.

An Imperantibus Populus in statu Monarchico vel Aristocratico præjudicare queat? 99. 95. & seqq.

Populi consensu forma regiminis immutari potest. 100. 106. Ut & Summa Potestas, Regiae competens, in maritum transferri. ib. 103.

Populus in statu Democratico Summam Potestatem alienare valet. 101. 112.

Quandónam prævalent major pars Populi? ib. 117.

Populus liber contra Populum liberum præscribere potest. 102. 122. Potest etiam Populus subjectus Summam Potestatem contra Regem aut Optimates præscribere. 109. 184. & seqq.

Pereunte Populo in statu Democratico perit Civitas. 131. 82. & 83.

An Rex à Populo deponi possit? 134. 109. & seqq. Rege mortuo siue Successore Summa Potestas devolvitur ad Populum. 137. 135.

Populus vocante Imperio tutorem depucare valeat. 138. 144. 145.

## Portus.

Jus ad portum appellendi reducitur ad servitutem naturalē. 22. 86. 87.

## Postliminium.

Postliminium quid sit? 278. 351. Est duplex. ib. 352. Habet locum quoad captivos in bello justo. ibid. 353. Non etiam in bello injusto. ib. 355.

Postliminium de Jure Rematio procerit etiam re- spe-

# Index Rerum & Verbórum.

Specie. totius Populi, in captivitatem redacti.  
ib. 357.

Postliminium hodiernis moribús rariorem usum fortatur. 279. 358.

## Potestas.

Potestas maritalis in uxorem. 27. 29. An à DEO per praeceptum Naturale vel positivum liberum introducta fuerit? ib. 30. & seqq. Resolvitur cum distinctione. ib. 35. & seqq.

An marito potestas competit in vitam mulieris? 28. 38. Impugnantur affirmantes. ibid. 39. & seqq.

An potestas maritalis sic quasi - herilis? ibid. 42. Negativa defensetur. ib. 43. & seqq.

Potestas maritalis se extendit solummodo ad causas, conjugium concernentes. 29. 46. Habet conexam moderatam correctionem. ib. 48.

Potestas in liberos cuiam competit? 31. 65. An matri? ib. 67. & seqq. An soli patri? ib. 70. An deferatur ex pacto? ib. 71. Utique patenti adstruitur. ib. 72. & seqq.

Potestas mulieris in liberos subordinata marito. ib. 75. & seqq.

Potestas in liberos, quando habent judicium imperfectum. 32. 81. Item quando habent judicium perfectum. ib. 83. & seqq. Item quando excesserunt familiā. 33. 86.

Potestas castigandi & coercendi liberos. ib. 87. & seqq.

An parentes in liberorum vitam potestatem habeant? ib. 89. Adstruitur & probatur negativa. ib. 91. & seqq.

Potestas domini in servum in statu primario declaratur. 37. 123. & seq. Ut & in tempore subsequenti. ib. 125.

Potestas Politica est naturalis. 142. 10. Habet media naturalia. ibid. 11. Regulatur secundum Jus Naturae. 143. 12.

Potestas Politica est multiplex. 143. 13. Eadem est in Principibus Christianis & Ethniciis. ibid. 14. Non expedit, ut habeat annexam curam spiritualem. ib. 15.

Potestas Politica manet Suprema, licet in eodem Regno detur Potestas Ecclesiastica distincta, aequa Summa. 145. 21.

Potestatis Politicae & Ecclesiasticae distinctio per se ad salutem & pacem ordinata est. 146. 26.

Potestas Politica Summo Pontifici in certo districta potest assignari. 149. 44.

Potestas Officialium publicorum ex quoniam dignoscenda sit? 221. 27. 28. Competit ipsis cumulative. ibid. 29. 30. Quiescit adveniente eo, a quo concessa fuit. ib. 32. Est revocabilis a concedente. ib. 33. Vid. *Officialis*.

Potestas Magistratum locum habet in imperio, Summa Potestati subordinato. 230. 106. Vid. *Magistratus*.

Potestas Belli-Ducum qualis? 243. 69. Eam transgredi non licet. ib. 72. 73. 74. Vid. *Dux*.

Potestas Ecclesiastica. Vid. *Ecclesiastica. Potestas*.

Potestas Summa. Vid. *Summa Potestas*.

## Præscriptio.

Præscriptio est modus acquirendi Summam Potestatem. 102. 122. Habet natales suos ex Jure Naturæ & Gentium. ibid. 123. Non ex solo Jure Civili. 103. 1. & 190. 4. n. 131.

Præscriptio an fundetur principiū in præsumptione rei derelictæ? Ibid. 134. & seqq. Ostenditur, in quo sensu Præscriptio & rei derelictio convenient. 105. 141. & seqq. Ostenditur, in quo sensu disconveniant. 106. 150.

Præscriptio & usucapio an differant? Ibid. 157. An & quantum tempus de Jure Naturæ requirant? ib. 158. & 159. An & quando bonam fidem sive titulum exposcant? 107. 161.

Præscriptio est necessaria ad salutem generis humani. ib. 166. & 167. Item 170. & seqq.

Positne Populus Summam Potestatem contra Regem aut Optimates præscribere? Rationes negandi. 108. 175. & seqq. Rationes affirmandi. 109. 185. & 186. Rationes priores enervantur. ibid. 187. & seqq.

Quibus Præscriptio Summæ Potestatis præjudicet? 111. 201. Præjudicat nondum natis. ibid. 203. Etiam si Regnum sit gentilium. 112. 208. & seqq.

Libertas à subjectione præscribi potest à subdito. 432. 31. 32. Etiam particulari. ib. 33. Adeo ut & bona fides adest; ib. 35. Et tempus immemorabile concurreat valeat. ib. 36.

## Præsidium.

Præsidii jus tribuitur Summæ Potestatis 287. 436. Non obstante subditorum præscriptione. ib. 437.

## Pretium.

Pretii determinatio in rebus usualibus pertinet ad Summam Potestatem. 209. 72. & 210. 73.

Pretium, ubi semel est determinatum, consistit in indivisibili. ib. 74.

## Princeps.

Principis officium. 122. 15. item 123. 16. 17. item 125. 35. 36.

Principum exempla potentissima. 124. 23. 24. 25.

Principis virtutes. 125. 30. & seqq.

Princeps duplicitem personam repræsentat. 127. 52.

Princeps inferior an possit habere jus belli? 242. 61.

62. An jus pacis? 305. 50. An jus foederum? 350. 60. 61. An jus Legationum? 374. 42.

## Primogenitura. Primogenitus.

Primogenitura locum habet in successione tum hereditaria; 91. 33. Tum gentilitia. 93. 45.

Primogenitus in Regno lineali succedit, esto, antea quam Regnum ad defunctum pervenerit, natura fuerit. ib. 48.

Aaaa a

Ad

# Index Rerum & Verborum.

Ad primogenitū spectat omnia bona & jura. 94.  
53. Primogeniti legitima est totus Principatus. ib.  
Primogeniti tenentur secundogenitis apanagium...  
consistere. ib. 55.

## Privilegium.

Privilegium quid sit, & quomodo differat à dispensatione? 168. 46. 47. Est vel personale, vel reale. ib.  
48. Remuneratorium aut gratuitum. ib. 49. Remuneratorium aut est purum, aut onerosum 169.  
52.

Positne dari privilegium sine meritis? ib. 50. & 51.  
Positne alteri quam subdito concedi? ib. 53. 54.  
55.

Privilegium confert jus singulare. ib. 56. Illius interpretatio pertinet ad concedentem. ib. 57. Respectu aliorum parit obligationem non impedieadi ejus usum. ib. 58. 59.

Sicne privilegii usus licitus in alieno territorio? ib. 60.

Privilegium quomodo cesseret? 170. 61. An possit revocari, si conventionale sit? ib. 62. An, si remuneratorium? ib. 63. An si merè gratuitum? ib. 64. An & qualis causa requiratur? ib. 65. & 66.

Privilegium morte concedentis non expirat. ib. 69.

## Privilegia Legatorum.

Vid. Legatus.

## Provincia.

Provincia, quantumvis amplissima, non recte vocatur Civitas, nisi proprium regimen habuerit. 408.  
96.

## Q.

## Qualitas.

Qualitates in iis, qui Summam Potestatem accquirere volunt, defiderat. 114. 10. & seqq.

Qualitates Officialium publicorum. 218. 4. & seqq.

Qualitates Consiliariorum. 225. 69. 70.

Qualitates Magistratum & Judicum. 230. 103.  
104.

Qualitates Ducum Militarium. 243. 68. Item militum privatorum. 244. 78. & seqq.

Qualitates Legatorum. 375. 52. & seqq.

Qualitas diversa facit diversitatem subditorum. 402.

50. Qualitates aliae sunt naturales. ib. 51. item 403.

53. & seqq. Aliae adventitiae. 404. 62. & seqq.

Aliae mixte. 405. 74. & seqq.

## Quæstor.

Quæstor Universitatis cuinam gestæ administratio...  
nis rationem reddere debeat? 416. 55. 56.

## Querela.

Querelæ, contra officiales publicos motæ, prius dif...  
ficiuntur sunt, quam officiales amovendi. 221.  
24.

## R.

## Ratio statūs.

Differt à Jurisprudentia Publica Universalis. f. 12.  
& seqq. Descendit ad particularia. ib. Est di...  
versa juxta diversitatem statūs. ib. 34. Est recta  
& simulata. ib. 36.

## Regalia.

Regalia quid sint? 117. 39. 40. Quotuplia! ibid. 41. Quomodo discernantur? ibid. 42. &  
seqq.

## Religio.

Religio an possit imperari? 153. 70. 71. Laici in  
causis Religionis nil habent, quod disponant  
154. 83.

Quid circa Religionem statuere possit viceris in lo...  
cis, sibi subjugatis? 278. 348. 349. 350.

In rebus Religionem & fidem concercentibus, non  
audiendi Principes, sed Sacerdotes. 420. 17.  
18.

## Renuntiatio. Resignatio.

Suæ Poteslas admittit renuntiationem. 133. 95. Non  
solum in Regno patrimoniali. ib. 98. Sed etiam in  
non-patrimoniali. ib. 99. An verò in his requiratur  
consensus Statuum, saltem si electiva sint? ib. 100.

An Regi post renuntiationem maneat titulus Re...  
gius? ib. 101. Ratio dubitandi. 134. 102. Ra...  
tio affirmandi.

An resignato Principi debeant assignari certi redi...  
tus? ib. 104.

An facta resignatione penitente liceat? ib. 105.

An resignatio non tantum resignanti, sed etiam li...  
beris ejus noceat in Regno successivo? Sub distin...  
tione resolvitur. ib. 106. 107. 108.

## Repressalia.

Repressalia affinitatem habent cum bello. 295. 495.  
Earum descriptio. ibid. Videntur quidem à Jure  
Naturali alienæ. 296. 496. Justificantur tamen  
à Jure Gentium. ib. 497. Rationes, quæ Gentes  
movere potuerunt, ad inducendas Repressalias.  
ib. 498. & seqq.

Antequam Repressalia decernuntur, necessum est, ut al...  
terius Reipublicæ Judex instanter & legitimè fuerit  
requisitus. ib. 504. Ab eo autem justitia negata,  
vel malitiosa protracta. ib. 505. Aut sententia  
lata, quæ manifeste iniquitatis arguitur. ib. 506.

Requiritur etiam ad Repressalias, ut aliud medium  
consequendi, quod debitum est, non suppetat.  
297. 507. Requiritur insuper, ut, qui partis  
offensæ Superior est, ad partis offendentis Magi...  
stratum suam autoritatem interposuerit. ib. 508.  
Requiritur præterea in eo qui Repressalias conces...  
dit, jus beli. ib. 509. Alteri namque jus Repres...  
saliarum non permitetur. ib. 510. 511.

Differentia inter Repressalias & pignoraciones. ib.  
512.

Ad

# Index Rerum & Verborum.

Ad Repressalias necessarium est debitum liquidum... & notabile. ib. 513.

Repressalarum nomine detineri possunt soli subditi Civitatis nocentis. ibid. 514. Quales non sunt subditi temporanei. ib. 515.

Legati sunt exempti à Repressaliis. 298. 516. Non item Commissarii. ib. 517. Sunt quoque exempti personæ Ecclesiasticae. ibid. 518. An etiam mulieres, aut studiosi? ibid. 520. An omnes innocentes? ib. 521.

Num Repressaliæ quoad detentionem personarum solummodo locum habeant in casu, quod aliquis ex subditis Reipublicæ offendit apud offendentem detinetur? ib. 522. 523. 524.

Qualia debeant esse bona, jure Repressaliacum capienda? 299. 525. 526.

Quoad personas, Repressalarum titulò captas, competit sola detentio. ib. 527. Non etiam jus servitutis. ib. 528. Minus jus occidendi. ibid. 529. 530.

Quoad res, ita detentas, non competit dominium; sed nudum jus pignoris. ib. 531. 532. Possunt tamen, satisfactione non præstata, distrahi. ib. 533.

Cæteri cives tenentur reparare damnum, quod civis innocens occasione Repressalarum sustinuit. ib. 534.

## Restitutio. Restituere.

An ex culpa juridica oriatur obligatio restituendi? 20. 64.

An & qualis sit obligatio restitutionis, si quis alium, benefacere mihi volentem, impedit? ib. 65. & seq.

An Rex, in contractu Iesus, possit in integrum restitu? 128. 56. & 57.

Rex minorenis ex pace, per tutorem inita, Iesus non restituitur in integrum. 304. 57. 38.

In pace fit restitutio personarum, rerum, iurium &c. 310. 91. Quænam verò in specie restituenda, dependet à voluntate Pacificantium. 311. 92. Quæ expressa non sunt, in restitutionem haud veniunt. ib. 93.

Restitutione simpliciter expressa, non comprehenduntur res non amplius extantes. ibid. 94. Nec fructus jam percepti. ib. 95.

Quæ sensu restitutio dicatur favorabilis? ib. 96.

Res, de quarum restitutione cavetur, singulæ redeunt ad suos dominos. ib. 97.

## Respublica.

Respublica accipitur subinde pro Civitate. 38. 130. Interdum pro forma Regiminis Popularis. ibid. 131. Aut Regimine poliarchico. 39. 132.

Reipublicæ forma. Vid. Forma. Civitas.

Quid sit in Rempublicam delinquere? 49. 34.

Respublicæ multæ propter delicias & voluptates perierunt. 60. 21.

Quisnam sit exoptabilis Reipublicæ status? ibid. 23. 24.

An detur forma Reipublicæ mixta? 61. 30. & seqq.

Civitates systematicæ unam Rempublicam constitue-re videntur. 66. 73. Item 67. 80.

Reipublicæ Majestas pendet ab Imperio. 71. 9.

## Rex. Regnum.

Regnum non capit duos Reges. 45. 5.

Rex non est discernendus à titulo vel insigniis, sed à Summa Potestate. 71. 13. & 115. 26.

In statu Monarchico Summa Potestas est penes Regem. ib. 25.

Rege mortuò, ad quem Summa Potestas perveniat? 137. 135.

Rex an possit resignare Regnum? 133. 95. Vide Renuntiatio. An possit depositi? 134. 109. Vid. Depositio.

Regibus ex officio non incumbit Potestas circa Sacra. 142. 9.

Rex Melchisedech fuit simul Sacerdos. 144. 19.

In eodem Regno compatibiles sunt duæ Potestates Supremæ, una in spiritualibus, altera in temporalibus. 145. 21. 22. 23.

Regibus Populi Israëlitici non licet manum ad Sacra extendere. 148. 37. Item 149. 45.

Actus Regum Veteris testamenti non arguunt potestatem Sacrorum in ipsorum personis. ib. 46. & seqq.

Regum Christianorum testimonia, quod potestatem circa Sacra non habeant. 156. 101. & seqq.

An si Rex capiatur in bello, victori statim acquiratur Imperium? 277. 345. 346.

An Rex captivus possit occidi à victore? ib. 347.

Rex minorenis nequit efficaciter concludere pacem se solus. 304. 33. Pax tamen, per tutores conclusa, obligat Regem. ib. 34. 35. An restitutio-nem exinde petere valeat? ibid. 37. & seqq. Vid. Restitutio. Melius tamen est, ut accedat consensus Procerum Regni. ib. 39.

Rex captivus extra casum, quod amittit Imperium, pacis concludendæ facultatem retinet. 305. 44.

Quid operetur clausula, tali pacificationi inseri-solita? ib. 46. Idem est de Rege, per tyrannidem aut seditionem in exilium pulsus. ib. 47. 48.

Rex captivus potest contrahere foedus. 350. 63. Et si non habeat Regni administrationem. ib. 64.

Rex victus an habeat jus Legationis? 374. 39. Habet in eo calu, quod habet jus pacis & foederum, ib. 40.

Quando Rex unus plura obtinet Regna, inter se non unita, in quolibet eorum servantur Leges propriæ. 66. 69. Successio quoque regulatur juxta consuetudinem cuiusque Regni. ibid 70. Unio cum uno Rege durat, quando durat familia Regia. ib. 71.

Rex est propter Regnum. 71. 16.

Titulus & insignia non constituent Regem. 72. 23. Item 115. 26. 27.

In Regno hereditario licet patrimonium privatum & Regio sperare. 92. 39. 40.

Quidquid sub appellatione Regni continetur, in successione lineali ad primogenitum spectat. 94. 53.

# Index Rerum & Verborum.

De Regis aut Regni successione si quæstio oriatur quis Judge sit? 94. 58. & seqq.  
Rex ex officio est obligatus, cuncta, ad Reipublicæ salutem idonea, provocare. 122. 11.

## Romani.

Romanorum Leges circa potestatem patriam. 31.  
66. Item 34. 94.  
Romana Republica originaliter erat sine liberis & servis. 39. 140.  
Romanæ Reipublicæ diuturnitas & potentia. 55. 85.  
Romanorum status Regum tempore Monarchicus. 63. 51.  
Romanorum status à Grachianis temporibus. 65. 65.  
Item tempore belli civilis inter Pompeium & Cæsarem. ib. 66.  
Romani sub ipsis Monarchia initii Potestatem circa Sacra Pontificibus suis addixerunt. 145. 23.  
Romanorum justitia laudatur, quod ante bellum petierint satisfactionem. 249. 119.  
Romanorum mos in denuntiatione belli. 237. 29.  
Romanorum Jus an locum habeat in foederum interpretatione? 359. 147.  
Romanorum facilitas in danda civibus emigrandi licentia. 429. 3.

## Ruptura Pacis.

Ruptura pacis quot modis fiat? 321. Vid. Pax.

## S.

### Sacerdos. Sacerdotium.

Sacerdotium in lege Naturali quale fuerit? 145. 20. An conjunctum cum Imperio? 144. 19.  
Sacerdotibus Legis antiquæ qualis sit data Potestas? 147. 36. & 148. 40.  
Sacerdotes in eadem Lege extraordinariò DEI consilio creati sunt interdum Reges. ib. 39. Ordinarie autem Sacerdotium cum Regali dignitate non erat colligatum 149. 44. & 45.  
Sacerdotes & Levitæ quomodo à Regibus Hebræis constituti fuerint? ib. 50.  
Summus Sacerdos Abiathar quod jure depositus? 150. 53.  
Sacerdotum dignitas. 159. 125.  
Sacerdotes antiqui testamenti fuerunt instructores Regum. 8. 52.  
Sacerdotum est, Ecclesiam instruere, & in causis ambiguis judicare. 123. 19.

## Sacra. Sacrorum jus.

Sacrorum jus an ex natura rei debeatur Summa Potestati Civili? 141. 1. Argumenta affirmantium. ib. 2. & seqq. Argumenta negantium. 142. 9. & seqq.  
Sacrorum jus versatur circa spiritualia. ib. 10. Respicit finem supernaturalem. ib. 11. Non cognoscitur aut regulatur juxta lumen Naturale. 143. 12. Est idem jus & potestas in toto mundo ib. 13. Non competit Regibus & Principibus gentilibus. 14.

Non bene conjungitur & im temporali Potestate. ibid. 15.

Jus Sacrorum in lege Naturali Reges non habuerunt ex officio. 144. 19. Nec Sacerdotium tunc verè fuit sacrum. 145. 20.

Jus Sacrorum in eodem Regno convenienter alterius Potestati quam Politicæ adscribitur. ib. 21. Ad limites temporales non pertinet. ib. 23.

An Jus Sacrorum in Lege Veteri spectaverit ad Potestatem Secularem? 147. 29. & seqq. Ratione dubitandi. ib. In lege Veteri Potestas circa Sacra, strictè dicta, spectabat ad tribum Leyiticam. ibid. 36. Regibus non competebat. ib. 37. Licet aliqui extraordinariò DEI consilio subinde peregerint. Sacra. 148. 39.

Circa Sacra, latius accepta, Sacerdotibus erat tributa potestas. ib. 40.

Nullus nisi Sacerdos in antiquo testamento poterat tractare Sacra. 249. 44. Jus Sacrorum in Lege nova an pertineat ad Potestatem Politicam? 151. 59. & seqq. Varia motiva pro hac Potestate. ib.

Non est major potestas circa Sacra Regibus concessa in nova quam antiqua Lege. 152. 67.

Potestas circa Sacra in Lege nova data est Petro & ejus successoribus. 153. 69. item 74. & seqq. Nec ab aliis fuit exercita post ascensionem Christi, quam à Petro & Apostolis. 154. 80. & 81.

Pro Potestate Sacrorum, quod Ecclæsiæ & Ecclesiasticis competit, allegantur multi textus ex S. Scriptura, ib. 80. & seqq. Ex Conciliis. 155. 90. & seqq. Ex SS. Patribus. 93. & seqq. Ex Imperatorum & Principum Christianorum confessione. 156. 101. & seqq.

Potestas circa Sacra & spiritualia est coercitiva. 153. 74. & seqq.

## Salus.

Salus publica est finis ultimatus Jurisprudentiae Publicæ Universalis. 4. 25. Est finis Reipublicæ. 118. 44. Est cynosura, juxta quam Summa Potestas est dirigenda. ibid. 49.

## Salvus Conductus.

Vid. Commensus.

## Satisfactio.

Antequam bellum instituatur, petenda & exspectanda est satisfactio: 249. 116. Hac oblatâ, bellum iniuste incipitur. ib. 117. 118. 119. Quia &, si post bellum jam inchoatum afferatur, à bello abstinendum est. ib. 120. 121.

Quantum in bello petere aut querere liceat pro justa satisfactione? 267. 262. & seqq.

Quandónam denegata satisfactio det causam repressaliis? Vid. Repressalia.

In pace satisfactio petitur pro expensis, & dannis bellicis. 313. 110. In ejus vicem loco pecuniarum sæpe ceduntur res aliae. ib. 111. Nulla verò mentione satisfactionis expressâ, nihil debetur. ib. 112.

## Sepultura.

Sepultura debetur mortuis. 293. 473. Eaque ne qui-

# Index Rerum & Verborum.

quidem hostitus est deneganda. ibid. 474. Et si aliquando negata fuerit, id ad poenam aut jure talionis accidit. ib. 475.

## Sequela.

Sequelæ jus competit Summo Imperanti respectu subditorum. 283. 397. Ejus antiquitas. ibid. 398. 399. 400. Moderatio. ib. 401. 402. An extendatur extra territorium? ib. 403. 404.

## Servus. Servitus personalis.

Uxor non est serva mariti. 28. 43. & seqq.

Servus & dominus inæquali jure censemur. 35. 105.

Servus appellatur à serviendo, vel à servando. 36. 109.

Servitus spontanea duxit initum à consensu. ib. 111. & seqq. Involuntaria autem in poenam est statuta à Noëno. 37. 119. 120. 121.

Jus in servos. ib. 123. & seqq. Eorum obligatio. 38. 126.

Capti in bello fiunt servi capientium. 275. 325. Quanta in hos detur potestas? ib. 326.

An servitus immediatè & directè resulteret ex bello? ib. 328.

Servitus ex se perpetua est. ib. 379. Inter Christianos abolita. 276. 335. 336. Inter Turcas & Saracenos etiamnum usitata. ib. 337.

## Servitus realis.

Deturne jus servitutis realis ex solo Naturæ Jure? 21. 74. & seqq. Rationes contrariae referuntur, & refutantur. ib. 76. & seqq.

Aget inferior respectu superioris habet servitutem naturalem. ib. 74.

Transitus per alienum territorium fundatur in servitate naturali. 22. 81. & seqq. Ut & transitus per maria & flumina. ib. 84. & seqq.

Servitus naturalis oritur vel ex necessitate. 23. 88. Vel ex innoxia utilitate. ib. 93.

An servitus naturalis conferat jus rigorosum? 22. 82. & seqq.

## Societas.

Societatis simplicis species est status Conjugalis. 24. 1. Vid. Status Conjugalis. Item status Familiæ. 29. 51. Vid. Status Familiæ. Item status herilis. 35. 102. Vid. Status herilis. Item Vicus. 38. 127. Item pagus. ib.

Societas perfecta est Civitas. 39. 137. Vid. Civitas.

Societas perfecta naturali appetitu ab homine desideratur. 41. 153. & seqq.

## Sors.

Sortis aleæ controversiae inter Summos Imperantes aliquando committuntur. 341. 370. An licet? ib. & 371. Nostra declaratio. ib. 372.

Modus eligendi per sortem an sit concessus? 88. 10. II.

## Sponsio.

Sponsio quid sit? 357. 219. 220. Est conventio

publica. ib. 221. Quæ initur à Ministro Summa Potestatis sine mandato. ibid. 222. Circa negotium, ad eandem spectans. ib. 223. Sponsionum quot sint species? ib. 224.

Summa Potestas ex sponsione, quam ratam non habuit, non obligatur. ib. 225. 226. An saltem obligetur ex æquitate? ib. 227. & 368. 228. 229. An ex silentio? ib. 230. & seqq.

Sponsio sponsorem obligat ad id, quod facere potest. ib. 233. Quid si sponsio repudietur? ib. 234.

An & quatenus vita sponsorum obligari possit? ib. 235. & seqq.

An & quatenus obligentur, qui sponsoribus aliquid promittunt? 369. 238.

## Superior.

Independentia ab omni Superiore est verus character Summa Potestatis. 71. 12. 13. Item 72. 25.

An Populus sit Rege superior? 75. 44. 45. Item 77. 61. & seqq.

Principis in contractu Superiorum, à quo cogatur, non habet. 127. 54. Non obligatur ad Leges & formam contractuum. ib. 55.

## Stapula.

Stapulæ jus quid sit? 209. 66. An concedendum? ib. 67.

## Status.

Status quid sit? 12. Alius naturalis; alias adventitius. ib.

Status primus hominis qualis? 13. 3. 4. 7.

Status nullus Civitatis est sine nevo. 56. 94. Quis status sit perfectior? ib. 95.

## Status Monarchicus.

Desribitur & explicatur status Monarchicus. 46. 2. & seqq. Vid. Monarchia.

## Status Aristocraticus.

Desribitur & exponitur status Aristocraticus. 49. 28. & seqq. Vid. Aristocratis.

## Status Democraticus.

Desribitur & declaratur status Democraticus. 53. 61. & seqq. Vid. Democracy.

## Status Conjugalis.

Status conjugalis inter societes simplices est primus. 24. I.

Definitur status conjugalis. 25. 7. Est individualiter consuetudo. ibid. 9. Marem inter & feminam. ib. 10. Sobolis procreandæ; ib. 10. Et communis subsidii causæ; ib. 13. Mutuo consenserit legitime contracta. ib. 16.

Status Conjugalis à DEO est institutus. ib. 17. Variæ eam in rem argumenta proferuntur. ibid. & seqq.

Status Conjugalis an omnibus fuerit præceptus? Ratio

# Index Rerum & Verborūm.

tio dubitandi. 26. 20. Tenetur negativa. ib. 21. & seqq. Ratio dubitandi variè dissolvitur. ib. 23. & seqq.

Status conjugalis confert marito potestatem in uxorem. 27. 29. Vid. *Potestas maritalis. Conjugium. Matrimonium. Subiectio. Subditus. Jus Obligatio.*

## Status Familiae.

Status familie describitur ab Hubero. 30. 53. Est cœtus. ibid. 54. Plurium personarum. ib. 55. Quæ unius potestate. ibid. 58. Naturâ aut jure. 59. & seqq. Quotidiani usûs causâ sociatæ sunt. ib. 62.

Alia hujus statûs descriptio. ib. 63. & seqq.

De Juribus & Obligationibus in statu familie. Vid. *Familia. Potestas. Conjuges. Jus. Obligatio.*

## Status Herilis.

Definitur status herilis. 35. 104. Est societas inæqualis. ibid. 105. Inter Dominum & servarum. ib. 105. Ad utilitatem Domini. ib. 107.

Status herilis an sit à natura? ibid. 108. Statuitur sententia negativa. 36. 109. Habet originem primævam ex ultroneo consensu. ib. 111. Vid. *Servus. Servitus.*

De Juribus & Obligationibus statûs herilis. 37. 123. & seqq. Vid. *Potestas. Obligatio.*

## Status Naturalis.

An detur Status hominum Naturalis? Varia motiva dubitandi. 12. 1. & seqq. Varia argumenta affirmandi. 13. 4. & seqq.

In statu Naturali nunquam fuit universum genus humanum. ibid. 7. Fuerunt tamen aliqui ex hominibus. ib. 8. Sunt etiam in hoc statu duas Civitates erga se invicem. ib. 9. Ut & Civitas, in anarchiam delapsa. ib. 10. Ethomines, in terras vacuas commigrantes ib.

An Status Naturalis sit status belli vel pacis? 14. 12. Rationes Hobbesii pro statu belli. ib. 13. & seqq. Rationes pro statu pacis. ib. 16. & seqq. Ratiōnum contrariarum enervatio. 15. 20. & seqq.

Status Naturalis definitur. ib. 23. Est conditio hominum inter se æqualium. ibid. 24. Præterquam DEI & Divinarum Legum. ib. 28. Ejus differentia à statu Civili. ib. 6.

Quantum homo in statu Naturali sit obligatus DEO? 16. 29. & seqq.

Statûs Naturalis præcipuum jus est libertas. ibid. 31. & seqq. Vid. *Liberitas.*

Aliud ejusdem statûs jus est faciendi, quæ spectant ad sui conservationem. 17. 34. Vid. *Conservatio. Ut & jus defensionis.* ib. 35. Vid. *Defensio.*

## Status Regni.

An Regnum electivum absque Statuum assensu possit resignari? 133. 100.

An statûs Regni resignato Regi quidpiam ad sustentationem concedere teneantur? 134. 104.

An Rex propter tyrannidem à Statibus Regni deponi possit? 136. 121. & seqq.

Status Regni sunt præcipui in Civitate. 405. 70. Habent jus suffragii in consultationibus publicis. 411. 7.

## Stipendium.

Militibus debetur stipendium. 288. 440.

Princeps, eipscus cuius culpa militibus stipendium non porrigitur, tenetur ad damna, inde secuta. 289. 441.

Milites debent esse contenti suô stipendiô. ibid. 443. Qualiter hoc in passu exceedant? ibid. 444. 445.

## Studia.

Studiiorum Universitas quid? 408. 102. Ejus excellentia 409. 103. Non debent necessario omnes scientiæ ibidem tradit. ib. 104. Vid. *Academia.*

## Subditus.

Possitne subditus præscriptione acquirere Summam Potestatem? 110. 189.

An alia Majestatis jura præscribere valeat? 111. 199. 200.

Quænam personæ Summae Potestati fiant subditæ? 116. 32.

An Summa Potestas fidem, subditis datam, servare tenetur? 126. 41.

An subditi possint Summam Potestatem redarguere, vel Imperio privare, si, quod promisit, non tervetur? 127. 49.

Subditi tenentur observare Legem. 165. 25. Esi deluper nec requisiti nec rogati fuerint. ib. 28.

An alteri quam subdito privilegium concedi possit? 169. 53. 54. 55.

Quid & quantum Summa Potestas suis subditis generatim præcipere valeat? 181.

Quid possit in specie imperare circa vitam, existimationem, res, bona, & jura? Vid. *Vita. Existimatio. Bona. Jura.*

Subditis non licet movere bellum. 235. 11. & seqq.

Situe licitum bellum, pro alienis subditis suscepit? 260. 207. & seqq. Civitatum Rectores à subditis tum propriis tum alienis violari nequeunt. 261. 212.

Subditi ad bellum cogi possunt. 282. 386. Eorum sumptibus geritur bellum. ib. 387. In ipsorum ædibus hospitantur milites. ib. 390. Teneritur Imperantem extra territorium comitari. 28. 403. 404.

Subditi, ad bellum evocati, non tenentur inquirere iustitiam belli. 284. 409. 410. 411. Nihil rumor circumeat, bellum esse injustum. 285. 413.

Quid si subditus, facta inquisitione de belli causa, etiamnum dubitet? ibid. 415. & seqq. Vid. *Dubium.*

Subditi tenentur contribuere ad fortalitia tum extenuenda, tum munienda. 287. 430. 431. Item agere vigilias. ib. 428.

Receptio alienorum Subditorum in suam ditionem non est causa rumpendi pacem. 323. 206.

Subdi-

# Index Rerum & Verborum.

- Subditorum bona ex causa pacis, urgente necessitate vel utilitate publica, etiam invitis auferri possunt.** 312. 108.
- Damna;** subdiditis occasione belli illata, remitti possunt, si pax aliter sperari nequeat. 313. 113. 114. Secus, si pax aliter sit speranda ib. 115.
- An damnum, subditis hāc viā illatum, à communitate compensari debet?** ib. 116. Vid. *Damnum*.
- Subditus in latiori significatione quid?** 397. 1. Quid in strictiori? ibid. 2. 3. Ejus definitio. 4. Est persona, non necessariō libera. ib. 5. Quæ subjicitur Domino regionis, in qua habitat. ib. 6. Quoad fidem, obsequium, & reverentiam. 398. 7. An vasallus rectè dicatur subditus? ib. 8. 9. An, qui bona in territorio possidet? ib. 10. & seqq. An liberi & conjuges Summorum Imperantium? ibid. 14. & seqq. Quid dicendum ad historias oppositas? 399. 19. 20.
- Possitne quis esse subditus plurium Dominorum?** ib. 21. & seqq. Affirmatur de Civitatibus municipalibus. ib. 25. 26. Negatur de aliis. ib. 27. Licet possit esse subditus transitorius & honorarius. 400. 28. Aut realis ib. 29.
- An differant subditus & civis?** ib. 30. & seqq. Differentia inter subditem & civem. ibid. 36. & 40. 37. 38. Etsi hīc promiscuē sumuntur. ibid. 39. Vid. *Civis*.
- Subjectio acqiritur iis modis, quibūs Summum Imperium.** ib. 40. Originaliter subjectio civium acquiritur ex pacto. ib. 41. Continuantur nativitate. ib. 42. 43. Ostenditur solenni professione. ib. 44. Augetur affectione in numerum civium. 402. 45. Firmatur homagīo. ib. 48. 49.
- Subditi sunt multifarii.** ib. 50. Distinguuntur naturaliter à sexu. ib. 51. & 403. 52. A conditione natuum. ib. 53. & seqq. Ab ætate. ibid. 57. 58. A statu familiari. ib. 59. 60. A constitutione corporali. ib. 61.
- Subditi alii sunt eminentioris, alii inferioris conditionis, uti agricolæ.** 404. 62. 63. Mercatores. ib. 64. 65. Artifices. ib. 66. Alii sunt eminentioris considerationis, uti Professores & Magistri Artium libera- lium. ib. 67. Qui præuent officiis publicis. ibid. 68. Qui Regalium jura obtinent. ibid. 69. Qui Regni Status sunt. 405. 70. An divites ad priorem vel posteriorem classem referendi? ib. 71. 72. 73.
- Subditi ex qualitate mixta sunt vel nobiles vel ignobiles?** ib. 74. & seqq. Vid. *Nobilitas*.
- Subditi, collegialiter spectati, faciunt Universitatem.** 407. 87. Vid. *Universitas*.
- Subditis jus acquiri potest contra Summam Potestatem.** 410. 1. In specie jus habent, si infestentur, ut protegantur. 411. 2. 3. 4. Etsi non quævis intestatio sufficiat, ibid. 5. Habent etiam jus ex legibus fundamentalibus quoad ea, quæ ibi promissa sunt. ib. 6. Habent interdum jus suffragii in consultationibus publicis. ib. 7. Habent præterea jus ex pacto. ib. 8. Ut & ex præscriptione. ib. 9.
- Subditi non possunt actionem instituere contra Principem.** 412. 11. Sed debent ei porrigit libellum supplicem. ibid. 12. 13. Si justitiam obtinere nequeant, remedium aliud non suppedit. ibid. 15. & seqq.
- Subditi non possunt movere bellum adversus Summam Potestatem, sive privati sint.** ib. 19. & seqq. Sive Magistratus. 413. 26. & seqq.
- Subditis rebellibus si aliqua promiserit Princeps, nec metu nec vi adactus, strictè obligatur.** ib. 31. 32. Si metu aut vi adactus aliqua promittat, ad quæ aliunde tenetur, obligatio firma est. 414. 34. Secus si aliqua indebita spondeat. ib. 35. & seqq.
- Subditis ea jura, quæ competit ex libertate Naturali, circumscribi possunt.** 415. 44. & seqq.
- Quale jus subditis competit vacante Imperio?** 417. 65. & seqq. Vid. *Interregnum. Populus*.
- Subditi obligantur ad obsequium.** 418. 1. & seqq. Vid. *Obsequium*. Ad patientiam. 421. 28. & seqq. Vid. *Patientia*. Ad fidelitatem. 423. 50. & seqq. Vid. *Fidelitas*.
- Subditis inter se multa præcipi possunt, quæ cetero- quin forent libera.** 425. 60. & seqq.
- De obligatione Singulorum Subditorum respectu Uni- versitatis.** 426. 69. De obligatione Universita- tis respectu Subditorum. 427. 80. & seqq. Vid. *Obligatio. Universitas*.
- Subditi quis esse definit emigratione.** 429. Vid. *Emigratio*. Exemptione. 431. Vid. *Exemptione*. Præscriptione. 432. Vid. *Prescriptio*. Expulsione. 433. Vid. *Expulso*. Deditio. 434. Vid. *Dedi- cito*. Dissolutione Civitatis 437. Vid. *Civitas*.
- Succes-  
sio. Successivus.**
- Summa Potestas acquiritur Successione.** 80. 88.
- Successio hæreditaria dependet à voluntate Regnantis.** 89. 17. Habet locum in Regno patrimoniali. ib. 18.
- In successione hæreditaria, si nihil aliud fuerit dispo- situm, primus locus est liberis.** ib. 9. Juxta ordinem succedendi ab intestato, in illo Regno rece- ptum. 90. 20.
- Successio in Regno hæreditario non admittit divisio- nem inter plures fratres.** ib. 21. & seq. An omnes de- scendentes ex Regio sanguine admittat? ibid. 23. 24. Excludit illegitos. ib. 25. & seqq. Exclu- dit adoptivos. 91. 29. 30. Præfert fœminis masculos. ibid. 31. 32. Anteponit primogenitos secundogenitis. ib. 33. & seqq.
- An in successione hæreditaria privatum Regis patri- monium à Regio separari possit?** 92. 39. & seq.
- Successio gentilitia pendet à Lege aut coniuetudine Regni.** ib. 41. Alia dicitur linealis. ib. 42. Alia non-linealis. ib. 43. Alia cognatica. 93. 44. Alia agnatica. ib. 45.
- In successione lineali præferuntur primogeniti.** ib. 46. Etsi ante Regnum acquisitum nati fuerint. ib. 48.
- In successione gentilitia liberi non possunt exhæreda- ri vel præteriri.** ib. 50. Nisi crimen enorme ad- miserint. ib. 51.
- Orta quæstione circa successionem quisnam sit Ju- dex?** 94. 58. & seqq.
- Successio hæreditaria an ortum trahat ex Jure Natu- rali?** 213. 93. & seqq. item 216. 119. seqq.
- Quid juris habeat Summa Potestas circa successio- nem ex testamento?** 215. 108. & seqq. Quid cir- ca successiones ab intestato? 216. 119. & seqq.
- Ccccc**
- Sum-**

# Index Rerum & Verborum.

## • Summus. Summa Potestas.

Summæ Potestatis etymon. 70. 1. *Synonymia*. ib. 2. & seqq. Coincidit cum Majestate. ib. 7. Vid. *Majestas*.

Definitur Summa Potestas. 71. 10. Est facultas moralis. ib. 11. Ab omni Superiore dependens. ib. 12. Civitatem gubernandi. ib. 14. Ad communem & publicam utilitatem. ib. 15. & seq.

An Tutores Regii Summam Potestatem habeant? 72. 19. & seqq. Vid. *Tutor*.

Summæ Potestatis proprietas est libertas quoad exteros. ib. 24. Carentia Superioris. ib. 25. Solutio à Legibus. 74. 33. Inviolabilitas. ib. 34. Indivisibilitas. ib. 35.

An Summam Potestatem destruat nexus feudalis, qui intercedit inter Dominum & Vasallum? 73. 26. Negativa defenditur. ibid. 27. & seqq.

An Summam Potestatem supprimat obligatio clientelaris? ib. 30. & seqq.

An Summa Potestas debeat esse perpetua? 74. 36. & seq. An dentur exempla Summæ Potestatis temporalis? ib. 37. & seqq.

Summa Potestas dividitur ab aliquibus in realem & personalem. 75. 41. & seqq. Rationes hujus divisionis. ib. 43. & seqq. Rationes aliae contra divisionem. 76. 47. & seqq. Ulteriora argumenta. 51. & seqq. Rationes priores confutantur. 77. 56. & seqq.

Summa Potestas dividitur in absolutam & limitatam. 78. 68. & seq. Hujus duplex species. ibid. 70. & seq. Non destruitur per limitationem. ib. 72. & seqq. Nec per leges fundamentales. ibid. 75. & seq. Etiamsi exprimatur, quod actus, contra tales leges positus, sit iritus. 79. 80. & seqq. An per adjectionem legis commissoria? ib. 84. & seqq.

Summa Potestas dividitur in electivam & Successivam. 80. 88. Electio non obstat Summæ Potestati. ib. 90. & seqq.

Sitne melius, Summam Potestatem esse electivam aut successivam? ibid. 94. Rationes pro successiva. ib. & seqq. Rationes pro electiva. 81. 98. & seqq. Resolutio problematis. ib. 104. & seqq.

Summa Potestas descendit à DEO, tanquam Authorre Naturæ. 82. 107 & seqq. Confertur immediatè Civitati. 83. 113. & seqq. Non obstantib⁹ fundamētis contrariis quæ dissolvuntur. ib. 118. & seqq. Et à Civitate immediatè uni vel pluribus consignatur. 84. 124. & seqq. Referuntur argumenta adversantia, & diluuntur. 85. 129. & seqq.

Discrimen inter consignationem Summæ Potestatis, & designationem personæ. ib. 131. Differentia inter Summam Potestatem Ecclesiasticam & Politicam. 86. 138. & seqq.

Summa Potestas acquiritur electione. 88. 1. & seqq. Vid. *Electio*.

Acquiritur Summa Potestas successione, quæ vel hereditaria est. 89. 17. & seqq. Vel gentilitia. 92. 41. & seq. Vid. *Succesſio*. *Succesſus*.

Acquiritur Summa Potestas bellō. 96. 70. & seqq. Vid. *Bellum*.

Acquiritur Summa Potestas matrimonio. 99. 100. & seqq. Vid. *Matrimonium*.

Acquiritur Summa Potestas alienatione. 100. 107. & seqq. Vid. *Alienatio*.

Acquiritur Summa Potestas præscriptione. 102. 122. & seqq. Vid. *Prescriptio*.

Deturne duplex Summæ Potestatis subjectum, commune & proprium? 113. 1 & seqq.

Duplicitas subjecti Summæ Potestatis non infert duplēm Majestatem. ib. 8.

Qui rationis usum non habent, Summæ Potestatis capaces non sunt. 114. 11. Etsi insania supervenientis non auferat jus quæsitum. ib. 12.

Quō modō infantes habeant Summam Potestatem? ib. 13. & 14.

Mulieres Summæ Potestatis incapaces non sunt. ibid. 16. & 17.

A Summa Potestate arcentur spurii. 115. 19. Homines viliores. ib. 20. Et interdum peregrini. ib. 21.

Personæ Ecclesiastice non rectè arcentur. ib. 22.

Summa Potestas in statu Monarchico residet penes unum, quomodocunque vocetur. ibid. 25. 26.

In statu Aristocratico penes Optimates. 116. 30.

In Democratico penes totum Populum. ib. 31.

Summæ Potestati Subditæ sunt personæ, quæ hominum præstiterunt. ib. 32. Vel in loco morantur. ibid. 34.

De causis, ad Summam Potestatem spectantibus. 117. 39.

Summa Potestas exercetur in certo territorio. 118. 51.

Ubi præsumptionem & intentionem fundatam habet. ibid. 53.

An Summa Potestas extra territorium pro privato habenda? 119. 56. Rationes pro affirmativa. ibid. 57. & seqq. Ratio pro negativa. ib. 63. Dissolvitur. ibid. 64. Limitatur, si Princeps in hostem vertatur. 120. 66. Vid. *Majestas*.

An Summa Potestas possit contrahere aliquam obligationem? 121. 1. Rationes dubitandi. ibid. 2. & seqq. Rationes decidendi. ibid. 6. & seqq. Satisfit prioribus. 123. 18. & seqq. Non officit Summæ Potestati, ut subsit Legibus Naturalibus & Divinis. 124. 22.

De obligatione Summæ Potestatis in specie. 125. 30. Vid. *Obligatio*.

An Summa Potestas obligetur ex pacto, cum subditis inito? 125. Cum ratione dubitandi. ib. 37. Retunditur. 126. 38. Roboratur affirmativa. ib. 45.

Summa Potestas tenetur observare leges fundamentales. 127. 48. In casu tamen transgressionis non amittitur. ib. 49. Etsi nullitas actus sequi possit. ib. 50. Vid. *Leges Fundamentales*.

Summa Potestas in pactis cum extraneis & subditis consideratur instar privati. ib. 52. & 53. Non tamen quoad subditos obligatur civiliter. ibid. 54. Nec tenetur ad Leges contractū. ib. 55.

Summa Potestas ob læsionem in contractu suo modò restituī potest in integrum. 128. 56. 57. Excipiuntur capitulationes. ib. 58. Sicut & pacta, pro Rege minorenni conventa à tutoribus. ib. 59. Nisi damnum sit manifestum. ib. 60. An desinat obligatio ob damnum subsequens? ib. 61. & seqq.

A.L

# Index Rerum & Verborum.

Antecessor Successorem Summæ Potestatis obligat in Regno patrimoniali. 129. 66. Nisi Regnum à patrimonio separetur, ib. 67. An idem obtineat in Regno non-patrimoniali? ib. 71. & seqq.

Extra materiam pactorum Summæ Potestatis successor non tenetur antecessoris acta servare. 130. 79. Nisi ex æquitate, ib. 80. & 81.

Summa Potestas in statu Polyarchico desinit interitu Corporis. 131. 82. & 83. Aut ratione Corporis dissolurā. 132. 84. Manente unione manet, licet mutetur locus, ib. 85. Vel forma regiminis, ib. 86.

An Summa Potestas maneat apud residuos, si aliqui ex Optimatibus aut Populo decedant? ibid. 89. & seqq.

An Summa Potestas intereat divisione Civitatis? ib. 91. An in unione? ib. 93.

In statu Monarchico desinit Summa Potestas morte Imperantis. 133. 94. Spontanea cessione, ibid. 95. Vid. *Renuntiatio*. Item abdicatione coactâ, seu depositione. 134. 109. Vid. *Deposito*. Item abdicatione tacitâ, seu derelictione. 137. 132.

Summa Potestas penitus interit in statu Polyarchico. 137. 134. In statu Monarchico, si nullus adsit successor, redit ad Populum, ibid. 135. Secus, ubi successor adest. 138. 140. 141.

Summa Potestas Politica descendit ab Authore Naturali. 142. 10. Habet finem politicum naturalem, ib. 11. Regulatur juxta lumen Naturale. 143. 12. Est multiplex in orbe terrarum, ib. 13. Est eadem apud Christianos & Ethnicos, ibid. 14. Non bene ipsi annexitur Potestas spiritualis, ib. 15. In Sacris Paginis non reperitur conjuncta cum spirituali. 144. 16. Non transcendent ordinem humatum, ib. 17. & 18.

Quā ratione Summa Potestas Politica fuerit conjuncta cum spirituali in Lege Naturæ? ib. 19. & 20. Compaitur in eodem Regno Potestatem aliam spiritualem. 145. 21. & 22. Non debet ingredi fines spirituales, ib. 22. Non repugnat hæc conjunctio principiis Politices, ib. 24. 25. 26.

Quā ratione cum Summa Potestate temporali in Lege antiqua fuerit conjunctum jus sacrorum? 147. 36. & seqq.

Quā ratione fuerit conjunctum in Lege nova? 152. 67. & seqq.

Summa Potestas habet jus advocatiæ in Ecclesia. 161. 137.

Summa Potestas habet jus condendi Leges. 162. & 164. 10. Vid. *Lex*.

Summa Potestas confert privilegia. 168. 47. Vid. *Privilegium*.

Summa Potestas dicit pœnas. 171. 70. Vid. *Pœna*.

Summa Potestas an sit proflus illimitata, possitque omnia præcipere, quæ velit? 181. 1. & seqq.

Regula licti & illiciti non est accipienda à voluntate Summæ Potestatis. 182. 9.

In Republica non est alia plenitudo Potestatis Summæ, quam ordinaria, ad salutem communem ordinata. ib. 13.

Summa Potestas nequit cives excellentiores citra culam Civitatem ejicare. 183. 15. 16. Potestamen

expellere seditiones, ib. 19. Ut & conventicula ac collegia prohibere, vel ipsis Legem statuere. ib. 20.

Summa Potestas nocentes vitæ spoliare valet. 184. 22. Non autem innocentes, ib. 23. Non habet jus invitam civium innocentum. ib. 24. 25. Vid. *Vita. Innocens*.

Summa Potestas habet jus in existimationem hominum, civiliter consideratam. 188. 68. Vid. *Existimatio*.

Summa Potestas circa bona subditorum in Regnis patrimonialibus. 189. 72. Et non-patrimonialibus, ib. 73. Vid. *Bona*.

Potest statuere, ut tempore necessitatis vendatur frumentum. 190. 79. Ut non evahatur extra provinciam, ibid. 80. Ut excolantur prædia. 191. 82.

Summa Potestas potest imponere tributa. ibid. 83. Vid. *Tributum*.

Summa Potestas potest instituere vestigalia. 194. 106. Vid. *Vestigia*.

Summa Potestas exercetur circa jura civium tum quoad determinationem. 196. Tum quoad acquisitionem. 197. Tum quoad ablationem. 198. Vid. *Jus*.

Quid possit quoad literas moratoria? 199. 149.

Summa Potestas circa Judicia & Judices. 200. Quando constituit alias Judices, oportet ut sibi reservet jus extremæ provocationis. 201. 6. Vid. *Judicium*.

Summa Potestas quoad contractus. 206. Vid. *Contractus*. Quoad commercia. 208. 19. Vid. *Commercium*. Quoad monopolia. Vid. *Monopolium*. Quoad jus stapulæ. Vid. *Stapula*. Quoad mensuram, pretium, & monetam. Vid. *Mensura. Precium. Moneta*.

Summa Potestas circa Successionem hæreditariam. 212. Vid. *Successio*.

Summa Potestas circa Officiales. 217. Vid. *Officialis*.

Summa Potestas circa Bellum. 235. 10. & seqq. & 241. 56. & seqq. Vid. *Bellum. Obligatio. Hostis*.

Summa Potestas circa Pacem. 304. 31. Vid. *Pax*.

Summa Potestas circa Fœdera. 344. 12. & 349. 55. Vid. *Fœdus*.

Summa Potestas circa Legatos. 370. 5. 6. & 374. 39. Vid. *Legatus*.

Summa Potestas quoad obligationem respectu Subditorum. 410. 1. & seqq. Vid. *Subditus*.

## Systema.

Systema Civitatum quid? 66. 67.

Civitates systematicæ habent aliquando Principem, cui tamen subjectæ non sunt. ibid. 73. Aliquando Principem nullum patiuntur 67. 77.

In Civitatibus Systematicis aliqua jura excentur à singulis independenter. ib. 78. Alia excentur à communi Concilio. ibid. 79.

Ad Conventus talium Civitatum opus est certò loco & tempore. ib. 83. Nec non votorum majoritate. ibid. 84.

Systematicæ Civitates dissolvuntur vel ex toto. 68. 86. Vel ex parte. ib. 87. Vid. *Civitas*.

# Index Rerum & Verborum.

## T.

### Tempus.

**A** quonam tempore incipiat legitimus fieri Rex, qui Regnum violenter occupavit? 98. 89. & seqq.

Tempus, memoriam hominum excedens, possessori Summam Potestatem tribuere valet. 102. 122. item 103. 124. & passim.

Tempore immemoriali possunt omnia jura acquiri. 106. 159.

Tempus immemoriale potest habere locum in subdito, libertatem contra Summam Potestatem praescribente. 432. 36.

### Territorium.

Summa Potestas coarctatur ad certum territorium. 118. 51. Intra quo dicitur intentionem fundatum. ib. 53. Extra quod non quidem privatorum iure censetur. 119. 57. & seqq. Jurisdictionem tamen coactivam aut coercitivam exercere nequit. 120. 65. Vid. Locus. Summa Potestas. Majestas.

An usus privilegii sit licitus extra territorium concedentis? 169. 60.

Transitus per alienum territorium. Vid. Transitus.

### Testamentum.

Circa Regnum hereditaria Rex testamentum facere potest. 89. 17.

An Rex testamenti tutorem dare valeat? 138. 143. & 139. 148.

Testamentum habet originem suam ex jure Naturali. 213. 98. & seqq.

An Abrahamus & Jacobus Patriarchae fecerint testamento? 214. 100. 101. 102.

Testamenti factio justis ex causis prohiberi potest à Summa Potestate. 215. 109. 110. Quid circa testamenta pia? ib. 112. & 113.

Testamento certa forma prescribi potest à Summa Potestate, quæ in utroque foro observanda. ibid. 114. 115.

### Theologia. Theologus.

Theologia Moralis differt à Jurisprudentia Universali. 6. 37. Considerat sua objecta sub ratione boni vel mali. ib.

Theologorum conclusa pondus habent in Jurisprudentia Publica Universali. 11. 81.

### Trajanus.

Ulpiani Trajani Imperatoris encomium 124. 27.

Laus Aelii Trajani. ib. 28.

### Transitus.

Transitus per alienum territorium an rectè inter servitudes naturales recensetur? 22. 81. An hic transitus nitatur jure stricto? ibid. 82. 83.

Transitus per maria & flumina an itidem inter servitudes naturales rectè collocetur? ib. 84. 85.

Transitus militaris, per alienum territorium petitus & negatus, an justa sit bellorum causa? Rationes

pro affirmativa. 256. 174. & seqq. Rationes pro negativa. 257. 177. & seqq. Nostrum judicium. 258. 191.

### Treuga.

Vid. Inducia.

### Tributum.

Tributi impositio peninet ad Summam Potestatem. 191. 83.

Tributum quid sit? ib. 84. Justè indicitur ob decentem Principis & Ministrorum sustentationem. ib. 85. Etiam si Princeps per luxum sua bona dissipasset. ib. 87. Servatà tamen moderatione. ib. 88. Indicatur etiam justè propter securitatem, & utilitatem publicam. ib. 89. Item ex titulo belli 192. 91. 92. Item ex titulo victoriae. ib. 94. Item ex causa rebellionis. ib. 96. Ut tributorum exactio sit justa, debet observari moderamen. 193. 98. 99. Nec non proportio inter personas, ad tributum obligatas. ib. 100.

An à tributo unus aut alter possit eximi? ib. 102.

An tributum in alium usum, in quem acceptum non est, possit impendi? ibid. 103.

### Tutor. Tutela.

In Regno gentilitio, durante Regis minorenitate. constituuntur tutores. 138. 141.

In constitutione tutoris considerantur primò Leges Regni. ibid. 142. Deinde voluntas antecessoris. ibid. 143. Et his deficiens voluntas Populi. ibid. 144.

An Ordines Regni alium tutorem, quam ab antecessore datum, eligere possint? ib. 145.

Sitne locus tutelæ testamentariæ etiam in Regno non patrimoniali? 139. 148.

Sitne locus in Regnis tutelæ legitimæ? 138. 146. 147.

Quousque duret potestas tutoris? 139. 149. & seqq.

An tutor Regius habeat Summam Potestatem? 72. 19. 20. 21.

Tutela in statu Civili etiam invitatis defertur. 435. 62.

### Tyrannus. Tyrannis.

Quandónam Monarchia incipiat deflectere in tyrannidem? 61. 27. Qualis sit Reipublicæ status, quando tyrannus eam invaserit? 65. 64.

An tyranni fuerint, qui primitus acquisiverunt Summum Imperium? 96. 70. 71. 72.

An Princeps, in tyrannum conversus, deponi possit? 136. 121. & seqq.

Possitne tyranus Imperium successu temporis adipisci? 98. 89. & seqq.

Cum tyranno, quem Populus tacite vel expressè agnovit, rectè pangitur foedus. 351. 71. Non item, si nullò modō fuerit agnitus. ib. 72. 73.

Fœdus, cum Rege legitimo contractum, extenditur ad tyrannum. 361. 160. 161.

Tyrannidis periculum in statu Monarchico. 48. 22.

Aristocratico. 52. 60. Et Democratico. 56. 92.

Tyran-

# Index Rerum & Verborum.

Tyrannus an occidi possit? 421. 35. & 422. 36. & seqq. Tyrannus, qui talis est solō abusu Regimini-  
nis, ob vim illatam occidi non potest. ib. 40. Nisi  
actu mortem alicui injuste intentet. ib. 41. Nec  
salus Reipublicæ insidie periclitetur. ib. 42. Tyran-  
nus, qui est talis ex titulo, potest à quopiam oc-  
cidi. ib. 43. & 422. 44. 45. An causæ cognitio  
ad hoc necessaria? 423. 46. An Concilium Con-  
stantiense repugnet? ib. 47. 48. 49.

## V.

### Vassallys.

Vassalus, feudi titulô Regnum adeptus, an possit  
habere Summam Potestatem? 73. 26. & seqq.  
Vassalus quā talis non est subditus. ib. 27. Item 398.  
8. 9.

Vassali Clerici Dominorum directorum Legatos age-  
re possunt. 376. 60.

### Vestigal.

Vestigalis exactio spectat ad Summam Potestatem.  
194. 106. Ejus descriptio. ib. 107.

Vestigal aliud terrestre, aliud aquatile. ib. 108. Osten-  
ditur justitia terrestrium. ib. 109. Et aquatilium.  
ib. 110. & seqq.

Vestigalium quantitas defumenda ex qualitate mer-  
cium in importando. 195. 114. 115. Ut & in  
exportando. ib. 116.

Ex quibus rebus præstandum vestigal? ib. 118.

De vestigalium solutione. ib. 119.

### Vespasianus.

Flavius Vespasianus Imperator laudatur. 124. 26.

Titus Vespasianus Imperator celebratur. ib.

### Vicarius.

Rex est DEI vicarius in terris quoad temporalia. 77.  
66.

Quid habeat vel debeat Rex ex officio Vicarii? 118.  
46.

Vicarius DEI generalis in spiritualibus est Summus  
Pontifex. 146. 27. item 161. 137.

### Vicus.

Vicus quid sit? 38. 127.

### Virgo.

Virgo aggressorem suæ pudicitiae occidere potest. 18.  
45. 46. An etiam teneatur occidere? 19. 56.

### Vita.

Vitæ suæ non est homo Dominus. 17. 34.

Vitam suam defendere quis potest cum occisione inva-  
soris. ib. 35. & seqq. Sed non tenetur. 18. 51.  
& seqq. Vid. *Defensio*.

Vita potest aliquando exponi periculo mortis. 19.  
57. Etiam à Civitate. 187. 54.

Summa Potestas habet jus in vitam nocentum. 184.  
22. Non autem in vitam innocentum. ibid. 23.  
Vid. *Innocens*.

Jus in vitam à DEO est. 83. 111.

Vitæ conservandæ gratiâ etiam tyrannum occidere  
licet. 422. 41.

### Votum.

Vota majora ad determinandam formam Regiminis  
in Civitate sufficiunt. 44. 184.

Vota majora prævalent in statu Aristocratico. 50. 47.  
Nec non in statu Democratico. 53. 68. 69.

An vota majora præponderent in Civitatibus systema-  
ticis? 67. 84. & 68. 85.

Vota majora, nisi aliud fuerit statutum, attenduntur  
in electione Monarchica. 88. 9.

An vota majora considerentur in alienatione partium  
Reipublicæ? 101. 117.

### Universitas.

Universitas distinguitur à singulis. 53. 65. Habet  
etiam jura, à juribus singulorum distincta. ib. 66.  
item 416. 52.

Universitas est cœtus subditorum. 407. 88. Non  
Superiorum, ibid. 89. Requirit certum Regimen.  
ib. 90. 91. Requirit etiam permissionem Sum-  
mæ Potestatis. ib. 92. Debet respicere commu-  
nem utilitatem. 408. 93.

Universitas familiarum. ibid. 94. Vid. *Familia*. Uni-  
versitas studiorum. ib. 102. Vid. *Studia*. Uni-  
versitas Opificum. 409. 110. Vid. *Opifices*. Uni-  
versitas Mercatorum. ib. 112. Vid. *Mercator*.

Universitas habet jus constituendi Magistratus. 416.  
54. Habet bona communia. ib. 55. Habet jus  
indicendi quasdam contributiones. ibid. 57. 58.  
Habet Imperium aliquod. ibid. 59. 60.

Universitati debetur à singulis obsequium. 426. 71.  
Patientia. ibid. 73. Fidelitas. 427. 75.

An ex debito Universitatis teneantur singuli? ib. 76.  
& seqq.

Singuli tenentur procurare bonum Universitatis.  
426. 69.

Universitas debet singulos protegere. 427. 80. Ad-  
ministrare justitiam. ib. 81.

Num ex contractibus singulorum obligetur Univer-  
sitas? 428. 84. An ex delicto? ib. 85. 86.

Universitas in uno conservatur. 435. 63.

### Urbs.

Urbs dicitur locus conclusus. 408. 94. Alia est  
mediata, alia immediata. ib. 98. & seqq.

### Utilitas. Utilis.

Utilitas innoxia parit jus servitutis naturalis. 23. 93.

Civitates, utilitatem communem non curantes, sunt  
irregulares. 58. 2. 3.

Sola utilitas, ex bello speranda, non est sufficiens bel-  
li causa. 251. 134. 135.

### Uxor.

Vid. *Conjux*.

• • • F I N I S. • • •

*Crassiores errores benevolus Lector ita corriget.*

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corr.
5.	1.	25.	quam	quàm
32.	1.	21.	férè	fere
40.	1.	40.	stratus	status
82.	2.	3:	honis	bonis
88.	2.	37.	prævisè	præcisè
91.	1.	15.	nullum	nullam
104.	2.	23.	præsumptionem	præscriptionem
135.	1.	33.	DEUM	DEUS
158.	2.	14.	109.	101.
167.	1.	19.	præcipientis	prohibentis
342.	2.	19.	verè	fere









